16

# [S]IGISMVNDVS

Dei gratia [illegible] Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sam. [illegible] etc. Dns et hæres, Significamus
hisce(?) titul. [illegible] Sigillo appenso communitas, sanas, integras, omniq; vitio et suspi[cione] [illegible] carentes. In quibus venditi[illegible]
dicæ, et liberorum Christophori olim Weinrych, cum assensu eorundem, coram Magistratu in sessione frequenti facta admiss[illegible]
et nobis per certos Consiliarios nros nomine prædicti Nicolai Scholcz ut prædictas Venditionis et emptionis literas [illegible]
wortlichen wes standes erudirten wirdigkeitt grade oder hocheitt der sich unser Durchlauchtigsten, gnedigen [illegible]
[illegible] zu ehren nach [illegible] [illegible] deutsch, freundtlichen und [illegible] [illegible]
[illegible] Stadt Elbingk [illegible] [illegible] das für uns in sitzendem Radte der Erbarn und fürsichtigen
[illegible] Christoff [illegible] wie auch in vollmacht gedachter widtfrauen selbst, und [illegible]
Bürgern [illegible] Merten [illegible] anbracht wie das [illegible] gedachter nachgelassenen widtfrauen [illegible]
[illegible] vorbetrachtung [illegible] radts [illegible] vernunfft [illegible]
[illegible] kauffs, auffrichtiglichen verkaufft haben, und verkauffen dem Ersamen, Namhafftigen [illegible]
Molter, mit allen und ihlichen sein, in und zugehörungen, [illegible] wasser wassergengen, [illegible]
[illegible] Christoff [illegible] auff seine nachgelassene widfraw und kinder gebracht, [illegible]
[illegible] Molken [illegible] Molken seinen Erben [illegible] umb und für [illegible] marck [illegible]
[illegible] nach [illegible] zu [illegible] als die kindern [illegible] und [illegible]
[illegible] und [illegible] haben [illegible] in vormundtschafft [illegible] frawen und kindern [illegible]
[illegible] Nickel [illegible] danckh bezalett, vergenüget, und entrichtet, die auch fürder in [illegible]
[illegible] vol[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

# PARATITLA IN PANDECTARVM Iuris ciuilis Libros quinquaginta:

Ex Prælectionibus

D. MATTHAEI VVESENBECII.

*Opus inſigne, quo non ſolùm breui compendio totum* IVS *ciuile, ſed & complures iuris Saxonici Differentiæ (ut uocant) atque Conſuetudines proponuntur.*

EIVSDEM PROLEGOMENA, DE STVdio Iuris rectè inſtituendo: deq; libris Iuris, & partitione Pandectarum.

*Acceſsit Rerum & uerborum, itemq; Titulorum, locuples ac geminus* INDEX.




Cum Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſs. Galliarum Regis gratia & priuilegio.

*BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.*

DZZiS

1105

Od. 6. III. 843

AD ILLVSTRISSIMOS INCLYTOS'QVE PRINCIPES AC DOMINOS, D. AVGVSTVM, Sacri Romani Imperij Archimareſcalcum atque Electorem: D. IOANNEM FREDERICVM II. D. IOANNEM GVLIELMVM, D. IOANNEM FREDERICVM III. Duces Saxoniæ, Landgrauios Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, &c.

## PRAEFATIO.

CVM omnia liberalium doctrinarum genera, in quibus grata de Deo fama, iuxta Platonem, ſparſa eſt, florere diſcentium doctorumq; ſtudijs oportet: tum Iuriſprudentia, præcipua quadam ſtudioſę iuuentutis opera atq; ingenijs eſt percolenda. Neq; enim, ſi Sacrarum monumenta literarum excipias, ex ullis diſciplinis certiora de diuina uoluntate argumenta haurire poſſumus, quàm ex hoc Iuriſprudentię fonte: qui in hominum mentibus enatus, atq; ab ipſo rerum conditore Deo conſecratus, guſtum præbet in hac imbecilli caligantéq; natura aliquẽ, qualiſ'nam ſit cœleſtis illa mens cuncta gubernantis tuentiſ'que Dei: nempe quæ honeſtis, iuſtis, rectis, ordine, diſciplina & rerumpub. ἐυταξίᾳ gaudeat: auerſetur autem, horribiliterq; uindicet contraria. Quid autem eſt in terris præſtabilius, quid hominis naturę atq; officio magis conſentaneum, quàm diuinę mentis uoluntatem inueſtigatione ingenij perſcrutari ac inquirere: eamq; inquiſitam atq; cognitam, quanto maximè fieri poteſt cultu, honore, obſeruantia perſequi: & ad eius normam omnia conſilia, cogitationes, actiones, totius deniq; uitæ curſum flectere ac conformare? In hoc enim conditi, in hoc nati educatiq; ſumus, ut architectum cùm rerum omnium, tum humani generis, Deum agnoſcamus & ueneremur, eiq; in huius uitę ſtatione grata dicere & facere ſtudeamus. Iam uerò, ſi ad homines nihil eſt magnificentius, laudabiliusq;, quàm ciuilis uitæ rationibus publicè priuatéq; plurimùm commodare: quis non intelligit, Iuriſprudentiæ ſtudium ampliſsimum eſſe, & ſummoperè excolendum? Hæc enim ſcientia latiſsimè in omnes ciuilium actionum partes miris opportunitatibus porrigitur: qua concordia hominum inter ipſos, & uitę communitas continetur: cuius pręſidio & boni propugnantur ab iniurijs, & improborum uiolentę cupiditates quaſi freno à maleficijs coercentur: cuius ductu & gubernatione denique, ciuitatum felicitas omnis, & fortuna ſingulorum

retinetur atque conſiſtit. Nec modò tantos tam'que uberes fructus in commune ad tuitionem ſocietatis humanæ confert: ſed etiam ad claritatem amplificationem'que eorum, qui ſeſe huic ſcientiæ dediderunt, maximè eſt opportuna. Cui enim dubium eſſe poteſt, quin ut quæque ars plurimùm ad publicam utilitatem conducit, ita maximè conciliet adiungat'que ſibi hominum ſtudia: & ad ornandos augendos'que eos, in quibus eæ ipſæ artes ineſſe uidentur, mirificè excitet? ut honeſtiſsimos ampliſsimos'que eſſe uelint, quorum induſtria & conſilio, tum ſuis, tum communibus rebus, optimè conſultum iri intelligunt. Itaque ad omnem ſapientem & benè inſtitutum populum, cùm opportunitates huius doctrinæ perſpexiſſet, maximo ſemper in honore fuiſſe cognitionem interpretationem'que Iuris, compertum eſt. Quin etiam his temporibus, quamuis difficillimis, ingratiſsimis'que, uidere tamen licet, in ſummis opum dignitatum'que gradibus illos locari, qui unicuique ius ſuum aptè tribuere, atque hoc ſcientiæ genere quàm plurimis uſui eſſe didicerunt. Quamobrem, quis non iure colat, multum'que operæ ac ſtudij in eius doctrinæ indagatione ponendum arbitretur, quæ & honori ſuis eſt cultoribus, & innocentibus præſidio, terrori'que malis, & uniuerſæ reipublicæ emolumento, & ipſi adeò Deo gratiſsima: utpote æternæ ipſius uoluntatis interpres fidelis, atque executrix? Sed quia ſtudia perueniendi aliquò, nihil proſunt, niſi id quod eò ferat deducat'que cognoris: non modò ardor quidam & flagrans cognoſcendi deſiderium ad Iuriſprudentiam eſt adferendum, uerùm certa etiam Methodo atque uia, qua ſine errore ad exitum conſummationem'que eius doctrinæ perueniamus, omnino eſt opus. Nam ſi aliæ artes nullæ citra exactam inſtitutionis rationem perueſtigari poſſunt: quanto magis hoc immenſum confuſum'que Iuris ſtudium, rectam diſcendi uiam lumen'que ordinis deſiderat? Qua quidem in parte, ſicuti grauiter patrum memoria in meliorum diſciplinarum & ſanæ dialectices altiſsima ignoratione eſt hallucinatum: ita contrà, in huius ſeculi feraciſsimo optimorum ingeniorum optimarum'que artium prouentu, cùm aliæ omnes bonæ diſciplinæ diuinitùs repurgatæ ſunt à ſordibus, & antiqua uera'que docendi ratione illuſtratæ, tum etiam Iuriſprudentia ab eruditis hominibus ad rectam Methodum reuocata, excitata'que, erigere ſe è puluere Gloſſematum, & ad antiquum aſpirare ſplendorem cœpit. Atque hoc quidem in genere cùm alia aliorum extant ſcripta, quæ (ut inquit ille) caneſcent ſeclis innumerabilibus, tum in hoc Opere non pœnitenda opera eſt nauata.

Nam præ-

Nam præter expoſitam Titulorum Iuris ſeriem, etiam præcipuā uniuſcuiuſq; Tractatus capita, aut ad edictum prætoris referuntur: aut ſic in eo dialectica methodo coacta ſunt atq; diſtincta, facillimè ut percipi, memoriæq; mandari poſsint. Mitto conciliatas ἀντινομίας, illuſtrata uel uno ſæpe uerbo innumerabilia penè ueterum reſponſa: atq; alia multa, quæ prudenti attentoq; lectori ipſa lectio ſuppeditabit. Nam aut hæc, induſtriæ nauatæq; hîc diligentiæ documentum aliquod dabit: aut, ſi id omnino parum eſt, nos illud oratione noſtra maius efficere non poſſumus. Etſi autem huic Operi ſummam deeſſe authoris manum, inficias nequaquam imus, cui publicis diſtracto occupationibus, nullum tempus uacuum ad hæc limanda perpoliendaq; conceditur: tamen cuiuscuiusmodi eſſet, cùm profuturū ſtudioſę iuuentuti arbitraremur, emittendum in manus hominum eſſe duximus: ut eius utilitas, ſi qua eſſet (ut certè eſſe aliquam iudicamus) ea pluribus hac publicatione communicaretur. Veſtro uerò illud potiſsimùm inclyto nomini dicare, Illuſtriſsimi Saxoniæ Principes, V V. q; C C. ſplendore illuſtratū cōmendare orbi inſtituimus: uel quòd nemo magis foueat nunc honeſta ſtudia, quàm V V. C C. ut nō modò docti homines, ſed ipſæ etiā doctrinę, debere ſe omnia Heroicæ ueſtrę clementiæ atq; liberalitati meritò fateantur: uel quia conſentaneum uidebatur, quod Opus breui compendio totum Ius ciuile, nec paucas iuris Saxonici differentias (ut uocant) & conſuetudines complecteretur, illud tutelę & patrocinio eorum Principum committere, qui iuſticię honeſtarumq; legum omnium acerrimi propugnatores, & Iuris Saxonici præcipui præſides atque cuſtodes, in Imperio Romano eſſent. Nam ſi fabuloſis numinibus ſuis propria quędam ac peculiaria ſacra ſuperſtitioſi olim Gentiles inſtituêre: nos multo magis Dijs noſtris (quos ſummo obſeruantię cultu proſequi diuina iubent oracula) acceptiſsima, hoc eſt, maieſtati & uirtutib. illorum conuenientiſsima offerre munera debemus. Propitij igitur, uolenteſq; donum hoc noſtrum, Principes Illuſtriſs. ſuſcipite, & pro ſolita ueſtra clementia ac benignitate, ſtudia politica, quorū uos ſacerdotes & patroni eſtis, defendere pergite. Hoc à uobis Deus opt. max. qui uos ad tantum dignitatis faſtigium euexit, exigere uidetur: hoc à uobis Reipublicę tranquillitas, cuius adminiſtrationem hactenus magno cum patrię commodo, nec minore ueſtri nominis fama præclarè ſuſtinuiſtis: hoc deniq; Iuſticia, omnis felicitatis parens, à uobis, pro ueſtri officij ratione, ſuoq; uoto, poſtulat & efflagitat.

Valete.

VV. CC.

deditiſs.

Ioannes Oporinus.

## *LECTORI.*

*In allegatione capitum, ſiue, ut nunc appellant, legum, apparet authorem plerunque ordinem & numeros exemplaris Florentini ſecutum eſſe: quod in multis à uulgata editione diſcrepat. Id etiam tenendum, ſi quando legi non eſt ſubiecta tituli indicatio, eam in illo ipſo titulo de quo agitur, eſſe perquirendam.*

# ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

## D. MATTHAEI VVESENBECII,

### DE STVDIO IVRIS RECTE inſtituendo.

INſtituenti mihi Pandectas Iuris ciuilis enarrare, operæprecium fore, optimi auditores, uidetur, ſi priuſquam rem ipſam aggredior, de ineunda rectè huius ſtudij ratione, uerba faciam: quod ipſum & Iuſtinianum in Pandectarum Proœmio, & multos deinceps Iuris anteceſſores feciſſe animaduerto. In quibus uel præcipuam hac in parte laudem, meo quidem iudicio, meretur Duarenus, qui copioſa elegantéq; Epiſtola (ſic enim inſcribere uoluit) magnum attulit adiumentum hominibus noſtris: ut non modò Iuriſprudentiæ rudes, ſed etiam docti, non parum ſe arbitrentur adeptos, & ad diſcendum docendumq; Ius ciuile melius, & ad iudicium de toto hoc genere rectius faciendum. Quia tamen nonnulla ab eo prætermiſſa ſunt, quorum admonitio mihi neceſſaria uiſa eſt, ne iuuentus è recto ſtudiorum curſu in auia perducatur: non ueritus ſum quaſi poſt Roſcium ſaltare fabulam, & quę mihi cauenda, quę ſequenda petendaq; hoc in ſtudio præterea uideantur, paucis aperire. Verè enim cùm alijs omnibus in negocijs ſuſcipiendis, tum maximè in ponendis doctrinarum rudimentis, ἱερὸν ἡ βουλή: ſciteq; uulgò dicitur, ſibi quenq; magiſtrum eſſe peſsimum. Mihi quidem infirmiſsimo ætatis tempore, atq; adeò ante puberes annos, in hanc ſtudiorum uiam uoluntate parētum ingreſſo, utinam tam dexter aliquis occuriſſet Mercurius, qui rectum ad optatam metam iter digito indicaſſet: ſperarem utique laboribus noſtris, & ingenij culturæ, maiores fructus conſtare potuiſſe. Sed quod nobis adiumenti infelicitas temporum conſiliorumq; præcluſit, id alijs non inuidere, candidi eſt ingenij, nihilq; humani à ſe alienũ eſſe arbitrantis. Quamobrem cùm interpretandi Iuris prouincia hoc loco mihi ſit demandata, uiſum fuit faciendum, ut admonerem uos, in uaſtum huius ſtudij Oceanum contendentes, quem curſum ſequi atq; attendere, quos ſcopulos (quibus ego, iactantibus errorum tempeſtatibus alliſus, naufragium ſtudiorum penè feci) euitare prudenter debeatis. Cùm autem & tutiſsima ſit diſcendi ratio, alienis malis periculoq; fieri cautiorem: & permagni referat, bene iacere ac fundare ſtudiorum principia, quæ ſunt (ut uere dicitur) ἥμισυ τοῦ παντός, ſeu (ut Plato uult) pluſquam dimidium: ſpero meam hanc orationem, quamuis uerborum lenocinijs, lumineq; ſententiarum deſtitutam, utilitatis tamen gratia uobis non fore ingratam.

Principiò, credo ego uos non expectare, ut qui ſe Iuriſprudentię in diſciplinam tradere, in animum induxerunt, eos dicam & utriuſq; linguę, & hiſtoriarum cognitione, alijsq; humanitatis artibus libero homine dignis, imbutos eſſe oportere: trita ſunt hæc, & peruulgata, ac uel me tacente per ſe intelliguntur. Id unum dicam. Sicuti diuinus ille Plato Geometriam & Arithmeticam duas eſſe ſtatuit alas, quarũ quaſi remigio ad cœleſtium corporum & totius uniuerſi cognitionem homines euehantur: ita uideri mihi, duo in primis adminicula à liberalioribus diſciplinis Iuris candidato eſſe expetenda, quibus tanquam alis ſubnixus, in arcem huius prudentię feliciter pertendat: diſputatricem nempe ſcientiã, & eam philoſophię partem quę de moribus inſcribitur, in qua etiam hiſtoriarum noticiã includo.

Nec enim præceptis tantùm, ſed multo etiam magis exemplis illuſtrium uirorum, ad diſciplinam iuſticiæq; amorem ingenia excitantur. Harum altera (ut uerbis Cic. utar) res definit, partitur genera, conſequentias rerũ exactè ponderat: & quibus poſitis, quid in utranq; partẽ uerum falſum'ue conſequatur, demonſtrat: deniq; in omnes ſapiẽtię partes latiſsimè manat & diffunditur: ac non modò finem cuiuſq; artis proſpicit, ſed etiam media ad metam rectè ducentia, ſine errore perſequitur atq; oſtendit: quę omnia in diſcendo, docendo, diſputando, in diiudicatione uariantium opinionũ, in controuerſiarum definitione, quantas habeant opportunitates, ecquis eſt qui non intelligat? Altera porrò ἠθικὴ, fontes naturę aperit, unde ius hoc noſtrum in eam, quam uidemus, uaſtitatem dimanauit: quibus cognitis, non modò iucundior eſt huius doctrinę inueſtigatio, ſicuti dicitur,

*Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ:*

ſed etiam aperta magis, & facilitate quadam ad intelligentiam accommodatior. Omitto, quòd ſanas inſtillat mentibus de uirtutum dignitate, turpitudineq; uitiorum opiniones: & ad iuſticię, humanitatis, aliarumq; uirtutum amorem ingenia aſſuefacit. Quid dicam de hiſtoriæ noticia? quę uerè eſt (ut apud Ciceronem inquit Antonius) teſtis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitę, nuncia uetuſtatis: ſine cuius luce cæcum eſſe Iuriſprudentiæ ſtudium, res ipſa docet. Quamobrem, ſicuti Platonẽ ferunt Academię ſuæ foribus inſcripſiſſe, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω: ita nos in ipſo iam Inſtitutionis ueſtibulo pronunciamus, eos haudquaquã ad hęc iuſticię adyta admittendos, qui neq; ſtudio linguarum & philologię ad δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, nec ſanis philoſophię præceptis ad σύνεσιν πολιτικὴν, uirtutiſq; cultum atq; obſeruantiam animos conſuefecerunt. Qui uerò harũ artium doctrina & exercitatione ingenia præculta ſic habent, & præparata, ut ad maiora contendere rectè poſsint, hi σὺν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ ad noſtram hanc Iuriſprudentiæ ſcholam accedunto.

In qua primùm audiant Inſtitutionum Iuris libros accuratè: nec audiant modò, ſed etiam legant relegantq; quotidie, adiuncto Theophilo, & Hopperij Hotomanniq; etiam enarrationibus: donec eam Iuris Epitomen intellectu & memoria penitùs habeant comprehenſam. Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά: &

*Lectio lecta placet, decies repetita placebit,*

ut eſt in prouerbiali uerſu. Nam & hoc uerìſsimè ſcripſit Epictetus: εἰδέναι χρή, ὅτι οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγει τις, καὶ ἀκούει, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον. Huic alter quaſi πάρεργος rectè atq; utiliter adiungetur labor, ſi uerborum ſignificationes, & breues Iuris regulas ex duobus poſtremis Digeſtorum titulis cognoſcere, cõplectiq; animo curæ habebũt: ſicuti quoſdam memini ſingulis diebus aliquot de Verborum ſignificatione, Reguliſq; Iuris capita ſucciſiuis horis memorię imprimentes, longè plus inde adiumenti ad ius noſtrum intelligendum conſequi, quàm ex copioſis illis doctorum Gloſſematis: quibus ſi rudem adhuc & infirmum ſtudioſi animum onerauerimus, duorum alterum (ut inquit Iuſtinianus) aut deſertorem ſtudiorum efficiemus: aut cum magno labore eius, ſæpe etiam cum diffidentia (quę plerunq; iuuenes auertit) ſerius ad id perducemus, ad quod leuiore uia ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia, maturius perduci potuiſſet.

*§ his igitur. Inſt. de iuſt. & iure.*

Hoc ergo fundamento iacto, maturè erit ad Pandectarum lectionẽ perueniendum; quibus cùm tota iuris ſcientia, ſicuti & nomen indicat, contineatur, omnis cura, cogitatio, ſtudium, ocium atq; negocium, in earum lectione erit locãdum. Ac, ſicuti Socratem eadem ſemper de eâdem iuſticia diſputare ſolitum, refert Xenophon; ita operæprecium eſt, non diſtringi

uarijs & diuerſis curis animos diſcentium, neq; à corpore Digeſtorum in
alia omnia traduci, ſed huic innutriri oportet: ab hoc ſolidus Iuriſpruden-
tiæ ſuccus, natiuusq; ſanguis eſt imbibendus. Ac ne hîc iterum infinita pe
nè rerum multitudine & difficultate rude ingenium obruatur, præceptaq;
deſperatione oblangueſcat: neúe in tam uaſto rerum diuerſiſsimarũ Ocea-
no, huc illuc lectione, ſine certa uia & ordine iactetur: conuenit tyronibus,
Summas quaſdã rerum, uelut in corpus redactas, proponi: & oſtenſa Pan-
dectarum ſerie, ac iuſta omnium tractatuum diſpoſitione & conſequentia,
ſimul quid in quoque titulo contineatur, ſummatim delineari: uel Edicto
recitato, explanatoq;, ad quod omnia conſultorum reſponſa pertineant:
uel, ubi illud deerit, materia in locos Dialecticos redacta, & breuiter expli-
cata. Qua in parte Hopperius, uir doctiſs. dum perſpicaci ingenio eruit
Pandectarum diſpoſitionem, & compendioſo utiliq; commentario ſingu-
los titulos percurrit, non modicam meritus eſt laudem: neq; ſtudia diſcen-
tium parùm adiuuiſſe uideri debet. Atq; hæc quidem ratio longè plus ha-
bet utilitatis, quàm omnes iſti Methodici libelli, qui alij ſuper alios quoti-
diè prodeũt: ſcilicet ut ab hoc pulcherrimo, optimeq; digeſto à multis præ-
ſtantibus uiris, Digeſtorum opere, iuuentus in tranſuerſa ab iſtis doctorib.
perducatur. Quantum enim eſt, incluſam habere memoria uniuerſalem
Pandectarum diſpoſitionem, & rerum ſibi inuicem aptarum conſequen-
tiumq; uidere ſeriem, tanquam in Tabula propoſitam? Quod ſi non modò
delectat alijs in rebus elegans proportio, ſicuti inquit Xenophon, οὐδὲν ἐστὶν
οὕτως οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: ſed multùm etiam ad intelle-
ctum, resq; memoria rectè complectendas conducit: quicquam'ne in hoc
uaſtiſsimo Iuris ſtudio magis conducibile ac neceſſarium arbitrabimur, quàm
ſcire ordinem materiarum omnium, & connexionem? In cæteris omnibus
artium doctrinis rectè tradendis operæprecium eſt, rudioribus, ad intelli-
gentiæ memoriæq; adiumentum, totam artem in corpus quoddam com-
poni ac colligari: quanto igitur magis in hoc ampliſsimo ſtudio, ubi non
minus ſubtiliter & uariè diſputant conſulti quàm philoſophi, opus eſt, ut
initio Summæ quædam, καὶ σωματοποιηθεῖσαι, ob oculos tyronibus propo-
nantur? ut initia, progreſſus, finem tantæ ſcientiæ animo complecti, atq; u-
no intuitu percurrere queant: diſcantq; finitum eſſe ius noſtrum, & in non
nimis multa genera diuiſum, flagranti ſtudio uniuerſum perueſtigari facilè
poſſe. Quid quòd hæc naturalis eſt, iuxta Ariſtotelem, diſcendi ratio: ut
à communioribus & generalibus præceptis, quę notiora ſunt, faciliusq; in-
telliguntur, paulatim ad penitiores cuiuſq; artis receſſus ſit progrediendũ?
Cæteroquin & obruuntur quaſi inducta nocte, ita obſcurarum diſputatio-
num perplexitate, candidatorum ingenia, & mole rerum depreſsi fatiſcũt:
ac deſperato tandem ſucceſſu, ad alia omnia dilabuntur. Vt uaſcula oris an-
guſti (inquit Fabius, optimus docendi artifex) ſuperfuſam humoris copiã
reſpuunt, ſenſim autem influentibus uel etiam inſtillatis complentur: ſic a-
nimi adoleſcentum, quantum excipere poſsint, uidendum eſt. Nam maio-
ra intellectu, uelut parùm aptos ad percipiendum animos, non ſubibunt.
Quid quòd ita catenati ſunt inter ſe, & alij in alios implicati Iuris tractatus,
ut nullum ſolidè ac penitùs intelligere queas, citra mediocrem plurimorũ
cognitionem? Ergo hic erit alter ſtudiorum labor, in quo qui egregium po
ſuerit rudimentum, is multum progreſſum eſſe ſe, & non minimam difficul
tatum partem ſuperaſſe ſciat. Hunc ſequi debet totius operis exædifica-
tio & faſtigium: in quo cùm alia alijs placuerint, licebit etiam, opinor, & no
bis ſententiam noſtram aperire: eo quidem maiore uenia, quòd non de re-
bus ignotis, aut leuiter cognitis, ſed quarũ in tractatione ætatem iam inde à
pueris

pueris conſumpſimus, iudicium facturi ſumus. Ac mihi quidem hoc cum alijs pleriſq; conuenit, tametſi Titulorum ordo in Pandectis & Codice temerè reprehendi immutariq; non debeat: tamen in tractando cuiuſq; Tituli argumento, nullam magnoperè ueræ Methodi habitam eſſe rationem. Nam in conſtitutionibus Principum uidere licet ordinē magis temporum, quàm rerum, eſſe ſeruatum. In Pandectis autem, ſiue ordo aliquis in ſingulorum tractatuum explicatione exiſtit, ut defendit Hopperius: ſiue (quod ego arbitror) à compoſitoribus Iuris (in Repub. magis quàm in Schola uerſatis hominibus) non magnoperè hac in parte eſt elaboratum: id certè negari non poteſt, & res ipſa loquitur, ad longè aptiorem commodioremq; cùm intelligentię, tum memoriæ atq; uſus methodum, ſingulos tractatus reuocari redigiq; poſſe. Quæ cùm doctiſs. experientiſsimoq; uiro Ciceroni placuerit, cùmque ab acutiſsimo eius rei architecto Ariſtotele profecta, hactenus in Scholis propter euidentem utilitatem ſit retenta: nō eſt cur nobis diſplicere, aut parùm ad diſcendum accommoda uideri debeat. Itaq; ſtudio ſibi habeant, cùm ipſi Iuris profeſſores: tum, ſi horum induſtria deſtituantur, ſtudioſi: ut quę ſparſim ac confuſè in ſingulis Digeſtorum titulis tractata reperiuntur, ea cogant in methodum, & unūquodq; reſponſum aut ſententiam conſulti in ſuum locum aptè partiantur atq; diſtinguant: hac uidelicet ratione, ut quę leges aut uerbum aut rem propoſitam explicant, in locum Definitionis primò referantur: tum quę partes rerum aut formas tradūt, ſedem Diuiſionis occupent: pòſt, quæ rei propoſitæ cauſa ſit efficiens, quæ materia, quæ forma, quis finis atq; effectus, quæ actiones inde naſcātur, & quibus eæ, contra quos, ad quid competant, quę cognata atq; adiacentia, quæ contraria, inueſtigetur: atq; ita etiam minutiſsimæ cuiuſque materiæ partes in idonea redigantur capita, nihil ut intactum, nihil non ſuo loco attributum, riteque diſpoſitum, neq; in Digeſtis, nec in Codice, neq; ulla alia utriuſq; Iuris parte relinquatur. Non enim ullum extare arbitror Reſponſum, cuius aliqua non poſsit eſſe utilitas, aut in definiendo, aut diſceptando, aut argumentis probabiliter per ratiocinationem extruendis: ut quod de medicina dixit Hippocrates, nos quoq; hactenus uſurpare queamus, οὐδὲν μικρὸν, οὐδὲν παραφρονητέον. Atque hac in parte utile eſſe iudico, ſequi Titulorum ordinem in Pandectis inſtitutum: eóque conferre, quicquid in Codice & Nouellis ac Iure etiam Pontificio conſimile, præſentique negocio conſentaneum poteſt reperiri. Ad hos enim Titulos commodè poſſe referri, quicquid alibi de iure ſcriptum extat, rebus ipſis aliquando ſum demonſtraturus.

His ita digeſtis, reſtat ultimus labor, in examinandis ſuo loco ſingulis per ἀνάλυσιν legibus, cauſis'que earum & partibus penitius introſpiciendis. Sed hîc rationem materiarum haberi oportet. Turpe eſt enim, difficiles habere nugas: Et ſtultus labor eſt ineptiarum, ut quidam inquit. Nam quid attinet, omiſsis, aut leuiter tantum deguſtatis ijs quę ad quotidianum fori uſum ſunt potiora, in difficillimis illis iuris ſalebris, à quibus iudicia noſtra iuriſdictioneſq; longiſsimè abhorrent, ingenium, operam, ocium atq; negocium omne, Herculano quidem illo, ſed inani labore conſumere? Sicuti memini nos adoleſcentes in difficillimis ſubſtitutionum tricis, in utriuſq; quartæ Falcidiæ ac Trebellianicę enodatione, in materia contributionum, ſuitatis, regulæ Catonianæ, tranſmiſsionum, bonorum poſſeſsionis, ſtipulationum diuiduarum & indiuiduarum, obligationum dandi & faciendi, naturalis & ciuilis, generis & alternatiuæ, eius quod intereſt, æſtimationum, operarum, ſeruitutum, manumiſsionum, liberalium cauſarū, poſſeſsionum, nudorum pactorum, exhæreditationum, præteritionum, quæ

circa

circa liberos & poſthumos uerſantur, in uaſtiſsimis legatorum ſpacijs, atq; alijs id genus labyrinthis multùm uerſari: pulchrum'que ducere, ac palmarium inter æquales, ad explicationem illarum difficultatum aut excogitare aliquid ingenioſè, aut aduertere nouiter, aut in opiniones noſtrorum interpretum ſubtili ſtudio inquirere. Poſtea uerò quàm ad cauſarum tractationem & occupationes forenſes acceſsimus, uanam fuiſſe illam induſtriam noſtram, & ſine fructu tantum laboris in rebus ab uſu remotis exhauſtum comperimus: edoctique rebus ipſis ſumus, quæ nobis antea ſorduiſſent, in his uim omnem Iuriſprudentiæ uerti maximè, & quaſi animam diſciplinæ forenſis habitare. Vnde & illud accidere neceſſe fuit (neq; enim eſt diſsimulandum) ut in tractatione dijudicationéque cauſarum neceſſaria quandoq; ignorarim, quòd non neceſſaria nimio opere didiciſſem. Quamobrem, cùm plerique qui ad Ius ciuile diſcendum ingrediuntur, temporis nõ habeant ſatis, ut minutiſsimas quaſque uoluminum noſtrorum partes conſectari omnes, & penitùs explorare poſsint, cumq; ambitione & foro obruti, è medio ſępè curſu ad ciuilem uitam reuocentur, author ijs ſum, ut leuiter perlectis ijs quæ ab uſibus noſtrorum iudiciorum planè abhorrent, (cuiuſmodi pleraq; paulo antè, cùm me operam luſiſſe dicerem, annotaui) in eas partes curſum ſtudiorum dirigant, quę ut ubertate & uſu ſunt potiores, ita cognitu non parùm faciliores, planioresq; inueniuntur: cuiuſmodi ſunt ferè omnia ad ordinem iudiciorum, contractus, res creditas, obligationes, actiones, iura dotium, tutelas, teſtamentorum compoſitionem, delicta & pœnas, aliaſq; conſimiles uitæ quotidianæ actiones accommodata. Hos Iuriſprudentię ſinus diligenter exploret, penetret, ſcruteturq; licet Iuris ſtudioſus. nihil enim in eorum inueſtigatione operæ temporiſq; ponet, cuius non poſtmodum fructus aliquis & utilitas in foro conſtabit. Quòd ſi ne hæc quidem flagranti eius ſtudio ſatisfecerint, nihil ſanè ueto, quo minus in ſteriles illas & deſertas inſulas deferatur, inibiq; ὡς ἐν παρόδῳ aliquantiſper, explorandi tamen magis quàm commorandi cauſa, oberret. Poſtquam ergo planum fecimus, quibus in Iuris partibus præcipuè ſit elaborandum: reſtat ut exequamur, qua ratione & modo plenior earum inueſtigatio examinatioq; ſit inſtituenda.

Digeſtis ergo in eum ordinem, de quo ſuprà dixi, omnibus Iuris capitibus: iterum retexenda hęc tela erit, & ſinguli articuli ſecundum ipſam Methodum diligenter explorandi. Ac principiò totum illud quod lex (ſic enim capita ſingula Reſponſorum Conſtitutionumq; uulgò appellantur) dicit, in ſummam quandam redigendum, quæ & paucis integram eius ſententiam concludat, & rectè infigi memoriæ poſsit. Huius autem ſententię διότι & ratio, quę legiſlatorem mouit, accuratè inueſtiganda: cuius cognitio non modò ad propoſiti capitis intelligentiam pertinebit, ſed ad ſimiles caſus quandoq; incidentes, & dijudicationem aliarum ſpecierum rectè per ratiocinationem extendetur. Scire leges, inquit Celſus, non eſt uerba earum tenere, ſed uim ac poteſtatem [a]. Poſt hæc proximum fuerit, ut in ſuas partes legem per ἀνάλυσιν reſoluamus, ſingulaq; exequamur & perpendamus, uerba, perſonas, res, facta, aliaſq; propoſitæ ſpeciei circumſtantias: quæ omnia ad theſes & locos communes (Regulas uocant) erunt referenda, ut his particularibus exemplis regulæ confirmentur, confirmatæq; uſibus uariorum negociorum aliquando ſeruire queant. Poſtremò, facta aliarum legum uel ſimilium, uel pugnãtium collatione, conciliare omnia & connectere, exploratis aut ſimilitudinis aut differentię cauſis, annitemur.

[a] L. ſcire. 16. de Legib.

Non me fugit, hæc in reprehenſionem eorum incurrere, qui negant utile eſſe, in colligendis ex quoque capite iſtiuſmodi regulis operã collocari: quandoqui-

quandoquidem omnis definitio in iure ſit periculoſa: rarumq́ exiſtat, ut
contrario aliquo axiomate ſubuerti non poſsit. Quorum quidem oratio-
nem atq́ authoritatem ſi admittimus, uereor ne magnam nobis, cùm in
agendis cauſis, tum in definiendis, amputemus facultatem. Nam ut præter-
mittam, hæc eſſe uelut orationis lumina & neruos, quibus cauſarum argu-
menta aptè ſuis locis cùm illuſtrantur, tum colligantur: quis uel mediocri-
ter rerum forenſiū peritus non animaduertit, multa quotidiè incidere, quæ
niſi generalibus iſtis præceptis decidi non poſſunt? Verè enim dictum
eſt, eum intentionem habere fundatam, pro quo generalis faciat Iuris defi-
nitio [a]. At ea eſt periculoſa, raróque fit ut ſubuerti non poſsit. Pericu-
loſam eſſe, & ambiguam, infirmamq́ toto genere, nego: etiamſi caſus emer
gere poſsint, in quibus propter probabiles circumſtantias, locum non ha-
beat, & (ut inquit Iuriſc.) facilè ſubuertatur. Quam propter cauſam ſi has
Iuris theſes reijci conſentaneum eſt, eâdem opera uniuerſum Ius noſtrum
explodamus licet: &, ſicuti multos inſanire audio, ex ęquo & bono, hoc eſt
pro arbitrio, quod ſibi quiſq́ uario mentis errore uariè fingit, iudicia tracte
mus, ac tantùm non nundinemur. Neque enim ulla lex tam eſt circumſcri-
pta, nec tam circnmſpectè ſcribi potuit, ut quãuis in ſpecie de qua agit mul
to ſit æquiſsima, tamen non aliquando in conſimilibus articulis ceſſet, &
ἐπιεικεία aliqua propter diſsimilitudinem circumſtantiarum excludatur.

*a Not. in l. 1. de reg. iur. ubi glo. mag. et Dec. nu. 6. et gl. in l. omnis. 203. eo. tit.*

Supereſt, ut de adhibendis interpretibus conſilium uobis exponam
meum: in quo difficile eſt omnium iudicijs ſatisfacere, quòd pro diſpari ui-
tæ inſtituto alij aliter opinentur. Nam qui omne ſuum ſtudium ad praxim,
& capeſſendam aliquando Rempub. conferunt, hi non minus doctoribus,
præſertim Speculatori & Bartolo, operam dañt, quàm legibus: propterea
quòd in omnibus iudicijs morem hunc irroboraſſe animaduertunt, ut
iſtorum placita non minus ius faciant, quàm ipſæ Principum conſtitutio-
nes. Contrà, quorum animi melioribus diſciplinis tincti, artem potius
ipſam Iuris, & operas ſcholaſticas, quàm uſum forenſem intuentur, hi me-
tuentes ne (quod in tragœdia Menelaò obijcitur) barbari fiant inter barba-
ros: cùm omnia inconditè, horridè, ſparſim, ſine methodo, ſine ordine tra-
ctari ab interpretibus perſpiciant: multa confuſè, neq́ ſuo loco, & (ut aiũt)
οὔτε γῆς οὔτε οὐρανοῦ ἁπτόμενα dici: nihil gratiæ, nihil elegantiæ, nihil proprieta-
tis, illis Gloſſematis ineſſe: exoſi horridum interpretationis genus, ſolis, ut
loquuntur, textibus inhærent. Ego quidem

*Nullius addictus iurare in uerba magiſtri,*

cùm meo quodam fato ita diſtrahar, ut alterum pedem in Schola, alterum
in foro habere propemodum uidear, meam ἄνευ παθῶν ſententiam in me-
dium proferam. Ac negari quidem non poteſt, quin ſuperioris ætatis
Interpretes, imperitiæ & tenebris ſuorum temporum inuoluti, multum in
proprietatibus uerborum, in antiqui Iuris explanatione, ſint hallucinati: &
deſtituti methodo, tractent pleraque ſine ordine ac luce: plura ſæpe ut in
eorum diſputationibus πάρεργα, quàm ἔργα reperias. Sed has incommodi-
tates longè pluribus exæquant penſantq́ utilitatibus, quę nos ad eorum le
ctionem meritò extimulare debent. Homines enim ingenijs abundantes,
& in conſilijs rerum maximarum atque imperiorum adminiſtratione mul-
tùm uerſati, cùm non in umbra Scholarum, ſed in media repub. uim omnẽ
iuſticiæ & præcepta Iuris perdidiciſſent, multa deinceps, quę nobis aduer-
tere nunquam ueniſſet in mentem, in ipſarum legum expoſitione, collecta
uſu, & prudentia ciuili animaduerſa, annotarunt. Quid? in tradendis le-
gum cauſis, in eliciendis theſibus, in conciliandis antinomijs, quantum eſt
eorum acumen? Iam uerò cùm illud conſtet, plerarumq́ litium dijudi-

cationem non ab aperta Iuris definitione pendere, (quotus enim quiſq; ius certum in litem pertrahat?) ſed eius eſſe generis, ut diſputationem habeat in utramque partem probabilem: uſitatum eſt, cùm in agendis, tum etiam definiendis cauſis, ſententias horum interpretum attendere, niſi euidenti aliqua ratione, aut explorato iure refutentur. Cùm enim hi, ſicuti dixi, rerum ciuilium experientiſsimi homines, infinitas quęſtiones, quę nuſquam certa aliqua lege comprehenſæ ſunt, paſsim tractent, & decidant, ſuæq; opinationis uerìſimilem utplurimùm cauſam aliquam afferre ex iure conētur: quid eſt cur in rebus ambiguis ſententias illorum authoritate confirmatas, ſequi uereamur? Nam qui putant in eiuſmodi negocijs, id quod bonum & æquum eſt, attendendum: primò periculoſè nos docent. Sæpenumero enim falſa æquitatis ſpecies, quaſi γλαύκωμα in oculos primùm incurrit, qua etiam prudentiſsimi homines, & ab omni iudicij doctrinęq; maturitate circumſcripti, in errorem facillimè pertrahantur. Deinde, ut maximè quod conſentaneum ſit habeas perſpectum, tamen cùm tam pręceps atq; pronus in tanta ambiguitate tenuique æquitatis diſcrimine ſit lapſus: quantæ confidentiæ eſt, tuo ſolius iudicio niti: & quid præſtantiſsimi uiri, quibus nullo modo ſis conferendus, de eadem re antè ſtatuerint, nolle ponderare? Poſtremò, quot indies gliſcunt controuerſiæ? quàm multa incidunt, in quibus quaquauerſum eadem apparent æquitatis momenta, rerumq; ipſarum pari lance exęquatarum ęquabile pondus, in contrarias ſententias animum diſtrahit, affertq; in deliberando ancipitem cogitandi curam? Quomodo quæſo ex hac ſalebra, ſine horum interpretum adiumento, eluctabere? Credo, ſicuti Alexander, Gordianum nodum gladio diſſolues: quod ruſticorum eſſe, non Iuriſperitorum, rectè noſter oſtendit Accurſius [a]. Nam quod quidam dicunt, ne in ipſis quidem doctorum libris omnes quæſtiones quotidiè emergentes inueniri definitas: ut maximè ita ſe res habeat, an propterea quæ ſapienter accuratéque ab ijs conſulta decretáque inueniuntur, erunt negligenda? Verùm propè dicam, non modò plures cauſarum, quę quidem in forenſem diſceptationem incidunt, deciſiones extare in monumentis noſtrorum Interpretum, quàm in ipſis Legum uoluminibus: ſed etiam nihil poſſe propemodum euenire tam inuſitatum, tam nunquam auditum, diſputatumq;, cuius non aut expreſſa definitio, aut ſaltem ratiocinatione probabilis, ex Doctorum placitis, accurataq; lectione, poſsit alicunde peti. In quo uanus habear, ſi qui omnem ætatē in diſciplina forenſi tractandiſque cauſis, atq; interpretum commentarijs peruolutandis conſumpſerunt, non facilè huic meę aſſeuerationi, album (quod aiunt) calculum ſint addituri.

*a In l. Veſenni-us. 36. §. fin. de neg. geſt.*

Parcius hac de re agerem, niſi compertum mihi eſſet, hos Interpretum noſtrorum maſtigas, cùm diſceptandis dirimendiſque controuerſiis adhibentur, ſæpe ex illo tam laudato atque admirabili æquitatis ſuę promptuario, nimis quàm debilia infirmáque in deliberationem adferre argumenta, nonnunquam etiam obmuteſcere, atque aſsidere uelut κωφὰ πρόσωπα, ac uel inuitos tandem ad retinēdam dignitatem, lectioni doctorum ſeſe mancipare. ut aptiſsimè in eos quadret, quod in fabulis uini uituperatoribus obijcitur: Vituperant, & bibunt tamen. Quos quidem aliquis fortè ijs cōparet medicis, qui cùm magno conatu Auicennam & Arabas omnes, ueluti indoctos imperitóſque, & ſæpe aberrantes, ex finibus atque agris τῆς ἰατρικῆς πολιτείας exterminarunt: tamen cum ad manum & praxin medicinę uentum eſt, aut eoſdem quos eiecerunt, magiſtros reuocare, & in conſiliū adhibere coguntur: aut ijs deſtituti, magno cum hominum detrimento aberrant ipſi ſæpe, & noxia pro ſalutaribus miſcent: nullam certè, ſicuti uidemus,

demus, à dexteritate medendi laudem, nullum ad celebritatem inſigne nomen conſequuntur.

Neque tamen hæc eò à me dicta ſunt, quòd obrui iuuentutem intempeſtiua Interpretum lectione uelim: quibus omnibus peruolutandis uix hominis uita ſuppeditet, nedum hi anni quos iuuentus huic ſtudio impendere conſueuit. Nam ſicuti ille philoſophandum, ſed paucis, autumat: ita ego in Scholis parcè adhibendos interpretes exiſtimo, ne uel multitudine diſputationum obruantur ingenia, uel à melioribus ſtudijs temerè abducantur. Pręſtat ſanè primam inſtitutionem præceptorum duntaxat uiuę uoci, ſoliq; legum intelligentiæ ac perceptioni dare. Etenim & præceptores commodius dubitantibus reſpondent (ut ait Plato) quàm libri, & res intricatas perſpicuius explanant: atq; cùm reliquæ diſciplinæ non tantum de libris hauriri poſſunt, ſed lumen etiam doctoremq; deſiderant: tum in primis Iuriſprudentiæ ſtudium, propter incurrentes undiq; obices, & uix credibilem in tractãdo aſperitatem, uiui interpretis adiumentum requirit. Præterea ex ipſis legibus non modò gratius, uelut ex fonte bibuntur cauſarum deciſiones: ſed id quoque utilitatis percipitur, quòd in ijs qui bene uerſatus eſt, & quid quoque loco tractetur in promptu habet, eum latêre nequeat, ſi qua noua quæſtionum difficultas inciderit, quo eam loco, & ad quas leges, in Commentarijs doctorum, inuenire poſsit explicatam. Quæ res in praxi magno eſt uſui, ſicuti compluries rebus ipſis ſum expertus.

Præcipuum igitur iuuentutis ſit ſtudium, bene intelligere atque animo complecti legum ſeriem, & ſententias: ac diligentem hac in re præceptoribus operam dare. Quia tamen diſputationibus & opinionum collatione hac in palæſtra ualde opus eſt, ut nuſquam uerius ſit, quod ait Euripides, ὁμιλία τίκτει τέχνας: nos certè quicquid conſecuti ſumus, ſi modò aliquid conſecuti ſumus, huic potiſsimùm induſtriæ acceptum ferimus: ad diſſerendi autem rationem multa ſuppeditant interpretum libri: erunt & hi à prouectioribus, pauci tamen, idq; parcè, adhibendi. cuiuſmodi ex ſuperioris ætatis doctoribus ſunt, Azo, Speculator, Bartolus, Caſtrenſis, Fulgoſius, Imola, & Iaſon. Sed in his, meo iudicio, praxi operam aliquando daturis, præcipuè terendi erunt Speculator & Iaſon: quorum alter corpus Iuriſprudentiæ mediocri ordine diſtribuit ac exponit, idq; in forum atque uſum producit: alter, copia ingenij doctrinæq; ubertate ſic inſurgit, tam exactè diſputationes in utramq; partem ponderat, tanta luce ſingula illuſtrat, tam uaria rerum copia locupletat, ut nullius interpretis lectionem tantum utilitatis adferre poſſe arbitrer, quanta eſt ea quæ ex refertiſsimis Iaſonis monumentis, quaſi diti aliquo copiæ cornu, colligi poteſt. His addendi ſunt illi, qui hoc noſtro ſeculo ad imitationem ueterum, propria & eleganti oratione Ius noſtrum illuſtrarunt. Multa enim, à ſuperioribus dicta perperàm, emendant: plurima, non animaduerſa hactenus, in lucem producunt: ac melioribus inſtructi diſciplinis, leges ueteri ſuæ puritati & natiuo candori reſtituunt: inter quos præcipui ſunt (nec enim omnes enumerare huius eſt loci) Alciatus, Zaſius, Duarenus, Molinæus, Oldendorpius, Tiraquellus (quem aliqui Calepinum iuris appellare non dubitant) Balduinus, Hotomannus, Hopperius, multiq; alij docti & boni: quorum feliciſsima ſcripta authores ſic commendant uulgò ſuos, noſtra ut prædicatione tanquam ſuſpenſa hædera non habeant opus. Meo tamen iudicio nihil hac tempeſtate exijt eruditius illo Opere, quod D. Connanus, uir longiore uita dignus, quamuis imperfectum morte ſua, nobis reliquit: de quo quæ mea eſſet exiſtimatio, aliquando his uerſibus expreſsi:

Acmi-

*Aemilio quantum tribuit perdocta uetuſtas,*
*Qui priſci certum iuris aſylon erat:*
*Tantum Connano debent hæc ſecula noſtro,*
*Cuius par ueterum nobile prodit opus.*
*Huic niſi ſupremam limam inuida fata negaſſent,*
*Præriperet Latio Gallia laureolam.*

Scripſit & Gabriel Mudæus, uir longè eruditiſs. & præceptor meus perpetua pietate colendus, abſolutiſsimos in Inſtitutiones, aliasq; Iuris ciuilis partes Commentarios: qui ſi lucem aliquando tandem aſpicere poterunt (qua hactenus nimio quodam authoris pudore carere coguntur) næ præclarum artificem, & egregium Inſtitutionis magiſtrum ſtudioſa iuuentus erit adepta. Talium ergo uirorum lucubrationib. neutiquam, ſuadeo, adoleſcentes careant: quin potius aſsidua in ijs lectione & ſtudio immorentur. ita enim & rectius leges intelligent, & maiorem facultatem diſputationibus ſuppeditare poterunt: & cùm ad actiones publicas, ubi doctores in manus ſumendi conſulendique omnino ſunt, erit uentum, non tanquam peregrini atq; hoſpites, in aſſequendo illorum ſermone, ac diſputationibus intelligendis hærebunt.

Effudi uobis omnia, optimi auditores, quæ mihi ad conſtituendam rectè huius ſtudij rationem uiſa fuerunt peridonea: quam quidem ſi ego ab ineunte ætate ſecutus eſſem, omnemq; Iuriſprudentiam in illos, de quibus dixi, Locos haberem digeſtam, magnum adiumentum non modò ad memoriam, ſed etiam inuentionem intelligentiámque ſtudijs meis parauiſſem. Nam ut reliqua prætermittam, id diſsimulare nequeo, nonnunquã in tractatione negociorum uſuuenire mihi, ut cùm recorder, oblati facti deciſionem aliquo in titulo extare, caput tamen ipſum ignorem: cogarq; eius inueniendi gratia totum, quamuis lõgiſsimum, Titulum percurrere lectione, quod in ſedem methodicam digeſtum ſtatim ſe offerret, nec fugere morariq; quærentem ullo pacto poſset. Itaq; cùm ipſo rerum uſu didicerim, quantas hæc ratio habeat in omnem partem utilitates: eam me in docendo ſecuturum profiteor. Ac primùm παράτιτλα uobis tradam, quibus & ſeries Pandectarum, & præcipua omnium Titulorum capita utcunq; explicentur. Eo decurſo ſpacio, rurſus (ſicuti oſtendi faciendum eſſe) ad carceres redibimus, & ſingulas leges, in ſuos locos aptè diſtributas, plenius uberiusq;, ſicuti opus erit, explanare conabimur. Cui quidem inſtituto ſi uita ac laboribus ſupereſſe atq; ſufficere potero, & publica iuriſdictio aulicæq; occupationes, quibus diſtineri atq; adeò interrumpi nonnunquam hunc curſum noſtrum uidetis, ocium concedent, ad rem tantam animo atque opere perficiendam neceſſarium, mediocre Iuriſprudentiæ κτῆμα artemq; habebitis, magis uberem ac rebus præſentibus idoneam, quàm difficilem aut obſcuram. Quam porrò, ſi decurſo ſtudiorum ſpacio in forum atq; uſum (qui, ut eſt in uerſiculo, facit artifices) educere, tractationeq; cauſarum limare ac perpolire inſtitueritis: adiunxeritisq; conſuetudinum cognitionẽ, quas Tiraquellus, Molinæus, Chaſſonæus, Matthęus de Afflictis, Boerius, multiq; iuris Saxonici periti homines, Commẽtarijs illuſtrarunt ſuis: nihil cauſę erit, quamobrem inter ſummos Iuriſconſultos, quorum prudentia & conſilio Reſpub. teneantur, non iurè annumeremini: ſpemq; præbeatis, toto legitimo opere perfecto, ampliſsimam poſſe Rempub. quãuis in iſtis Imperiorum ruinis, & extrema mundi ſenecta, horribiliter furorib. diaboli & efferorum hominum immanitate conuulſam ac laceratam, tamẽ in partibus eius uobis credendis (ut Iuſtiniani uerbis utar) utcunq; feliciter regi atq; adminiſtrari. Quod ut ſumma cum dignitate aliquando conſe-

quamini, ueſtrum erit, ad tantarum rerum conſiderationem tempus et diligentiam, ſine qua nihil præclari efficitur, adhibere: mihiqꝫ pro qualicunqꝫ hac facultate quam Deus largitus eſt, ad illuſtrationem huius ſtudij incumbenti, nauiter dare operam tanto ſtudio dignam. Cur autem non detis, tam certis propoſitis dignitatum commodorumqꝫ præmijs: quæ ultrò deferuntur ijs, qui hanc utiliſsimam omnibus negocijs publicè priuateqꝫ rectè exequendis ſcientiam integrè perueſtigarunt, et animo ſunt complexi? O uitę Iuriſprudentia dux, ô ciuilis uitæ architectrix: quid, non modò nos, ſed omnis uita, omnes actiones cogitationesqꝫ hominũ, ſine te fuiſſent? Tu urbes peperiſti, partas conſeruaſti, muniuiſtiqꝫ legibus: tu hominum ſocietatem primò iuſtis coniugijs, deinde domicilijs, tum morum ac diſciplinæ uinculo colligaſti: tu dux & author uirtutum, tu magiſtra morũ: tu pacem ciuibus, incremẽta ciuitatibus, gloriã, dignitates, opes, ſummamqꝫ amplitudinẽ tui ſtudioſis confers: tuo præſidio incolumes, tua authoritate ab improborũ impetu tuti ſumus: tuo munere & domi ſecurè, & foris in iudicijs, in contractibus, in negocijs omnib. ſine iniuria, honeſtè tutoqꝫ uerſamur: per te quid noſtrũ, quid alienũ, quid commune ſit, exploratũ habemus: per te fundos, patrimoniũ, hæreditates, uxorem, liberos, & quæcunqꝫ noſtra nobiſqꝫ chara ſunt, ſtabilia, inuiolata, tuta, ſarta tectaqꝫ retinemus.

Hanc igitur ut pulcherrimam præſtantiſsimamqꝫ rerũ omniũ ſcientiam inueſtigare ritè, atqꝫ explicare, aſpirante cœptis noſtris Deo, ordiamur: diuinam illam ſapientiam, ſine cuius adiumento nullius eſt felix conatus & utilis unquam, ante omnia communib. uotis in auxiliũ aduocemus. Te ergo ſupplices obteſtamur ęterna ſapientia æterni Patris, Emanuel, fili Dei uiuentis, Domine IESV CHRISTE, λόγε καὶ εἰκὼν τοῦ ἀϊδίου πατρὸς ἀϊδίου, μεσίτης καὶ ἱκέτης ἡμῶν, ſine quo nihil poſſumus, qui promiſiſti te nobiſcum fore uſqꝫ ad conſummationem ſeculi omnib. diebus, & daturum dona hominibus: cui uolupe eſt iam inde ab initio uerſari inter homines, nósque miſeros atqꝫ imbecilles, de tuis ſolius humeris pendentes, regere, tueri, ac erudire ſapientia cœleſti: Omnipotens, iuſte, caſte, miſericors, cum Patre æterno & Spiritu ſancto Deus, protege ac tuere clementer aduerſus teterrimos diabolorũ impetus Eccleſiam tuam: & πολιτείας, quæ ſunt hoſpitia Eccleſiarum, atqꝫ hunc cœtum docentium diſcentiúmque in te proiectũ, Spiritu tuo ſancto guberna & erudi: ſtudia noſtra, quæ Eccleſię & reipub. inſeruiunt, in iſtis rerũ difficultatib. & ruinis regnorum, ſub umbra manus tuæ cuſtodi, & propugna: fac nos uaſa miſericordiæ tuæ, & eſto lux mentium noſtrarum æterna: ut diuinam ſapientiam ac iuſticiam, per te ex arcano ſinu Patris ad nos allatam, enarratámque, rectè ritéque inueſtigare, ac tibi grata dicere & facere, diſcendo, docendo, agendo, in Eccleſiaſtica, Ciuili & Oeconomica gubernatione, perpetuò poſsimus.

## DE LIBRIS IVRIS, ET PARTItione Pandectarum.

IVSTINIANVS Imperator Romanorum LVII, qui circiter annum à Chriſto nato DXXVII ad Imperium, adoptione Iuſtini auunculi euectus eſt, ut non modò armorum gloria foris præſtaret, ſed etiam Rempub. domi præclaris inſtitutis & ordinata diſciplina tueretur, Ius ciuile uoluminum multitudine (nam ad duo millia librorum, uerſuum autem tricies centena millia excreuerat [a]) tantùm non obrutum, & opinionum uarietate adeò confuſum atque multiplex, ut tenuis eſſet, ac penè nullus eius in foro uſus, reiectis ſuperfluis omnibus, & antinomijs ac diſputationibus ad congruentem harmoniam reductis, in ordinem cogere, uſibúsque forenſibus accommodare, per Tribonianum quæſtorem Sacri palatij, aliósque uiros doctrina excellentes, & in repub. multùm uerſatos, eſt aggreſſus. Ac uniuerſum Ius in tria librorum genera diſtribuit: nempe, Inſtitutiones ſiue elementa: Pandectas Iuris ciuilis, quibus reſponſa prudentum cõprehenduntur: & Conſtitutiones principales, in Codicem ac Nouellarum uolumen relatas. In Inſtitutionibus, Imperator ad captum tironum ſe demittens, ſumma tãtùm quædam rerum capita ex Digeſt. & Cod. decerpſit: contentus, omiſsis quęſtionum ſubtilitatibus, tum uerbis ſuam tribuiſſe ſignificationem, definitionemque: tum præcipuorum Iuris capitum ſimplicem expoſuiſſe ſententiam, ne in ipſo ſtatim portu quaſi fluctibus difficultatum iuuentus obrueretur. Ordinem autem perſonarum, rerum, actionum, qui maximè ualet in elementis, exactiſsimè retinuit. Nam primo libro, poſt definitionem diuiſionémque iuris, de perſonis: ſecundo & tertio, de qualitate, acquiſitione, & commercijs rerum: quarto, de actionibus & iudicijs tractat, quarum rerum expoſitione omne ius continetur.

*a L.2.§ ſed cũ omnia.C.de uet. iur.enucl. §. & antea.1.conſ.ff.*

In Codicem retulit Iuſtinianus Principum conſtitutiones, quibus Iuriſprudentia ueterum partim locupletata, partim emendata eſt. His addidit ſuas Nouellas conſtitutiones, in quibus idem propoſitum ei fuit, ut ius uetus cùm augeret nouis reſcriptis, tum etiam aliqua ex parte emendaret. In conſtitutionibus digerendis, à prioribus Principibus ad poſteriores fit progreſsio: & prout quæque conſtitutio tempore prior eſt, ita & loco præcedit: prudẽti ſanè conſilio, ut ex ipſa temporum collatione appareat, quæ cui deroget, & ſit anteferenda. Nec enim obſcurum eſt, poſteriores tempore potiores eſſe prioribus. Quod cùm ita ſit, præter aliquem Titulorum ordinem, nulla magnopere Methodus in his potuit obſeruari: cùm alia ab alijs Imperatoribus pro uſu rerum præſentium, ſint conſtituta.

In Pandectis autem aliter ſeſe res habet. Nam cùm his tota Iuriſprudentia contineatur, omnia ad rationem iudiciorum & fori, ſeriémque ipſarum actionum accommodantur: ut quæ connexa ſunt in Inſtitutionibus, ea longè aliter alijs locis tranſlata in Digeſtis, deciſaque, natura actionum ita exigente, reperiantur. Quæ res eo minus habuit difficultatis, quòd extaret elegantiſsimus uniuerſi iuris ordo, in edicto perpetuo: quem I. C. in Commentarijs ſuis ſecuti ſunt, & ſibi retinendum meritò compoſitores Iuris huius putauerunt.

Pandectarum autem diuiſio, quam hodie uulgò fieri uidemus, qua tribus earum partibus conſtitutis, prior Digeſtum uetus, altera Infortiatum, tertia Nouum appellatur, neque ſanè uetus eſt, nec admodum cõcinna. Eſt enim perpetuus Digeſtorum ordo ac contextus, quinquaginta omnino libris abſolutus, quos in ſeptẽ partes principales Iuſtinianus diſtribuit: quarum prima, huius artis & uſus forẽſis principia atque elementa cõtinet:

ſecunda, iudicia realia, & his conſimilia: tertia, res creditas: quarta, pignora, iura dotium & coniugiorum, item tutelas: quinta, ultimas uoluntates: ſexta, poſſeſsiones bonorum, & interdicta: ſeptima, ſtipulationes, iudicia criminalia, appellationes, quædam extraordinaria, & denique Epilogum, quo, expoſitis uerborum ſignificationibus, & rerum omnium regulis, uno quaſi faſciculo omnia colligantur. Horum autem omnium non inſcita eſt connexio. Nam principiò, ſi in alijs leuiorib. diſciplinis opus eſt procœmio, & generalioribus præceptis: quãto magis ab ipſis fontibus κατὰ σύνθεσιν Ius fuit repetendum, præparandíque diſcentium animi, cùm oſtenſis huius diſciplinę initijs, tum apertis iudiciorum ueſtibulis, quę ad maiorum rerum perceptionem aditum muniunt? Atque hęc quidem omnia ἐν τοῖς πρώτοις iuſto ordine pertexuntur. Quibus abſolutis, ad ipſorum iudiciorum tractationem Iuſtinianus pergit: & explicato generatim eorum progreſſu, ordine & effectu, apta partitione ſingula deinceps perſequitur. Ea enim cùm ſint aut Ciuilia, aut Prætoria, aut Criminalia: primùm pertractat Ciuilia, quæ tum ex poſſeſsionibus ac dominijs factóue aliquo, tum ex rebus creditis, harumq; acceſſorijs contractibus, deinde ex perſonarum nuptijs & tutelis, ultimis deniq; morientium uoluntatibus naſcuntur. Secundo loco Prætoria, quæ in dandis bonorum poſſeſsionibus, interdictis, ſtipulationibus prętorijs conſiſtunt. Tertio criminalia iudicia, delicta & pœnas exequitur: quibus annectit prouocationum materiam, quod eſt in omnibus iudicijs poſtremum. Quæ tandem omnia Epilogo, & ſicuti uſitatum eſt, compendiaria enumeratione cùm uerborum, tum rerum concluduntur. Sed de ſingulis, tempus eſt ut paulò enucleatius diſſeramus.

# PARATITLA IN PANDECTAS IVRIS CIVILIS, EX PRAELECTIONIbus D. Matthæi Vveſenbecij.

## DIGEST. LIB. I. DE IVSTIcia & iure, Tit. 1.

1 *Quare ante omnia tractetur de Iuſticia & iure.*
2 *De iuſticia uniuerſali.*
3 *De particulari.*
4 *De commutatiua.*
5 *De diſtributiua.*
6 *De nomine Iuris, & unde ducatur.*
7 *Quid ſit ius.*
8 *Quotuplex ſit.*
9 *De Iure naturali.*
10 *De Iure gentium.*
11 *De Iure ciuili.*

1 CVM in omni diſciplinarum genere ante omnia ſciri oporteat, quid & quale ſit illud, de quo diſputatur: & quod ſit obiectum ſeu materia, quam quæque ars tractandam ſuſcipit: recte atque ordine fit in tradenda Iuris doctrina, ut quid ſit iuſticia, quid ius, quas habeat partes & ſpecies, primò exponatur. In his enim omnis Iuriſconſultorum ars & diſciplina conſumitur. Itaque hoc in Titulo tractatio de iuſticia & iure eſt inſtituta. De iuſticia, præter ſolam definitionem, nihil hîc traditum inuenies: quia non de hac, cuius conſideratio magis eſt Philoſophica, ſed de iure Romanorum diſſerere, proprium eſt conſultorum: eoque nos etiam hac in parte erimus breuiores, contenti quid ſit, & quotuplex iuſticia, expoſuiſ-
2 ſe. Sciendum autem eſt, Iuſticiæ nomen aliàs generalius accipi, aliàs anguſtius, ut multa alia uocabula. [a] Nam interdum totum uirtutum chorum hoc nomine complectimur: ut in prouerbiali illo uerſiculo, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔστιν: quæ iuſticia uniuerſalis dicitur, ſiue uirtus, iuxta Platonem, abſoluta: eſtque obedientia erga omnes leges in ſocietate, quæ æquo iure regitur: [b] ſiue, ut inquit Cicero [c], obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſque populorum. Hoc modo Ariſtides dicitur iuſtus. Plato ordinem hominis erga ſeipſum conſiderans, ita hanc iuſticiam definit, ut ſit obedientia omnium uirium humanarum erga rectum iudicium rationis. Cùm autem præcipuus ſit ordo homini erga Deum, menſque humana intelligat ſe huic conditori ſuo obedientiam debere, rectè hæc iuſticia ſic definiri in Eccleſia ſolet, ut ſit uniuerſalis obedientia omnium uirium in homine, neceſſariò præſtanda Deo conditori, iuxta omnes leges ab ipſo propterea naturæ humanæ inſitas, ut congruat noſtra natura cum mente & uoluntate Dei, & non congruens deſtruatur: utque in hoc iudicio agnoſcatur qualis ipſe ſit, & à malis diſcernatur.

3 Crebrius accipitur Iuſticia pro ſpecie uirtutis, quam particularem nominant. Eſtque, ut I. C. ex authoritate Simonidis [d] definiunt, cõſtans & perpetua uoluntas (id eſt, habitus ſiue firmum propoſitum, & ἕξις προαιρετική, nec

*Varia ſignificatio uocabuli.*

a l. pecunia 178. de uerb. ſignif. iuncta l. ſed Iulianus. 9. ad S. C. Macedo. l. 1. de adopt. l. 1. l. fina. in princi. de grad. & aff.
b Ariſt. lib. 5. Ethic.
c lib. 2. de legib.

*Definitio uniuerſalis Iuſtitiæ*

d Plato lib. 1. de Repub.

*Particularis iuſtitia*

a eum

enim uoluntas, niſi in habitum tranſierit, conſtans & perpetua eſt) ius ſuum
cuiq; tribuendi. Proprium enim iuſticiæ munus eſt, & officium, extra ſe agere,
& ſuum cuiq; tribuere: in contractibus quidem, proportione arithmetica:
in ordinatione uerò perſonarum, diſtributioneq; præmiorum & pœnarum,
proportione geometrica, iuxta cuiuſq; dignitatem, & meritum. Quæ
analogiæ diuerſitas duas efficit huius uirtutis ſpecies: quarum altera Commutatiua,
altera Diſtributiua iuſticia appellatur. Commutatiua in contractibus 2
ſeruat æqualitatem proportione arithmetica: nam cum in infinitum
uagetur rerum communicatio, neceſſum eſt æqualia æqualibus commutari:
cæteroquin altera parte exhauſta, non poſſet diuturna eſſe communicatio.
Itaq; in emptione precium rei, in locatione merces uſui, in permutatione
res rei reſpondere debet. quòd ſi ab hac æqualitate contractus aberret,
lex ſubuenire ſolet, & ad proportionem iuſtam quod actum eſt reducere.[a]
Diſtributiua autem iuſticia non arithmeticã, ſed geometricam pro- 3
portionem in ordinandis perſonis, & diſtributione honorum atq; pœnarũ
inueſtigat. Nec enim omnibus omnia conueniunt. Itaq; in mandandis muneribus,
lex uult perſonarum rationem haberi[b], & idoneos eligi ad magiſtratum,[c]
miniſterium eccleſiaſticum,[d] tutelam,[e] &c. Eodem modo in pœnis,
quamuis uerè rectéq; dicitur pœnam eſſe parem delicto ſine προσωποληψίας[f]
oportere:[g] tamen ratione perſonarum, aliarumq; circumſtantiarum,
[h] pœnæ aut intenduntur, aut ſunt mitigandæ.[i] Ipſarum enim circũſtantiarum
diuerſitas facit, ut quamuis idem ſit delictum, tamen alia atque alia æqualitas
ſit tenenda. ſicuti uulgò dicitur: Duo cum idem faciunt, non eſt idẽ.
Grauius itaq; punitur ſeruus quàm liber,[k] plebeius quàm in dignitate conſtitutus,[l]
infamis quàm integræ uitæ,[m] adultus quàm minor,[n] aut decrepitus
uel ſenio delirans ſenex:[o] is qui ſæpe deliquit, quàm qui ſemel tantùm:
[p] qui conſultò & ἐκ προαιρέσεως quàm qui ignoranter,[q] aut per laſciuiam,
[r] uel ebrietatem:[s] qui magiſtratum aut patrem uiolauit, quàm qui plebeium
& extraneum.[t] ut conuenientiſsimè dixerit quidam, hanc iuſticiam agnoſcere
admittereq; gratias: eam quæ circa contractus uerſatur, non item. Et
hæc quidem de iuſticia, quantum ad noſtrum inſtitutum attinet, ſatis. Fontes
enim huius diſputationis, & copioſior explicatio, in Philoſophia, cuius
cognitio ad Iuriſprudentiæ ſtudium eſt adferenda, traduntur. Nunc ad ſecũdam
huius tituli partem, nempe Iuris materiam, ueniamus.

Ius etſi plurib. modis dicitur,[u] tamẽ & hic & alibi bifariã utplurimùm accipitur:
aut pro iure per ſe & in abſtracto conſiderato, quod naturalis ratio
oẽs homines docet:[x] aut pro Iure ciuili Romanorũ, ſiue Iuriſprudẽtia, quã
conſulti interpretantur. de qua etiam loquutum Vlp.[y] arbitror, cùm diceret
Ius à iuſticia appellatum. Nam & hoc ſtudium appellat[z], & artem,[a] quæ de
iuriſprudentia tantùm accipi poſſunt: & alioqui in dubio id uerbi pro iure
Romano capitur.[b] Hoc autem, cùm intelligentias illas iuris nobis innatas,
& æquum bonumq; interpretetur, uim atque effectum iuſticiæ oſtendat,
iuſtum ab iniuſto, licitum ab illicito diſcernens,[c] doceatq; quid cuique
ſit tribuendum, quæ propria eſt iuſticiæ actio: non abſurdè à iuſticia, cuius
functiones ob oculos ponit & exequitur, manare ac deduci quodãmodo
dicitur. Sunt qui malunt Vlp. loqui de æterna & diuina iuſticia, quæ eſt
mens omnia ratione cogentis aut uetantis Dei: unde omne ius omneq; bonum,

a l.2. C. de reſcin. uend. l. maioribus. 3. C. cõ. utriuſ. iud.
b l. honor. 14. §.1. de muner. et hono.
c Nouell. conſt. 82. de iudic.
d c. nullus. c. presbyteri. 24. diſtinc. c. omnes. 11. de pœnit. & remiſſ.
e l. Diui. 24. de tut. & cur. dat. ab his. & toto tit. ff. & C. de magiſt. conue.
f l.1. §.1. ad l. Cor. de ſicar.
g Auth. omnes. C. com. de ſuc. l. reſcriptum. 6. de his quib. ut indig. l.1. § cùm patronus. de off. præf. urb. l. reſpiciendum. 11. de pœn. l. ſancimus. C. de pœn. c.2. de his quæ fiũt à maiore parte cap. Cic. li.3 de Legib. 17. f.
h l. aut facta. 16. de pœn.
i d.l. aut facta. l. moris. 9. §. fina. de pœn.
k l. capitalium. 28. §. fi. l. in ſeruorũ. 10. de pœn.
l d.l. in ſeruorum. l.1. §. fi. l. penult. de ſicar. §. item lex Iulia. Inſt. de pub. iud.
m d.l. capitalium. §. fi.
n l. auxilium. 37. §. in delictis. de mino. l. fi. C. ſi aduerſus de l. l. ferè. 108. ubi Dec. de reg. iur.
o l.3. §. ignoſcitur. 5. de S.C. Sylla.
p d.l. capitalium. §. famoſos. 12.
q l. in lege. 7. de ſicar. d. l. reſpiciendum. §. fi.
r l.4. de ſicar. l. aut facta. 16. §. qualitate. de pœn.
s d.l. reſpiciendum. in fi. l. omnes. §. fi. de re mil. l. unic. C. ſi quis impera. mal.
t d.l. capitalium. §. omnia. 6. d.l. aut facta. §. perſona. 2. §. atrox. Inſt. de iniur.
u l. penult. & final. hoc tit. Cic. de inuent. lib. 2. cap. 4.
x l. omnes. 9. l. pen. hoc tit.
y l.1. hoc tit.
z d.l.1. §. huius ſtudij.
a d.l.1. in princ.
b §. ſed ius quidem. Inſt. de iur. nat. gen. & ciui.
c d.l. iuri. uerſic. iuſticiam.

num, tanquam à perenni iuſticiæ fonte manat, & ad homines deriuatur: eo ducti argumento, quòd ſacerdotes nos hîc iuſticiæ appellet conſultus, qui diuinis, non humanis rebus attribui ſolent: quod ego breuitatis cauſa in medium relinquo. Id certè negari non poteſt, quin ius in abſtracto & per ſe conſideratum, prius ſit iuſticia, quam uirtutem dicimus. Hæc enim illius eſt adminiſtra & executrix, uoluntatem inclinans ad efficiendum illud, quod eſſe iuſtum intellectus antè oſtendit. Vnde à iuſto dicitur iuſticia, ſicuti à mœſto mœſticia, triſti triſticia, &c.

7 Ius, inquit Vlpia.[a] eſt ars boni & æqui. Cum artem eſſe dicat, id eſt, ſcientiam, partim ex demonſtrationibus naturalis noticiæ, partim probabilibus rationibus collectam: efficitur, quod antè dixi, I.C. de doctrina iuris, ſiue iuriſprudentia hîc loqui. Aequum & bonum pro exacta & omnibus numeris abſoluta æquitate accipi, dubium non eſt:[b] quanquam hoc ad uniuerſalem, illud ad particularem iuſticiã non abſurdè referri poteſt, ut ſciamus utriuſqꝫ iuſticiæ uim & officia hoc in iure noſtro explicari. Paulò pòſt idem Vlp.[c] Iuriſprudentiam ita definit, ut ſit noticia diuinarum atqꝫ humanarum rerum (quæ quidem ad æqui & boni cognitionem pertinent) iuſti atque iniuſti ſcientia. Noticiam & ſcientiam uocat, ne exiſtimemus ſolo ſenſu communi, & neſcio ex qua æquitatis idea, quam imperiti homines ſubinde iactitant, ius omne percipi poſſe.

*a d.l.1.in prin.*
*b l.ſi me & te. 32. ſi cert. peta. l.ſi quid uenditor.18. de ædil. edict. l.in ijs.15. de condit. & demonſtr. l. 2. in fi. de actio. & oblig.*
*c l. iuſticia.10. in fin.*

8 Huius autem ſtudij iuris duæ ſunt poſitiones & theſes, ſiue duplex materia, & obiectum circa quod uerſatur. Nam ius, cuius interpres eſt noſtra Iuriſprudentia, aliud ad ſtatum reipubl. Romanæ principaliter ſpectat: unde & publicum & commune ius populi appellatur, eo quòd non ſit magna ex parte aliunde ex præceptis naturæ aut gentium hauſtum, ſed comparatum pro uſu & commodo populi Romani. Aliud ad ſingulorum utilitatem pertinet, eoqꝫ priuatum uocatur: quo unicuique ſuum quia tribuitur, meritò collectum dicitur aut ex naturalibus præceptis, aut iuriſgentium, aut ciuilibus. Ex horum enim conſideratione compoſitioneqꝫ ratiocinando elicitur, quomodò quaque in re quàm maximè æquabiliter ius ſuum cuique ſit reddendum.

9 Ius naturale ſiue præcepta naturalia ſunt, quæ natura omnia animalia docuit, quod Græcè κατὰ φύσιν πρῶτον dicitur. Vocat autẽ Vlp. ut & Cicero lib. Off. 1. ad differentiam iuriſgentium, illud ius naturale, quod non in recta ratione, cuius tantùm hominem Deus participem fecit, eſt poſitum: ſed ex ijs inclinationibus naturalibus & facultate animæ, quia concupiſcimus atqꝫ afficimur, quæ nobis cum cæteris animantibus eſt communis, effloreſcit. Vnde non proprium hominis, ſed commune omnium animantium cenſetur. Hoc autem comprehendimus nón quaſuis στοργὰς φυσικάς: ſed eas tantummodo, quæ quandam rectæ rationis atqꝫ iuris ſpeciem habere uidentur, & cum ipſa natura permanent, neqꝫ generatione aut corruptione mutantur: cuiuſmodi eſt maris & feminæ coniugatio,[d] liberorum procreatio & educatio,[e] (de qua dulciſsimè dixit Nazianzenus: φίλτρῳ γὰρ συνέδησε φύσις τεκέας τε γόνους τε) item iniuſtę uiolentiæ depulſio.[f] Populariter autem & docendi gratia ſic diſtinguunt I.C. cogitatione relata ad hominem, cuius cauſa ius omne conditum eſt: qui quidem conſideratur primò ut animal, deinde ut homo, tertiò ut homo politicus & ciuilis. Hinc non inſcitè tres quaſi gradus iuris ſunt conſtituti: quorum ſinguli ſingulis hominum aſpectibus conuenirent. Qui propria & exacta diſtributione utuntur, duo ponunt iuris genera, naturale & poſitiuum:[g] qua diuiſione uſum quoque Caium[h] probabile eſt: & hanc à maioribus fuiſſe traditam, author eſt Cice-

*d l. 1. §. pen. hoc titul.*
*e d.l.1.§. pen.*
*f l.3. hoc tit. l. 1.§. cum arietes. 5. ſi quad. paup. fec. dica. l. 4. l. ſcientiam. 46. §. fi. ad l. Aquil. l.1.§. uim ui.16. de ui & ui arma. Cicero pro Mil. & de Inuent. lib.2. cap. 5. & 12.*
*g Ariſt. lib.5. Ethic. & Grat. in c.1. & 2. diſtinct.1.*
*h l. omnes.9. hoc titul.*

ro.[a] Sed cùm quædam ſint quæ legaliter & iuxta ius ciuile, quod interpretandum ſuſcepimus, nec ad naturam, nec ad ius ciuitatis referri queant, ut ſeruitutes, manumiſsiones, & cæt. (natura enim omnes parit liberos [b], & proinde naturaliter ſerui obligantur [c]:) retineamus docendi gratia partitionem Vlpiani, & quæ cenſeantur iuris gentium explicemus.

11 Præcepta iuriſgentium, ſiue ius gentium eſt, quod gentes humanæ communiter ex rationis inſtinctu uſurpant. Quod enim naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur, uocaturq́; ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes utuntur [d]. Hoc autem ius duplex eſt [e]. Nam quoddam in naturali iuſti atque iniuſti intelligentia conſiſtit: quod quando unà nobiſcum naſcitur, & nullo docente in mentibus ſingulorum elucet, ſcriptúmque eſt (ut inquit D. Paulus [f]) in cordibus noſtris, uerè ac propriè naturale ius eſt [g]: quippe poſitum in natura humana, quæ ſola rationis, & quidem rectæ rationis, id eſt iuris, eſt particeps. At de hoc quoque uera eſt regula: Ius naturæ eſſe immutabile. Semper enim hoc bonum & æquum eſt [h]: ſiquidem diuinæ illius & immutabilis iuſticiæ eſt ſimulachrum & imago, in animis hominum, ad diſcernenda ab honeſtis turpia, tuendamq́; in conſociatione uitæ ciuilis diſciplinam, quaſi conſecrata. Vnde ſine iniuſticia huic derogari nequit: & ſi derogetur, eam tyrannidem ac feritatem Cyclopicam uniuſcuiuſque ſani hominis iudicium & mentis ſenſus deteſtabitur, ac refutabit. Ad hoc ius pertinent: religio erga Deum: ut parentibus & patriæ pareamus [i]: honeſtè in hac ciuili ſocietate uiuamus: non lædamus alterum: tribuamus cuique ſuum [k]: ut delicta puniantur [l]: nemo cum alieno dãno locupletetur [m]: connubia conſenſu [n] inter perſonas, quarum coniunctionẽ pudor naturalis non auerſatur, fiant [o]: & alia innumerabilia. Aliud porro ius gentium non tam ex naturali ratione, quàm ratiocinatione commodorum uitæ defluxit, & ad opportunitates ſocietatis humanæ parandas retinendáſque introductum eſt. Nam quia apparebat alios aliorum ope indigere, cùm ad defenſionem, tum ad coniunctionem uitæ, cui nati ſumus: nec eam in perpetuis communionis rerum diſcordijs [p], & ſine mercium uariarum commutatione (non enim omnis fert omnia tellus) retineri poſſe, ædificia ſunt collata, diſcretæ gentes, dominia diſtincta, agris termini poſiti, commercia inſtituta: & ut à uiolentioribus imbecillitas & innocentia tuta eſſent, regna condita, bella introducta, quæ captiuitates, ſeruitutes, manumiſsiones ſunt inſecutæ [q]: quibus quidem propter hominum uitia, illud libertatis bonum, incorruptæ naturæ conueniens, neceſſariò, ad conſeruandam ab iniurijs contumacium tutam ciuilem ſocietatem, oppreſſum eſt. Nam ea quæ non in noticijs naturalibus exiſtunt iura, ſed aut bona tantùm ſunt incorruptæ naturæ congruentia, aut iudicio & uſurpatione hominum alicuius cauſa utilitatis introducta, uiciſsitudini ſunt obnoxia, & pro diuerſis rerumpub. formis, temporum atq; opportunitatum præſentium rationibus aliter atq; aliter habetur: accommodatúrq́; ad ſummam illam legem, Salus populi ſuprema lex eſto. ad quam & Plato, ueluti ad ultimum ſcopum, omnes leges refert. ἡμῶν δ᾽ ἡ τῶν νόμων ὑπόθεσις ἐνταῦθα βλέπει, ὅπως ἔσονται οἱ πολῖται μάλιστα ἀγαθοὶ, καὶ ἀλλήλοις φίλοι. Et eum ſecutus Cicero libr. 1. de Inuent. cap. xi. cuius argumentatio lectu digniſsima eſt.

Ius ciuile eſt, quod quiſque populus ſibi conſtituit, quaſi ius proprium 12
ciuium, ſiue cuiuſque ciuitatis [r]. Nam cùm ſolo gentium iure nec mores hominum in hac tam triſti naturæ deprauatione commodè regi, nec controuerſiæ & ciuium querelæ exactè ſopiri ac dirimi, neque rerumpub. ſtatus

bene

*a* lib. 3. Off.
*b* l. quod attinet 32. de reg. iur.
*c* l. hæres. 22. §. ſeruo. de fideiuſſo. & mand. l. naturaliter. 13. de cond. indeb.
*d* d. l. omnes.
*e* Cicer. de Inuent. li. 2. cap. 5.
*f* Rom. 2.
*g* Cic. de Inuẽ. lib. 2. cap. 5. 12. & li. 1. de Leg. & li. 3. Off.
*h* l. penult. hoc titul.
*i* l. 3. hoc tit. Ci. preall. lo. de Inuen. lib. 2. cap. 5. & 12.
*k* d. l. iuſticia. §. iuris.
*l* l. 1. in fin. de furt.
*m* l. nã & hoc natura. 14. de cond. ind.
*n* l. nuptias. 31. de reg. iur.
*o* l. fina. de rit. nupt. l. eas. 8. de cap. dimi.
*p* l. cùm pater. 79. de lega. 2. l. fina. cùm gl. in fi. C. de iu. dom. impetra.
*q* l. 4. & 5. hoc titul.
*r* d. l. omnes populi.

bene beateq́ teneri poſſet: inuentum eſt à quoque populo, & conditum pro utilitate & ſtatu reipubl. ius ciuile: quod ut non in totum à iure naturali recedit, cæteroquin iniuria eſſet[a], ita nec per omnia ei ſeruit[b]: ſed aut addit aliquid interpretando, ratiocinando, & ad hypotheſes iuris naturæ theſes accommodando: aut propter bonum publicum detrahit, ut in uſucapionibus[c], &c. Huius in conſtitutione iuris tantum reliquis nationibus Pop. Romanus præſtitit, ut ſi omnia omnium gentium inſtituta, mores, leges in unum conferantur, nequaquam ſint cum his Romanorum legibus & inſtitutis, prudentia, æquitate, pondere, ubertate, ullo modo comparanda. Hoc autem ius aut ſcripto conſtat, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos, τῶν νομῶν οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι[d]. Scriptum ius uel ex legibus, plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis principum, authoritate prudentum uenit: uel à prætore, adiuuandi, ſupplendi, corrigendi iuris ciuilis gratia introductum eſt, quod & Honorarium ad honorem pretorum dicitur[e]. Ius non ſcriptum mores & inſtituta maiorum, quæ uſus diuturnus approbauit, complectitur[f]: de quibus plura paulò pòſt dicentur[g].

a c. erit autem lex. diſt. 4. Cic. de leg. li. 1. &c.
b l. ius ciuile. 6. hoc titul.
c l. 1. de uſucap.
d l. ius ciuile. 6. in fin.
e l. ius autē. 7.
f l. de quibus. 31. infr. tit. 2.
g ad tit. de legib.

## DE ORIGINE IVRIS CIVILIS, ET omnium magiſtratuum, & ſuccesſione prudentum. Tit. II.

1 *De origine iuris.*
2 *De magiſtratibus.*
3 *De iuriſconſultis.*

QVia nihil in rerum natura perfectum eſt, quod non ex omnibus ſuis partibus conſtat[a]: cuiuſque autem rei potisſima pars principium eſt[b]: facturis legum & iuris Romani interpretationem, uiſum fuit neceſſarium, originem & progreſſum iuris ciuilis, omniumq́ magiſtratuum, qui νομοφύλακες, imò uiua lex ſunt[c], ac ſucceſsionem iuriſprudentium, penes quos interpretandi iuris poteſtas ſemper fuit, exponere: ut quibus incunabulis & incrementis in eam, quam uidemus, amplitudinem ius Romanum adoleuerit, ha-
1 beamus perſpectum. Et quidem initio ciuitatis, cùm omnia manu regia gubernarentur, nullæ ſcriptæ fuerunt leges, ſed arbitria principum pro legibus erant. nonnullæ tamen à Romulo alijſq́ regibus, præſertim Seruio[d], latæ ſunt: quæ quòd curiarum, in quas diuiſus erat à Romulo populus[e], ſententijs & approbatione perferebantur, Curiatæ uocatæ ſunt. Verùm eæ leges neque controuerſijs in tanta multitudine ſufficiebant: præſertim cùm pleræque ad Reipub. magis ſtatum quàm ad priuatos pertinerent, & exactis regibus breui, exceptis paucis, partim lege Tribuni Celerum abrogatæ eſſent, partim odio regiæ dominationis exoleuiſſent: populuſq́ Romanus incerto magis iure & conſuetudine, quàm perlata lege, non ſine motibus & tumultu uti cœpit[f]. Quod ne diutius fieret, placuit publica authoritate decem conſtitui uiros, qui exploratis aliarum ciuitatum, præcipuè Græcarum, inſtitutis, ex omnibus optima quæque excerpendo, ciuitatem legibus fundarent: quæ ad hunc modum conſcriptæ, latæ, approbatæq́, in duodecim tabulas æneas, anno ab urbe condita 303 & ſequente, ſunt redactæ: qui fons omnis publici priuatique iuris eſt. His legibus latis cœpit, quemadmodum naturaliter ſolet, euenire, ut accederet diſputatio fori: breuitaſq́ legum non omnibus controuerſiarum articulis definiendis

a l. 1. hoc titul.
b l. ſi procuratorē. 8. in princ. mand. d. l. 1.
c Cice. lib. 1. de Leg. ſac. l. nam & ipſum. 8. ſuprà tit. 1.
d Dionyſ. Halic. lib. 4.
e Plutarch. Liuius in Romulo.
f Liui. li. 3. decad. 1.

ſuppeditans, interdum etiam obſcuritas aut interpretationem, aut productionem ad caſus ſimiles, aut mitigationem in diſsimilibus ex authoritate prudentum deſideraret. Vnde natum ius, quod ſine lege ſcripta uenit, compoſitum à prudentibus, communiq; nomine ius ciuile appellatur. Ne autem prout uellet, temerè & inconditè populus ageret, eodem ferè tempore compoſitæ ſunt certæ ſolennesq; actiones, quibus inter ſe ciues diſceptarent. Deinde cùm plebs in diſcordiam cum patribus uerſa, ſibi iura conſtituiſſet, quæ Plebiſcita uocantur: poſtea placuit lege Hortenſia [a], ut ea perinde atq; ſcriptum ius, omnes Quirites tenerent. Subſecuta ſunt non longo interiecto ſpacio S.C. iura. Neceſsitas enim, reipub. curam ad Senatum deduxit, ut is ſe interponeret, & ferret leges: quia populus in tanta turba haud facilè frequenterq; ad id poterat conuenire. Eodem tempore & magiſtratus, penes quos erat iuriſdictio, ut prætores & ædiles, edicta proponebant, ut ſcirent ciues quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeq; præmunirent. Nouiſsimè autem rebus ita dictantibus, ut neceſſum eſſet reipub. per unum conſuli, conſtituto principe, data eſt ei poteſtas, ut quod conſtituiſſet, eſſet ratum.

*a Gell. lib. 15. cap. 27. uide Liui. lib. 3.*

Quod ad magiſtratus attinet, initiò ciuitatis huius conſtat Reges om- 2
nem poteſtatem habuiſſe. Exactis deinde regibus, Coſſ. Cenſores: & dubijs reipub. temporibus Dictator cum Magiſtro equitum: poſtea Tribuni plebis, Aediles, Quæſtores, quiq; iuriſdictioni præeſſent, Prætores, & Centumuiri iudicandis litibus, Triumuiriq; tam monetales quàm capitales, atq; alij magiſtratus creati ſunt: per quos, rebus ita exigentibus, reſpub. & foris & domi rectè adminiſtraretur.

Iuris autem ciuilis ſcientiam plurimi & maximi uiri profeſsi ſunt, iam in- 3
de à tempore Sexti Papirij, qui leges regias, quæ quidem ſupererant, in unum contulit: ſed neminem ante Tyberium Coruncanum publicè profeſſum traditur. Nam antea qui ſcientiam nacti erant, in latenti eam retinere, & conſultoribus potius quàm diſcere uolentibus præſtare ſeſe inſtituerant. Coruncanus princeps profiteri cœpit: quem deinceps alij præſtantes ingenio, eruditione & multarum rerum uſu homines ſubinde ſecuti, ad id faſtigij & auctoritatis Iuriſprudentiam euexerunt, ut non priuata amplius, ſed publica Cæſarum authoritate tandem ſub Auguſtis reſponderi ſit cœptum: adeò ut ab eiuſmodi reſponſis iudici recedere nō liceret [b]. Poſt quod beneficium cum Iuriſconſulti honoribus, gratia, auctoritate apud Imperatores eueherentur, creuit etiam aucta ſummorum ingeniorum ſtudijs iuriſprudentia, floruitq; in primis ab Adriano uſq; ad ætatem Gordiani: quod tempus ſummos uiros habuit, qui conſulendo, ſcribendo, Imperatoribus aſsidendo, iudicandis agendisq; cauſis, ius ciuile incredibiliter illuſtrarunt: ut Saluium Iulianum, qui perpetuum edictum compoſuit, ex quo Adrianus perpetuò ius poſtea dici uoluit: Vindium, Verum, L. Voluſium, Melianum, Marcellum, Serbidiū Scæuolam [c], quo præcipuè Marcus Antoninus Imperator uſus eſt: item aſylum illud iuris & theſaurum legum [d], Papinianum, præfectum prætorio apud Seuerum: [e] & huius aſſeſſores ac diſcipulos, Iulium Paulum, Vlpianum, Fabium Sabinum, Aelium Gordianum, Pomponium, Alphenum, Aphricanum, Florentinum, Martianum, Calliſtratum, Hermogenem, Venuleium, Macrum, Caium, Triphoninum, Melianum, Celſum, Proculum, Modeſtinum, qui filios Maximiniani erudiiſſe dicitur, [f] & alios innumerabiles. Hi omnes ſummos honores geſſerunt, & pleriq; eorū conſilijs adhibiti ſunt Alexādri laudatiſsimi Imperatoris [g], cuius etiam tutorem & magiſtrū ſcriniorū fuiſſe Vlpianū perhibent [h]: quem tantoperè

*b l. 2. §. fin. hoc titul. §. reſponſa. Inſt. de iur. nat. gen. & ciuil.*

*c De his fit mentio apud Capit. in uita Anto.*

*d Spartia. in Seuero.*

*e l. lecta. 40. infr. ſi cert. pet.*

*f Spart. & Lampr. in eius uita.*

*g Lamprid. in eius uita.*

*h Eutrop. li. 8.*

tantopere dilexit Alex. ut eius cõſilijs plurimùm uteretur: & ob hoc ipſum inuidioſum ad milites, quorum licentiam & diſſolutos mores ad ueterem diſciplinam reuocabat, ab impetu & furore militari obiectu ſui corporis protexerit. Eſtq; inſignis laus Vlp. apud Lampridium, qui ſcribit Alexandrum ſummum fuiſſe Imperatorẽ, quòd huius uiri conſilijs præcipuè rempub. adminiſtraret. Ab hac ætate & fœlicißimò doctißimorum hominum prouentu, ruere iterum iuriſprudentia, & unà cum indole imperioq; Romano ad interitum dilabi cœpit: donec obſoletam & in bibliothecas abditam, ac tantùm non æternæ traditam obliuioni, tandem Iuſtiniani Imperatoris recreauit induſtria, & in fori lucem uſumq; reduxit: cuius curæ & labo ribus, quod ſupereſt Romanæ iuriſprudentię, acceptum ferre meritò debemus. Nam qui nimis ſeuerè hanc ueluti temerariam Græcorum in componendo noſtro iure audaciam inceſſere non deſinunt, de his uerè illud Pindaricum dici poteſt: παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις, ἀμνήμονες δὲ βροτοί.

## DE LEGIBVS, SENATVSQVE CONſultis, & longa conſuetudine. Tit. III.

1 *Species & partes Iuris ciuilis.*
2 *Definitio legis.*
3 *Cauſa efficiens legis.*
4 *Materialis.*
5 *Formalis.*
6 *Finalis.*
7 *De effectu & interpretatione legum.*
8 *De conſuetudine & iure non ſcripto, quid ſit, quomodo inducatur, & quem habeat effectum.*

1 QVæ paulo antè in genere de iure ciuili dicta ſunt, hoc in titulo partitè magis explicantur. Species iuris ciuilis ſunt: ius ſcriptum, & non ſcriptum. Nec enim omnia legibus ſancienda ſunt, ac ne poſſunt quidem: itaq; ferendi etiam ſunt mores [a]. Iuris ſcripti partes ſunt: lex, plebiſcitum, ſenatuſc. conſtitutiones principum, edicta prætorum, reſponſa prudentum.

2 Lex eſt, quod populus Rom. Senatorio magiſtratu rogante, ueluti conſule, conſtituit [b]. Hac in definitione propriè & anguſta ſignificatione lex accipitur: alias enim omnes iuris ciuilis partes comprehendit, ut in definitione Papiniani [c], Demoſthenis [d], & Chryſippi [e], & illa Cice. [f] lex eſt iuſtorum iniuſtorúmque diſtinctio, ad illam antiquißimam & rerum omnium principem expreſſa naturam. Quid ſit plebiſcitum, S. C. &c. alibi [g] traditur, & per ſe patet.

3 Cauſa efficiens iuris & legũ eſt populus [h], aut magiſtratus, cui imperium & poteſtatem condendi iuris populus detulit: ut ſenatus [i], prętor [k], princeps [l]. His addas licet conſuetudinẽ, quæ & ipſa author iuris eſt, ut paßim ex I.C. reſponſis perſpici poteſt: qui plurima ſecundum receptos mores definiunt. Vnde Modeſtinus [m], cùm de cauſa efficiente loquitur: Omne, inquit, ius aut conſenſus fecit, ut leges, ius ciuile prudentũ, quod ab omnibus propter euidentem æquitatẽ eſt approbatum: aut neceßitas conſtituit, puta cõſtitutiones, S.C. edicta (magiſtratibus enim eſt parendũ:) aut firmauit conſuetudo.

4 Materia, circa quam ius uerſatur, ſunt perſonæ, res, & actiones ſiue iudicia [n]: in quibus tamẽ non minutißima quæq; leges conſectantur, aut quæ fortè uno aliquo caſu [o], aut bis [p], & ut ait Pompon. [q] ἐκ παραλόγου accidunt,

a Cice. lib. 1. de Legib.
b §. lex eſt. Inſt. de iur. nat. gen. & ciui.
c l. 1. hoc tit.
d l. 2. in princ. hoc tit.
e d. l. 2. in fin.
f lib. 2. de legib.
g tit. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil.
h §. ius autẽ ciuile. uerſic. nam quod quiſq;. Inſt. de iur. nat. gent. d. §. lex eſt. d. l. omnes. ſ. tit. 2.
i l. non ambigitur. 8. hoc titul.
k §. edicta. Inſt. de iur. nat. gent. ciui.
l §. ſed & quod principi. Inſt. eo.
m l. pen. hoc tit.
n l. 1. ſ. titul. 2.
o l. 4. hoc titul.
p l. 6. τὸ γὰρ hoc titul.
q l. 3. hoc titul.

accidunt, aut quæ ſingulas reſpiciunt perſonas [a]: ſed quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον
euenire ſolent, & in commune ſpectant ad omnes [b]. quod quidem de præ-
cipuis illis legibus quæ publicè rogantur, potiſsimùm eſt accipiendum.
Nam conſultos ſæpenumero in rebus ſubtilibus, & ab uſu remotis uerſari,
in aperto eſt: ſicuti & quædam Cæſarum reſcripta in perſonalibus. 5
Forma iuris uaria eſt. nam aliud ſcripto continetur, idq; pro diuerſita-
te legumlatorum uariè (alia eſt enim forma edicti, alia S.C. &c.) aliud uerò
in moribus exiſtit. Illud commune eſt omnibus legibus: primùm ut aut im-
perent, aut uetent, aut permittant, aut puniant [c]: quare & Cic. [d] uocat le-
gem, rectam imperandi & prohibendi rationem. deinde ut ad regulam
ſummæ illius legis, quam in mente tanquam κριτήριον & normam omnis iu-
ris [e] circumferimus, congruant & aptentur. [f] Nam quæ huic ex diametro
aduerſantur, non magis legum nomen attingunt, quàm medicorum præ-
cepta dici poſſunt eorum præſcripta, qui ἀλαζονοχαυνοφλύαροι pro ſalutari-
bus mortifera obtrudunt. Rectè itaque à noſtris dictum eſt, animam legis
eſſe rationem [g]: idq; demum legis nomen mereri, quòd in æquitate conſi-
ſtat [h]. Quamuis uerò non omnium ratio reddi poſsit [i], nec ſubtiliter ſit in-
quirendum in leges iam latas [k], quod & Plato fieri prohibet: tamen minimè
dubium eſt, quin certa aliqua & probabili de cauſa, magnaq; deliberatione
leges omnes Rom. ſint rogatæ. Quare ſi nihil ambiguitatis ſit in uerbis ſen
ſuq; legis, meritò ei parendum eſt, etiamſi ratio ſit obſcura [l]. 6
Cauſa finalis ll. eſt, ut harum præſidio tuti ab iniurijs ſimus [m]: emenden-
tur uitia, commendenturq; uirtutes, quam rerumpub. anchoram firmiſsi-
mam Solon eſſe dixit: & ut in rebus acquirendis, retinendis, alienandis,
omnibusq; contractibus, pari iure ſummi cum infimis teneantur, quod
concordiæ ciuilis fundamentum eſt. Huc reſpiciens Vlpia. [n] ait, totum ius
aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo conſiſtere. In ſum-
ma, huc omnes leges collineant & referuntur, quod etiam ſuprà demon-
ſtrauimus: ut quàm beatiſsima ſit reſpub. isq; ſtatus æquabilitate iuris reti-
neatur. Effectus legũ eſt, ut omnes obligent aut ad obedientiam, aut ad 7
pœnam [o]; excepto Principe, qui cum ius rogandi abrogandiq; iuris ha-
beat, legibus ſolutus eſt [p]: etiamſi legibus, ſicuti par eſt, uiuat [q]. 8
De interpretatione uerò legum, & quo modo, uel ratiocinatione con-
ſultorum [r], uel iuriſdictione magiſtratus [s], ad caſus ſimiles producendæ
ſint, & ἐπιεικείᾳ quadam, quoad mens & uerba legis patiuntur [t], temperan-
dæ [u], niſi aut contra rationem iuris quid receptum contineant [x], aut certam
ſemper habuerint interpretationem [y]: qua ratione etiàm inter ſe conci-
liandæ [z], & quemadmodum in leges committatur [aa], eleganter propoſitis
quibuſdam regulis perſtringunt I. C. quos conſulere ſtudioſis licet. 9
Quod ad ius non ſcriptum attinet, ſciendum eſt, illud dici non ſcriptum,
quod uetuſtate comprobatum [bb], uel moribus [cc] tacitaq; cõuentione [dd] in-
troductum eſt. Introducitur autem conſuetudo ab ijs, qui habent poteſta-
tem faciendæ legis [ee], frequentibus actibus [ff], maximè iudicialibus [gg], non
minus tamen duobus [hh], & diuturnitate tẽporis [ii], quod ad præſcriptionem
ſufficiat [kk]: quidq; in ijs uerũ eſt, quę ſpeciem aliquã iuris habent: nam con-
ſuetudo

a l. iura. 8. hoc titul.
b d. l. iura. l. non poſſunt. 11. hoc titul.
c l. legis. 5. aut iuxta alios codic. 7.
d lib. 1. de legib.
e Cic. lib. 2. de Legib.
f c. erit autem lex. c. factæ. 4. diſtinct.
g arg. l. ſcire. 16. hoc tit. c. ſedulo. 38. diſtinct.
h c. conſuetudo. diſt. 1.
i l. nõ omnium 19. hoc tit.
k l. & ideo. 20. hoc tit.
l l. proſpexit. 12. ff. qui et à quib. l. 1. §. licet. 10. de exerc. act.
m Cicero lib. 2. Off.
n l. fina. l. hoc titul.
o l. 2. hoc tit.
p l. princeps. 30. hoc titul.
q §. fina. Inſt. quib. mo. teſta. infir.
r l. & ideo. 10. l. nam ut ait. 12.
s d. l. & ideo. cum ll. ſeq.
t l. contra. 28. cum l. ſeq.
u l. benignius. 17. cum l. ſeq. l. nulla ratio. 24. hoc titul.
x l. quod uerò. 13. cum ll. ſeq. hoc tit.
y l. minimè. 22. hoc titul. z l. non eſt nouum. 25. cum lll. ſequent. aa d. l. contra. cum l. ſequent. bb Cicero lib. 2. de Inuent. cap. 5. & 12. cc c. conſuetudo. 1. diſtinct. dd l. de quibus. 31. l. ſed ea. 34. hoc titul. ee d. l. de quibus. ff l. 1. C. quæ ſit long. conſ. l. an in totum. 3. C. de ædif. priua. gg arg. l. nemo. 3. in fin. nunc. gloſ. C. de epiſc. aud. hh gl. l. 1. §. hoc reſcripto. 13. de S. C. Syllan. l. ubi numerus. 12. de teſtib. ii d. l. de quibus. l. diuturna. 32. l. ſed ea. 34. l. nam Imperator. 37. hoc titul. l. Imperatores. 13. de pollicit. l. teſtamenta. 18. C. de teſtament. l. penult. C. de iur. fiſc. libro 10. kk c. fina. de conſuet. c. Cumana. 50. de elect. c. cum eccleſia. 3. de cauſ. poſſ. & prop.

ſuetudo rei nō bonæ peſsima eſt, & primo quoq; tēpore abijcienda [a]. Effectus autem conſuetudinis ingens eſt: nam authoritatem uimq; legis obtinet [b], non modò in contractibus [c], uerumetiam pœnis [d]: nec ab ea recedere iudex debet [e]. certè I. C. in reſpondendo neutiquam receſsiſſe, uidere licet [f]. Deinde & optima eſt legis interpres [g], (nec enim ſunt mutanda quæ certam ſemper interpretationem habuerunt [h]: ) & ipſam quoq; legem confirmat [i]. Atque hæc ita ſe habent, cùm conſuetudo iuri non aduerſatur [k]. Quòd ſi repugnet, dubium quidem non eſt quin nihil iuri diuino aut naturali deroget [l]. Sed ius poſitiuum utrùm antiquare poſsit, an non, meritò dubites: cùm deſuetudine & tacito conſenſu leges abrogari poſſe aſſerat hîc Iulianus [m], quem alij ſequuntur [n]: alibi contrà dicatur, conſuetudinem non tantæ oportere eſſe authoritatis, ut ll. & canonibus cedere non debeat [o]. Ego putauerim eos per deſuetudinem legibus derogare poſſe, qui legis condendæ poteſtatem habent, ſicuti habuit Pop. Rom. ante monarchiam Auguſtorum: cuiuſmodi de populis loqui Iul. argumētatio conuincit [p]. Poſtquam uerò ius condendæ legis translatum eſt ad ſolos Cæſares [q], amiſerunt etiam ſubditi eius abrogandæ poteſtatem, nec conſtitutionibus uim adferre contraria deſuetudine potuerunt [r]: niſi aut ante latas conſtitutiones inueterata conſuetudine uſi eſſent, cui nihil inueniretur derogatum [s]: aut de eo quid uſurparetur moribus, quod legibus pactionibusq; priuatorum ſubiaceret [t]: aut ipſe princeps deſuetudinem legis pateretur [u]. Sed de iure non ſcripto Rom. nunc fruſtra quærimus, cùm id à iuris prudentibus ſit in monumenta relatum: ac deinceps, quantum opus erat, inſertum Pandectis. Hodie pleræque nationes omnes iure non ſcripto & moribus magna ex parte utuntur: qui quaſi irrigua, ut inquit Plautus [x], herba, undique ſuccreuerunt uberrimè: in quibus, Deus bone, quæ monſtra nonnunquam abſurdarum, neque ſibi coherentium ſententiarum occurrunt? quas ad abrogandas, aut certè componendas, interpolandasq;, utinam Principes, & maximè harum Saxonicarum regionum Duces, animum aliquando adijciant. Nam uerè nunc uſuuenit, quod ſcitè dicitur apud Comicum [y]:

*——Mores*
*Leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam, magis qui ſunt*
*Obnoxij, quàm parentes liberis: eæ miſeræ etiam*
*Ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis, ubi malos mores*
*Affigi nimio fuerat æquius.*

*a c.1.2. & penult. de conſue. l. 2. C. quæ ſit long. conſue. c. fruſtra. 8. diſt. b d.l. de quibus. c. conſuetudo. 1. diſt. c. 2. c. cùm conſuetudinis. 9. de conſuetud. c l. ſine. 31. §. Lucius. 5. de ad. tuto. l. ſi fund. 6. de euict. l. quòd ſi nolit. 31. §. quia 18. de ædil. edict. d Auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. l. ſunt quædam. 9. de extr. crimi. e l.3. C. de ædif. pri. l. 1. C. quæ ſit lon. conſ. Bal. in auth. iubemus C. de iudic. f l. ſi quis donaturus. 28. de uſu. l. certi cōdictio. 9. §. ſi nummos. 7. Si cert. pet. l. 6. in fi. de prec. d.l. ſine. §. Lucius. g l. ſi de interpretatione. 36. hoc titul. h d. l. minimè. hoc titul. i c. cùm dilectus. 8. de conſ. c. ſopitæ. 14. de cenſib.*

*k d. l. 2. c. conſuetudo. in princip. 1. diſtinct. l c. fruſtra. ea. quæ contra. diſtinct. 8. m d.l. de quibus. n d. l. ſine. §. Lucius. de ad. tuto. l. item. 6. in princ. Quod cuiuſ. uniuer. o d.l. 2. C. quæ ſit longa conſ. c. fin. de conſuet. c. 1. c. conſuetudinis. c. eccleſiaſticarum. 11. diſt. p d.l. de quibus. uerſic. nam cùm. q l. fin. C. eo. r l. 2. C. quæ ſit lon. conſ. l. 2. §. diuus Adrianus. 5. de ſepul. uiol. l. eos. 26. §. penul. C. de uſur. auth. nauigia. C. de furt. auth. omnes peregrini. C. com. de ſucceſs. s l. ſemper. 5. §. legem. 1. de iur. immu. l. penult. ad l. Rhod. t l. fin. de colleg. illic. u d.l. de quibus in uerb. legibus non utimur. x in Trinum. y Plaut. in Trinumm.*

## DE CONSTITVTIONIBVS Principum. Tit. IIII.

CONſtitutiones Principum partem eſſe iuris ſcripti, diximus. Quod enim Principi placuit, legis habet uigorē: [a] utpote cùm lege regia, quę de eius imperio lata eſt, (tempore, quantū ſuſpicor, Auguſti, quem primum legibus fuiſſe ſolutū, poteſtatēq; populi & Senatus ac Tribunorū ad ſe trāſtuliſſe,

*a l.1. hoc tit.*

tuliſſe, accepimus [a]: cuius exemplum reliqui deinceps Imperatores ſecuti ſunt) populus ei & in eum (phraſin ipſius legis hæc uerba fuiſſe arbitror) omne ſuum imperium & poteſtatem contulerit. Quodcunque igitur Imperator uel per epiſtolam, qua abſens conſultoribus reſpondet: aut per ſubſcriptionem ſtatuit, quando libellis ſupplicantium ſententiam ſuam ſubſcribit: uel ipſe cognoſcens de cauſa ſolenniter in iudicio, aut de plano extra iudicij locum & citra uſitatum ordinem decreuit: aut edicto publicè uetuit, uel iuſsit: aut oratione, quæ in ſenatu ſuadendæ legis cauſa ſolet à Principe haberi, pręcepit, legem eſſe conſtat. Et hæ ſunt quas Conſtitutiones appellamus. Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur. Nam quòd princeps ob merita alicui indulſit, aut ſi quam pœnam irrogauit, uel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, aut aliter interlocutus duntaxat eſt, non animo faciendæ legis & dijudicandæ rei, [b] perſonam non egreditur: [c] quamuis alioqui beneficia eius latiſsimè ſint interpretanda [d], in eius ſcilicet perſona, cui benignè fieri Imperator uoluit. Planè, quoniam Princeps ſucceſſori præire nequit [e], (par enim in parem non habet imperium [f]) conſtat Conſtitutiones poſteriores prioribus eſſe potiores, ijsq; etiam derogare [g].

*a ex Tacito, li. 1. Dione, lib. 53. S.C. de imperio Veſpaſ. facto, quod adhuc Romæ extat.*
*b l.3. in fin. C. de legib.*
*c l.1. in fin.*
*d l.3. hoc tit.*
*e gl. final. & dd. in l. digna uox. 4. C. de leg. Bald. conſi. 161. proponitur. nu. 2. uol. 3.*
*f l.4.6. de recep. arb.*
*g l. fin. hoc tit. 1. ad leg. Aqui.*

## DE STATV HOMINUM. Titul. V.

1 *Obiecta iuris, & ordo titulorum.*
2 *Triplex perſonarum diuiſio.*
3 *De diuiſione naturali.*
4 *De diuiſione iuriſprudentium.*
5 *De ingenuis, & quare partus uentrem ſequatur.*

OMne ius, quo utimur, uel ad perſonas pertinet: uel ad res, de quibus homines inter ſe diſceptant: uel ad actiones, ſiue iudicia. nam uerbo Actionis omnem iudiciorum ordinem, principium, progreſſum atque exitum comprehendimus. Nulla eſt autem iuris diſputatio, in qua non aut de perſonis, aut de rebus, aut de iudicijs, aut de his ſimul omnibus quæratur. Itaque quanquam in poſtrema materia explicanda, uidelicet quomodo agi, & iudicio res inter litigatores peragi, ac ſuum cuique tribui debeat, Pandectæ totæ conſumuntur: tamen ut melius ea ipſa intelligantur, Iſagoge quædam de iure perſonarum, & rerum diuiſione præmittitur. Nam & de his paſsim uariæ inſtituuntur diſputationes. neque enim in omnibus iudicijs, non perſonarum & rerum habetur ratio: quæ ſanè percipi ſatis rectè nequeunt, niſi prius percepta quadam & ſtatus hominum, & diuiſionum qualitatiſque rerum cognitione. Qua in re ordinem perpetui edicti ſecutus eſt Tribonianus. Nam etſi Iulianus I. C. in edicto perpetuo (quod compoſitum Imperator Adrianus confirmauit, ex eóque de uoluntate Senatus perpetuò ius dici uoluit, cùm antea Edicta leges tantùm eſſent annuæ [a]) edicta duntaxat prætorum, quibus iudicia & actiones continebantur, deſcribere & complecti uoluerit: tamen quia in ijs non exactam perſonarum & rerum diuiſionem factam uidebat, prudenter de uario hominum ſtatu, deq; rerum diuiſionibus & qualitate, ante omnia diſſerendũ ſibi ratus eſt: quòd his non intellectis, reliqua percipi rectè nõ poſſe animaduertebat. Primò igitur de ſtatu perſonarũ, quarũ cauſa ius conſtitutũ eſt [b], iuxta ordinẽ perpetui edicti aliquid eſt dicendum.

*a Cic. in Verrem. 3.*
*b l.2. hoc titul.*

Perſona-

2 Perſonarum triplex eſt diuiſio: una naturalis, altera iuriſgentium, tertia
3 ciuilis. Natura homines in mares & fœminas tribuit: ex quibus hæ illis
deteriore ſunt conditione in multis iuris articulis. [a] Quod ad hermaphro-
ditos attinet, eius ſexus exiſtimandi ſunt, qui in his præualet. [b] Monſtra au-
tem, quæ contra formam humani generis conuerſo more procreantur, li-
beri non ſunt, nec ius liberorum in bonis parentum habent: [c] etiamſi ma-
tri ad ius trium liberorum conſequendum proſunt, ut uoluit Vlpia. [d] cuius
ſententiam, ut mitiorem, Iuſtin. in Pandectas retulit. quamuis Paulo con-
trarium placuit, [e] cuius ob hoc non integrè reſponſum hîc recitatur. Por-
ro qui adhuc ſunt in utero, etſi incertus adhuc eorum eſt ſexus, tamen pro
natis utilitatis cauſa habentur [f].

4 Iure gentium omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui. Liberi ſunt, pe-
nes quos libertas eſt: quæ eſt, naturalis facultas eius quod cuique face-
re libet, niſi quid ui aut iure prohibeatur. [g] Serui à ſeruando dicuntur,
quòd homines bello captos ſeruare, non occidere ſolent: ſuntq; illi, qui
iuſtam ſeruitutem ſeruiunt. Seruitus autem eſt conſtitutio iuriſgentium,
qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. [h] Seruorum una &
par omnium eſt conditio, nam tam iure gentium. quàm ciuili, nullo lo-
co aut numero habentur: [i] liberorum autem uaria.

5 Alij enim ſunt ingenui, alij libertini. Ingenui ſunt, qui ex matre libera
naſcuntur. [k] Nam quod ad ſtatum attinet, partus non patrem, ſed uen-
trem ſequitur: quam legem antiquiſsimam, & omnibus gentibus com-
munem eſſe teſtatur Dionyſius Halicarnaſs. [l] quẽadmodum contrà ubiuis
uſurpatum fuiſſe, ut filij nomen & familiam à patre ſumerent, Herodo-
tus ſcriptum reliquit. [m] Nam ut conſentaneum eſt, à patre tanquam di-
gniore liberos dignitatem, nomen & familiam ſuſcipere: [n] ita meritò
fit, ut ſtatum matris, quæ patre certior eſt, [o] partus ſequatur, quod ei plu-
rimùm etiam ad ingenuitatem prodeſſe poteſt. Siue enim tempore con-
ceptionis, ſiue enixus, ſiue medio, mulier fuerit libera, partus naſcetur
ingenuus. [p] Sed eorum quæ ſemper omnibus gentibus placuerunt, ra-
tio non eſt ſubtilius inquirenda. Ingenuorum rurſus partim iuſti ſunt, par-
tim iniuſti. Iuſti ſunt, qui ex iuſtis, id eſt legitimis & perfectis iure nuptijs
procreãntur. [q] Iniuſti, qui naſcuntur ex iniuſta illegitimáque coniunctio-
ne: ut ex promiſcuo damnatoúe coitu, adulterio, inceſtu, &c. [r] Libertini uo-
cantur, qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt. [s] Horum ſtatus antea erat
tripartitus. alij enim ciues efficiebantur Romani, alij Latini, alij dedititij:
de quibus conſulendus eſt Theophilus. [t] Sed poſtea, ſublato hoc diſcri-
mine, conſtitutionibus Principum, omnibus quocunque modo liberis, in
orbe Rom. uiuentibus, ciuitatis ius conceſſum eſt [u].

a l. in multis. 9. hoc tit. Dec. in l. 2. de reg. iur.
b l. quæritur. 10. hoc tit. l. repetũdarum. 15. §. fin. de teſtib.
c l. non ſunt liberi. 14. hoc tit. Pau. lib. 5. ſentẽ. tit. de inteſt. ſuc.
d l. quæret. 135. de uerb. ſignif.
e d. lib. 5. Sent.
f l. qui in utero. 7 & 26. hoc ti. l. quod dicimus. 231. de uerb. ſig.
g l. 4. hoc tit.
h l. 5. hoc tit. l. manumiſsiones. ſup. de iuſtic. & iure.
i l. quod attinet. 32. de regu. iur.
k d. l. 5. uerſ. ingenui. hoc tit.
l libr. 11.
m lib. 1.
n l. cùm legitimæ. 19. hoc titu.
o l. 5. de in ius uocan. l. filium. 6. infrà tit. 1.
p d. l. 5. in fin. l. imperator. 18. hoc tit.
q l. ſeptimo. 12. l. imperat. 18. hoc tit. l. 4. 5. 6. infr. titul. 1.
r l. Paulus. 11. l. uulgo. 23. l. lex naturæ. 24.
s l. libertini. 6. hoc tit.
t in Inſti. de libert.
u l. in orbe. 17. hoc tit. l. 1. C. de lat. lib. tol. l. 1. C. de ded. liber.

## DE IIS QVI SVNT SVI uel alieni iuris. Tit. VI.

1 *De tertia hominum diuiſione.*
2 *De dominica poteſtate.*
3 *De patria poteſtate.*

1 NVnc uideamus de tertia hominum diuiſione, nempe de ſtatu & con-
ditione perſonarum ciuili. Nam hoc iure homines, alij ſui iuris cen-
ſentur, alij uerò alieni. Qui ſui iuris ſint, ex his qui alienæ poteſtati ſub-
2 ijciuntur, intelligi poteſt. In aliena autem poteſtate ſunt, primò ſerui:
quæ quidem poteſtas planè tyrannica, ex iure gentium in Romanam
ciuitatem

ciuitatem uenit. Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos uitæ necisque poteſtatem eſſe: & quodcunque per ſeruum quæritur, domino acquiri: quanquam humanitatis intuitu, nimia dominorum aſperitas iure ciuili, & principalibus conſtitutionibus eſt coercita, & intra gyrum rationis moderatiꝙ imperij, uinculis legum cõſtricta.
Deinde in poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nup- 3
tijs procreauimus: quæ poteſtas propria ciuium eſt Romanorum. [b] Nam etſi reuerentia & obedientia parentibus iure naturæ & gentiũ debetur, [c] tamen longè maior, & proinde alia eſt Romanorum in liberos poteſtas: quippe quæ antiquitùs omnino dominicæ par eſſet, cùm ius necandi indicta cauſa, & diſtrahendi filium ex l. Romuli parens obtineret, [d] conſequereturꝙ omnia quæ filij quæſiuiſſent. [e] Poſtea tamen, creſcente unà cum Imperio populi humanitate, edocenteꝙ paulatim natura & communi parentum uoto, liberos ingenuos ingenuè liberaliterꝙ eſſe habendos, ac meritis potius & officio quàm minis ad obedientiam prouocandos, [f] multa emendata & ad humanitatis rationem reuocata ſunt: ita ut nec patri quærantur indiſtinctè nunc omnia, quæ filius ſuo labore & induſtria parauit: [g] nec crudeliter ſæuire in liberos, [h] neque eos occidere, [i] diſtrahere, [k] oppignorare, [l] abdicare, [m] pater poſsit: imò alimenta ijs uictumꝙ quærere, & ſuppeditare [n] cogatur.

*a l.1. & 2. hoc tit. Spart. in uita Hadriani.*
*b l.3.4.5.6.7. 8. hoc tit.*
*c l.2. & de iuſtic. & iur.*
*d Dionyſ. lib.2. l.2. l. in ſuis. 11. de li. & poſth.*
*e Inſt. per quas perſ. nob. acq.*
*f l. ſi quando. 35. §. illud. C. de inoff. teſta.*
*g Inſt. per quas perſ. nob. acq. l. fut. C. de bon. quæ lib.*
*h l.3. C. de pat. poteſt. tot. tit. de obſeq. à lib.*
*i l.5. de parric. l.1. C. de his qui par. uel li. occid.*
*k l.1. C. de pat. qui fil. diſtrax.*
*l l. qui filios. 6. C. quæ res pig.*
*m l. abdicatio. 6. C. de patri. poteſt.*
*n l. penult. hoc tit. tot. tit. de li. agn. & C. de alend. lib.*

## DE ADOPTIONIBVS, ET EMANCIPATIONIBUS, & alijs modis, quibus patria poteſtas ſoluitur. Tit. VII.

1 *Quid ſit adoptio.*
2 *Quotuplex.*
3 *Cauſa efficiens, & qui quos adoptare poſſint.*
4 *Cauſa formalis, & de ſolennitatibus adopt.*
5 *Effectus adoptionis.*
6 *De emancipatione, & reliquis modis, quibus patria poteſtas ſoluitur.*

HActenus dictum eſt, quinam poteſtati alienæ ſubijciantur: nunc conſequenter, quibus modis ab ea liberentur, exponamus. Liberantur autem ſerui dominica poteſtate, per manumiſsionem: filij patria, per adoptionem, emancipationem, & alios quoſdam modos. Nam per adoptionem tranſit filiusfa. è ſacris poteſtateꝙ ſui patris in familiã alienam. Eſt 1
enim adoptio, legitima extranei hominis in familiam aſſumptio: [a] ſiue, actus legis, quo filiumfamiliàs facimus: ſiue, ut habet Theop. [b] eſt actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, ſolatium inuentus. Verbum legitimus, oſtendit hunc actum iuris ciuilis eſſe. [c] Etſi enim apud alias quoque gentes uſurpata fuit adoptionis ratio: [d] tamen quia peculiarem quandam & ciuilem adoptandi formam Romani habuerunt, meritò ea ad ius ciuile, ſicuti & teſtamenti factio, refertur. Ea uerba ad ſolatium eorum & cauſam finalem introductæ adoptionis oſtendunt: ut uidelicet defectum naturæ lex ſuppleret, & ſterilitati aut mortalitati deficientium familiarium mederetur. Adoptionis autem nomen generale eſt, & in duas 2
tribuitur ſpecies: quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera arrogatio. Adoptantur filijfam. arrogantur qui ſui ſunt iuris. Cauſa efficiens ado- 3
ptiones eſt lex, quæ eam introduxit, & conſenſus eorum qui hoc actu utuntur. Oportet enim adoptantem, & eum qui adoptatur, conſentire: [e] hac tamen

*a Gell. libr. 5. cap.19.*
*b In princip. Inſt. eo.*
*c l. actus legitimi. 77. de re. iu.*
*d Plutar. in uita Theſ. Ioſeph. in antiquit. Iud. Demoſt. in ora. πρὸς Λεώχαριν.*
*e l.5. l. neq; abſens. 24. hoc tit.*

men adhibita diſtinctione, ut ſi quis à patre in adoptionem detur, ſufficiat eum uoluntati patris non contradicere[a], in arrogato autem expreſſus conſenſus deſideretur[b]. Ex quo patet, cur adoptari infans, non autem arrogari poſsit.[c] Cæterorum autem, inter quos iura agnationis conſequuntur, non eſt neceſſaria approbatio[d]. ut enim inuitis agnaſcuntur fratres & agnati, ita & adoptantur. Præterea ſciendum eſt, non conſenſum tantummodo requiri, ſed opus eſſe etiam ut perſonæ ad adoptionem ſint idoneæ: quædam enim adoptare adoptari ue prohibentur. Adoptare non poſſunt feminæ, niſi ex indulgentia principis[e]. quorſum enim adoptent, cùm liberos non habeant in poteſtate,[f] licet rectè adoptentur[g]. Item caſtrati.[h] nam cùm generare nequeant, nec adoptare quidem poſſunt. Adoptio enim naturæ imitatrix, tantùm in ijs locum habet, in quibus natura habere poteſt[i]. Itaque ſpadonibus, quibus meatus ſeminis uitio impediti contortiq; ſunt, cùm ſpes ſit, uitio ſublato, eos ad generandum fore idoneos, adoptio minimè eſt inhibenda.[k] Eadem ratione minor decem & octo annis adoptare nequit: quia uixdum per ætatem pater eſſe poteſt[l]. ut nec facilè minor ſexaginta annis: quia coniugio operam dare debet, ad replendam liberis ciuitatem:[m] naturæq;, quæ ut naſcendi, ita gignendi legem præſcripſit[n], ductum ſequi potius, quàm inſtar currucæ alienos pullos quodammodo excludere, atque habere pro ſuis.[o] Maioribus porro 60. annis meritò permittitur adoptandi facultas: quia potentiam gignendi ad id tempus emarceſcere phyſici[p] tradunt: unde nuptiæ poſt eam ætatem, quaſi libidinis magis quàm liberorum cauſa initæ, olim improbabantur[q]. Præterea uidendum eſt, an non debeat permitti ei qui uel unum habebit uel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos ex iuſtis nuptijs procreauit, diminuatur ſpes, quam unuſquiſque liberorum obſequio ſibi parat: aut qui adoptatus eſt, minus percipiat, quàm dignum ſit eum conſequi[r]. Adoptari nequit abſens[s], quia per alium nequicquam ea ſolennitas expeditur[t]: is qui non decem & octo annis minor ſit eo, cui in adoptionem datur[u]: ſemel à patre adoptiuo emancipatus, idq; odio leuitatis[x]. Impuberem adoptare conceſſum[y], arrogare niſi ex iuſtiſsimis cauſis prohibitum[z]: præſertim ſi tutor, ad euitandam rationum reddendarum neceſsitatē, pupillū arrogare uelit[aa].

4 Illud ſciendum eſt, adoptionem non ſolùm loco filij, ſed nepotis, quaſi ex filio nati, item pronepotis,[bb] atque ita deinceps, rectè fieri: loco autem fratris, quem nemo natura gignit, nequaquam[cc]. In adoptionibus autem uariæ olim uſurpabantur ſolennitates,[dd] quas Iuſtin.[ee] abrogauit, ut pleraſq; omnes ipſius ſeculo obſoletas: uoluitq; conſtare adoptionem, ſi pater apud magiſtratum, penes quem legis eſſet actio, id eſt, libera & ordinaria iuriſdictio[ff], actis publicis interuenientibus, filium non contradicentem daret in adoptionem. Arrogatio quo periculoſior, eò pluribus erat obnoxia ceremonijs & cautionibus, fiebatq; in comitijs conſenſu populi.[gg] nunc fit authoritate principis[hh], in quem populus ius ſuum tranſtulit, adhibita tamen cauſæ cognitione: ut, ſi fortè minor ſit arrogandus, diligenter perpendatur, conducibilis ſit illi arrogatio, necne[ii]. In pupilli inſuper pupillæue arrogatione id ſeruatur, ut arrogator caueat, ſi impubes decedat, reſtituturum ſe quæ ex bonis eius conſecutus fuerit, illis ad quos ea res peruentura eſſet, ſi arrogatus in ſuo ſtatu permanſiſſet[kk]. Id etiam annotan-

b dum,

a l. in adoptionibus. 5. hoc tit.
b d. l. 5.
c l. etiam. 42.
d l. cùm adoptio. 7.
e §. feminæ. Inſt. eo. l. ſi ſuſpecta. 29. §. fin. de inoff. teſtam.
f §. cæteri. Inſt. de hær. qual. & diff. d. §. feminæ. l. illud. 4. §. ad teſtamēta. ỹ. de bon. poſſ. cōt. tab.
g l. hæc autem. 20. l. nam & feminæ. 21. hoc tit.
h l. 2. uerſic. illud. hoc tit.
i l. adoptio. 16. hoc tit.
k d. uerſic. illud. l. arrogato. 30. §. fi. hoc tit.
l d. l. arrogato. §. non tantùm.
m l. 1. ſol. matr.
n Valer. lib. 2. cap. 4.
o l. ſi paterf. 15. hoc titul.
p Ariſt. li. 1. de gene. anim. cap. 18. Gal. de tuēd. ſanit. lib. 2.
q l. penult. C. de nupt. Sueto. in Claudio. Lactan. lib. 1. c. 16. Plau. in Mercat.
r l. nec ei. 17. §. fi. C. ſi paterfa. 15. §. fi. hoc tit.
s l. neque. 24. hoc titul.
t l. poſt mortē. 25. §. fin. hoc tit.
u d. l. ſi paterf. §. fin. cùm l. ſeq.
x l. adoptare. 37. §. 1. l. qui liberatus. 12. hoc titul.

y d. l. etiam infantem. z l. 2. C. eo. §. 1. Inſt. eo. l. nec ei. 17. §. 1. hoc. titul. aa l. nec ei. 17. l. nonnunquam. 32. hoc tit. bb l. ſi quis nepotem. 10. l. adoptiones. 43. l. adoptare. 37. l. ſi is qui nepotem. 44. l. cùm nepos. 6. l. ſi paterfamilias. 15. §. qui duos. 1. hoc tit. cc l. nec apud. 7. C. de hæred. inſt. dd Vide Caium Inſt. lib. 1. Gell. lib. 5. cap. 19. ee l. fi. C. eo. ff l. 2. in princ. l. 3. l. 4. hoc titul. gg Gell. præall. loco. hh l. 2. hoc tit. ii l. nec ei. 17. hoc tit. kk l. non aliter. 18. cum ll. ſeq.

dum,ad tempus non fieri adoptionem: quia moribus & naturæ haudquaquam conuenit, temporalem filium habere.[a] Si tamen quid ex ſolennibus omiſſum ſit, ſolet à principe impetrari adoptionis confirmatio[b], niſi in alterius uergat detrimentum[c].

Adoptio non ius ſanguinis, nam illud iure ciuili nec dari nec adimi poteſt[d], ſed ius agnationis inducit[e]. Et olim quidem adoptati in omnibus iura iuſtorum liberorum obtinebant[f]: quæ quidem etiam nunc durant, ſi ante emancipationem pater adoptiuus decedat. cæteroquin ciuilis adoptionis actus, contraria emancipationis ſolennitate planè diſſoluitur[g]. Illud ſanè contra ueteris iuris obſeruationem Iuſtin[h]. introduxit, ut non ſicuti olim adoptiuus in poteſtatem adoptantis tranſeat, niſi cùm aui materni ſacris inſeritur. Arrogationis tamen iura intacta reliquit: unde etiam hodiè arrogatus poteſtati patris cum omnibus bonis ſubijcitur, & omnino eo eſt loco quo filij naturales: adeò ut & iura ſuorum hæredum conſequatur[k], & ne per emancipationem quidem ſpe ſucceſsionis priuari poſsit[l].

Et hactenus de adoptione, nunc de emancipatione aliquid dicamus. Emancipatio ab imaginaria alienatione, per quam olim fiebat, dicta eſt. mancipare enim nihil aliud eſt quàm alienare, & uendere in perpetuum. Hinc res mancipi dictæ, & mancipio dare, accipere. &c. Lucret. Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus uſu. Eſt autem emancipatio, patriæ poteſtatis per actum iuris ſolennem diſſolutio: qui quidem ſolennibus olim uenditionibus & manumiſsionibus expediebatur[m]: hodie ijs antiquatis, nuda apud magiſtratum conteſtatione[n]. Alij modi quibus ius patriæ poteſtatis ſoluitur, poſiti ſunt uel in caſu, ut cùm morte tam naturali quàm ciuili, puta deportatione, ſeruitute, &c. alterutrius, patriæ poteſtatis relatio euaneſcit[o]: uel in lege, quæ propter dignitatẽ filij patriam poteſtatem diſſoluit[p].

## DE RERVM DIVISIONE ET qualitate. Tit. VIII.

1 *Aliæ res diuini iuris, aliæ humani.*
2 *Res ſacræ, religioſæ, ſanctæ.*
3 *Res publicæ, communes & priuatæ.*
4 *Res corporales, incorporales.*

ET hactenus quidem de iure perſonarum ſummatim dictum eſt. nunc ad ſecundum iuris obiectum, uidelicet res, deſcendamus. Rerum autem diuiſio triplex eſt: ac ſumma quidem & prima in duos articulos diducitur[a]. Nam aliæ res ſunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini iuris ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, quæ in nullius exiſtunt bonis[b]. Res ſacræ ſunt quę publicè, id eſt publica authoritate, & iuſſu populi, olim à Cõſule, Dictatore, imperatore, aut alioqui ſummo magiſtratu, per ſolennia uerba, præeunte præfanteq; carmen pontifice ſummo[c], hodie uerò in Repub. Chriſtiana ab antiſtite cuiuſq; loci, diuino numini conſecrantur[d]. Religioſæ res ſunt, quæ priuata alicuius uoluntate & facto religioni dicantur: ut cùm quis mortuum infert in locum ſuum[e]. Sanctæ res ſunt, quæ ab iniuria hominum ſanctione aliqua muniuntur: propriéq; ſunt illæ, quæ nec ſacræ, nec pro-

*a l. quæſitum. 34. hoc tit.*
*b l. adoptio. 38. hoc tit.*
*c l. nam ita. 39. hoc tit.*
*d l. iura ſanguinis. 8. de regul. iur. l. ius agnationis. 34. de par. l. non nudis. 14. C. de probat. l. natales. C. de lib. cauſ.*
*e l. qui in adoptionem. 23.*
*f l. onera. 45. l. ex adoptiuo. 27. l. ſi paterfa. 15. hoc titul. l. non epiſtolis. C. de probat. l. 1. de bon. poſſ. contra tab. §. exhæredat. Inſtit. de exhære. lib. §. in plurimis. Inſt. eod.*
*g l. cùm in adoptiuis. penul. C. eod. l. ſed & nepos. 14.*
*h d. l. cùm in adoptiuis.*
*i l. 2. in fi. d. l. ſi paterfamilias. d. l. arrogato.*
*k d. l. arrogato. §. fin. l. qui in adoptione.*
*l l. 2. C. eod. §. cùm autem. Inſt. eod.*
*m §. præterea. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. Caius Theophil. in Inſt.*
*n l. final. C. de emanc. liber.*
*o Vide Inſtit. quib. mod. patr. po. ſol.*
*p l. ult. C. de conſu. libr. 12. §. filiusfa. Inſtit. quib. mod. pat. po.*

*a l. 1. hoc titul. b l. nullus. Inſt. eo. c l. in tantum. 6. §. ſacræ. 2. hoc titul. §. ſacræ. Inſtit. eo. d In nouell. de Eccleſ. & titul. ut null. fabr. orat. dom. tot. titul. extrà de conſe. Eccle. e d. l. in tantum. §. religioſum. 3. §. religioſum. Inſtitut. eodem.*

nec prophanæ uerè dici poſſunt, ſed ſanctione & pœnarum terrore à uiolatione defenduntur [a]. In hiſce autem rebus numerantur ſanctiones legum [b], muri & portę ciuitatum: quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui hæc uiolant [c].

3 Humani iuris omnes eæ res eſſe putantur, quę plerunque in alicuius ſunt bonis, & ad homines pertinent [d]. Hæ autem res quæ humani ſunt iuris, iterum ita diuiduntur, ut aut publicæ ſint, aut priuatæ. Publicæ ſunt, quæ uel iure naturali communes ſunt omnium, uel iure gentium aut ciuili publicæ, eoq; nullius in bonis eſſe creduntur. Priuatæ ſunt, quæ ad ſingulos pertinent [e]. Et quidem naturali iure communia ſunt, aer, aqua profluens, mare, & per hæc littora maris: item lapilli & gemmæ, cæteráque quæ in mari aut littore inueniuntur [f]. Harum rerum uſus iure naturæ omnibus communis eſt, atque ita communis, ut utendo quis proprietatem etiam acquirere poſſit: quo modo in mari inuenta noſtra fiunt [g]: & ædificio in littore maris poſito, ſoli quoque, cui ædificium impoſitum eſt, domini efficimur [h]. Publica ſunt iure gentium ea, quorum uſus publicus & communis eſt, proprietas autem nullius: ut flumina, portus, ius piſcandi, nauigandi, uſus riparū [i], &c. Iure ciuili publica ſunt, quæ non ad omnes homines, ſed aliquam ciuitatem uel populum pertinent: ut theatra, ſtadia, & ſi qua ſunt alia communia ciuitatum [k]. Pleraque uerò priuata ſunt, hoc eſt ſingulorum, quæ uarijs ex cauſis, ut traditione, occupatione, uſucapione, cuique acquiruntur [l].

4 Tertiò res diuiduntur in corporales & incorporales: quarum hæ tantùm intelliguntur, ut ſunt quæ in iure conſiſtunt, ſeruitutes, obligationes, &c. illæ exiſtunt, & ſub aſpectum oculorum ſenſumq; tactus cadunt: ueluti fundus, ueſtis, homo, aurum, aliæq; res innumerabiles [m]. Tangere enim aut tangi, niſi corpus, nulla poteſt res: ut eſt apud Lucretium.

*a l. ſanctum. 8. ubi Bud. hoc tit. Macrob. lib. 3. cap. 3.*
*b l. ſancti. 41. de pœn. l. ſacra. 9. §. propriè. 2. hoc titul.*
*c d. l. ſanctum. d. l. ſacra. l. fin. hoc titul.*
*d l. 1. in princ.*
*e l. 1. hoc titul.*
*f l. 2. & 3. hoc titul.*
*g l. itē lapilli. 3.*
*h d. l. in tantum. hoc titul.*
*i l. nemo. 4. l. riparū. 5. hoc tit. §. flumina. cum duobus ſequent. Inſti. eo.*
*k §. riparum. Inſt. de rer. diui.*
*l §. ſingulorum. Inſt. eo.*
*m d. l. 1. §. quædam.*

## DE SENATORIBVS.
## Titul. IX.

QVod ad tertium iuris obiectum, uidelicet actiones (quo uerbo totum iudiciorum ordinem, quæq; in ijs diſceptantur, comprehendimus [a]) attinet, in primis neceſſarium eſt, de generibus, officio ac iuriſdictione magiſtratuum, & eorum qui iudicijs pręſunt, exponere. Magiſtratuum Rom. duo ſunt pręcipuè genera: alij enim domi, alij foris rempub. adminiſtrabant. Ac domi quidem pręcipuam reipub. curam Senatus ſuſtinebat: quem ordinem à Romulo inſtitutum memorant, allectis centum numero ciuibus, qui ad gubernacula ciuitatis ſedentes, conſilio & authoritate rempub. temperarent. hos ob reuerētiam Patres, ab ætate Senatores appellauit [b]. Senatorum triplex erat ordo: alij patricij, quòd centum illis patribus à Romulo lectis geniti eſſent, nominabantur: alij conſcripti, quia regum, Coſs. cenſorum decreto in Senatum adſcripti. alij pedarij, quibus nondum in ordinem relatis, ius dicendę in Senatu ſententię non erat: ſed tantùm ut pedibus in aliorum irent ſententiam, eamq; ſuffragio comprobarent, conceſſum [c]. Sed hęc diſcrimina diuturnitate temporis exoleuerunt, omnesq; ſenatores & patres conſcripti appellati. [d] Poſtea ſub Auguſtis obtinuit, ut tantùm pro ſenatoribus eſſent patricij, hoc eſt principis conſiliarij [e], conſules & illuſtres, horumq; liberi: quòd his tantùm in ſenatu ſententię dictio eſſet, ut teſtatur Vlp. [f] Ex quo apparet, eius ętate inter illuſtres & clariſs. necdum fuiſſe differentiam, quæ poſtea ſecuta eſt [g], ſed utroque nomine ſenatorij ordinis homines fuiſſe deſignatos [h]. Id conſtat,

*a l. pecun. 178. §. actionis. 2. de uerb. ſig. §. fin. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu.*
*b Liui. lib. 1. dec. 1. Dionyſ. lib. 2. Feneſt. de magiſt. cap. 1. Pomp. de magiſ. cap. 3.*
*c Fen. præal. lo.*
*d Dionyſ. lib. 2. paſsim Cic. Liu. Saluſt. &c.*
*e §. ſed ex noſtra. Inſtit. quib. mod. ius patr. po. ſoluit. l. fin. C. de conſul.*
*f l. fin. hoc tit.*
*g Duar. lib. diſput. 2. cap. 1.*
*h l. ſpecioſas. 100. de uerb. ſignific. l. 1. C. de ſent. paſſ.*

maximam olim Senatus & dignitatem fuiſſe, quæ liberis uxoribusq; communicabatur [a], & authoritatē: cùm Reges, Dictatores, Coſs. & initiò etiam Auguſti, nihil magni inconſulto inuitoq; Senatu molirentur. Hinc tot orationes principum in Senatu habitæ [b], quibus quod ſtatui cupiebāt, id prius Senatui iuſtum æquumq; eſſe perſuadere conabantur.

a *l. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 12. hoc tit.*
b *l. oratio. 16. de ſponſ. l. 3. de donat. int. uir. & ux. l. cùm hi. 8. de tranſac. l. 1. de tutor. & curat. dat. l. 1. de feri.*

## DE OFFICIO CONSVLIS. Titul. X.

PRæcipuam Romæ fuiſſe Conſularem poteſtatem, quæ ad exemplum regiæ dominationis fuit inducta, minimè ambigitur. Exactis enim Regibus, duo Coſs. qui reipub. conſulerent, creati ſunt: penes quos ſummum imperium atque ius uti eſſet, lege rogatum eſt [a]: neque quippiam de regia poteſtate ademptum, præterquam quòd annuum imperium fuit. Poſtea paulatim eneruari ea poteſtas cœpit, primò legibus Valerij Publicolæ: qui, ne per omnia regium imperium ſibi Coſs. uendicarent, legem tulit, ut ab ijs prouocatio eſſet, neue fas eſſet in caput ciuis Romani iniuſſu populi intra fines urbis animaduertere [b]. Deinde tribunitijs interceſſionibus, quibus ſępe conatus Coſs. retardati impeditiq; ſunt. Poſtremò, occupata tandem ab Imperatoribus repub. cùm illi omne ius atque imperium ad ſe paulatim traherent, nomen ſine uiribus, & ſola fermè inſignia ueteris potentię Coſs. ſunt relicta: ut non immeritò Vlpian. [c] ſecundum rationem ſui temporis, ea quæ ſpontaneæ ſunt iuriſdictionis duntaxat Coſs. tribuerit: qui antea domi & foris clauum reipub. tenebant. Officium, inquit, conſulis eſt, conſilium prębere, manumittere uolentibus: id eſt, cogere ac conuocare iudices ad examinandas manumiſſionis cauſas, ſi opus ſit, (conſilium enim pro conuentu accipitur [d]) atque ita ſolenniter manumittere.

a *l. 2. §. quod ad magiſtratus. 8. ſ. de orig. iur.*
b *Liui. lib. 2. Dionyſ. lib. 5. Plutar. in uita Public.*
c *l. unic. hoc tit.*
d *l. ſi pater. 4. §. fi. l. ſeruus. 6. l. pupillus. 24. de manu. uind. §. eadem lege. Inſt. quib. ex cauſ. manu. non lic.*

## DE OFFICIO PRAEFECTI PRAEtorio. Titul. XI.

VEteres, ut tradit Aſcon. omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prętorem appellauerunt, & tabernaculum eius Prętorium: unde & aula principis, qui ut plurimùm in exercitu degebat ſub pellibus, Prętorium dicta eſt: & qui illi pręeſſet, Præfectus prętorio, quem hodie Magiſtrum curię appellamus [a]. Hunc magiſtratum uice magiſtri equitum inſtitutum fuiſſe traditur. Nam cùm apud ueteres dictatoribus ſumma poteſtas ad tempus crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati principali curę, militię gratia, ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipub. ad Imperatores perpetuò translatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum, pręfecti prętorio à principibus electi ſunt, data eis pleniore licentia ad diſciplinę publicę emendationem. His incunabulis prętorio pręfectorum authoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à pręfectis prętorio non poſſet, nec aduerſus illos peti in integrum reſtitutio, niſi ab ipſis [b]: utq; pręcipuas Imperij partes gubernarent, nempe Orientem, Illyricum, Aphricam [c]. Ac de horum poteſtate in hāc ſententiam Caſſiodorus [d] ſcribit: Poteſtati pręfecti prętorio nulla dignitas eſt ęqualis: uice ſacra, hoc eſt Imperatoris, iudicat: nullus ei miles fori authoritate pręſcribit, excepto officiali magiſtro militum. curiales etiam uerberat, in officio ſuo ius retinet ſingulare: & talibus tantiſq; noſcitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere.

a *Bud. hîc. Alc. ad l. 1. C. de præ. præt. lib. 12.*
b *l. unic. hoc titul. l. præfecti. 18. de minor. Feneſt. de magiſtr. cap. 22.*
c *C. tit. de off. præf. Orient. & Aphri. &, de off. præf. Illy.*
d *lib. 6. Epiſt.*

DE OF-

## DE OFFICIO PRAEFECTI urbi. Titul. XII.

HVius magiſtratus origo uetuſtiſsima eſt. Nam & primi reges cùm domo unà cum præcipuis magiſtratibus proficiſcerētur, ne urbs ſine imperio eſſet, in tempus deligebant aliquem, qui ius interea redderet: ac ſubitis, ut inquit Taci[a]. mederetur[b]. Hic præfectus urbi dictus eſt, quòd eius fidei ſumma rerum urbanarum eſſet commiſſa[c]: feruntꝗ[d] à Romulo Deutrem Romulium, pôſt abs Tullo Hoſtilio Numam Marcium, & à Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos. Manſit aliquandiu idem mos creandi præfectos ſub Coſs. quoties illi foris Rempub. adminiſtrabant. Creatis demum pretoribus, qui ius in urbe, auocatis bello Coſs. redderēt[e], deſitum eſt præfectum creari, niſi quòd eius ſimulachrum Latinarum feriarum cauſa durabat[f]. Cùm enim ex inſtituto Tarquinij Superbi[g] cum populis Latinis ferias, ludos, nundinas, & ſacrificia in monte Albano Romani celebrarent, & ea de cauſa magiſtratus abeſſent, relinquebatur præfectus quaſi cuſtos urbis, qui domi interim conſulare munus, & iuriſdictionem obiret[h]. Poſtea Auguſtus rerum potitus, ad confirmationem Imperij, nouiꝗ reipub. ſtatus, præpoſuit urbi uirum conſularem, qui flagitia & motus urbanos compeſceret, resꝗ adminiſtraret: quod & Iuliū inceptaſſe, Sueto. ſcribit. Itaꝗ præfecti urbis, & quidem perpetuò creari cœperunt[i]. Quanquam autem præcipuè coercendorum urbanorum criminum gratia præfecti conſtituti ſunt, tamen progreſſu temporis paulatim poteſtatem ampliauerunt. Nam omnia omnino crimina, non tantum ea quæ intra urbem & centeſimum lapidem admittuntur, uerùm ea quoꝗ quæ extra urbem intra Italiam fiunt, præfectura ſibi uindicauit, ut epiſtola D. Seueri declaratur[k]: quod tamen diſtinctionem recipit. Nam de commiſsis intra centeſimum lapidem, præfecti notio eſt, & animaduerſionis ius[l] ſi ultra egreſſum eſt, nequaquam: poteſt tamen iubere iudicare[m]. Deinde ad officium præfecti pertinet, ut mancipia tueatur aduerſus intolerabiles dominorum iniurias, patronorum ius aduerſus libertos: curetꝗ uti numularij argentarijꝗ probè ſe gerant circa omne negocium ſuum[n]: caro & omnis annona iuſto precio præbeatur, quies popularium & diſciplina ſpectaculorum conſeruetur[o]: tutores ſuſpecti, alijꝗ qui deliquerunt puniantur[p]. Adiri etiam in ciuilibus & pecuniarijs cauſis[q], ut ex interdictis[r], poteſt. Ad præfectū etiam urbis redijſſe omnium poteſtatum appellationes, refert in Floriano Vopiſcus. Cùm igitur tam ampla ſit præfecti urbi poteſtas, non mirum eſt omnibus dignitatibus & magiſtratibus urbanis eſſe maiorem: ut hæc uberius in epiſtola D. Seueri, cuius quædam capita recenſet hîc Vlp.[s] & aliorum principum conſtitutionibus exponuntur[t].

*a lib. 5.*
*b l. 2. §. 17. ſ̄. de orig. iur.*
*c l. 1. uerſ. cùm urbem. hoc tit.*
*d Tacit. lib. 5.*
*e l. 2. §. cùmꝗ Coſs. 15. ſ̄. de orig. iur.*
*f d. l. 2. §. capta, 17.*
*g Dionyſ. li. 4.*
*h Gell. lib. 4. cap. ultim. Tac. præall. loc.*
*i Tac. lib. 5.*
*k d. l. 1. in prin.*
*l d. l. 1. §. 1. uerſ. quicquid. & §. final.*
*m d. l. 1. §. 1. iunc. l. fin.*
*n d. l. 1. in prin. §. 3. & 4. l. 2.*
*o l. 1. §. final.*
*p d. l. 1. §. 2. & final.*
*q d. l. 2.*
*r d. l. 1. §. 1. uerſic. ſed & ex interdictis.*
*s in l. 1.*
*t l. 1. 3. 4. C. eo.*

## DE OFFICIO QVAESTORIS. Tit. XIII.

QVi publicæ quærendæ pecuniæ (quæ eſt neruus, & propemodum αἷμα καὶ ψυχὴ, ut dicitur, ciuitatum) ærarioꝗ præpoſiti erant, ab officio Quæſtores ſunt appellati[a]. Horum creādorum origo antiquiſsima eſt. Nam & Romulum, cæterosꝗ reges, quæſtoribus uſos ferunt: & exactis regibus, conſtat creatos eſſe, qui ad rem pecuniariam adminiſtrandam, prædamꝗ in rationes publicas referendam, Imperatores militiæ comitabantur[b]. Dein gliſcentibus negocijs, auctoꝗ peculio publico, & urbani quæſtores lecti ſunt, qui in urbe ærarium curarent, pecuniarumꝗ accepta-

*a l. unic. uerſi. et à genere. hoc tit. l. 2. §. deinde. 12. ſ̄. de orig. iur. Feneſt. de magiſtr. cap. 3.*
*b Tac. lib. 11.*



Biblioteka Uniwersytecka Staszicki Toruń

rum & expenſarum rationes conficerent: mox ſtipendiaria facta Italia, & accedentibus prouinciarum uectigalibus, plures creati: obtinuitq; ut prouincias ad colligendam pecuniam ſortirentur[a], præter candidatos principis: id eſt qui ſuffragio & commendatione principum, magiſtratum obtinebant[b]. Hi enim cùm libris & epiſtolis principalibus in ſenatu legendis uacarent, nuſquam gentium amandabantur[c]. Fuerunt & quæſtores rerum capitalium, qui, adempta Coſs. lege Valerij iudicandi de capite ciuis Rom. poteſtate, inquirendis maleficijs à populo, cùm opus erat, præficiebantur: etſi poſtmodum perpetuæ quæſtiones conſtitutæ ſunt[d]. Hi & quæſtores parricidij appellati, quorum & lex 12. Tab. meminit[e]. Parricidij enim uocabulo omne homicidium uetuſtas complectebatur. Fuit autem quæſtura primus gradus ad maiores dignitates[f], puta ædilitatem, præturam, conſulatum: ut Vlp. non immeritò, ingreſſum eſſe & primordium gerendorum honorum, ſententiæq; in ſenatu dicendę, ſcriptum reliquerit[g].

*a Cic. in diuin. in Ver. et Orat. 3. Plut. in Cice. & Catone, & alij alibi.*
*b Suet. in Aug. Lamp. in Alex.*
*c l. 1. §. pen. hoc titul.*
*d Cic. in Brut. Duar. diſp. li. 1. cap. 48.*
*e d. l. 2. §. dein de cũ ærarium.*
*f Cic. in Diuinat. ubi Aſcon.*
*g d. l. unic. §. fi.*

## DE OFFICIO PRAETORVM.
## Titul. XIIII.

CVm Coſs. auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet qui in ciuitate ius redderet, quippe exoleſcente pręfectura urbana, factũ eſt ut prætor crearetur, qui urbanus, quòd in urbe ius diceret, appellatus eſt.[a] Pretor dictus eſt, uel quòd iuriſdictioni pręeſſet, uel quia preibat ius populo, quaſi pręitor[b]. Penes hunc magiſtratum fuit omnis publici priuatiq; iuris poteſtas, ſic ut cauſas aut cognoſceret omnes, aut ijs cognoſcendis iudices daret[c]: formulas agendi, iudiciorumq;, poſtulantibus litigatoribus pręſcriberet[d]: exequeretur, perinde atq; Coſs. quę uoluntarię habentur iuriſdictionis[e], & miſti imperij[f]: adiuuandi, ſupplendi, emendandi iuris ciuilis gratia, proponeret edicta[g]: quę in honorem pretoris, ius honorarium ſunt uocata[h]. Atque hec quidem initiò pro ſuo arbitratu proponebant: ſed cùm hoc improbis Prætoribus opportunum nimis uideretur ad habendam queſtui iuriſdictionem, lex eſt à T. Cornelio tribuno plebis lata, ut ex edictis perpetuis Pretores ius dicerent, & ſecundum edicta initio magiſtratus propoſita perpetuò, hoc eſt durante magiſtratu iudicarent, poteſtate nouandi corrigẽdiq; ſublata[i]. Verùm ne ſic quidem ſatis nundinationibus cupidorum occurſum fuiſſe apparuit, cùm edicta unà cum magiſtratu anni ſpacio expiraret[k]: nec ſucceſſori quis pręire poſſet, quò minus ei ſolutum eſſet, prout uellet, edicta ambigua, diſtorta, & malitioſis obnoxia interpretationibus proponere: cuiuſmodi inſignem artificem fuiſſe Verrem inſimulat Cic.[l] Itaq; hiſce malis à bonis I.C. medicina queri cœpta eſt. Ac primò quidem Seruius Sulp. cuius magna laus extat apud Cic.[m] duos libros ad edictum conſcriptos reliquit, in quos edicta pretorum recta iuſtaq; congeſſit, & eſt interpretatus. Eius ueſtigijs inſiſtens Aulus Ofilius, eadem ratione diligenter edictum compoſuit, ut qui uellent prætores, ſua illa induſtria in iure dicendo uterentur[n]. Sed quia horum & auctoritas non perinde ualebat apud ambitioſos prætores, & fortè libri non omnino perfecti exiſtimabantur: ideo tandem Saluius Iulianus ſupremam manum operi addidit, edictumq; perpetuum ordine pulcherrimo compoſuit atq; emendauit: ex quo D. Hadrianus, approbante Senatu, poſtea ius dici uoluit, non admiſſa amplius nouorum edictorum promulgatione.[o] Quibus ſanè temporibus, inualeſcente præfectura urbica, poteſtas prætorum paulatim eneruata eſt, ut non immeritò pro ſui ratione temporis uoluntariam iuriſdictionem tantummodo his Iu-

*a l. 2. §. cumq; Coſſ. 15. ff. de orig. iur.*
*b Feneſt. de Magiſtr. cap. 19.*
*c l. fin. hoc tit.*
*d not. C. de for. & imp. Cic. in Verrem, et pro Cecin.*
*e l. 1. & 2. hoc titul.*
*f l. 1. cum ſeq. ff. de iuriſdict.*
*g Inſt. de bon. poſſ.*
*h l. ius autem. 7. §. 1. ff. de iuſt. & iur.*
*i Aſc. in orat. Cice. pro Cor. Balb.*
*k Cic. in Verr. Inſt. de perp. et temp. act.*
*l in act. Verr. 3.*
*m in Bruto.*
*n l. 2. §. Seruius. 22. cum ſeq. ff. de orig. iur.*
*o Eutrop. in uita Iul. Spart. in Seuer.*

riſc. tribuant[a]. De numero prætorum ita memorant: Vnum initiò prætorem, & principem quidem, Furium Camillum creatum[b]: poſt uerò, cùm multa peregrinorum turba in urbem conflueret, non ſufficiente cauſarum multitudini prętore, alterum electum, qui inter peregrinos ius diceret, unde & peregrinum dictum: captis deinde prouincijs, totidē prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creatos: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent: progreſſuq́; temporis effectum, ut decem interdum & octo prætores ius in ciuitate dicerent[c].

*a l.1.& 2.hoc titul.*
*b Liuius dec.1. lib.7. in princ.*
*c d.l.2.§. capta.17.de orig. iur. Feneſt.c.19.*

## DE OFFICIO PRAEFECTI VIgilum. Titul. XV.

APud ueteres triumuiri nocturni arcendis incendijs præerant: interueniebant nonnunquam & ædiles, tribuniq́; plebis: quibus familia publica circa portas & mures diſpoſitæ, & familiæ priuatæ mercede conductæ, ad extinguenda incendia præſto erant. Sed poſtea pluribus uno die ortis incendijs, Auguſtus[a] ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, ut binas urbis regiones unaquæque cohors tueretur: præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili uiro (quem titulum ad præfectos pertinuiſſe Caſsiod. oſtendit) qui præfectus uigilum appellabatur. Huius officium eſt per totam noctem uigilare, & calceatum armatumq́; oberrare, cum hamis & dolabris, inſtrumentisq́; ad extinguenda incendia idoneis: atque omnes inquilinos admonere, ut curam adhibeant, ne per negligentiam (ut fieri ſolet[b]) incendij caſus oriatur. Præterea ut aquam unuſquiſq́; in ſuo cænaculo habeat, iubetur admonere. Et quia in eiuſmodi tumultu furta & effractiones fieri ſolent[c], permiſſum eſt, ut non modò de incendiarijs, ſed furibus etiam, effractoribus & capſarijs, qui mercede ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipiunt, præfectus uigilum cognoſcat[d], poſsitq́; in eos pro merito animaduertere, uſque ad fuſtem & flagella: nam ſi delictum ſit atrocius, quàm ut eiuſcemodi leui pœna uindicari debeat, puta quia dolo malo incendium commiſſum dicitur, ad ordinarium magiſtratum præfectum urbi, res erit referenda[e]. Seruum tamen in facinore deprehenſum, propter uilitatem perſonæ, ultimo ſupplicio afficere præfecto uigilum conceſſum fuiſſe, apparet[f].

*a Suet. in eius uita, cap.30.*
*b l. ſi uendita. 11. de per. & cō. rei uend. l. ſi ſeruus. 27. §. ſi fornacarius. 5. ad l. Aquil.*
*c tot. tit. de incend. rui. naufr.*
*d l.3. & 4. hoc titul.*
*e l.fi. hoc tit. l. unic. C. eo.*
*f l. penult. de cond. cauſ. dat.*

## DE OFFICIO PROCONSVLIS & legati. Titul. XVI.

HActenus de magiſtratibus urbanis, nunc de prouincialibus agamus. Prouincias, quæ antè in conſulares & prætorias erant diuiſæ[a], Auguſtus alias Senatui populoq́; reliquit gubernandas: alias, & quidem ualidiores, ut inquit Sueton. ſuæ curæ reſeruauit[b]: illis præficiebantur à Senatu procoſs. his ab imperatoribus præſides aut legati Cæſarum. Proconſul primus T. Quintius, Poſthumio Albo & Sp. Furio Coſs. bello contra Aequos infœliciter geſto, creatus eſt[c]. Propagatis deinde Imperij finibus, obſeruari cœptum, ut quo quique anno Coſs. fuiſſent, ſequente procoſs. remanerent, & prouincias cum Imperio ſortirentur: in quibus pleniſſimam iuriſdictionem habebant, & omnium partibus, qui Romę ius dicunt ut magiſtratus, aut extra ordinem iudicant, fungebantur, ac merum ſummumq́; ſecundum principem imperium obtinebant[d]. Nam & procōſul inde dictus eſt, quòd cōſulari poteſtate mittatur, ut pro conſule prouinciam adminiſtret. Quare & cętera conſularia inſignia habet, pręterquā quòd ſex

*a Cic. Philip. 1.*
*b Dion. Strabo, Alci. in. l. ſpecioſas. de uer. ſignif. Suet. in Aug. cap. 47.*
*c Liu. dec. 1. lib. 3. Feneſt. de Mag. cap. 11.*
*d l. ſi in aliquā. 7. cum l. ſequē. hoc titul.*

duntaxat lictoribus utatur [a]. Hanc autem poteſtatem procoſ. extra ſuam prouinciam non habet [b], quamuis uoluntariam iuriſdictionem expedire paſsim non prohibeatur [c]. nam manumitti apud eum tam liberi, puta filij-fa. per emancipationem, quàm ſerui, & adoptiones fieri poſſunt, ſtatim quàm urbem eſt egreſſus [d]. In ipſa enim urbe procoſ. magiſtratu non fungitur, cùm ſit prouincialis: unde exiens ciuitatem accipit, ingreſſus deponit imperium [e]. Porro ingreſſus prouinciam, mandare iuriſdictionem legato ſuo debet, qui eius uicibus, quando unus omnia obire nequit, fungatur [f]: præter gladij poteſtatem, quæ mandata iuriſdictione non transfertur, ſed ab ipſo procoſ. eſt exercenda [g]: qui in officio ſimul & tota gubernationis ratione, moderatè debet & prudenter uerſari [h]: innocentibus parcere [i]: inquirere in malos [k], non ſummatim, & per ſubſcriptionem libelli, cauſas litigatorum haudquaquam ſatis perpenſas definire: ſed pro qualitate rei propoſitæ, ſeria & momentoſa ſeriò atque cogitatè examinare, facilia fortè leuiaque, leuipenſiaque expedire de plano: denique in omnibus poſtulationibus modum atque ordinem retinere [l]: muneribus, contractibus, præter ea quæ uictus quotidiani cauſa comparantur, ad euitandam auariciæ corruptelæque ſuſpicionem, abſtinere. Xenia tamen, obſoniaque, quæ hoſpitibus primùm ingreſsis beneuolentiæ & hoſpitalitatis ergò dari moris fuit, neque moroſè repudianda, nec ab illo auarè ſunt recipienda: ſed, ut dicitur, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων.

a l. penult. hoc tit. Cic. in Verr. act. 7.
b l. 1. hoc tit.
c Fen. præall. loco.
d l. 2. hoc tit.
e l. fi. hoc titul.
f l. 4. §. fi. hoc titul.
g l. ſolent. 6. hoc tit.
h Cic. epiſtol. ad Qu. fratr. 1.
i d. l. ſolent. in princ.
k l. congruit. 3. de off. præſ.
l l. nec quicquam. 9.

## DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVſtalis. Titul. XVII.

VT Senatus populuſque ſuis prouincijs præficiebat procoſs. ita Auguſti in ſuas pari poteſtate præſidem mittebãt: atque is quidem, qui Aegypto præficiebatur, Præfectus Auguſtalis eſt appellatus. Auguſtus enim imperator Aegyptum, quam primus in formam prouinciæ redegit, à cæteris prouincijs ſegregauit, propriamque ſibi ſeruauit: prohibens faſces procoſs. aut ullum Senatorem, equitemúe illuſtri dignitate functum, eam ſine ſuo permiſſu ingredi: ueritus, authore Tac. [a] ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam prouinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamuis leui præſidio aduerſus ingentes exercitus, inſediſſet. Lege igitur lata conſtituit, ut ad ſimilitudinem procoſs. mitteretur ab Auguſto eques Romanus in Aegyptum, qui nomine Cęſaris prouinciam gubernaret. Hinc præfectus Auguſtalis peculiari nomine dictus: uel quia auguſtali, hoc eſt prætorio in Aegypto præfectus erat [b].

a Lib. 11.
b l. 2. C. eo. tit.

## DE OFFICIO PRAESIDIS. Titul. XVIII.

NOmen præſidis generale eſt, eo quòd & procoſs. qui à Senatu in prouincias mittebantur, & legati Cæſaris, quos Auguſti ſuis prouincijs præficiebant, & omnes denique prouincias regẽtes (licet Senatores ſint) præſides appellantur [a]. Præſes enim à præſidendo fit, quod latè patet: at proconſul dici nequit, niſi qui uice conſulis amandatur [b]. Præſes maius imperium uniuerſis poſt principẽ in prouincia habet [c]: & de omnibus cauſis, de quibus uel præfectus urbi, uel prætorio, itemque Coſs. ac prætores cæterique Romę cognoſcũt, rectorũ & præſidũ in prouincia notio eſt [d], omniũque Romę magiſtratuũ uice & officio funguntur: unde & prouincialia edicta exẽplo prętoris cõſtat ab ijs propoſita, ad quę cõmẽtaria I. C. ſcripſerint [e]. Neque tamen

a l. 1. hoc tit.
b d. l. 1. in fin.
c l. 3.
d l. de omnibus. 10. hoc tit. cum l. ſeq.
e l. 1. de alien. iud. mut. cauſ. l. 4. de iudic.

tamen in iudicando tam ſpectandum eſt preſidi quid Romę factum ſit, quàm quid fieri debuerit[a]. Non enim exemplis, ſed legibus iudicandum[b]: nec quicquid permittitur iudicantis poteſtati, continuò fieri debet[c]. Atq; hęc quidem tempore conſultorum obtinebant: ſed poſtea circa ętatem Iuſtin. diminuta prę ſidum poteſtas fuiſſe uidetur: queadmodum & ipſę prouincię nouis diuiſionibus plures quidem, ſed minores, factę ſunt. Deſitum eſt enim rectà à prę ſidibus ad Imperatorem iri, interiectis prę fectis pretorio, Aphricę, Orientis, Illyrici: quibus prę ſides parêre cogũtur[d]. Officium autem prę ſidis eſt, curare ut pacata ſit & quieta prouincia, & ab hominibus malis repurgetur[e]: neúe illicitas exactiones prouinciales perpetiantur, prę ſertim à potentioribus[f]: humiliores ab iniurijs defendere: calũnijs obſtruere aures[g]: licitarum negociationum uſum cuilibet concedere, pernicioſarum nemini: in iure reddendo ita ſe gerere, ut neq; nimia in adeundo aſperitate difficilem, neq; contrà immodica familiaritate contẽptibilem ſeſe prębeat. Nam ex conuerſatione ęquali contemptio dignitatis naſcitur: hinc mandatis adijcitur, Ne prę ſides prouinciarum in ulteriorem familiaritatem prouinciales admittant[h]. Sed & in cognoſcendo neq; excandeſcere aduerſus eos quos malos putat, neq; precibus calamitoſorum illachrimari oportet. Id enim non eſt conſtantis & recti iudicis, morbum animi uultu prodere: & in ſumma, ita ius reddere debet, ut authoritatem dignitatis ingenio augeat.[i] Porro munera capere, niſi eſculentum poculentumúe, quod intra dies proximos prodigatur[k], aut fines prouinciæ ſuæ egredi ne ea rectore careat, fas non eſt[l]. De ſuis quoq; cauſis ad euitandam ſuſpicionem parciſſimè ius dici ſinet: & hactenus tantùm, ut ſi quid inuito accidat, ueluti ſi iniuriam aut furtum paſſus ſit, litem conteſtetur, cauſa poſt depoſitũ magiſtratum examinanda.[m] Sunt & alia conſtitutionibus principũ addita, ut ne contrahant[n], & ſimilia:[o] de quibus etiã ſuprà ad tit. de off. proconſ. eſt dictum.

*a l. ſed licet. 12.*
*b l. nemo. 13. C. de ſent.*
*c l. non quicquid. 40. de iud.*
*d tot. tit. C. de off. præſ. Aphri. l. in officiales. l. qui ordinariam. C. de off. rect. pro.*
*e l. 3. l. congruit. 13.*
*f l. illicitas. 6.*
*g d. l. illicitas. §. ne potentiores. 2.*
*h l. obſeruandum. 19.*
*i d. l. obſeruãdũ*
*k l. plebiſci. 18.*
*l l. illud. 15.*
*m l. Senatuſconſulto. 16.*
*n l. unic. C. de cont. iud.*
*o tot. tit. C. ut om. iud.*

## DE OFFICIO PROCVRATORIS CAESAris, uel rationalis. Titul. XIX.

IN libera Repub. penes quæſtores erat cura quærendæ, ſeruandæ, atque expendendæ pecuniæ publicæ: ſub Auguſtis, ut alia multa, ſic & hoc innouatum, conſtitutiq; procuratores Cæſaris ſiue rationales: quorum partim ærarium populi, quod poſtea principis fiſcus fuit, partim patrimonium eius priuatum curarent. Quamuis autem promiſcuè & procuratores & rationales appellentur[a]: tamen qui fiſco præſunt, & in prouincias mittuntur, propriè dicuntur procuratores Cæſaris[b], uel reipub. aut rationales ſummę rei[c]: qui priuatam rerum curam gerunt, rationales rei priuatæ[d], aut rationales tantùm[e], aut comites rerum priuatarum ſacri palatij, ſacriq; patrimonij[f], aut palatini[g], aut diſpenſatores, actores, curatores rerum Cæſaris[h]: Alij[i] contrà malunt, rationalem publicis rebus, procuratorem priuatis pręeſſe: quod ego in medium relinquo. nam rationalis nomen commune fuiſſe tandem, apparet ex Capitol. Lamprid. & alijs. Noſtri autem conſulti[k], qui caſtius locuti ſunt, eum qui publicum fiſcum curaret, procuratorem Cæſaris, nuſquam (quod ſciam) rationalem dixerunt: atque ipſum ſanè rationis nomen magis ad cauſam priuatam pertinet, quàm publicam. Horum poteſtas ſub Claudio uires ſumpſit, qui illos adæquauit legibus, ut quicquid ſtatuiſſent, eſſet ratum, perinde atq; ab ipſo conſtitutum[l]. quo tamen non exiſtimandum eſt, ijs permiſſum, ut deteriorem rem Cæſaris facere poſsint[m]. Præcipium officium curatorum eſt, cogere pecuniam principis, ſiue ex hæreditate, ſiue delicto, ſiue aliunde debitam: ac ſi de eiuſmodi

*a l. fin. C. ſi ad. fiſc. l. ad fiſcum. C. ubi cauſ. fiſc.*
*b l. ſi procurator. 5. l. ne procuratores. 30. de iur. fiſc. l. uniuerſ. C. ubi cauſ. fiſc.*
*c l. dominicis. C. ubi cauſ. fiſc.*
*d l. uniuerſis. C. de fund. rei pri. lib. 11.*
*e l. 2. C. de mod. mult.*
*f tot. tit. C. de off. com. re. priu.*
*g tot. tit. C. de off. com. ſac. pal.*
*h l. 2. C. ſi aduer. fiſc. l. final. hoc tit.*
*i Ale. in d. l. uniuerſi. Baro hic ad rub.*
*k d. l. ſi procurat. d. l. ne procuratores.*
*l Tac. lib. 12.*
*m l. 1. hoc titul.*

rebus oriatur controuerſia, eorum eſt notio, ut inter Cæſarem & priuatos iudicent[a]: quæ iuriſdictio ne à præſidibus quidem prouinciarum interpellari poteſt[b]. Etſi autem notionem habent procuratores, imperij tamen poteſtate deſtituuntur: unde ius deportandi, pœnæ conſtituendæ[c], mulctæ dicendæ[d], reſtituendi in integrum[e], nullum obtinent.

... t.titul. ubi ... d. l. nec quicquam. §. de off. proconſ. l. 2. C. de off. com. ſac. ſal.
c l. fin. hoc tit.
d l. 1. C. de mod. mult.
e l. 2. C. ſi aduer. fiſ.

## DE OFFICIO IVRIDICI Alexandriæ. Tit. XX.

ETſi in prouinciarum adminiſtratione moris erat à præſide uel eius legato iudices dari, qui de cauſis ſingulis cognoſcerent: tamen peculiariter Alexandriæ, potentiſsimæ Aegypti ciuitati, & munitionibus portubusq; opportuniſsimæ, ab Auguſto iudex eſt præfectus, penes quem legis eſſet actio, & ordinarius magiſtratus: adeò ut ea quæ imperij eſſe uidentur, ut dare tutores, exequi poſſet[a]: ſiue quia indulgere Alexandrinis hanc libertatem uoluit, ut ſub iuridico liberius uiuerent: nam & poſtea ius Buleutarium, id eſt creandorum decurionum, à Seuero impetrarunt[b]: ſiue, quod ueriſsimilius eſt, & in quo ſecutum Alexandri conſilia Arrianus author eſt, quia tutum non credidit, unius præfecti fidei tam munitum regnum, tamq; præpotentem[c] ciuitatem committere. Itaque præfecto Aegypti uelut ſpeculatorem appoſuit iuridicum: qui etſi minor eſſet, tamen amoueri à præfecto non poterat[d], & ad exploràda eius cõſilia erat in primis opportunus.

a l. 1. & 2. hoc tit. l. unic. C. eo.
b Spart. in Seuero.
c Cicero de l. Agrar. fac. quod tradit Suet. in Cæſare, cap. 35.
d l. penul. C. de off. præ. Auguſt.

## DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA eſt iuriſdictio. Titul. XXI.

1 *Quid ſit propriè, mandare iuriſdictionem.*
2 *Quæ, mandata iuriſdictione, non tranſeant.*
3 *Cur merum imperium non tranſeat.*
4 *Quæ tranſeant.*
5 *Quare mandatam iuriſdictionem habens, mandare eam nequeat.*

QVia magiſtratus uel propter occupationes publicas, uel ob cauſa- 1
rum multitudinem & uarietatem, omnibus ſufficere nequeunt, man-
dare alijs iuriſdictionem ſolent[a] uel in uniuerſum, ut præſides legatis, quod
proprie mandare iuriſdictionem dicitur[b]: uel etiam unam aliquam iuriſdi-
ctionis ſpeciem[c]. Itaque poſt expoſita magiſtratuum genera, conſequens
fuit explicare, quatenus iuriſdictionem mandare poſsint. Ac de ijs quidem
quæ mandata iuriſdictione non transferuntur, prodita eſt regula, qua in ge-
nere traditur, Quæcunq; ſpecialiter (hoc eſt, nominatim & deſignatè[d]) 2
lege, uel S.C. uel conſtitutione principum tribuuntur, ea mandata iuriſdi-
ctione non transferri[e]. Si enim fines priuatorũ mandatorum diligenter cu-
ſtodiendi ſunt[f], & qui hoc expediendum ſuſcepit, alteri delegare uices ſuas
nequit[g]: quanto religioſius præſcripto legis, principiſue, ex certa cauſa ali
quid ſpecialiter mandantis, eſt parendum? Vnde merum imperium & 3
ius gladij, quod lege dari ſolet (S.C. enim, aut lege, iuſſuue populi, magiſtra
tibus quæſtiones publicorum iudiciorum exercendæ mandabantur, quan-
quã poſtea ſub Auguſtis diplomate principali certis magiſtratibus ut præfe
cto urbi attribui cœperunt) mãdata iuriſdictione nõ trãſit. Quod & hodie,
quamuis ſpecialiter dari exercitiũ publicorum iudiciorũ deſitũ eſt, obtinere
meritò quis dixerit: quia tãti momẽti res, quæ & ſpeciẽ ſummi imperij repræ
ſentat, & in qua plurimorũ ſalus uertitur, non debet leuiter ab eo transferri,
cui pro-

a l. ſolet. 16. § de iuriſ. om. iud.
b l. 1. §. fi. quis & à quib. app.
c l. 1. uerſ. & ſi à familia. hoc titul. d. l. ſolet. l. prætor. 17. de iuriſdict. &c.
d l. aut dãnum. 8. §. 3. de pen. l. neque mater. C. de iur. dot. l. 1. §. inter filium. 4. & l. Diuus Claudius. 15. de falſ. l. quæro. 39. de act. empt. l. ſed etſi. 4. §. quæſitum. 2. ſi caut.
e l. 1. in princ. hoc titul.
f l. 5. mand. l. cùm mandati. 12. C. eo.
g l. 2. ſi menſ. ſal. mod.

cui propter induſtriam, uirtutiſq; & iuſticiæ opinionem, eſt commiſſa. Eodem modo cætera, quæ meri quidem imperij non ſunt, nominatim tamen magiſtratui iniunguntur, mandari nequeunt [a]. Vnde quamuis mandata iuriſdictione, non tamen poteſt legatus conſilium exercere [b], hoc eſt conuentum iudicum habere: ſimul quia id fieri non ſolet, niſi in cauſis ſpecialiter religioni ordinarij magiſtratus commiſsis [c]: ſiue quòd ſpeciem præ ſe fe-
4 rat ſummi imperij, quod penes ſolum præſidem reſidere debet. Excipiuntur ab hac regula, quæ l. uel conſtitutio excipit. Exempli cauſa: quamuis datio tutoris mandari nequit [d], quia eam nemo habet niſi ex ſpeciali conceſsione [e], tamen legatus ex oratione Diui Marci tutorem dare poteſt [f]: item ex conſtitutione Veri & Antonini de ſuſpecto tutore cognoſcere [g]: idq; propter utilitatem introductum eſt, ne dum præſidi non uacat cognoſcere, res pupilli deſerta peſſum eat. Conſimilis utilitas, uel neceſsitas potius, exercendæ iuriſdictionis ſuaſit, ut quæ iuriſdictioni cohærent imperia, & ſine quibus exerceri ea nequit, mandata iuriſdictione una transferantur [h]: ut eſt modica coertio, ſine qua iuriſdictio nulla eſt [i].

Cætera quæ iure magiſtratus competunt, ueniuntq; more maiorum ex natura ipſius officij, ſine ulla ſpeciali lege, aut principis delegatione, mandari poſſunt, [k] exemplo aliarum rerum quæ nobis iure noſtro competunt: ut iuriſdictio [l], quæ ex natura functionis ordinarij magiſtratus competit: item quæ mixti ſunt imperij, & iure magiſtratus ad prætorem præſidemúe pertinent [m]. Et hæc quidem aut mandari, aut non mandari poſſunt. Qui
5 autem mandatam iuriſdictionem ſuſcipit, cùm proprij nihil habeat, ſed eius qui mandauit iuriſdictione utatur [n], etiamſi prætor ſit qui alienam iuriſdictionem exequitur [o], mandare eam alteri non poteſt [p], eadem ratione qua ſpecialiter à lege mandata transferri non poſſe diximus. Electa eſt enim perſonæ induſtria & fides.

a *l. cum hi. 8. §. ſi prætor. 10. de tranſac. l. 1. §. abolitio. 4. ad S.C. Turp.*
b *l. 2. hoc titul.*
c *l. 1. de reb. co. l. 1. C. de præd. min.*
d *l. nec mãdante. 8. De tut. & cur. dat. ab his.*
e *l. 6. §. pen. de tutel.*
f *l. 1. de tut. & curat. l. penult. §. de off. procõ.*
g *l. 4. in princ. hoc tit.*
h *l. 1. §. fi. hoc ti.*
i *l. fin. hoc tit.*
k *l. 1. in princ.*
l *l. 1. in fin.*
m *l. 4. §. fin.*
n *l. 1. §. fin.*
o *l. 3.*
p *l. final.*

## DE OFFICIO ASSESSORVM.
## Titul. XXII.

FVit & illud in more poſitum Romanis, ut præſides, alijq; magiſtratus, iuriſperitos ſibi adſciſcerent, quorum conſilio & opera in exercenda iuriſdictione uterentur: qui cauſas cognoſcerent, poſtulationes litigantium audirent, decreta & interlocutiones inter litigantes facerent, epiſtolas principum exciperent de iure ſcriptas. Hinc Paulus [a]: Omne, inquit, officium aſſeſſorum (ſic enim uocantur, propterea quòd iudicibus aſsideant) quorum iuris ſtudioſi partibus funguntur, in his fermè cauſis conſtat: in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Hæc enim cognitionem prudentiámque conſiliariorum conſultorúmque maximè flagitant. Hi ſuo nomine nihil agunt, adeò ut ne libellis quidem ſubſcribere poſsint [b]: tantùm conſilium ſuggerunt iudicanti, unde conſiliarij appellantur [c]. quod quidem conſilium, ſi prauum iniquúmque fuerit, conſultori erit peſsimum: non enim modò doli, ſed imperitiæ quoque nomine, propter temerè arrogatam ſibi iuris profeſſionem, aſſeſſores tenentur [d]. Solent etiam his præſides aliò proficiſcentes, cauſas interdum delegare [e]: quod cùm fit, non aſſeſſorum, ſed pedaneorum iudicũ uice, mandata iuriſdictione funguntur. His in authoramentum laboris & induſtriæ, & quo facilius alienis manus abſtinerent, de publico ſalariũ Alexander conſtituit [f]: etſi dicere ſolet eos promouendos, qui per ſe Rẽp. gerere poſsint, nõ per aſſeſſores [g], quod tamen nec ipſe fecit, nec alij

a *l. 1. hoc tit.*
b *l. 2. C. eo.*
c *l. 5. hoc tit. l. 3. C. eod.*
d *l. 2. §. quod quiſ. iur.*
e *Alc. Par. li. 2. cap. 41.*
f *l. 4. l. fin. hoc tit. Lamprid. in eius uita.*
g *Lamp. ibidẽ.*

præſtantiſsimi Duces & Imperatores. Nam quo magis abundarunt ſapientia, eo minus ſibi tribuentes, pluribus conſiliarijs uſi ſunt [a]. εἷς γὰρ ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ ὁρᾷ· πλειόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον.

a Lamprid. in uit. Alex. Spart. in Adriano.

# DIGEST. LIB. II.

## DE IVRISDICTIONE.

### Titul. I.

1 *Cur hîc de iuriſdictione tractetur.*
2 *Quid ſit merum imperium, & unde dictum.*
3 *Cauſa efficiens, & à quo detur.*
4 *Materia.*
5 *Forma.*
6 *Finis.*
7 *Effectus.*
8 *Mixtum imperium quid, & unde.*
9 *Cauſæ.*
10 *Effectus.*
11 *Edictum prætoris de albo corrupto.*
12 *Iuriſdictio quid ſit, & quàm uariè capiatur.*
13 *Cauſæ & effectus.*
14 *Quomodo finiatur.*

NVnc de ingreſſu iudiciorum agamus: quorũ in ueſtibulo tria imprimis attendẽda ſunt, ad tres perſonas quæ iudicia ſuſtinẽt, iudicem, actorem & reum pertinẽtia. Nempe ut primò cõpetens iudex adeatur [a]: deinde aduerſarius in ius ordinario modo & legitime uocetur [b]: tertiò, qui agere deſiderat, ut editionẽ faciat eorũ quibus intentionem ſuam probare intendit [c]. Ac in primis de iuriſdictione iudicum eſt exponendum, ut ſciamus cuius iuriſdictioni ſubiectus ſit is qui cõuenitur (nã actor forum rei ſequi debet [d]) & quis, qua de re, ad quam uſq; ſummã, magiſtratus ius dicere poſsit. Nec enim omnibus qui iuriſdictioni pręſunt, de uniuerſis indiſcriminatim cauſis cognoſcendi poteſtas datur. Horum enim alij merum, alij mixtum, alij iuriſdictionem tantùm obtinent. 1

Merum imperium eſt, habere gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines [e]: quod etiam poteſtas ſiue ius gladij dicitur [f]. Appellatum eſt autem merum, ad differẽtiam mixti [g], propterea quòd purum ſit, & ſecretũ ab omni iuriſdictione & poteſtate, quæ magiſtratus iure competit. Nec enim fas eſt ulli magiſtratui, in facinoroſos ciues ex officio animaduertere, ſed ea poteſtas lege ſpeciali datur. 2 Nam quia regium planè eſt, de capite & uita ciuium iudicare, ac ſæpe in tyrannidem exit, ut ex hiſtorijs Atticæ & Lacedæmonum reipub. intelligi licet: idcirco legibus Valerij Publicolæ ea poteſtas omnibus magiſtratibus adempta eſt [h], & in ſingula crimina conſtitutis quæſtionibus, à populo extra ordinem cui uiſum eſſet, data [i]. niſi quòd quibuſdam magiſtratibus difficillimis temporibus reipub. id imperij attributum eſt: uel lege, ut dictatoribus [k]: uel S.C. ut conſulibus, cùm ita Senatus cenſuiſſet, ut prouiderent Coſſ. ne quid reſpub. detrimenti acciperet [l]. Translato demum ad Auguſtos populi imperio, principalibus diplomatis perpetuò dari cœpit, ut præfecto urbis [m]. quę quidẽ omnia, Deo approbante, ita conſtituta ſunt, ut magiſtratus imperio diſciplina in ciuili ſocietate conſeruetur. Vnde inquit D. Paulus [n], magiſtra- 3

a hoc titul. & duobus ſeq.
b de in ius uocand. cum multis ſeq.
c de edend.
d l. 2. l. in criminalibus. l. fin. C. de iuriſ. om. iud.
e l. 3. hoc titul.
f l. poteſtatis. 215. de uerb. ſig. l. illicitas. 6. §. qui uniuerſas. 8. ſ. de off. præſ. l. nemo poteſt. 70. de reg. iur.
g l. cùm ſeruus. 31. de condit. & demon.
h d. l. 2. §. quod ad magiſtratus. ſ. de orig. iur.
i d. l. 2. §. & quia.
k d. l. 2. §. populo. Liui. dec. 1. lib. 2.
l Plutar. in uita Cice.
m ſ. de offic. præf. urb.
n Rom. 13.

tum à Deo

tum à Deo eſſe, neq; fruſtra gladium gerere: ſed præſidio eſſe bonis, malis
4 terrori. Materia circa quam, ſiue obiectum meri imperij ſunt, crimina quę
5 puniri Reipub. intereſt.[a] Forma exercendi meri imperij, eſt legitimè de
licto cognoſcere, aut iubere cognoſci: uel admiſſa accuſatione, ut regu-
lariter[b]: uel per uiam inquiſitionis, in ſubſidium[c]: & quæcunq; probato de
licto per ſententiam pœna ſonti conſtituta eſt, eam iure imperij exequi:
qua in executione maximè cōſiſtit uis iſtius imperij, unde ius gladij dicitur.
6 Finis præcipuus eſt, ut hoc imperio agnoſcamus Deum eſſe iuſtum, nec
uolentem, ut in Pſal. dicitur, iniquitatem: qui magiſtratus armat gladio, ut
inter homines tueantur diſciplinam, quæ eſt norma diuinæ iuſticiæ: & de-
ſtruant naturas cum ea pugnantes. Itaq; ſtatuamus hoc eſſe quaſi ſpeculum
& παράδειγμα, in quo quadamtenus uidere hac in uita licet: quæ ſit futura
ratio diuini illius iudicij, quo in omnem æternitatem bonos à malis, hos ad
ſupplicium, illos ad honorem beatiſsimæ immortalitatis, Deus ſegregabit.
Finis politicus eſt, ut pacata & quieta ſit reſpub. ſeditioſis uincula ciuilis ui-
tæ perrumpentibus è medio ſublatis[d]: & cæteri exemplo commonefacti,
metuāt peccare formidine pœnę, ſi uirtutis amore cōmoueri non poſſint[e].
7 Effectus huius imperij eſt, ut inquiſitio criminum & animaduerſio ad
eum pertineat, cui illud commiſſum eſt. cùm autem cōmittatur propter ſpe
ctatā perſonæ integritatem & iuſticiam, alteri mandari ea poteſtas nequit[f].
8 Mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt[g]: quodq; coheret iuriſ-
dictioni, id eſt cognitioni cauſarum ciuilium. Etſi enim mixtum pręcipuè in
imperando, exequendo, authoritateq; magiſtratus conſiſtit: tamen quia iu-
re magiſtratus competit, & pertinet ad cauſas ciuiles, earumq; expeditio-
nem, nec ad merum imperium, neq; omnino ad iuriſdictionem referri po-
teſt. & proinde miſtum appellatur imperium: ſicuti mixtas actiones, iudi-
cia, ſtipulationes etiam quaſdam mixtas dicimus. Imperium tamen appella
tur potius quàm iuriſdictio, eo quòd potiſsimè in exequendo imperādoq;
uertatur[h]: & cùm imperium dignius ſit, meritò à principaliori fit denomi-
natio[i]. Eius generis ſunt, mittere in poſſeſſionem bonorum, pupillis non
habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare,[k] &c.
9 Cauſa efficiens olim erat, populus: hodie princeps, qui magiſtratus creat,
& ſimul hoc imperium confert[l].

Materia in qua uertitur & ſe exercet, eſt tuitio: perſonarum quidem, in dandis tutoribus: poſſeſsionum, in ijs decernendis ordinandiſq;, & iudiciorum iudicibus conſtituendis. Vnde inquit Lex[m]: ius dicentis, id eſt eius qui iuriſdictionem & mixtum imperium iure magiſtratus habet, officium latiſſimè patere: in iudicijs uidelicet ciuilibus. Hæc autem omnia, etſi cauſæ quoq; cognitionem deſiderant, tamen quia tantummodo ſummariam, imperij magis ſunt quàm iuriſdictionis:[n] id eſt, magis imperio magiſtratus, quàm notione expediuntur.

Forma exercendi mixti imperij eſt, ſummaria quadam ratione, non, ut in iuriſdictionibus, ordinario modo de re propoſita cognoſcere: & cognito auctoritate imperioq; opus eſſe, illud poſtulantibus non denegare.

Finis, ut regantur probè, liberaliterq; educentur perſonæ, quæ ſe per ętatem regere non poſſunt: poſſeſsiones quibus oportet decernantur: ordinentur iudicia, quarum rerum cura & cuſtodia uita ciuilis carere nequit.

10 Effectus & uis eſt, imperio decreta exequi, & ad obedientiam, pignori-
bus captis[o], manu militari[p], alijſq; modis[q] compellere. Et quia pretores, pe
nes quos mixtum erat imperium, perpetuę iuriſdictionis cauſa edicta ini-
tio magiſtratus proponebāt, ex quibus ſciret populus quomodo de quaq;

a l. congruit. de off. præſ.
b l. reſcripto. 6. §. pen. de muner.
c l. 2. §. ſi publico. 3. de adulter.
d d. l. congruit.
e l. capitalium. 28. §. famoſos, fin. l. aut facta. 16. §. final. de pœn. l.
f l. 1. ubi diximus s̃. de off. eius cui mand.
g l. 3. in fin.
h l. 4. hoc tit. l. ea quæ. ad municip.
i Felin. in procemio decret. ad uerb. Gregorius num. 1.
k l. 1. 3. 4. hoc titul.
l l. 1. de ambitu.
m l. 1.
n l. 4.
o l. 1. de ad. tutor. §. pen. Inſt. de ſatiſ. tuto.
p l. qui reſtituere. 68. de rei uend.
q not. in l. unic. j. ſi quis ius dicen. ubi Bart. & alij.

re prætor perpetuò, id eſt quamdiu imperio fungeretur, ius dicturus eſſet: idcirco, ne quis in contemptum magiſtratus ea corrumperet aut tolleret, pœnale edictum propoſitum eſt.

SI QVIS, inquit Prætor[a], QVAE'VE, LIBER AVT SERVVS, ID QVOD PERPETVAE IVRISDICTIONIS CAVSA (hæc enim maioris ſunt momenti, & ad maieſtatẽ magiſtratus[b] propius pertinent, quàm quæ in ſingulas perſonas aut cauſas, pro re nata proponuntur[c].) NON QVOD, PROVT RES INCIDIT, IN ALBO (tabulæ genus eſt[d]) VEL CHARTA, VEL IN ALIA MATERIA PROPOSITVM ERIT, DOLO MALO CORRVPERIT, IN EVM* QVINGENTORVM[e] AVREORVM IVDICIVM POPVLARE DABO IN SERVOS: SI NON DEFENDANTVR A' DOMINIS, CORPVS TORQVEBO[f]. Quòd ſi dum proponitur, uel ante propoſitionem quis corruperit, edicti quidem uerba ceſſabunt. Pomponius autem ait, ſententiam edicti & ad hęc porrigendam eſſe[g]. Doli mali ideo in uerbis edicti fit mentio, quia ſi per imperitiam, uel ruſticitatem, uel ab ipſo prætore iuſſus, uel caſu aliquis fecerit, non tenetur[h]. 11

His ita expoſitis, ultimo loco de iuriſdictione uideamus. Quod uocabulum trifariam in iure accipi inuenio, ut & pecuniam[i]: aliquando γῦ πλάτει, & generaliter pro omni imperio & iuriſdictione[k]: nonnunquam pro poteſtate quam habet prætor[l]: propriè autem pro facultate iuris dicendi (unde & nomen ductum) diſceptandiq́ue de controuerſiis[m]. Itaque Vlpian.[n] propoſitis iuriſdictionis generalis ſpeciebus, imperio & iuriſdictione, illud in imperium merum & mixtum diuidit, & utrumque definit. Hanc ita deſcribit, ut ſit iudicis dandi licentia: id eſt, poteſtas ſiue facultas (ſic enim à conſultis ſæpe id uerbi accipitur[o], Ciceroni in bonã partem rarius[p]) quam habet iudex, à prætore dandus, cùm res controuerſa poſtulabit: cuius cùm in cognoſcendo iudicandoq́ue poteſtas omnis concludatur, conſequens eſt, iuriſdictionem nihil aliud eſſe quàm cognoſcẽdi iudicandiq́ue poteſtatem[q]. 12

Iuriſdictio aut ipſi magiſtratui cohæret, & cum eo defertur, aut beneficio paratur alieno, quando ſcilicet magiſtratus eam alteri mandat[r]: conſenſu priuatorum etſi non datur, attamen prorogatur iuriſdictio[s]. 13

Materia circa quam, ſunt lites & iudicia, quæ unà cum malicia hominum creſcunt indies, nunquam nec modum, neque finem in hoc mundi extremo delirio habitura.

Forma conſtituendæ iuriſdictionis uaria eſt, præſertim cùm mandatur. Aliquando enim tota, nonnunquam ad unam cauſæ ſpeciem, hoc eſt unam cauſam (ſolenne eſt enim I. C. ſpeciem pro indiuiduo ponere) uel ad certas perſonas, uel ad certam pecunię quantitatem delegatur. Nam & olim quorundam minorum magiſtratuum iuriſdictio ſic erat limitata, ut non niſi ad certam uſque quantitatem iudicare poſſent: maioris momenti negociis maiori magiſtratui, puta præſidi prætoriq́ue reſeruatis. Vt defenſor ciuitatis de cauſa quæ quingentos aureos excederet, cognoſcere non poterat[t]: quod poſtea ad tricenos redactum eſt[u]. idq́ue etiam in duumuiris, cæteriſq́ue municipalibus magiſtratibus obtinuiſſe probabile eſt, cùm uidere alioqui liceat, reſtrictam in multis eorum iuriſdictionem[x]. Forma autem exercendæ iuriſdictionis eſt, cognoſcere legitimè de cauſa, pro more iudiciorum uſitato[y]. In quo tamen qui iure magiſtratus cognoſcit, liberius uerſatur, quàm is cui alienæ iuriſdictionis exercitium eſt mandatum: qui ſequi præſcriptam ſibi à magiſtratu formulam debet[z]. Illud omnibus commune eſt, ut iuxta

a l. ſi id quod. 7.
b l. ſi familia. 9.
c l. ad peremptorium. 68. de iudic. & hîc in uerb. non prout res incidit.
* alias quinquaginta.
d tot. tit. de albo ſcrib.
e Sic habet Florent. codex.
f d. l. ſi id quod. uerſic. in ſeruos.
g d. l. 7. uerſic. quòd ſi.
h d. l. 7. uerſic. doli.
i l. pecuniæ. 1. 2. 3. de uerb. ſig. iunc. l. 7. §. mutui. 2. ad Maced.
k hîc in rub. et in l. 1. de extra. cognit.
l l. 1. 7. 18. 20. hoc titul.
m l. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 14. 16. 17.
n l. 3.
o l. unic. s̄. de off. præf. præt.
p Off. 3.
q l. notionem. 99. de uerb. ſig. l. ait prætor. 5. de re iud. l. ea quæ. 26. ad municip.
r l. 5. 6. 13. 16. 17.
s l. 14. 18.
t l. 1. C. de defenſ. ciu.
u In nouell. de defenſ. ciuit.
x l. 1. 5. quis ius dic. d. l. ea quæ. ad municip.
y l. prolatam. C. de ſenten.
z Cic. pro Cec. et li. 2. de Orat. Quint. lib. 7. cap. 4. Sene. in lib. de Clemen. Theoph. in §. in bonæ. Inſt. de act.

ut iuxta leges iudicent [a]: nemo ius ſibi dicat, aut ſuis [b], aut maiori, aut æquali [c], niſi ſe ſponte ſubijciant [d]: nemo etiam extra territorium, uel ſupra iuriſdictionem [e] cognoſcat.

Finis eſt, ut lites priuatorum iuſtè & compendiò terminentur: quod fieri publicè intereſt [f]. Priuatæ enim rixæ, ni ſopiantur, in ſeditionem exeunt: nimiſq; uerum eſt, quod Heſiodus de contentione mala inquit, πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει.

Effectus & uis eſt, ut poſt cœptam iuriſdictionem inchoatumq; iudicium, iudex amplius mutari non poſſit [g]: & qui iuriſdictionem duntaxat mandatam obtinet, is cognitionem, non etiam executionem habeat [h].

Finitur iuriſdictio, quæ quidem proprio iure competit, ſimul cum magiſtratu, cui adhæret: mandata uerò, reuocante eo, aut demortuo, qui dedit, antè tamen quàm res geri cœpta eſt [i]. aut ſi ad unam ſpeciem delegata ſit, poſteaquam ſententia ſuper ea re lata, iudex officio ſuo functus eſt [k].

a Nouel. 82. de iudic. in fi.
b l. qui iuriſdictioni. 10.
c l. 4. de arb.
d l. eſt receptum. 14.
e l. final.
f 1. conſt. Cod. ubi Dd. & in l. quidam. 21. ſi cert. peta. c. diſpendia. de reſ. in 6. l. diſpendioſum. de iudic.
g l. penult. hoc titul.
h l. à diuo Pio. 15. in princ. de re iud.
i l. 6. hoc tit. l. cùm prætor. 12. de iudic.
k l. iudex. 55. de re iudic.

## QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM ſtatuerit, ubi ipſe eodem iure uocatur. Tit. II.

1 *Quare de hoc edicto hic agatur.*
2 *Verba & explicatio edicti.*

1 ET hæc quidem hactenus de iuriſdictione. Quia uerò non modò in ſuſcipiendæ dignitatis auſpicijs perpetua, ſed in ſingulas quoque cauſas ſingularia edicta magiſtratus ſæpe proponebant, præſcribendo iudici quid ſequi haberet neceſſe: ideo priuſquam in tractatione iudiciorum progrederetur, uiſum fuit iuris compoſitoribus, hoc præmiſſo edicto & iudicem & litigatores admonere, ne uel ille concedere, uel hi petere aliquid iniquè iniuſteq; audeant: cæteroquin cogendos, ut iure, quod in alios ſtatuerint,
2 aut obtinuerint, poſtea quandocunque uſus uenerit, utantur. Hoc edictum, quod & Ciceronis ætate in uſu fuiſſe uidetur [a], ſummam habet ſine iuſta cuiuſquam indignatione æquitatem. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, uel dici effecit [b]? aut quis iuſtiſsimam illam, & à natura profectam [c] talionis legem, deprecari iuſtè poteſt? cùm hæc ἀναλογία retineat ciuitates [d], & (ut eſt apud Euripidem [e]) amicos amicis, urbes urbibus pari iure coniungat, ſocietq;. τὰ γὰρ ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ, ut dici-
,, tur. Verba edicti hæc ſunt: QVI MAGISTRATVM (in ipſa urbe)
,, POTESTATEM'VE (in prouincia, nam id uerbi ad magiſtratus prouin-
,, ciales potiſsimùm refertur [f]) HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM
,, NOVI IVRIS STATVERIT (quod cum effectu accipitur, &
,, conſummatam, non cœptam iniuriam denotat [g]) IPSE QVANDO-
,, QVE ADVERSARIO POSTVLANTE (non modò illo qui læſus eſt,
,, ſed omni qui quandoq; experitur [h]) EODEM IVRE VTI DEBET [i].
Hoc primùm eſt edicti caput, quo iudex pati legem cogitur, quam ipſe tulit: niſi ſine ipſius fraude per aſſeſſoris imperitiam, ius aliter dictum ſit, quàm oportuit [k]. Secundum ita ſe habet:
›› SI QVIS APVD EVM, QVI MAGISTRATVM POTESTA-
›› TEM'QVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OBTINVE-
›› RIT, QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTV-
›› LANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR:
›› SCILICET VT QVOD IPSE IN ALTERIVS PERSONA AE-
›› QVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PER-

a Cic. epiſt. 1. ad Qu. fratrem.
b l. 1. hoc titul.
c Cic. de inuent. lib. 2. c. 5. & 12.
d Ariſt. πολ. lib. 2. & 5. de moribus.
e In Phœniſsis.
f l. eum qui. 13. ſ. tit. 1.
g l. 1. §. final.
h l. 3. §. 1. in fi.
i d. l. 1. §. 1.
k l. 2. hoc titul.

SONA VALERE PATIATVR [a]. Hoc edictum & fideiuſſori nocet [b]: & eum etiam coercet, qui quod iniquè impetratum eſt mandauit, aut habuit ratum [c]. Quare ſi is pro quo ſpopondiſti, impetrauit purum iudicium à prætore, ne aliquis debitor ipſius aduerſus eum exceptione iuſta utatur: deinde tu in negocio, in quo ſpopondiſti (nam in alia ſeparata cauſa factum alterius tibi nocere non debet) uelis exceptione uti: nec te, nec ipſum hoc à magiſtratu oportebit impetrare, ut iudicij formulam ſub exceptione concipiat: ſed dabit purum ſine exceptione iudicium, ut par pari referatur: etſi interdum patiare iniuriam, ſi ſoluendo debitor non ſit [d]. Hæc pœna etiam in hæredes tranſit [e].

*a d. l. 1. uerſic. ſi quis.*
*b d. l. 3. §. ſi is. 3.*
*c d. l. 3. §. 1.*
*d l. 3. §. ſi is pro quo. 3. hoc tit.*
*e l. 3. §. quod autem. 5.*

## SI QVIS IVS DICENTI NON OBtemperauerit. Titul. III.

1 *Continuatio.*
2 *Ad quos magiſtratus hoc edictum ſpectet.*
3 *Actionem hanc competere iudici, non litigatori, contra Duarenum.*
4 *Ad quid detur hoc iudicium.*
5 *Quis dicatur non obtemperaſſe.*
6 *Quando hæc actio etiam in actorem detur.*

1 EST & hic titulus in ueſtibulo iudiciorum poſitus, ut in ipſo ingreſſu litigatores admoneantur, non ridiculam aut eluſoriam exiſtere iudiciorum authoritatem [a], ſed omnino morem iuſſui iudicis gerendum: ſciantque permiſſum omnibus magiſtratibus, non tamen municipiorum duumuiris (qui quamuis ſumma in municipijs fungebantur dignitate, ordinariam tamen iuriſdictionem & ius multæ dicendæ, quæ penes ſolum erant præſidem, præfectumque prouinciæ, non habebant) ſecundum ius ſuæ poteſtatis, defendere iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio [b]. Ex quo perſpicuum fit, hoc iudicium ad dictionem multæ pertinere, æſtimationemque pœnæ, qua contumacia uindicatur, complecti, non uerò in litigatoris rem dari: cui ſi daretur, non dici poſſet magiſtratus iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere, ſed ipſum litigatorem ſe ab iniuria tueri dicendum eſſet: quem cùm alijs, de quibus poſtea agetur, remedijs aduerſus contumacem aduerſarium defendi uideamus, quorſum pertinuiſſet hoc edictum proponere, à cæteris, quæ de damno litigatoris loquuntur, ſeparatum? Deinde quæ ratio eſſet, quare apud duumuiros eiuſmodi priuata cauſa tractari non poſſit, ſi ad ius priuatorum pertineret? Iam uerò nullam habet rationem, læſa iudicis authoritate, litigatori exactionem concedi, qui nulla re læſus ſit. nec enim in ipſum, ſed in magiſtratum contumelia ſpretæ iuriſdictionis redundat: & ut damnum maximè hoc nomine patiatur, tamen ſatis habet, ſi illud alijs remedijs recuperare queat. Cur ergo ei pœna debeatur, qui iniuria affectus non eſt? Atqui hoc iudicium ad id quod intereſt dari negatur [c]: ſed quanti ea res eſt, hoc eſt, quanti æſtimata erit à iudicibus contumacia, concluditur: unde neque in hæredem, neque poſt annum, inquit Vlp. datur. an autem hæredi detur, nullum uerbum: quod tamen omiſſum non fore, credibile eſt, ſi hæc actio in rem litigatoris eſſet. Exiſtimo igitur hoc iudicium pœnale ab ipſo magiſtratu, cuius uiolata contemptaque ſit maieſtas, conſtitui aduerſus contumaces ſolitum, datis iudicibus, qui pro hominum, rerum ac temporum ratione æſtimarent, quanti ea res, hoc eſt, qua multa eiuſmodi iniuria uindicanda, eſſet. Nam etſi alioqui magiſtratibus non licuit de

(Margin numbers in the paragraph above: 2 beside "(qui quamuis ſumma…", 3 beside "tis, defendere…", 4 beside "ti ea res eſt…".)

*a l. fi. prætor. 75. de iudic. l. fi. ne quid in loc. pub.*
*b l. 1. in princ. hoc titul.*
*c l. 1. in fin.*

ſuis cauſis

ſuis cauſis cognoſcere, aut iubere iudicari[a], ut ſuprà dictum eſt: tamen, cùm hoc iudicium ſit publicum, pertineatq; ad conſeruandam uindicandamq; à contemptu magiſtratuum dignitatem, exiſtimo permiſſum conceſſumq; fuiſſe. Cur enim minus liceat, quàm multam imponere? Sed quia in non obtemperantes hæc actio prodita eſt, uideamus quiſnam uideatur non
5 obtemperare. Is uidetur, inquit Vlp. iudici non obtemperaſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit: ueluti ſi quis rem mobilem uindicari à ſe paſſus non eſt, ſed duci eam uel ferri paſſus eſt, ab ijs uidelicet, qui decretum iudicis, rem fortè litigioſam aut pignus auferri iubentis, exequuntur, hic utique haudquaquã uideri poteſt non obtemperaſſe. Quemadmodum enim lex obligat aut ad obedientiam, aut ad pœnam: ita & iuſſus magiſtratus. unde qui pœnam contumaciæ præſtat, paretq; executioni iudicis, non obtemperaſſe dici nequit[b]. Cæterùm ſi quod in iuriſdictione extremum eſt, quò poteſtas iudicis pertingere poteſt, non fecerit, quæq; ſequuntur iudicis iuſſum, ut bonorum poſſeſsionem decretam, rei ablationem, pignorum capturam, non admiſerit, reſtiteritq; executoribus: quia ultimum, quò iudex progredi poteſt, contempſit, meritò ius dicenti non
6 obtemperaſſe dicetur. Quanquàm autem hoc edictum in reos ſcriptum apparet, qui ſubterfugere ac ludificare iudicia ſolent (unde & fugientes appellant[c]) & iuſſa magiſtratus ſibi grauia grauatè exequi patiuntur: tamen & petitorem aliquando hoc edicto teneri, Labeo ait[d]. Si enim is peremptorijs edictis citatus, non faciat ſui copiam, quamuis reus abſoluendus eſt, aut contumaci etiam in poſterum actio deneganda[e]: tamen quid cauſæ eſt, ſi aut interſit reipub. cauſam nunc agi: aut ſi alia ratio exemplum poſtulet, quin uiolatæ ſuæ authoritatis ſpretæq; iuriſdictionis pœnas ab actore, qui mota prius lite turpiter deſtiterit, uocantiſq; magiſtratus uocem contemnere ſit auſus, hoc edicto prætor expetere poſsit? aut cur etiam non concedatur I. C. ad caſus ſimiles, ubi eadem inuenitur ratio, edictum prætoris, quamuis pœnale, prorogare[f]?

*a l. qui iuriſdictioni. 10. §. de iuriſd.*
*b Felin. in c. 3. in fin. uerſ. quartus caſus. cum ibi alleg. de iureiur.*
*c l. properandum. 11. §. & ſiquidem. C. de iudic.*
*d l. unic. uerſ. non ſolùm.*
*e Auth. qui ſemel. C. quo & quan. l. contumacia. 53. de re iudic.*
*f l. & ideo. 11. l. nam ut. 13. de legib. iunc. l. illud. 32. ad l. Aquil.*

## DE IN IVS VOCANDO. Titul. IIII.

1 *Quid ſit in ius uocare.*
2 *Forma uocandi in ius apud ueteres.*
3 *Ratio huius edicti.*
4 *Edicti partes tres.*
5 *Prima edicti pars, de ijs qui uocari non poſſunt.*
6 *Secunda, de his qui uenia prætoris impetrata uocari debent.*
7 *Tertia, de actione ex hoc edicto.*
8 *Interpretatio edicti, & pœnitentiæ eſſe locum.*
9 *Extenſum edictum, ne quis de domo uocetur, neue puella impubes uocetur.*
10 *Quando dimittendus uocatus.*
11 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
12 *Quid hodie circa uocationem obſeruetur.*

1 NVnc uideamus de in ius uocando, quod in omni lite primum eſt[a]. In ius uocare nihil aliud eſt, quàm iuris experiundi diſceptandique cau-
2 ſa uocare[b] ad eum, qui ius dicturus eſt[c]. Ac in uſu Romanis olim fuit, magiſtratu aut eius uiatore minimè conſcio, aduerſarium in ius uocare,

*a §. fin. Inſt. de pœn. tem. litigã.*
*b l. 1. hoc titul.*
*c d. §. final.*

& aut cum illo de die certa conuenire[a], aut inuitum reluctantemq́ obtorto, quod aiunt, collo in ius trahere. hinc illæ phraſes: in ius ducere, rapere, trahere[b], &c. ut apud Horatium[c]:

—— *Caſu uenit obuius illi*
*Aduerſarius: &, quò tu turpiſſime, magna*
*Exclamat uoce. &, licet anteſtari? Ego uerò*
*Oppono auriculam. rapit in ius: clamor utrinq;,*
*Vndiq; concurſus.* ——

Neque cuiquam impunè licebat ita raptum ui eximere[d], aut concurſum facere, impedimentumq́ creare, quo minus quis in ius perduceretur[e].

a arg. l. de die. 8. in princ. §. qui ſatiſ. cogan.
b uid. Plaut. in Pœnulo.
c Sermo. lib. 1. Satyr. 9.
d §. tot. tit. ne quis eum qui in ius uoc.
e l. 4. ad l. Iul. de ui priua.

Qua in re cùm uſu interdum ueniret, ut indigna paterentur illi, quibus 3
reuerentia iure naturæ & gentium deberetur, aut qui alioqui neceſſarijs iuſtisque occupationibus ita diſtinerentur, ut uocantem ſequi commodè haudquaquam poſſent: uiſum fuit prætori faciendum, ut edictum proponeret, quo exciperentur perſonæ, quas in ius ſine ſua uenia ducere non eſſet permiſſum, pœna in ſecus facientes 50. aureorum, ſiue, ut Iuſtin.[f] interpretatur, ſolidorum conſtituta. Sciendum autem eſt, huius edicti tres eſſe 4
partes: quarum in prima prætor quaſdam perſonas uetat omnino in ius uocari: in ſecunda, quaſdam ſine ſuo permiſſu uocari prohibet: in tertia, pœnale iudicium in contrà facientes pollicetur. Prima pars ex Vlpian.[g] & Calliſtr.[h] colligi poteſt: quorum hæc ſunt uerba, quæ probabile eſt, ex edicto eſſe translata.

f in d. §. fin.
g l. 2. & 4.
h l. 3.

IN IVS VOCARI NON OPORTET, NEQVE CONSVLEM, 5
NEQVE PRAEFECTVM, NEQVE PRAETOREM, NEQVE PROCONSVLEM, NEQVE CAETEROS MAGISTRATVS, QVI IMPERIVM HABENT, QVI COERCERE ALIQVEM POSSVNT, ET IVBERE IN CARCEREM DVCI: NEC PONTIFICEM DVM SACRA FACIT, NEC EOS QVI PROPTER LOCI RELIGIONEM INDE SE MOVERE NON POSSVNT: SED NEC EVM QVI EQVO PVBLICO IN CAVSA PVBLICA TRANSVEHATVR. PRAETEREA IN IVS VOCARI NON DEBET, QVI VXOREM DVCAT, AVT EA QVAE NVBAT. NEC IVDICEM OPORTET IN IVS VOCARI, DVM DE RE COGNOSCAT: NEC DVM QVIS APVD PRAETOREM CAVSAM AGIT: NEQVE FVNVS DVCENTEM FAMILIARE, IVSTA'VE MORTVO FACIENTEM: VEL QVI CADAVER PROSEQVVNTVR, QVIQVE LITIGANDI CAVSA NECESSE HABET IN IVRE, VEL CERTO LOCO SISTI: NEC FVRIOSOS, VEL INFANTES.

Hos quidem omnes uocari omnino prætor prohibet: quòd eorum hi quidem, cùm iudicio careant, idoneam perſonam experiundi in iudicio non habent[i]: illi uerò ſuperiores, partim iuſtis impedimentis, partim authoritate imperij & ſplendore dignitatis, ne ueniant quaſi coacti ad parem minoremúe[k] magiſtratum, excuſentur. De perſonis, quas ſuo duntaxat 6
permiſſu, cauſaq́ cognita uocari concedit, ita in ſecundo capite edixit prætor[l]: PARENTEM, PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, PARENTES PATRONI PATRONAE'VE, IN IVS SINE PERMISSV MEO NE QVIS VOCET. Hanc partem edicti conſulti pluribus reſponſis[m] explicant, quos conſulere licet: in genere uerò ſic eam exponit Modeſt.[n] Generaliter, inquit, eas perſonas, quibus reuerentia præſtanda eſt, ſine iuſſu prætoris in ius uocare non poſſumus. In ultima parte prætor edictum ſuum pœnali iudicio munit, quæ pars in hæc ferè

i tit. C. qui legit. per.
k l. 4. §. de rec. arb.
l l. 4.
m l. 5. 6. 7. 8. 9. 10. cum multis ſequen.
n l. generaliter. 13.

uerba fuit

7 uerba fuit concepta. IN EVM QVI ADVERSVS EA FECERIT,
8 QVINQVAGINTA AVREORVM IVDICIVM DABO [a]. Hoc,
cùm ſit pœnale, nec hæredi, nec in hæredem, nec ultra annum, datur [b].
quamuis autem non adijciat prætor, cauſa cognita ſe daturum: tamen La-
beo ait, moderandam iuriſdictionem, ueluti ſi pœniteat libertum, & actio-
nem remittat: uel ſi patronus uocatus non ueniat, aut ſi non inuitus uo-
catus ſit [c]. quod etſi uerba edicti non patiantur, tamen ratio ſuadet, ut ea-
dem hîc ἐπιεικίᾳ utantur, & pœnitentiæ locum demus, ſicuti in cæteris [d],
9 etiam atrocioribus [e]. Sciendum autem eſt, hoc edictum à I. C. ad alios
caſus eſſe productum. Nam [f] plerique eorum putauerunt, nullum de do-
mo ſua in ius uocari debere, quòd domus tutiſsimum cuique receptacu-
lum ſit: eumq́;, qui inde uocaret, uim inferre uideri: ac ſatis pœnæ ſubire
eum qui domo ſe contineat, ſi non defendatur, & latitet [g]: quando hoc caſu
actor in bonorum eius poſſeſsionem mittatur. Si tamen aditum ad ſe præ-
ſtet, aut ex publico conſpiciatur, rectè in ius uocari eum Iulianus ait: ſicuti
& à uinea, balneo, aut theatro [h]. Neque tamen hoc caſu de domo ſua quis
extrahi debet [i]. Deinde nec impuberes puellas, quæ alieni iuris ſunt, in
ius uocari permiſſum, Caius ait [k]. quod fortè moribus introductum eſt:
cùm & aliâs ſciamus, apud Rom. fuiſſe improbatum, rapere in ius mulie-
rem aut corpus eius tangere [l].
10 Poſtremò ſciendum, qui in ius uocatus eſt, duobus caſibus dimitten-
dum eſſe [m]: Primò, ſi quis eum defendat: ſecundò, ſi dum in ius itur, de re
tranſactum fuerit. quod ſi quis nihilominus ducere trahereúe pergat, iniu-
11 riarum teneri [n]. Illud quoque non prætermittendum, eum qui in hoc edi-
ctum incidit, ſi inopia dinoſcatur laborare, in corpore, ut loquitur, luere,
12 quod non habet in ære [o]. Et hæc quidem iure iſto ſunt recepta. Poſtea in-
ualuit moribus, ut indiſtinctè nemo in ius uocari ſine uenia iuſſuq́; iudicis
poſsit [p], utq́; liceat quemlibet de domo ſua in ius uocare: etiamſi inde extra-
hi nõ debeat, niſi in criminalibus: ut non magnus huius tituli hodie ſit uſus.

a l. penult.
b d. l. penult.
c l. quamuis. 11.
d l. 1. §. 1. ſ. quod quiſ. iur.
e l. qui falſam. 19. de falſ. Bal. & alij in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler.
f l. pleriq;. 18.
g l. ſatisq;. 19.
h d. l. ſatis l. ſed etiam. 20.
i l. ſed etſi. 20.
k l. neq;. 22.
l Valer. lib. 2.
m d. l. neque.
n l. 5. §. 1. ſ. qui ſatiſ. cog. tot. tit. 2. ſ.
o l. final.
p l. final. C. de exh. reis.

## SI QVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT: ſiue quis eum uocauerit, quem ex edicto non debuerit. Titul. V.

1 *De quo uocante in ius, hoc edictum ſit accipiendum, & quando impunè non pareatur.*
2 *Exceptiones ab edicto.*
3 *Hoc edicto partis actioni non præiudicari.*

VT autem uocationi in ius ſua conſtet uis & authoritas, prodita ſunt aliquot à prætoribus edicta, quibus ſub cõminatione multæ, neceſsitas parendi uocato imponitur. Eius generis hoc eſt edictũ, quo non modò eum qui iure uocatus eſt, uenire prætor iubet, uerumetiam qui iniuria: puta ſi citatus ſit is, quem ex edicto uocari non oportuit [a]: quod quidem ego ſic interpretor, ſi ab eo qui ius dicit, hoc eſt, penes quem eſt legis actio, & qui magiſtratum habet [b], uocatus ſit. Eſt enim uocati, non contẽnere authoritatem prætoris [c]: niſi maior, aut par ſit prætori, aut ſic impeditus ut uenire non poſsit propter cauſas in edicto expreſſas. quod ſi non à prætore, ſed ab aduerſario temerè & contra edictum uocetur, impunè licet non uenire [d]. Similiter ſi quis citetur ab inferioribus magiſtratibus, quorum iuriſdictio ad

a l. 2.
b l. final. ſ. de iuſti. & iure. Duar. diſp. ann. lib. 1. cap. 1. & 53. fac. l. 3. uerſi. ſi quis. ſ. ne quis eum.
c l. 5. ſ. de iud.
d l. quamuis. 11. ſ. tit. 1.

certum territorium certamq́ pecuniæ quantitatem eſt adſtricta, ut dubitari non poſsit, qua de re notionem habeant: his extra territorium, aut ſupra iuriſdictionem ius dicere uolentibus, impunè non paretur [a]. At cùm quis à prætore, uel alio ordinario magiſtratu in ius uocatur, niſi planè euidentiſsimum ſit, nullum citandi ius competere, iri ad uocantem, nec contemni eius authoritatem, oportet: ut hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictio eius ſit. Si quis in ius uocatus non ierit, multa pro iuriſdictione iudicis damnabitur. Ruſticitati tamen hominis parcendum erit. Item ſi nihil interſit actoris, eo tempore in ius aduerſarium ueniſſe, remittit prætor pœnam: puta, quia feriatus dies fuit [b]. quod & ipſum argumento eſt, ad pedaneos uel inferiores magiſtratus hoc edictum non pertinere, cùm ius dicendæ multæ nullum habeant [c]. Sanè præter mulctam iudici dandam, ſi quis promiſerit iudicio ſiſti, & non ſtiterit, etiam in hoc tenebitur aduerſario, ut ſi nulla pœna certa adiecta fuerit, incerti ad id quod intereſt, conueniri poſsit [d].

*a l. final. ſ. de iuriſdict.*
*b d. l. 2.*
*c l. 5. C. de def. ciuit. l. 2. §. fi. ff. de iud. l. aliud. 131. §. fi. de uerb. ſig. d. l. uni. ſ. ſi quis ius dic.*
*d l. final.*

## IN IVS VOCATI VT EANT, AVT ſatis uel cautum dent. Titul. VI.

AN igitur Diomedea quadam neceſsitate in ius uocantem omnino ſequi oportet, nulla audita acceptaq́ excuſatione? Et ſanè, quia concedendum eſt aliquid occupationibus hominum, atque ipſi humanitati, ſi is qui uocatur, fortè ſit occupatus, uel iuſta prætexat impedimenta, quo minus uenire modò poſsit, ſatiſdationemq́ iudicio ſiſti certo aliquo commodoq́ die offerat, erit dimittendus [a]: adeò quidem, ut ſi non contentus fideiuſſore locuplete actor, in ius porrò trahere pergat, iniuriarum teneatur [b]. Locuples autem pro rei, de qua agitur, quantitate [c], & ex conueniendi facilitate æſtimandus eſt [d]: exceptis neceſſarijs perſonis, pro quibus qualemcunque fideiuſſorem accipi prætor iubet, ueluti pro parente, uel patrono [e], &c.

*a l. neq; 22. in fin. ſ. de in ius uocan.*
*b l. 5. §. 1. ff. qui ſatiſ. cogan.*
*c l. 1. hoc tit.*
*d l. 1. ſ. titul. 1.*
*e l. 1. 2. cum ſeq. hoc titul. l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſ. cog.*

## NE QVIS EVM QVI IN IVS VOCAbitur, ui eximat. Titul. VII.

1 *Ratio edicti.*
2 *Quis dicatur eximere.*
3 *Quæ detur ex hoc edicto actio, & contra quos.*
4 *Qui excipiantur edicto, & contra quos non detur hæc actio.*

HOc edictum prætor propoſuit, ut metu pœnę compeſceret eos qui in 1
ius uocatos ui eripiunt. Etenim cùm populari olim more permitteretur, eum qui in ius uocatus, neq́ ſatiſdaret, nec ire uellet, inuitum rapere: prouiſum eſt hoc pœnali edicto, ne ita raptum quis ui eripere, & uiolare ius populi auderet. Eximere autem uidetur, non modò qui manibus eri 2
puit, ſed etiam qui quoquo modo moram fecit, quo minus in ius iretur, ut actionis dies exiret, & res tempore amitteretur [a]. In eum, qui ui exe- 3
mit, in factum iudicium datur: quo non id continetur quod in ueritate eſt, quantumq́ damni propter exemptionem actor uerè paſſus eſt, ſed quanti ea res de qua controuerſia eſt, ab actore erit æſtimata: ut appareat, etiamſi quis calumniator ſit, calumniandiq́ animo litem inſtituerit, tamen poſſe eum hanc pœnam perſequi, & litis quamuis temerè propoſitæ æſtimationem poſtulare [b]. Non enim ius actoris, ſed factum eximentis contra popularem legem, prætor reſpicit & coercet. Vnde & ſi plures ſint, qui deli-

*a l. 4.*
*b l. 5. §. 1.*

qui deliquerint, in ſingulos hoc iudicium dabitur, manente nihilominus
eo qui exemptus eſt, obligato [a]. Porro mirandum non eſt, tam grauem exi- *a l.5.§.fin.*
menti imminere mulctam, qui ius populi temerauit: cùm lege etiam Iulia
de ui priuata teneatur, ſi concurſum & cœtum, quo minus quis in iudicium
perduceretur, faciat [b]: benigna tamen I. C. interpretatione ad eos tantùm *b l.5. ad l. Iul*
caſus, de quibus præcipuè loquitur, ſeueritas huius edicti reſtricta eſt. Vn- *de ui priua.*
de Ofilius rectè putauit, locum huic edicto non eſſe, ſi perſona quæ in ius
uocari non potuit, exempta eſt: ut pater, patronus, &c. Magis enim deli-
quit qui uocauit, quàm qui exemit [c]. Eademq; moti æquitate, cenſuerunt *c l.1.& 2.*
idem eſſe in eo, qui aliò, quàm quò debuerat, uocatus eſt, & cui ius ſit ibi
non conueniri [d]: item in ſeruo [e], & eo qui nihilominus perductus eſt [f]. quo- *d d.l.2.*
niam uerba cum effectu ſunt accipienda [g]. Quin & ſi quis ad pedaneum iu- *e l.3.* *f l.5.§. docere.*
dicē uocatum eximat, pœnam huius edicti ceſſare uult Vlpian. [h] quia edi- *g l.1.§.1. quod*
ctum propriè loquitur de eo qui in ius uocatus eſt. In ius autem is uocari di *quiſque iur.*
citur, qui ad prætorem, uel eum qui iuriſdictioni præeſt, uocatur: unde ad *h l.3.§.1.*
alios iudices pœnale hoc iudicium non eſt facilè extendendum. Hoc autem
iudicium hæredibus dabitur, ſi eorum interſit. Neque tamen in hæredem,
nec poſt annum dabitur [i]: quia reſpectu rei pœnale eſt. *l.5.§.final.*

## QVI SATISDARE COGANTVR, VEL ſuæ promiſsioni committantur. Tit. VIII.

1 *Ordo & diuiſio tituli.*
2 *Quid ſit ſatiſdatio.*
3 *Cauſa efficiens, quomodo, quos, prætor ad ſatiſdandum cogat.*
4 *Materia, circa quam, & qua ſatiſdetur.*
5 *Forma.*
6 *Qualiter hodie caueatur.*
7 *Qualis fideiuſſor dari debeat.*
8 *Finis ſatiſdationis.*
9 *Effectus, & ad quid fideiuſſor conueniatur.*
10 *Qui iurato promittant.*
11 *Qui ſuæ promiſsioni relinquantur.*

1 QVia diximus plenum eſſe humanitatis, eum qui in ius uocatur, ſi ua-
dari paratus ſit, dimittendum eſſe, & tam æquam conditionem iu-
re repudiari non oportere: uideamus nunc, qui & quomodo ſatiſdare co-
gantur. Nec enim omnes uno modo cauent. Alij enim ſatiſdare cogun-
tur, alij iuratò tantùm promittunt, alij nudæ ſuæ promiſsioni relinquun-
tur: ut ex ipſa huius tituli inſcriptione colligi poteſt.
2 Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. nam ut ſatisfacere
dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita ſatiſdare aduerſario noſtro, cùm
pro eo quod à nobis petijt, ita cauemus, ut eum hoc nomine ſecurum fa-
ciamus, datis fideiuſſoribus [a]. *a l.1.*
3 Efficiens cauſa eſt prætor, qui ſatiſdationum ius introduxit [b], & nolen- *b In princ. Inſt.*
tem ſatiſdare cogit, aut miſsione in poſſeſsionem bonorum, aut, ſi de re mo *de ſatiſd. in uer.*
bili litigatur, rei ipſius ablatione [c]. Deinde uoluntas litigatoris conuenti, & *uerba edicti.* *c l.7.§.fin.*
fideiuſſorum pro eo ex edicto repromittentium. Nam omnes qui conue-
niuntur, etiam filijfamiliâs, niſi diſertè à lege uel ſuæ promiſsioni, uel iure-
iurando relinquantur, ſatiſdationem præſtare debent [d]: quæ & ipſa reno- *d l.filiusfa.14*

uanda

uanda eſt interdum, ſi fortè prior euaneſcat [a], uel medio tempore, prola-
pſis in inſignem calamitatem fideiuſſoribus, reddatur inutilis [b]. Actores au
tem iure ciuili non ſatiſdant [c], ſed procuratores eorum [d], de qua ſatiſdatio-
ne paulo pòſt commodius [e]. at iure Sax.[f] ab hoc duntaxat, non etiam à reo,
cautio pro expenſis, & tuitio (quam guarandam uocant) exigitur.
Materia, circa quam uerſatur ſatiſdatio, eſt dies iudicij ſtatus: de quo an 4
tiquitùs quoq; conueniri ſolere lex 12. Tab. indicat: SI STATVS DIES
CVM HOSTE FVERIT, VENITO [g]. Materia, qua conſtituitur ſatiſ-
datio, ſunt propriè fideiuſſores [h]: & ex interpretatione, pignora [i], ſicuti
etiam hodie uſurpatur.
Forma eſt, ut de die ponenda, aſsignandaúe, qua iudicio ſtetur, inter li- 5
tigatores conueniat, & ſtipulatione interpoſita uàdimonium, cùm à liti-
gatore conuento, tum pro ipſo à fideiuſſoribus promittatur. Quod ſi de
die ponenda conueniri nequit, in poteſtate ſtipulatoris, id eſt actoris erit,
diem aſsignare, ne quà tergiuerſante reo ad elabendum feneſtra aperia-
tur [k], moderato tamen ſpacio de hoc à iudice ſtatuendo [l]. Nouiſsimo iure, 6
qui à iudice ad certum terminum citatus eſt, debet initio ſatiſdare, ſe uſque
ad finem in lite permanſurum [m]. cui effectu conuenit, quòd hodie omiſſa ſa-
tiſdatione pleriſque locis cogantur litigatores domicilium in territorio, ubi
agitur, eligere, unde citari, & niſi reſpondeant pro contumacibus haberi
iudicariq; poſsint. quæ certè contumacia, in reo quidem apud Saxones
tanti eſt, ut abrupta cognitione ſecundum actorem pronuncietur [n]: in acto
re uerò, ut ab inſtantia iudicij reus abſoluatur.
Fideiuſſor autem iudicio ſiſtendi cauſa locuples dari iubetur, non tan- 7
tùm facultatibus, ut ſatis & idoneè habeat in bonis, pro magnitudine rei
quam actor poſtulat [o]: ſed etiam conueniendi facilitate [p], ne præſcriptione
aliqua fori cauſam aduerſario difficiliorem faciat [q]. Quamobrem nec mulier
rectè adhibetur, propter exceptionem Velleiani [r]: neq; miles, quia ex priui-
legio militari fideiuſsione ſoluitur [s]: nec minor, propter beneficium reſtitu-
tionis in integrum [t]: niſi hæ perſonæ in ſuã rem fideiubeant [u]: neq; ſeruus [x],
quia perſonam legitimam ſtandi in iudicio non habet [y]. Qua quidem in par
te ne quid fraudis ſtruatur, arbitri ad probandos fideiuſſores idonei conſti-
tui ſolent: qui ſi in alterutram partem iniquum iudicium dixiſſe uidebun-
tur, querela ad competentem iudicem deferri per prouocationem poterit [z].
Et hæc quidem in genere uera ſunt. Sed prætor quaſdam perſonas excepit,
ut parentes, patronũ, filium, uxorẽ, nurum, &c. à quibus pietatis & coniun-
ctionis intuitu qualemcunq; fideiuſſorẽ iudicio ſiſtendi cauſa uult accipi [aa].
Finis ſatiſdationis eſt, ut actorem hoc nomine ſecurum faciamus, datis 8
fideiuſſoribus [bb].
Effectus eſt, quòd in fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſit, qui 9
non ſtitit, tanti, quanti ea res eſt, actionem prætor polliceatur: nempe ut in
ueram actionis quantitatem, ſiue petitæ rei æſtimationem teneatur, niſi pro
certa quantitate acceſſerit. alioqui pro ea quantitate quæ actione compre
henſa eſt, ſpopondiſſe intelligitur, non tamen etiam ſe obligaſſe ad totam
litis ueritatem: & omne illud, quod aut per ſententiam iudicis, aut per inficia
tionem, perq; moram uel culpam rei accedere poteſt [cc]. Iam reliquas huius
tituli partes paucis abſoluamus.
Iurato promittunt, qui neque ab onere ſatiſdationis liberantur, neque 10
tamen fideiuſſores inuenire idoneos poſſunt. Ne enim per difficulta-
tem inueniendi differantur iudicia, & paupertas debitoris obſtet agenti,

*a* l.8.§.ſi fideiuſſor.1.
*b* l.ſi ab arbitro.10.
*c* in princ.Inſt. de ſatiſd.
*d* §.ſin autem. Inſt.eo.
*e* ad tit de procur. et rem rat. hab.
*f* uide Chil. in pract. cap. 46. cum ſeq.
*g* Cice. lib. 1. Off.
*h* d.l.1.
*i* gl. & Dd.hîc in l.1. per l. 1. §. iubet. 7. de collat.et in l.prætoriæ.7. de præt. ſtip. §. ſin autẽ. Inſt.de ſatiſd.
*k* l.inter. 73. §.1. de uerb. ob.
*l* l.de die.8.
*m* §.ſed hodie. Inſt.de ſatiſd.
*n* Chil.in prac. cap.46.
*o* l.quos nos hoſtes.234.§.1. de uerb.ſig. d. l. ſi ab arbitro.
*p* l.2. in princ.
*q* l.ſi fideiuſſor. 7.in princ.
*r* d.l.de die. 8. §. 1.l. 3. de fideiuß. tot. tit. ad S.C.Vel.
*s* d.l. de die. §. 1.l.milites.31.C. de loca. & con.
*t* d. l.de die.§. 1.& 2.
*u* d.§. 1. & 2.
*x* d. l. de die. §.2.
*y* l.1.C. de pre. imp.off. & tit. C. qui leg. perſ. ſtare.
*z* l.ſi ab arbitro. 10. l. arbitro.9.
*aa* l.2.§.2.hoc tit. l.1. & 2. ſ. itul. 2.
*bb* d.l.1. *cc* l.2.§.final.hoc titul.l.centum.8.ſ.de eo quod cert.loc.

quò minus

quò minus ius ſuum maturè conſequatur, iuriiurando reus relinquitur, ut illud pro ſatiſdatione præſtet[a]. Cuius quidem duo ſunt ex more capita: primum, ut iuret ſe fideiuſſores inuenire idoneos, quamuis ſumma adhibita diligentia, nequiuiſſe: deinde, de quibus cauendum erat, ea ut ſanctè ſe facturum, ſtaturumq́ iudicio repromittat[b].

Suæ promiſsioni committuntur, qui res immobiles in territorio, ubi litigatur, poſsident[c], nam cùm pro prędibus prædia ſufficiant, quorum in poſſeſsionem mittitur actor, ſi reus uocationem in ius aſpernetur[d]: meritò alia cautio ab his non eſt requirenda, ſed ſufficit nuda promiſsio, interpoſita ſtipulatione. Poſſeſſorem autem accipimus, qui ſuo iure & irreuocabiliter poſsidet, non uſufructuarium aut creditorem[e].

a *l. fin. hoc tit. §. 1. Inſt. de ſatiſ. l. non cogendum. 45. ī. de procur.*
b *Chil. in prac. cap. 46.*
c *l. ſciendū. 15.*
d *C. hæres abſens. §. 1. de iud. tot. tit. de bon. auth. iud.*
e *d. l. ſciendum §. 1.*

## SI EX NOXALI CAVSA AGATVR, quemadmodum caueatur. Tit. IX.

SAtiſdationes, de quibus modò dictum eſt, in cauſa noxali præſtitæ, facilè eludi olim poterant, ſeruo poſt uadimonium promiſſum in potentiorem, aut eum qui in foro promiſſoris conueniri non poterat, alienato. Nam cùm noxa ſequeretur caput[a], liberabatur prior dominus, ſatiſdatione ad nihilum recidente. Cui ſubterfugio, hoc edictum ueluti obicem prætor oppoſuit: SI QVIS EVM DE QVO NOXALIS ACTIO EST, IVDICIO SISTI PROMISERIT: IN EADEM CAVSA EVM EXHIBETO, IN QVA TVNC EST, DONEC IVDICIVM ACCIPIATVR: hoc eſt, donec aut ipſe iudicium, tanquam principalis, nomine ſerui ſubeat, aut ſeruum dedat noxæ: quorum utrumuis facere cogitur.

a *l. 2. hoc tit. §. omnis. Inſtit. de noxal. act.*

## DE EO PER QVEM FACTVM ERIT, QVO minus quis in iudicio ſiſtat. Titul. X.

1 *Quando, cui, aduerſus quos, ad quid, actio ex hoc edicto detur.*

EFfectus ſatiſdationum hîc eſt, ut ſiue per alium, ſiue culpa promittentis, iudicio ſtatum non ſit, pœna conſequatur. In primis igitur ſi quis impedit aliquem iudicio ſiſti, æquiſsimū putauit prætor, dolum eius coercere. Feciſſe autem dolo malo non tantùm is putatur, qui ſuis manibus, uel per ſuos retinuit: ſed qui alios quoq́ rogauit ut eum detinerent, uel abducerent, ne iudicio ſiſtat, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes, quid eſſet quod comminiſceretur. Dolum malum etiam accipimus, ſi quis uenienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triſte: ut mortem filij, propter quod is neceſſe habuerit ad iudicium non uenire[a]. Datur autem hæc actio non modò actori, uerùm etiam reo, ſi non ab actore (nam aduerſus hunc non habet reus actionem ex hoc edicto, cùm contentus eſſe poſsit exceptione, ſi ex ſtipulatu conueniatur ad pœnam, quòd ad iudicium non uenerit[b]) ſed ab alio fuerit impeditus[c].

Hac actione continetur, quanti interfuit uadimonium obitum eſſe: hoc eſt, quantum eſt iudicio petitū[d]. Quamobrē ſi plures dolo fecerint, omnes quidem tenentur: ſed ſi unus præſtiterit pœnam, cæteri liberabuntur, cùm amplius nihil interſit[e]: aliter atque in edicto illo, quo in ui eximentes uocatum pœna durior, & quidem in ſingulos ſolida eſt conſtituta, propter præbitam ſeditioni concurſionibusq́ materiam, & ius publicum uiolatum[f].

a *l. 1. §. 1.*
b *l. 1. §. ſi rem. 3.*
c *d. §. ſi rem. l. 3. ī. tit. 1.*
d *l. 3. §. fin.*
e *d. l. 1. §. ſi plures.*
f *ſ. ne quis eū qui in ius uoc.*

## SI QVIS CAVTIONIBVS IVDICIO SISTENDI cauſa factis non obtemperauerit. Tit. XI.

1 *Quomodo & ad quid promiſſor & fideiuſſores teneantur, ſi ſtatum iudicio non ſit.*
2 *Quis non uideatur ſiſti.*
3 *Quæ cauſæ excuſationem iuſtam pariant.*

POrrò ſi litigator ipſe cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis conſultò 1
& de induſtria non obtemperet, neq; uadimonium obeat: commit-
tur ſtipulatio tam aduerſus reum principalem, quàm eius fideiuſſores. Et
quidem ubi certa quantitas uice eius, quod actoris intereſſe poteſt, ſtipula-
tione, ut plerunq; fit [a], comprehenſa eſt, ád illam certi condictione ex ſtipu-
latu agetur: ſin autem ſimpliciter promiſſum ſatiſdatumq; ſit, incerti condi-
ctio in id quod intereſt competet: cuius quidem ęſtimatio refertur ad illud
tempus, quo ſiſti promiſſor debuit, non ad id quo agitur, quamuis deſierit
actoris intereſſe [b]. Siſti autem non uidetur, non modò is qui uadimonium 2
omnino deſerit, ſed etiam qui non in eadem cauſa ſiſtitur, ita ut actori perſe
cutio deteriore ſit loco futura [c]. unde qui nouo fori priuilegio utitur, non
uidetur in eadem cauſa ſiſti [d]: quòd actoris conditio præſcriptione fori red-
datur in agendo durior [e]. Et hoc quidem modo deſertum uadimonium uin- 3
dicatur, niſi fortè reus iuſtam probet cauſam, quamobrem iudicio non ſti-
tit, aut actoris nihil omnino interſit. Nam ſi de negotio, propter quod ſatiſ-
datio obita eſt, tranſactum ſit, an ridiculum non foret, finito negocio, de ua-
dimonio diſputare [f]? Quid ſi nulla ex parte ius actoris ſit factum deterius,
puta quia ipſe non uenit, quia iudex operam litigatoribus dare non potuit,
quia cauſa eodem eſt in ſtatu? certè ęquitas ſuggerit, ut exceptione reus ad-
iuuetur [g]. Quid ſi publici neceſſarijúe muneris cauſa ſine dolo ſuo malo im-
peditus non ſtitit [h]? ſi à ſuo magiſtratu retentus [i]? ſi reipub. cauſa abfuit [k]? ſi
ualetudine [l], tempeſtate, ui fluminis prohibitus, pręſentiam ſui facere nequi
uit [m]? Quid ſi, quod ſępe uſu uenire memini, procuratoris aut conſtituti
aduocati mora impedimentoúe dies iudicij deſeratur, nec ſubitò alium ido
neum litigator ad manum habere queat? an horum factum nocebit litiga-
tori, cui nihil imputari poteſt [n]? In eiuſmodi igitur caſibus, excuſationes iu-
ſtę acciſci, pœnęq; iudiciali ex ęquitate eximi cùm ipſe promiſſor, tum, ne
per aliorum latus lędatur [o], fideiuſſores eius debent [p]. Nam ſi quis dicat im-
pediti eſſe procuratorem mittere, & proinde nullam excuſationem admit-
tendam, is fateatur ſe momenta rerum & temporum haudquaquam ſatis
ponderare: cùm in rebus ſubitis nec præſtò ſemper ſit, cui cauſa delegari
commodè poſsit: & ea plerarumq; litium ſit natura, ut niſi longa maturaq;
cognitione perſpici, & exactè teneri à procuratoribus non queant. Niſi igi-
tur aut præuideri potuit, aut diuturnum ſit impedimentum, conſentaneum
eſt nihil eſſe, quare quis alienæ fidei ſuã inuitus cauſam cõmittere debeat [q].

*a l. fin. de prætor. ſtipul.*
*b l. qui autẽ. 12.*
*c l. ſi quis. 11. hoc tit.*
*d l. qui nouo. 12.*
*e l. 1. & 3. ĵ. de alien. iud. mut. cauſ. fac.*
*f l. 2. hoc tit.*
*g d. l. 2. l. 8.*
*h d. l. 2. §. 1.*
*i d. l. 2. §. final.*
*k l. ſi quis cùm fid. 6.*
*l l. quæſitum. 60. de re iud.*
*m l. 2. §. ſi quis iudicio. cum ſequen. l. 6.*
*n c. prout de dol. & cõt. Iaſ. in d. l. 2. §. ſi quis iudicio. nu. 11.*
*o l. quod dictũ. ſ̃. de pac.*
*p l. 4. in princ. & §. fin. l. 6. 7. 9. 10. §. fin.*
*q Dd. in d. l. quæſitum. d. c. prout de dol. & cont. Iaſ. in d. l. 2. §. ſi quis in iudicio. nu. 11.*

## DE FERIIS, ET DILATIONIBVS, ET diuerſis temporibus. Titul. XII.

1 *Feriæ & dilationes excuſant.*
2 *Ex quibus cauſis feriæ indicentur.*
3 *De quibus cognoſci tempore feriarum poſsit.*
4 *De dilationibus, & quot concedantur.*

SEd etſi feriæ inciderint, aut dilationes legitimæ fuerint conceſſæ, in ea 1
cauſa promiſſor eſt, ut aduerſus eum ſtipulatio non committatur. De 2
ferijs

2 ferijs porrò oratione Diui Marci exprimitur, ne quis meſsium uindemia-
rumq; tempore ad iudicium uenire cogatur[a]: quia occupatos circa rem ru-
ſticam, unde annona ſufficitur, non impediri forenſibus contentionibus,
neq; abs opere abſtrahi publicè intereſt[b]. Ac olim quidem ſolent præſides
prouinciarum ex conſuetudine cuiuſq; loci tempus feriarum, meſsis uin-
demiæq; cauſa, conſtituere[c]: ſed hodie id principum conſtitutionibus cer-
tò definitum eſt[d]. Porrò & alias ferias religio Chriſtiana indixit, ut diei ſo-
lis & feſtorum: quibus litigare, & à cura ſacrorum, animum ad res traduce-
re prophanas piaculum eſt[e]. Quin & principes ob res publicas aut proſpe-
3 rè, aut inſigniter calamitoſè geſtas, iuſtitium indicere ſolent[f]. Illud ſcien-
dum eſt, excipi certas cauſas, ex quibus cogi poterimus etiam per id tempo-
ris, cùm meſſes uindemiæq; ſunt, ad prætorem uenire: puta ſi tempore pe-
ritura ſit actio per dilationem. tum enim cogendi ſumus ad iudicem ueni-
re, ad hoc ſaltem, ut lis conteſtetur[g], perpetueturq; actio[h]. Eadem oratio-
ne D. Marcus in Senatu recitata, effecit de alijs etiam ſpeciebus prætorem
adiri diebus feriatis: ſcilicet quæ neq; longiorem cauſæ cognitionem deſi-
derant, facileq; expediuntur: & quarum matura cognitio, uel ad utilitatem
reipub. uel ad humanitatis pietatiſq; officia pertinet: ut puta, ut tutores aut
curatores dentur: ut qui officia publica ſuſtinent, ſui muneris admonean-
tur, admiſsis tamen ceſſantium iuſtis allegationibus: alimenta conſtituan-
tur: probentur ætates: uentris nomine in poſſeſsionem mittatur. Item de te-
ſtamentis exhibendis: ut curator detur bonorum eius, cui an hæres extitu-
rus ſit incertum eſt: aut de alendis liberis, parẽtibus, patronis: aut de adeun-
da ſuſpecta hæreditate: aut ut aſpectu atrox iniuria æſtimetur: uel cui fidei-
commiſſaria libertas præſtanda eſt[i]. Quin & Cic.[k] ſuo tempore indicat ui-
guiſſe legem, ut quotidie, ſine dierum faſtorum nefaſtorumq; diſcrimine,
4 de ſeditioſis, coniuratis, ſceleratiſq; ciuibus quæreretur. Eadem in cauſa
ſunt, ut non committatur aduerſus eos, quamuis abſentes, ſtipulatio, qui
legitimis dilationibus utuntur: quando qui permiſſo à lege magiſtratuúe
iure utitur, nec in dolo culpaúe hæreat[l], neq; pœna ulla ſit dignus[m]. Sunt
autem uariæ dilationum ſpecies, & propter uarias cauſas conceduntur[n]:
quas hîc ordine commemorare longum eſſet, ac ſuperuacaneum, cùm pen-
deant ab arbitrio iudicis[o]: niſi quòd in pecuniarijs controuerſijs in ſingulas
cauſas, hoc eſt ſingula cauſæ capita & articulos, ut excipiendi, producendi
teſtes, inſtrumenta, &c. pluſquàm ſemel tribui dilatio non poteſt: in capita-
libus autem, ne quis innocens præcipiti iudiciorum feſtinatione obruatur,
tres reo dilationes, accuſatori duæ dantur[p]: ex ueteri forte clepſydrarum
more, quarum duæ accuſatoribus, tres reo infundebantur. Vtrumq; tamen
id fieri debet cauſa cognita. Nam uel denegari plures in criminalibus, uel in
ciuilibus noua dari dilatio poteſt, maximè ſi aliquid inopinatum emergat[q].

a l. 1. in princ.
b d. l. 1. auth. agricultores. C. quæres pig. Cic. act. 5. in Verr.
c l. 4.
d l. 3. C. eod.
e l. 2. l. 7. l. fin. C. eo.
f l 1. C. eo. Liuius, Cic. et alij paßim.
g l. 1. §. fin. l. 3.
h l. fin. C. de præſcrip. 30. anno.
i l. 2.
k pro Marc. Cœlio.
l l. non uidentur. 127. §. qui iuſſu. 1. ubi de. regul. Iur. Dd. in l. iuſtè de acq. poſſ.
m l. 4. C. de adult. l. ſi quis id quod. 7. uerſ. do li. 5. de iuriſd.
n Auth. offeratur. C. de lit. cõteſt. l. apertißimi. C. de iudic. l. 2. C. ubi in rem act. l. fin. de excep. tot. tit. extra de dilat. Specul. eo. tit. Dd. in tit. C. eo.
o l. 7. hoc tit.
p l. final.
q d. l. 7. Bald. Iaſ. poſt alios hîc ad l. final.

## DE EDENDO. TIT. XIII.


1 *Vadimonio obito, edenda reo actio.*
2 *Quid ſit edere.*
3 *Quæ ſint edenda.*
4 *Qua forma.*
5 *Altera rationum editio.*
6 *Qui ſint argentarij & nummularij.*
7 *Quid ſit ratio: & quare, & à quibus edenda.*
8 *Quibus edenda.*
9 *Notarij edere coguntur.*
10 *Quomodo facienda hæc editio.*

11 *Duplicem eſſe ex hoc edicto editionem.*
12 *Qualis, quibus, cõtra quos, ad quid ex ſecundo editionis genere actio detur.*
13 *Ex primo editionis genere non dari actionem.*

QVòd ſi qui uocatus eſt in iudicium, ſe ſiſtat, oportet actorem, quam 1
intentare uult, actionem ei edere: ut perinde ſciat reus, utrùm cedere, an contendere ultra debeat: & ſi contendendum putet, ueniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur [a]. Itaq; editione facta, datur reo certum ad deliberandum temporis ſpacium [b].

Edere autem eſt, copiam deſcribendi facere, uel in libello complecti, & 2
dare uel dictare [c]. Eum quoq; edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ad album prætoris (cui inſcribebantur actionum formulæ, edicta, citationes, &c.) ut demonſtret ex eo, quid, quamúe actionem dictaturus ſit [d].

Necmodò ipſa actio, ſed omnia quæ quis apud iudicem editurus eſt, 3
quibusq; utetur, ſunt edenda [e].

Editiones autem ſine die & conſule fiunt [f]: ne quid fraudis excogitetur 4
edito die ac conſule, & immutato prolatoq; die fiat. Nam in promptu foret, edito die falſam machinari probationem, qua reus oſtenderet eo ſe die fuiſſe abſentem [g]: aut accepti originalis inſtrumenti diem, mutatis temporum notis proferre, & ad ſuam traducere utilitatem [h]. Quid autem opus eſt improbis hanc fabricandi falſi feneſtram aperire? cùm perinde doceri reus de ſpecie futurę litis, quibusq; argumentis uſurus ſit actor, poſsit, ſiue dies edatũr, ſiue ſecus. Diem autem & conſulem excipit prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem ſolutio eſt concepta. Nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt ſtipulationis. Vt igitur integrę tabulæ de contractu ſcriptæ, ita quoq; hic dies eſt edẽdus: alioqui tota ſtipulatio edita non uidebitur [i]. Et hæc quidem ita ſe habent circa editionẽ, quæ ab actore ad inſtruendum ſuper futuri iudicij forma reum fieri debet.

Eſt autem & alia editio, quæ quidem ad fidẽ iudici faciendam pertinet [k]: 5
ſed ab argentarijs, non abs actore facienda eſt [l]. Argentarij autem ſunt, qui
menſam argentariam exercent. Habebant hi Romæ publicas ex authorita- 6
te populi in foro tabernas: in illum uſum, ut pecunias cuſtodiendas modò gratuitò, modò ſub fœnore acciperent, & uiciſsim mutuò darẽt, atq; etiam in auctionibus pecuniam pro emptoribus, à quibus eam reddi cum fœnore ſtipulabantur, repræſentarent [m]. Quin & contractus apud eos celebrari, eorumq; inſcribi Calendarijs ſolent, perinde ut nunc apud tabelliones. Argentarij [n] igitur, & horum exemplo nummularij (quos Græci ἀργυρογνώμονας, quaſi inſpectores pecuniæ uocant, quòd explorandæ nummorum probitati, ijſdemq; commutandis præſint) ex interpretatione legis, quæ horum
nullam facit mentionem [o], rationes edere coguntur. Rationem autem eſ- 7
ſe Labeo ait, ultro citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negociationem [p]. nam hæc omnia, ſiue data, ſiue accepta ſint, ut fieri ſolet in præſenti mercium aut pecuniæ traditione: ſiue credita aut obligata, ut cùm alter alterius fidem ſequitur, uel in diem fiunt contractus, conſcribere ac conferre in codicem rationum negociatores & menſularij conſueuerunt. Huius autem edicti ratio eſt æquiſsima. Nam cùm ſingulorum, qui cum illis contrahunt, rationes argentarij conficiunt, æquum fuit, id quod mei cauſa confecit, meum quodammodo inſtrumentum mihi edi.[q] Ideo autem hos, non etiam alios mercatores, qui rationes conficiunt, edere prætor cogit, quoniam iniquum eſſet inuitos priuatos homines ad denudandas facultatum ſuarum rationes compelli [r]. At argentariorum officium atq; miniſterium

a l. 1. in princ.
b Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.
c l. 1. in princ. l. 6. §. edi. 6.
d l. 1. uerſ. 1.
e d. l. 1. uerſ. fi.
f l. 1. §. 1.
g l. optimam. 14. C. de contr. ſtip.
h l. 2. §. diem. 4. ÿ. quom. teſt. aper. l. 3. C. eod. titul.
i l. 1. uerſi. diẽ.
k l. quædam. 9. §. nummularios. 2.
l l. 4.
m Cic. pro A. Cecin. Quint. lib. 2. Plaut. in Aſin. et Perſa. Bud. hîc.
n l. argentarius. 10.
o l. quædam. 9. §. nummularios. 2.
p l. 6. §. rationem. 3.
q l. 4. in princ.
r l. pen. ad exhib. l. fin. C. de aliment. pup. præſt. l. 2. C. quib. quar. pars lib. 10.

ſterium publicam habet cauſam, & hæc principalis eorũ opera eſt, ut actus ſui rationes diligenter conficiant [a]. Eſt tamen cùm & priuatæ perſonæ edere coguntur, non ex hoc edicto, ſed ui contractæ obligationis adminiſtrationisq; obitæ: ut procurator actione mandati [b], ſocius actione pro ſocio [c], tutor iudicio tutelæ [d]: quibus caſibus quia ciuiles actiones ſufficiunt, nullam
8 ex ſua iuriſdictione prætor pollicetur [e]. At quibus facienda eſt rationum editio? Iis, ad quos illę pertinẽt. Pertinere autem ad me uidetur ratio, ſi modo eam tractaueris me mandante [f], uel procuratore meo, uel etiam illo qui
9 eſt in mea poteſtate [g]. Ex quo intelligi licet, tabelliones edere nobis oportere, ſi quod inſtrumentum noſtro mandato aut ad rem noſtram confecerint [h]. Quid enim eſt in eo iniqui, cùm idem nummularij facere cogantur,
10 quos nequaquam publicam ſuſtinere cauſam conſtat? At quemadmodum facienda hîc eſt editio? Exigitur à poſtulante iuſiurandum, non calumniæ cauſa poſtulare edi ſibi, ne fortè uel ſuperuacuas rationes, uel quas habet, edi ſibi poſtulet, uexandi argentarij cauſa [i]. Editio etiam hæc cum die & conſule facienda eſt, quia data aliter apparere non poſſunt [k]: cùm plerumq; tam uaria ſint & multiplicia, ut niſi temporibus diſtinguantur, explicatu ſint difficillima. Eadem ex cauſa à capite ratio edenda eſt, quia aliter intelligi nequit [l]. At quoties? ſemel tantùm: nam iterum edi prætor non iubet, niſi ex cauſa: ueluti ſi caſu amiſit, aut peregrè habeat, quod primò editum eſt [m]. At ubi faciẽda editio? Ibi quis cõpellitur edere, ubi argẽtariã exercuit [n].
11 Atq; ex his quæ iam dicta ſunt, euidenter apparet, prætorem duo editionum genera edicto eſſe complexum. Nam primo iubet actorem edere reo actionem & inſtrumenta, quod officio iudicis deſeruiente actioni expeditur: deinde argentarios nummulariosq; omnibus ſiue actoribus, ſiue reis, quorum rationes conſcripſerint, eas exhibere iubet: quæ poſterior editio non cohæret actioni, ſed per ſe peti poteſt, & officio iudicis, quod
12 nobile uulgo uocant, decernitur, cauſa ſummatim cognita [o]. Quòd ſi iuxta decretum prætoris editio non fiat, aut fiat malitioſè, fortè quia integrè non editur, ex hoc edicto competet ad id quod intereſt, non hodie, ſed illo tempore quo editio eſt decreta: ut quanti tum interfuit editas rationes fuiſſe, tanti, qui in hoc edictum incidit, condemnetur [p]: etiamſi poſt intereſſe deſijt, uel minoris pluriſue intereſſe cœpit. Quare ſi quis cõdemnatus ſit, ſiue quod petijt non obtinuit, eo quòd non habuit rationes quibus cauſam ſuam tueretur, id ipſum quod ita perdidit hac actione conſequetur [q]. Hæc tamen neque poſt annum datur, quia prætoria [r]: neque in hæredem [s], eſt enim pœnalis reſpectu rei, qui ſoluere cogitur quod non accepit: niſi hæres ex ſuo facto, puta quia edere non uult, conueniatur [t]. ſanè hæredi petentis editionem, cuius à parte actio rei eſt perſecutoria (poſtulat enim dam-
13 num datum reſarciri) non eſt deneganda [u]. Exiſtimo autem hanc actionem in altero duntaxat editionis genere eſſe utilem: nam quod ad actionis & inſtrumentorum editionem attinet, nihil opus eſt actione, ſi actor in ea tergiuerſetur: ſed aut iudex eum ad id compellet, aut contumacia notata eius poſtulationem in poſterum repudiabit, denegabitq; ei audientiam, ut nunc uulgo loquuntur.

*a l. argẽtarius. 10. in uerb. neq; alios ullos.*
*b d. l. quædam. 9. tot. tit. ĩ. mãd.*
*c d. l. quædam. et tit. ĩ. pro ſoc.*
*d d. l. quædam. tot. tit. de tut. & rat. diſt.*
*e l. in cauſæ. 17. in princ. de minor.*
*f l. 6. §. ex hoc edicto. 4.*
*g d. l. quædam. in fin.*
*h arg. l. non eſt nouum. 5. l. procurator. 7. C. eo.*
*i l. 6. §. exigitur. 2. d. l. quædam. § fin.*
*k l. 1. §. ſi rationes. l. 6. § ſi initium. 5.*
*l l. argentarius. 10. § 1.*
*m l. 6. § fi. l. 7.*
*n l. 4. § fi. cùm ll. ſeq. hoc tit. l. argentariũ. 47. de iudic.*
*o l. ubi. 8. in uerb. cùm à prætore decerneretur.*
*p l. 6. § ex hoc edicto. 4. l. 8. in fine.*
*q l. argẽtarius. 10. § fina.*
*r In princ. Inſt. de per. & temp. act. l. in honorarijs. 34. de act.*
*s l. fin.*
*t d. l. fin. d. l. 6. § 1. l. 9. § nihil intereſt.*
*u d. l. fin.*

## DE PACTIS. TIT. XIIII.

1 *Continuatio ſequentium titulorum.*
2 *Edictum de pactis, eiuſq; ratio.*
3 *Pactum unde dictum, & quid ſit.*

4 *Diuiſio pactorum, in publicum & priuatum.*
5 *Expoſita l. 5.*
6 *Iurisgentium conuentiones quæ actiones, & cur pariant.*
7 *Quæ pacta actiones non pariant, & quare.*
8 *Quare dicantur exceptionem parere, & quatenus hoc uerum ſit.*
9 *Explicatio edicti prætoris.*

HActenus perſtrinximus ea, quæ aditum quendam ad iudicia munire, & quaſi fores pandere uidentur: nunc de ijs quæ poſt editã actionem prius incidere ſolent, quam lis conteſtetur, nonnihil eſt dicendum. Vſu autem interdum uenit, ut cognito actoris iure, pacta tranſactionesq́ fiant: aut ſi res conuenire nequit, poſtulet reus aliquid à iudice, contradicatq́ aduerſarij deſiderio, aut in integrum reſtitui ſe petat, aut in arbitros, ad euitandos iudiciorum anfractus, compromittatur. quamobrem antequam in ipſa iudicia gradum inferamus, de his omnibus, nempe pactis, tranſactionibus, poſtulationibus, in integrum reſtitutionibus, compromiſsis, eſt differendum. 1

De pactis hoc edictum propoſuit prætor: PACTA CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVIQVAM EORVM FIAT, FACTA ERVNT, SERVABO [a]. Huius edicti naturalis eſt æquitas. Quid enim tam congruum eſt humanæ fidei, quàm ea quæ placuerunt, ſeruare [b]? aut quid tam graue, quàm fidem fallere [c]? quod certè á periurio minimùm abeſſe rectè quis dixerit [d]: maximè cùm D. Paulus [e] impijs & conſceleratis ἀσυνθέτους annumeret. Sed prius quàm ad explicationem edicti deueniamus, placet exemplo I.C. paulo altius & ab ipſis fontibus materiam conuentionum repetere: ut principio, quod potiſsima in omnibus pars eſt [f], cognito, facilius reliqua percipiantur. Nam & I.C. antequam ad edicti explicationem ueniant, primùm de etymo uocabuli, tũ quid ſint pacta, poſtremò quot genera horum, ac quæ ſit cuiuſq́ uis ac poteſtas exponunt. 2

a l. iuriſgentium. 7. §. prætor ait. 3.
b l. 1.
c l. 1. de conſt. pec.
d c. iuramenti. 22. q. 5.
e Rom. 1.
f l. 1. §. de orig. iur.

Pactum, inquit Vlpian. [g] à pactione dicitur: quod nomen à priſco uerbo pago eſt, id quod in unum conuenire ac promittere ſignificat: unde pepigi adhuc hodie in uſu eſt, ac fortaſſe pagus [h]. Pactio autem eſt duorum pluriumúe in idem placitum (hoc eſt, in eandem ſuper aliqua re conuentionem, ne putes omnium omnino uoluntatum conſenſionem, & quaruncunque opinionum congruentiam eſſe pactum) conſenſus [i]. Pactionis igitur & conuentionis uerba generalia ſunt, pertinéntque ad omnia, de quibus negocij contrahendi cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt: adeò ut nullus ſit contractus, nulla obligatio, quæ non habeat in ſe conuentionem, hoc eſt mutuum de eadem re conſenſum [k]. 3

g l. 1.
h Quintil. lib. 1. cap. 9. Cic. lib. 2. Rhet. Heren.
i d. l. 1.
k l. 1. §. 1.

Conuentiones aut ex publica cauſa fiunt, aut ex priuata. Publica conuentio eſt, quæ fit per principem, aut quoties belli duces inter ſe quædam paciſcuntur: in quibus, cùm nec iuriſgentium, nec legum ciuilium, ſed præſentis utilitatis, quid Reipub. quid exercitui conducat, ratio habeatur, ut fœderum exempla in hiſtorijs ubiuis obuia docent: meritò ſeparatim hæc pacta cenſentur, quomodo & ius publicum. At priuata conuentio, cùm uel æquitate iuriſgentium & communi ſenſu, uel iure ac legibus ſit metienda, & indidem uim omnem atque uires hauriat, meritò in legitimam & iuriſgentium conuentionem diſtribuitur. Atqui effectu conſiderato, & populariter, tres conuentionum ſpecies ponit Vlpian [l]. publicam, legitimam & iuriſgentium. Sed quia hæ non pari gradu à genere diſtant, 4 5

l l. 5.

diſtant, ideo quod dixerat de tribus ſpeciebus, id ſic explicat: quòd conuentiones aut ſint ex publica cauſa, aut ex priuata: priuata aut legitima, aut iuriſgentium. Eandemq́ diuidendi rationem etiam alibi contra dialecticorum regulas uſurpatam à noſtris [a] conſtat, qui effectum potiſsimùm ſequi & conſiderare ſolent, quòd circa hunc ius omne uerſetur. Legitima conuentio eſt, quæ aliqua lege confirmatur, alioqui per ſe inefficax [b]: & ideo cùm lege pactum adiuuatur, aut naſcitur actio, ut in ſtipulatione [c], donatione [d], literarum obligatione [e]: aut tollitur ipſo iure, licet aliâs ad exceptionem tantum pactio ualeat, ut in acceptilatione [f].

6 Iuriſgentium porrò conuentiones, quæ non lege aliqua ciuili inductæ ſunt, ſed ex iure gentium, & communi hominum uſurpatione originem atque uires & effectum habent, quædam actiones pariunt, quædam exceptiones [g]. In quibus enim eſt συνάλλαγμα, id eſt commercium & rerum commutatio, hæ actionem pariunt: cùm quia publica commutationum utilitas ſuadet, extare fidem contractuum, qui in communi uita uerſantur, cæteroqui nemo contraheret: tum quòd iniquum eſſet, alterum cum alterius damno locupletari: quod uſuueniret, ſi cùm ego aliquid præſtitiſſem, aut ſaltem obligarer ad præſtandum, nullo contrà iuris remedio te ad implendam contractus fidem compellere poſſem. Hæ porro conuentiones cùm in quotidiano uitæ uſu uerſarentur, facilè proprium nomen inuenerunt, ſicuti reliqua quæ quotidiè in oculos incurrunt: ut emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas, & cæteri ſimiles contractus. Id autem nomen ſuapte ui non párere efficaciam obligationis, uel hinc perſpici licet, quòd etſi in alium contractum nominatum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſa, eleganter Ariſto Celſo reſpondit, eſſe obligationem: ut puta, Dedi tibi rem, ut mihi aliam dares. Hîc enim cùm appareat contractum συνάλλαγμα, iniquum profectò eſſet, me rem meam ſine cauſa & ingratis aliena perfidia amittere, teq́ meo cum incommodo ex tua fraude fieri locupletiorem. Vnde quamuis certa & ſolennis ex certo contractu actio in eam rem non ſit prodita, tamen à prætore actio dabitur, præſcriptis in ipſum factum uerbis, quibus præſens negocium quàm commodiſsimè apud iudicem explanetur [h]. In hoc igitur certum nomen prodeſt, quòd ex conuentionibus, quæ in certam formam nomenq́ contractus tranſeunt, certa formataq́ naſcitur actio:
7 ex alijs tantùm præſcriptis uerbis agatur, ſine certa formula. Aliæ autem conuentiones, quibus nulla ſubeſt cauſa, actionem non pariunt: quia neque certum nomen habent, ut certa & ſolennis: neque συνάλλαγμα, ut præſcriptis uerbis actio inde exiſtere poſsit [i]: ut cùm ſine ullius ſpe authoramenti, teq́ nihil inuicem præſtante, promitto me daturum decem. hîc nulla ſubeſt iuſta obligationis cauſa, quamobrem pactis ſtare cogar, quæ mihi detrimento, tibi lucro futura ſint. Nam cum ego certem de damno uitando, tu de lucro captando, ut loquuntur, debet mea cauſa præponderare: uidererq́ tu potius iniuſtè agere, qui tale quid à me petas cum meo intertrimento, quàm ego qui præſtare recuſem [k]. Præterea cùm hic nulla uerſetur commerciorum (quibus contrarium eſt, alteram partem exhauriri ſine mutua compenſatione) utilitas, quæ iubeat pactis ſtari, neque facilè quiſquam præſumatur donare uelle ſine cauſa, ac ſua temerè profundere [l]: perinde id habet lex, atque ſi non ſeriò & ex animo, ſed quadam iactatione, & repentino animi impetu, qui citò euaneſcit, promiſsio facta eſſet. Quam interpretationem eo magis lex facit, quòd & reipub. intereſt, alteram partem ciuium inutilibus conuentionibus non exhauriri, redigiq́ ad inopiam: & innumeris litibus, quaſi perpetuum fomitem res præbitura ſit,

d 3 ſi ex qua-

a Inſt. de hær. qual. & diff. et de libert.
b l. 6. Cic. ad Heren. lib. 2.
c §. de conſtituta. Inſt. de actio.
d l. ſi quis argẽtum. C. de donatio. §. perficiuntur. Inſt. eo. tit.
e Inſt. de liter. ob.
f §. 1. Inſt. quib. mo. toll. ob. tot. tit. de accep.
g l. Iuriſgentium. 7.
h d. l. 7. §. 1.
i d. l. 7. uerſ. ſed cùm nulla.
k Cic. in Off.
l l. cùm de indebito. 25. de probat. fac. l. 2. §. circa. 3. de do. exce.

ſi ex qualibet oratione, omnibuſq́ uerbis quæ ſæpe mentem præcurrunt, & qualibuſcunque promiſsis homines obligentur. Qua ratione & Plato motus, noluit uſpiam homines, niſi in foro, dictis uinciri: & quamuis alio qui naturaliter ad ἀντίδωρα teneamur[a], celebrataq́ ſint in ingratos conſtituta apud Perſas iudicia[b]: tamen ius Romanum nunquam admiſit hoc nomine obligationem, neque agi aduerſus ingratum permiſit: quòd huic ſoli actioni nulla iudicia eſſent ſuffectura, ut uerè dixit Seneca. Certas igitur duntaxat conuentiones ius ciuile recepit, quæ nimirum ad tuenda ciuium commercia, communicandaſq́ inuicem res uidebantur accommodatæ: cæteras nihil huc profuturas, utpote in quibus nulla extet rerum ultro citroq́ commutandarum ratio, repudiauit, & omni forma ac nomine uelut ignotas deſtituit: ut facilè hinc appareat, quamobrem nullam actionem (quæ iuris ciuilis eſt) gignere poſsint, cùm planè iure ciuili deſertæ ſint, & tanquam inutilis turba ex finibus agriſq́ Reipub. exterminatæ. Quod ta- 8
men non obtinet, quando hæ conuentiones contractui nominato apponuntur. tum enim, quia pars contractus ſunt, uim habent, & obligationem[c], ſicuti ipſe contractus. Hinc eſt quòd pacta dicantur párere exceptionem[d], & prætor hactenus pacta tueatur, ut ad excludendam actionem ualeant: tum uidelicet, cùm ad præcedentem obligationem pactio refertur, ut inde uires ad exceptionem gignendam mutuetur. Nam exceptio cùm ſit actionis excluſio[e], non poteſt locum habere, aut dari ex pacto, niſi cùm precedit aliqua efficax obligatio, cuius actioni opponatur[f]. Itaq́ cùm 9
prætor edicit ſe pacta ſeruaturum, conſtat eum loqui de conuentis, ut edicto exprimitur: hoc eſt, ijs quæ nuda non ſunt, ſed ad aliam ſpecialem & nominatam conuentionem pertinent[g], cuius ius diminuant, & actionem exceptione elidere poſsint. Qua in parte prætor neutiquam recedit à iure ciuili (nec enim debet id cuius eſt cuſtos & interpres, abrogare[h], neq́ augere litium cauſas[i]) cùm & ius ciuile eas conuentiones quæ contractibus præcedentibus detrahunt, interpretetur ipſis contractibus ineſſe, & ualere ad exceptionem, etiamſi ex interuallo ſequatur[k]. Aequum enim eſt id permitti contrahentibus, ut quandocunq́ pro arbitrio corrigere poſsint contractum, & immutare, uel in totum, uel aliqua ex parte[l]. Ac ut dilucidius conſtaret, nolle prætorem hoc edicto recedere à legibus, additum eſt, QVAE NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, S.C. EDICTA PRAETORVM, DECRETA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVI EORVM FIAT, &c. ſeruatis uidelicet uerbis, ſed circumuenta fraudulenter legis ſententia[m]. Nam quæ ad circumſcriptionem uel hominum[n], uel legum[o] malitioſe excogitantur, ea non debuit prætor habere rata[p]: quando iniquiſsimum ſit, quempiam ex ſuo dolo & delicto lucrum ſperare[q].

a l. ſed etſi lege. 25. §. conſuluit. 8. de pet. hæred.
b Xenophon in Cyrop. lib. 1.
c l. 7. §. quinimò. 1. cum ſeq.
d d. l. 7. in princip. & uerſ. ſed cum nulla.
e l. 2. de excep.
f Conna. lib. 5. cap. 2.
g l. pacta conuenta. 72. de contr. empt. d. l. 7. §. quinimo.
h l. 1. ex quib. cau. maio.
i l. quidam. 21. ſi cert. pet.
k d. l. pacta cõuenta.
l l. ab emptione. 58. hoc tit.
m l. contra. 29. cùm l. ſeq. ff. de leg. l. non dubiũ. 5. C. eo.
n d. l. 7. §. dolo. 4. cum ſeq.
o d. l. non dubium.
p d. l. 7. §. ſi paciſcar. 6. l. ſi unus. 27. §. illud. 3. l. contra. 28. l. inter. 42. l. ius publicum. 38. hoc tit. l. pacta. C. eo.
q l. hominem. 37. ff. mand. l. 2. de eo per quem fac. erit.

## DE TRANSACTIONIBVS. TIT. XV.

1 *Definitio nominis & rei.*
2 *Quomodo differat tranſactio à ſententia & pacto.*
3 *Tranſactio nullo dato non procedit.*
4 *Super quibus tranſigi nequeat.*
5 *Effectus tranſactionis, & quando actionem, quãdo exceptionem producat.*
6 *Tranſactio, contractus innominatus: & quòd in ea pœnitere liceat, ut in cæteris.*

VT pactum à pagendo, ſic tranſactio ab agendo dicitur: cuius uerbi plures ſunt ſignificationes. Sed tranſigere propriè peragere & conficere eſt: unde

eſt: unde tranſacta dicuntur, quę abſoluta ſunt, & perducta ad exitum [a]. Itaq;
tranſactio hîc nihil aliud eſt, quàm rei dubiæ & litis incertæ, neq; finitę, con-
2 uenta deciſio & compoſitio [b]. Dico conuẽtam eſſe deciſionem, ut à ſenten-
tia diſtinguam: dico ſuper re dubia & lite incerta tranſigi, ut oſtendam di-
ſcrepare à pacto: quo quis rem certam & indubitatam, puta liquidum debi
tum, liberaliter remittit. At eo animo unuſquiſq; accedit ad tranſigendum,
ut ſibi conſulat [c], & incommoda litis ac dubium euentum paruo detrimen
to redimat. Neq; enim actor tranſigit, ut alij benignè faciat: ſed ut pro du-
bio cauſæ exitu, præſente pecunia potiatur, & ad manum quid accipiat, aut
retineat. Nec reus exercendæ liberalitatis cauſa dat, ſed ut quauis conditio-
ne ſatisfaciat aduerſario, & auaris pragmaticorum iudicumq; manibus ela-
3 pſus, naufragia iudiciorum, & non inanes ſententiæ metus euitet. Ex quo
ſequitur tranſactionẽ nullo dato uel retento non procedere [d]: ut cùm actor
profitetur animo trãſigendi ſe litẽ remittere, nulla re retenta, aut à debitore
accepta. Cùm enim donare noluerit, ſed tranſigere, hoc eſt, ſibi conſulere, &
acquirere neſcio quid: ſequitur, neq; pacti iure cõtra paciſcentis uoluntatẽ,
nec tranſactionis ui contra naturam conuentionis, eam renunciationẽ uale
re. Natura enim tranſactionis συνάλλαγμα requirit, & præſtationẽ mutuam:
ab actore quidem, ut remittat renuncietq; litem: à reo uerò, ut eo nomine
contrà quid actori largiatur. Si tamen donationis cauſa tranſactionem eſſe
factam, liberaliq; animo receſſum à lite euidenter appareat, iure ſaltem pa-
4 cti ea deciſio conſtabit [e]. Eadem ratione ſuper re certa & minimè dubia
tranſactio facta non conſiſtit: quia nihil ab actore præſtatur, & συνάλλαγμα
deeſt. uerbi gratia, ſi calumnioſus actor, accepta à reo pecunia, actionem
remittat, neutiquam ſibi competentem: aut re iudicata, præſcriptione, iu-
reiurando, &c. finitam: hîc nihil omnino à ſua parte præſtat, quod in uti-
litatem rei deriuetur: & proinde nullius erit momenti tranſactio [f], ne quis
calumniarum terrore pecuniam facere ſe poſſe ſperet [g]. Eodem ex fonte
manat & illud, quòd non cognitis inſpectisque uerbis teſtamenti, ne ſu-
per his quæ teſtamento relicta ſunt tranſigatur, eſt prohibitum [h]: quia
cùm ignoretur eorum quantitas, fieri poſſet ut qui modico contentus
tranſigendo fuit, priuaretur maiore aliquo legato contra uoluntatem &
teſtatoris & ſuam: ac præterea res uerè dubia non eſt. Imò fieri poteſt,
ut inſpecto teſtamento, reperiatur planè certa, minimèque ambigua &
controuerſa. Sanè quod ſuper alimentis in teſtamento relictis tranſigi
niſi prætore authore nequeat [i], aliam rationem habet: uidelicet ultima-
rum fauorem uoluntatum, quas ad exitum perduci Reipub. intereſt [k]:
ne legatarij contra teſtatoris ſententiam, qui in longum ipſis proſpexit,
modico præſente contenti, tranſigant: atque illo conſumpto, ad ino-
piam & egeſtatem redigantur.
5 Porrò tranſactio inſtar pacti (nihil enim aliud, quod ad formam atti-
net, quàm pactum eſt) nullam actionem producit [l], neque præceden-
tem actionem ipſo iure extinguit [m]: eòque addi ei ſolet, Aut pœnalis ſti-
pulationis tranſactioni ſtetur [n], aut Aquiliana [o], à Gallo Aquilio I. C. au-
thore ſic nominata: quæ priores omnes obligationes atque actiones no-
uat & perimit [p], ruſuſq; acceptilatione perimitur [q]. Quòd ſi his admini-
culis deſtituatur tranſactio, tum ſicuti pactũ conuentum exceptionem tan-
tùm producit, quæ obſtabit contra placitum agenti [r]: quanquam interdum
etiam actionem præſcriptis uerbis, nõ ex ui conuentionis, ſed propter cau-
ſam & συνάλλαγμα, producat. Exẽplo res illuſtretur. Cùm tecum agere inſti-
tuiſſem, mecum tranſegiſti, ut acceptis 20, à lite deſiſterem: ſi mea actio per

*a l. tranſacta. 229. cum l. ſeq. de uerb. ſignif.*
*b l. 1.*
*c l. actionum. 24. §. 1. de actio.*
*d l. tranſactio. 38. C. eo. l. 3. C. de repud. hære.*
*e l. ſi maiores. 25. l. cùm donationis. 34. C. eo.*
*f l. 1. hoc tit. l. ſi cauſa. 34. C. eo. l. in ſumma. 65. ʃ. de cond. ind.*
*g fac. d. l. in ſumma.*
*h l. de his. 6.*
*i l. cùm hi. 8. hoc tit. l. 8. C. eo.*
*k l. 5. quem. adm. teſta. aper.*
*l l. ſiue apud acta. 28. C. de tranſact. l. cùm proponas. 21. C. de pact.*
*m l. ſi unus. 77. §. pactus. 2. ſ. tit. 1. §. præterea Inſt. de except.*
*n l pacto. 15. l. pen. hoc titul. l. promiſsis. 37. l. ubi. 40. C. eo.*
*o l. 3. 4. C. eo.*
*p l. 4. hoc tit. l. 15. C. eo.*
*q §. item. Inſt. quib. mod. ob. toll.*
*r l. pen. hoc titul. l. 9. l. 17. l. 24. C. eo. l. cùm proponas. 27. C. de pact.*

Aquilianam ſtipulationem non ſit extincta, tuq́ꝫ in dando ceſſes, licebit mi-
hi priſtino actionis iure, quod ſola tranſactione non tollitur, uti: exceptio-
nemq́ꝫ tranſactionis tuam, contraria doli replicatione eneruare [a]. quia do-
lo facis, qui cùm nihil præſtiteris, quamobrem meo iure non uti debeam,
impudenter tamen auxilio tranſactionis, quam non impleſti, utare [b]: quan-
quam ex æquitate eò profutura uideatur exceptio, ut ne in amplius, quàm
tranſactione comprehenſum eſt, reus condemnetur [c]. Quòd ſi per Aqui-
lianam ſtipulationem conſumpta mihi ſit actio, & tu 20 promiſſa ſine ſti-
pulatione (nam hac adhibita, ex ſtipulatu agitur [d]) dare detrectes, extin-
cta iam actione ciuili, agam tecum præſcriptis uerbis: cuius erit actionis
intentio, ut quod promiſſum eſt, aut quod intereſt præſtetur [e]. Subeſt enim
hîc σωάλλαγμα, ut cùm ego præſtiterim quod uoluiſti, æquum ſit te quoq́ꝫ
ad id quod conuenit cogi, ne meo damno per fraudem locupletêre. Nam 6
tranſactio hæc incidit in contractum innominatum, DO VEL FACIO,
VT DES AVT FACIAS: quare ſicuti ex hoc, ita & ex tranſactione actio
oritur, cùm ciuilis ſubſit obligatio. Quamobrem & illud uero conſonum
uidetur, quemadmodum in cæteris contractibus innominatis, re neutra ex
parte ſecuta, locus eſt pœnitentiæ: ſic tranſactionem nullo dato uel reten-
to confirmatam, ſed ſoli conuentioni relictam, nec ad exceptionem, nedum
ad actionem, producendam eſſe efficacem, quo minus re integra recedi à
placitis non poſsit. Nam cùm hoc animo conueniamus, ut aliquid inuicem
præſtetur: ſi tu id non facias, liberum mihi erit pœnitere, quando ea res tibi
fraudi non eſt: nec tu tranſactione uti debes, quam tua à parte nondum
compleuiſti. Quin & perfectis à te tranſactionis conditionibus, ſi priuſ-
quam ego impleam, reuoces acta, & contra conuenta nitare: mihi quoq́ꝫ
liberum erit, refuſo eo quod accepi, ad ius meum priſtinum reuerti [f]. Quo-
circa quod dicitur, Quamuis eum qui pactus eſt ſtatim pœniteat, tamen re-
ſcindi tranſactionem, & inſtaurari litē non [g] poſſe, de tranſactione per Aqui-
lianam ſtipulationem confirmata, aut per utriuſq́ꝫ traditionem præſtatio-
nemq́ꝫ perfecta atque impleta eſt accipiendum [h]: tunc enim nullum aliud
quàm actionis de dolo malo remedium ſupereſt [i].

*a l. ſub prætextu. 19. in fi. l. ſiue apud. 28. C. eo.*
*b d. l. ſiue. ubi Dd.*
*c l. ſi maior. 36. C. eo.*
*d l. cum mota. 6. C. eo.*
*e d. l. cum mota l. ſi pro fundo 33. C. eo.*
*f l. ſi diuerſa. 14. C. eo.*
*g l. quamuis. 39. l. 5. 10. 11. 33. C. eo.*
*h Conna. lib. 5. cap. 6. nu. 11.*
*i l. 4. l. 19. C. eo.*

# DIGEST. LIBER III.

## DE POSTVLANDO.

### Titul. I.

1 *Quid ſit poſtulare.*
2 *Tres ordines eorum qui poſtulare prohibentur.*
3 *Qui in totum prohibeantur.*
4 *Qui pro ſe tantùm poſſint.*
5 *Qui pro ſe tantùm, & alijs coniunctis.*
6 *Qui non prohibentur, poſtulare poſſunt.*

QVod ad poſtulationem attinet, ſciendum eſt, poſtulare nihil aliud 1
eſſe, quàm deſiderium ſuum uel amici ſui in iure, hoc eſt iudicio,
apud eum qui iuriſdictioni præeſt, ut pretorē, (nam de pedaneis
iudicibus, quorū minor eſt reuerentia & dignitas, hic titulus non
eſt accipiendus) exponere, uel alterius deſiderio contradicere [a]. Ac prætor
quidē tuendæ ſuæ dignitatis decoriſq́ꝫ cauſa, ne ſine delectu paſsim etiā ab
indignis ineptiſq́ꝫ apud ſe poſtularetur, tres fecit ordines eorum quos po-
ſtulare

*a l. 1. §. poſtulare.*

ſtulare prohibet. Nam quoſdam in totum prohibuit poſtulare: quibuſdam pro ſe permiſit, quibuſdam pro ſe & pro certis duntaxat perſonis permiſit.

3 Initium autem fecit prætor ab his, qui in totum prohibentur poſtulare: qua in parte aut puericiam, aut caſum excuſauit. Puericiam, dum minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum compleuit, poſtulare prohibet: quia moderatam hanc ætatem ratus eſt, ad procedendum in publicum. Propter caſum autem, ſurdum, qui prorſus non audit, apud ſe poſtulare uetat. nec enim permittendum erat ei poſtulare, qui decretum prætoris exaudire non poſſet: quod & ipſi erat periculoſum futurum. nam non exaudito decreto prætoris, quaſi non obtemperaſſet, pœna uti contumax plecteretur. Quid igitur his fiet, ſi contendendum ſit iudicio, & litem patiantur? SI NON HABEBVNT ADVOCATVM, inquit Prætor, EGO DABO. Cùm enim & alijs, qui ex certis cauſis inuenire aduocatum non poſſunt [a], id ſubſidij præſtet: quanto magis miſerabilibus perſonis indulgere debuit [b]?

4 Secundo loco edictum in eos proponitur, qui pro alijs (nam pro ſe poſſunt) ne poſtulent prohibentur. in quo edicto excepit Prætor ſexum & caſum, item perſonas turpitudine notabiles [c]. Sexum, dum fœminas, propter uerecundiam & pudiciciam ſexus, ne alienis ſe negocijs immiſceant, ac uirilibus officijs fungantur, pro alijs poſtulare prohibet. Eſt enim uirorum, publicè cauſam dicere. unde & Telemachus apud Poetam, arcet matrem concione, inquiens, orationem uiris curæ eſſe oportere. Caſum, dum cæcum, utriſque luminibus orbatum, prætor repellit: uidelicet quòd inſignia magiſtratus uidere & reuereri non poſsit. Remouet autem à poſtulando pro alijs & eum, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt [d]: item qui calumniæ cauſa publico iudicio damnati ſunt, & qui operas ſuas ad depugnandum cum beſtijs locarunt: quibus ex S.C. etiam apud pedaneos iudices (de quibus in edicto pretoris nihil cautum erat) poſtulare, non eſt permiſſum [e]. Eſt tamen æquiſsimum, ſi tutelam uel curam eiuſmodi perſonæ adminiſtrent, poſtulare eos pro his quorum curam gerunt, concedi [f].

5 Tertius ordo non poſtulantium eſt, quibus non in totum denegat prætor poſtulandi facultatem, ſed ne pro omnibus poſtulent: quaſi minus deliquerint, quàm hi qui ſuperioribus capitibus notantur. De his ſic ait pretor:
» QVI LEGE, PLEBISSCITO, SENATVSCONSVLTO, EDICTO,
» DECRETO PRINCIPVM, NISI PRO CERTIS PERSONIS PO-
» STVLARE PROHIBENTVR (cuiuſmodi ſunt omnes infamia notati,
» qui in ſecundo ordine non inueniuntur) HI PRO ALIO QVAM PRO
» QVO LICEBIT IN IVRE, APVD ME NE POSTVLENT [g]: QVI
» EX OMNIBVS HIS QVI SVPRASCRIPTI SVNT, IN INTE-
» GRVM RESTITVTVS NON ERIT [h]: PRO ALIO NE POSTV-
» LENT: PRAETERQVAM PRO PARENTE, PATRONO PATRO-
» NA'VE, LIBERIS PARENTIBVSQVE PATRONI PATRONAE-
» QVE, LIBERIS'VE SVIS, FRATRE, SORORE, VXORE, SOCE-
» RO, SOCRV, GENERO, NVRV, VITRICO, NOVERCA, PRIVI-
» GNO, PRIVIGNA, PVPILLO, PVPILLA, FVRIOSO, FVRIOSA [i],
» FATVO, FATVA [k]: CVI EORVM A PARENTE, AVT DE MAIO-
» RIS PARTIS TVTORVM SENTENTIA, AVT AB EO CVIVS
» DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, EA TVTELA CVRATIO'VE
» DATA ERIT [l]. Quos autem prohibet prætor hoc edicto apud ſe poſtulare, omnimodo prohibet, etiamſi aduerſarius eos patiatur [m]. Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur, & pro alijs interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extra ordinẽ pecuniaria pœna multabitur [n]. Reliqui, qui non ſunt

a *l.1.§.ait.3.*
b *l. unica. C. quand. Imper. int.pup.&c.*
c *d.l.1.§. ſecundo loco.4.*
d *d.l.1.§.remouet.5.*
e *d.l.1.§.remouet.uerſ.itẽ S.C.*
f *d.§.remouet. in fin.*
g *l.1.§.ait prætor.7.*
h *l.1.§.deinde.8.*
i *l.1.§.fin.*
k *l.2.*
l *l.3.*
m *l.7.*
n *l.1.§.remouet.5.in fine.*

non ſunt edicto comprehenſi, nec aperte prohibentur, poſtulare poſſunt [a].

## DE HIS QVI NOTANTVR infamia. Tit. II.

1 *Edictum prætoris, & eius explicatio.*
2 *Qui notentur infamia ex edicto.*
3 *Qui extra edictum notentur.*

DIximus infamia notatos, edicto prætoris prohiberi, ne pro alijs quam 1
pro certis perſonis poſtulent. Videndum igitur, quibus prætor igno-
miniæ maculam inurat. Eius uerba ita ſe habent [a]: INFAMIA NOTA-
TVR, QVI AB EXERCITV IGNOMINIAE CAVSA (nam ſunt &
honeſtæ miſsiones, ut cauſaria, propter iuſtam cauſam, puta perpetuam ua
letudinem: item emeritorum, &c. propter quas nemo dixerit dimiſſum no-
tari [b]) AB IMPERATORE, EO'VE CVI DE EA RE STATVEN- 2
DI POTESTAS FVERIT, DIMISSVS ERIT: QVI ARTIS LV-
DICRAE, PRONVNCIANDI'VE CAVSA, IN SCENAM PRO-
DIERIT: (pecuniæ ſcilicet faciendæ cauſa [c]:) QVI LENOCINIVM FE
CERIT [d]: QVI IN IVDICIO PVBLICO, CALVMNIAE, PRAE-
VARICATIONIS'VE CAVSA, QVID FECISSE IVDICATVS
ERIT: (neq; enim ſufficit calumniatum, ſed oportet condemnatum eſſe [e]:)
QVI FVRTI, VI BONORVM RAPTORVM, INIVRIARVM, DE
DOLO MALO ET FRAVDE, SVO NOMINE (nam ſi quis alieno
nomine, ut procuratorio, tutorio, condemnetur, non laborat infamia [f], cùm
pœna ſuum, id eſt delicti tantùm teneat authorem [g]) DAMNATVS, PA-
CTVS'VE ERIT: (nam qui quantocunque precio [h] paciſcitur, crimen
confiteri uidetur [i]: confeſſus autem pro iudicato eſt:) [k] QVI PRO SO-
CIO [l], TVTELAE [m], MANDATI [n], DEPOSITI [o], SVO NOMINE,
NON CONTRARIO IVDICIO (ſed directo, nam in hoc de fide rupta
agitur: in contrario, de calculo, qui diſceptatione iudiciaria ſine cuiuſquam
ignominia ſolet dirimi [p]) DAMNATVS ERIT: (nam pactio, quæ ex his
contractuum fit cauſis, quia non tam turpis eſt quàm in ſuperioribus deli-
ctis, & alioquin iure permittitur [q], haudquaquam hîc notatur [r].) QVI
EAM, QVAE IN POTESTATE EIVS ESSET GENERO MOR-
TVO, CVM EVM MORTVVM ESSE SCIRET, INTRA ID TEM-
PVS QVO ELVGERE VIRVM MORIS EST, (quod olim decem
menſium [s], hodie annuum eſt [t]: idq; propter turbationem ſanguinis [u]) AN-
TEQVAM VIRVM ELVGERET (uerbum hoc non ad lamentationes,
quæ erant lege 12. Tab. prohibitæ [x], ſed eò pertinet, ut mulier ſuſtineat in ui-
dua triſtia ſigna domo, neq; nubat) IN PATRIMONIVM COLLOCA-
VERIT: EAM'VE SCIENS QVIS VXOREM DVXERIT [y], NON
IVSSV EIVS, IN CVIVS POTESTATE ESSET: (nam iuſſus pa
tris excuſat in his leuioribus, benignaq; iuris præſumptione filius coactus
uidetur [z]) ET QVI EVM QVEM IN POTESTATE HABERET,
EAM DE QVA SVPRA COMPREHENSVM EST, VXOREM,
DVCERE PASSVS FVERIT: QVI'VE SVO NOMINE, NON IVS-
SV EIVS IN CVIVS POTESTATE ESSET, EIVS'VE NOMINE,
QVEM, QVAM'VE IN POTESTATE HABERET, BINA SPON-
SALIA, BINAS'VE NVPTIAS IN EODEM TEMPORE CONSTI
TVTAS HABVERIT [aa].

a *l. mutus. 43. §. 1. de procur.*

a *l. 1. in princ.*
b *l. 2. §. ignominiæ. 2.*
c *l. 1. §. fin.*
d *l. 4. §. ait prætor. 1.*
e *l. 4. §. calumniator. 2.*
f *l. 6. §. ſi quis alieno. 1. l. ſeruus. 4.*
g *l. ſancimus. 22. C. de pœn.*
h *l. 6. §. pact. 2.*
i *l. 5.*
k *l. 1. cum ſimul. de confeſſ.*
l *uid. ꝉ. pro ſoc.*
m *ꝉ de tut. & rat. diſt.*
n *l. 6. §. mand.*
o *ꝉ. depoſ.*
p *d. l. 6. §. fin. l. 5. in princ. depo.*
q *l. iuriſgentiũ. §. 6. l. ſi unum. 27. l. 3. ꝉ. de pa.*
r *l. 7.*
s *Ouid. lib. 1. Faſt. l. 2. C. de ſecun. nup.*
t *d. l. 1.*
u *l. liberorum. 11. § 1.*
x *Cic. lib. 2. de Leg. & Tuſcul. quæſt. lib. 2.*
y *uid. l. 8. 9. 10. 11. 12. 13.*
z *uid. gl. Dec. Cog. & alios in. l. 4. de reg. iur.*
aa *l. quid ergo. 3. §. quod ait.*

Et hi

8 Et hi quidem edicto prætoris infamia notantur, ad quorum ſimilitudinem ex iiſdem cauſis & alios exiſtimatione multari placuit: ut quouis publico iudicio damnatos, aut de alio crimine extra ordinem, ex ea cauſa quæ priuato iudicio infamiam irrogaret, conuictos: ſicuti & ea eſt quæ per calumniam, non falſa exiſtimatione decepta, dum ſe falſò aſſeuerat prægnantem, uentris nomine in poſſeſsionem miſſa eſt [a]. debuit enim coerceri, quæ prætorem decepit [b]: item qui cum ea ſponſalia uel nuptias facit, quam uxorem ducere fas non eſt [c]. Effectus autem ignominiæ multiplex eſt. nam qui notatus eſt, & poſtulandi iure priuatur, ut dictum eſt, & ſpe conſequendæ dignitatis caret [d]. Quidam etiam inteſtabiles per notam redduntur [e].

*a l. 15. 16. 18. b l. debuit. 17. c l. quid ergo. 13. §. cùm autẽ. d l. infamibus. C. de dig. lib. 12. c. infamibus. de reg. iur. in. 6. e l. ob carmen. 21. de teſtib.*

## DE PROCVRATORIBVS ET defenſoribus. Tit. III.

1 *Edictum de poſtulando prohibitorium, & procuratores eſſe omnes poſſe qui non prohibentur.*
2 *Quis ſit procurator, & defenſor.*
3 *Vtilitas officij procuratorum.*
4 *Edictum de defenſore.*
5 *Quomodo procurator conſtituatur.*
6 *Procurator quando ſatiſdare cogatur.*
7 *Procurator datus cogitur iudicium ſuſcipere, quibuſdam caſibus exceptis.*
8 *Dominus ante litem conteſtatam poteſt mutare procuratorem: poſt nequaquam, niſi ex iuſtis cauſis.*
9 *Edictum de procuratore actoris.*
10 *Actoris procurator etiam defendere cogitur.*
11 *De ſatiſdatione huius procuratoris.*

1 EXceptis igitur his qui infamia notantur, reliqui omnes tã pro ſe quàm pro aliis poſtulare poſſunt. Eſt enim edictum de poſtulando prohibitorium, ut cui expreſsim poſtulatione interdictum non eſt, is idoneus ad eam faciendam eſſe intelligatur [a]. Porrò qui pro alio poſtulant, procurato-
2 res generali nomine dicuntur. Eſt enim procurator, qui aliena negocia, unum pluraúe, uel in iudicio, uel extra iudicium adminiſtrat [b]: ſpeciali tamen nomine, qui rei cauſam tuetur, à defendendo defenſor appellatur [c]. Eſt autem defendere, eandem uicem quam reus ſubire [d], facereq; quod dominus litis faceret, & idoneè cauere [e].

3 Vſus autem procuratorum perquàm eſt neceſſarius: ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe aut nolunt, aut non poſſunt, ſaltem per alios queant agere, aut conueniri [f]. Itaque de utriuſque, & actoris & rei, procuratoribus prætor edicta propoſuit. quorum primum ad defenſorem pertinet, & eſt eiuſ-
4 modi: PROCVRATOREM AD LITEM SVSCIPIENDAM DATVM, PRO QVO CONSENTIENTE, DOMINVS IVDICATVM SOLVI EXPOSVIT, IVDICIVM ACCIPERE COGAM. Ait præ-
5 tor DATVM, uidelicet à domino: nec inuitum, ſed conſentientem [g]. Nam procurator mandato domini ex utriuſque uoluntate conſtituitur, ſiue abſens, ſiue præſens [h]: & non modò purè, ſed etiam in diem, & uſque ad diem, & ſub conditione, item ad litem futuram, & in perpetuum rectè conſtituitur [i]. Sine mandato tamen, quædam perſonæ propter ſanguinis aut affinitatis coniunctionem admittuntur [k].

*a l. mutus & ſurdus. 43. b l. 1. c l. ſi procurator. 28. l. Pomponius. 40. §. 2. l. ſed & hæ. 35. §. fin. l. licet. 42. §. fin. l. qui proprio. 46. §. 1. l. Titius. 76. d l. minor. 51. e d. l. ſed & hæ 35. l. non uidetur. 53. l. penult. & l. fi. f d. l. 1. in fin. g l. filiusfa. 8. §. 1. h l. 1. §. fin. l. 2. i l. 3. & 4. k l. ſed & hæ. 35. l. Pomponius. 40.*

Omnes

Omnes autem indiſtinctè ſatiſdare debent. quia in aliena re nemo defenſor 6
ſine ſatiſdatione idoneus creditur [a]: & defendere nemo uidetur, niſi ſatiſda-
re ſit paratus [b]. Quapropter oportet, aut ipſum dominum præſentem ſolen
niter, uel in iudicio, uel extra iudicium pro ſuo procuratore iudicatum ſol-
ui ſatiſdatione cauere, per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat [c]: aut
ſi reus præſtò non eſt, ipſum procuratorem pro æſtimatione litis ſatiſdare [d]:
quò tamen hodie in eo, qui idoneum profert mandatum, non obtinet. Ita 7
conſtitutum procuratorem cogit prætor iudicium ſuſcipere, ne & ipſum
reum, & actorem, cui ſatiſdatio præſtita eſt, atque ipſa adeò iudicia tergiuer-
ſando ludos faciat [e]. nam in iudicijs quaſi contrahitur [f], nec pœnitentiæ lo-
cus eſt [g]. Ex cauſa tamen, non debebit procurator compelli: ut ſi inimicitiæ
capitales inter ipſum & dominum interuenerint, ſi Reipub. cauſa abſutu-
rus ſit, aut ualetudinem, neceſſariam peregrinationem, uel aliam iuſtam ex-
cuſationis cauſam probet [h]. Quod autem ad dominum attinet, huic ante li- 8
tem conteſtatam ſolutum eſt, uel mutare procuratorem, uel iudicium ſubi-
re [i]: quia mandatum re integra reuocari poteſt [k], res autem integra uidetur
ad litem uſque conteſtatam. neque hoc fraudi eſt actori, cùm nihilominus iu-
dicium progrediatur: quippe coacto domino, aut litem in ſe ſuſcipere, aut
alium ſubſtituere procuratorem. Per litis autem conteſtationem quia res
deſinit eſſe integra: (nam procurator, litis dominus conſtituitur, ſic ut ſen-
tentia in ipſum feratur [l], committaturque aduerſus eum ſtipulatio [m], licet exe-
cutio ſententiæ in ipſum fiat dominum [n]) non aliter reus poſt iudicium cœ-
ptum, mutare procuratorem, uel in ſe litē eo inuito transferre poterit, quàm
cauſa cognita, iuſta ſit nec ne [o]. Iuſtæ autem cauſæ ſunt plurimæ: ut ſuſpicio,
inimicitiæ, ualetudo procuratoris [p]: quæ eo facilius admittuntur, quo pro-
curatori minus liberum eſt, aſſerere ſibi procurationem, & operam ſuam in-
gerere inuito, quod per ſe ſuſpectum eſt [q]. Atque hæc non ſolùm ex parte 9
rei, ſed etiam in perſona actoris obſeruabuntur [r]: cuius quidem ad procura-
rem quod attinet, ita ait prætor [s]: CVIVS NOMINE QVIS ACTIO-
NEM DARI SIBI POSTVLABIT, IS EVM VIRI BONI ARBI-
TRATV DEFENDAT: ET EI QVO NOMINE AGET, ID RA-
TVM HABERE EVM, AD QVEM EA RES PERTINET, BONI
VIRI ARBITRATV SATISDET. Qui igitur alieno nomine actio-
nem à prætore (ut fieri conſueuit) impetrauit, is eum cuius nomine agit,
uiri boni arbitratu [t], hoc eſt, ex officio boni uiri & bona fide [u], defendere,
neque deteriorem domini ignorantis conditionem facere debet [x]: non mo-
dò ſuſceptam actionem fideliter proſequendo, ſed excipiendis etiam om-
nibus iudicijs [y], quæ in abſentem intentabuntur [z]. Aequum enim prætori
uiſum eſt, cùm publicè ſit utile abſentes defendi [aa], eum qui alicuius nomi-
ne ut procurator experitur, eiuſdem etiam defenſionem ſuſcipere [bb]: quan-
quam qui defendit ſolùm, non autem agit, ei liberum eſt uel in unam rem
defendere [cc]. Defenſio enim non ſponte, ut actio, ſuſcipitur, ſed neceſſaria
eſt: itaque ſufficit uel in paucis amici labore conſuli [dd]: at actio ſponte ſuſci-
pitur, qua ſi quis quid perſequi uult alieno nomine, eum æquum eſt alieno
quoque nomine actiones pati: quando nemo ſibi ius dici, alij porro contra
ſe denegari, honeſtè petere poteſt [ee].

Porrò qui alieno nomine agit, cauere debet, id ratum habiturum eum, 11
ad quem ea res pertinet [ff]: ne illo poſtmodum reuerſo, ac rem actam denuò
mouente,

*a l. qui proprio 46. §. 2. §. ſi uerò. Inſt. de ſatiſ. l. 8. de neg. geſt.*
*b l. non uidetur. 53.*
*c d. l. qui proprio. 46. in princip————————. §. ſin autem. uerſ. ſi uerò. Inſt. de ſatiſd.*
*d d. l. qui proprio. §. 2. d. §. ſi uerò.*
*e l. mutus. 43. §. fin.*
*f l. 3. §. idem. 8. de pecul.*
*g l. ſicut. C. de act.*
*h l. 8. 9. 10. 13. 14. 43. §. fi. 44. 45.*
*i l. ante. 16. l. 15. cuius. 64.*
*k §. recte. Inſt. man.*
*l l. ſi quis. 31. l. Plautius. 61.*
*m l. ſi procurator. 28.*
*n d. l. Plautius. 61.*
*o l. poſt litem. 17.*
*p l. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.*
*q l. quæ omnia. 25. §. 1.*
*r d. l. quæ omnia. in princ.*
*s l. ſeruum. 33. §. ait prætor.*
*t l. pen. & fin.*
*u l. qui proprio. 46. §. procurator. 4.*
*x l. ignorantis. 49.*
*y l. omnium. 37. l. non ſolùm. 39.*
*z d. l. 35. §. non ſolùm. l. 39. 43. §. pen. l. 70. cū ſimil.*
*aa d. l. 33. §. publicè.*
*bb d. l. 33. §. fi. cc d. l. 46. §. 1. dd l. tutori. 20. C. de neg. geſt. ee l. 2. §. ſed etſi agant. ī. de iudic. ff l. 39. §. 1. 2. 3. l. 36. l. 40. l. 43. §. 1. hoc titul. l. 8. de neg. geſt.*

mouente, alijs atq; alijs litibus reus diuexetur [a]. Quòd ſi procuratorem dominus ea ſatiſdatione leuare uelit, poteſt uel mandatum actis inſinuare, uel præſens in iudicio perſonam procuratoris cõfirmare [b], uel (quo tamen hodie non utimur) abſens literas ad aduerſarium dirigere, quibus ſignificet quem aduerſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit: ratumq; ſe habiturum, quòd cum eo ſit actum [c]. Nam cùm de mandato conſtet, quorſum opus ſit caueri rem ratam dominum habiturum, qui ipſo mandato ſe ratum habere conteſtetur [d]? Hic autem procurator duplici interdum cautione oneratur, uidelicet cùm & agit, & defendit: nam & rem ratam haberi quatenus agit, & iudicatũ ſolui quatenus defendit, ſatiſdare debet [e]: quod etiam uſuuenit in duplicibus iudicijs [f], ubi quilibet actoris & rei perſonã ſuſtinet.

a d.l.39.§.pen. l.40.§.1.l.60.
b §.1.& 2.Inſt. de ſatiſd.
c l.ſi procur.65.
d l.1.C.eo.l. unic. C. de ſatiſd.Inſt. eo. tit.
e l.28.in fin.l. 35.§. defendere l.39.§.5.6.l. 46.§.qui alium. l.45.§.fi.
f l.ſi defunctus. 15.in fi.

## QVOD CVIVSCVNQVE VNIVERSITATIS nomine, uel contra eam agatur. Tit. IIII.

1 *Collegia prohibita.*
2 *De ſyndicis, & eorum poteſtate, & quomodo conſtituantur.*

1 PRocuratorum partibus etiam funguntur actores & ſyndici, ſiue ecdici alicuius uniuerſitatis legitimæ. & conceſſæ nam alioqui, ad amputandam motuum & factionum occaſionem, neq; ſocietatem, neque collegium, neq; huiuſmodi corpus paſsim omnibus habere conceditur, ſed ea res legibus coercetur [a]. Quibus autem propter Reipub. commoditates & uſum permiſſum eſt corpus habere, ut publicorũ uectigalium ſocijs, quam publicanorum ſocietatem ſæpenumero Cic. [b] ut utilem reipub. prædicat,
2 piſtoribus [c], nauicularijs, [d] &c. eorum propriũ eſt, ad exemplum reipub. habere res communes, arcam communem, & actorem ſiue ſyndicum uel ecdicum [e]: per quem, tanquam in repub. quod communiter agi fieri oportet, agatur, fiat [f]: qui quidem aut lege uniuerſitatis, aut ea ceſſante, ordinis uel duarum ſaltem partium decreto datur [g]: atq; ita datus, pro repub. aut uniuerſitate, non pro ſingulis interueniſſe intelligitur [h]. Suſtinet autem omnino uicem priuati procuratoris, eodemq; planè iure utitur: unde & actionem rei iudicatæ nõ habet, ſed ipſa uniuerſitas [i]: mutariq; eodem planè modo, quo priuatus poteſt: & etiam defendere, ſi agat, compellitur [k]. alioqui bona municipij, uel collegij poſsidebuntur [l]. neq; tamen ſatiſdare, iudicatum ſolui, cogendus eſt [m]: quia uniuerſitas ſoluendo eſſe præſumitur [n], neq; de rato cauere, cùm de mandato conſtare ſoleat: niſi probabilis de decreto inciderit dubitatio [o].

a l.1.hoc tit.de colleg.illic. ff.& C.
b In orat. pro L.Manil.in Off. Epiſt.&c.
c l.fin.de excu. tut.
d l.1.hoc tit. l. fin. de colleg.illic. l. fin. de iur. immu.
e l.Lucius.47. §.1.de excuſ.tut.
f d.l.1.§.1.
g l.3.
h l.2.
i l.6.§.fi.
k l.6.§.fi.
l l.1.§. quod ſi nemo.l.8.
m Caſt. in l.6. §.fi.nu.5. arg.l. fin. §. defenſione.C.de ad. tut.
n arg.l.2. de fund.dot.
o d.l.6.§.fin. Caſt.in l.1.§.1. nu.7.

## DE NEGOCIIS GESTIS. TIT. V.

1 *Ex qua æquitate detur negociorum geſtorum actio.*
2 *Edictum de negocijs geſtis.*
3 *Quis cuius negocia gerere poſsit.*
4 *Quot modis ad aliquem dicatur negocium pertinere.*
5 *Quibus competat hæc actio.*
6 *Hæreditatis res etiam rectè geri.*
7 *Has actiones eſſe tranſitorias.*
8 *Aduerſus neceſſarium geſtorem non dari directam.*
9 *De directa & utili neg. geſt. actione.*
10 *Quid ueniat in directam actionem.*
11 *Quid in contrariam.*

Et hæc

ET hæc quidem ita ſe habent in ijs qui mandato domini aliena negocia 1
procurant:ſed quia ſępenumero fit,ut eorum qui propter ſubitam feſti
nationem nulli demandata rerum ſuarum cura peregrè profecti ſunt,nego-
cia præſentes amici ultrò ſuſcipiant, ne aut neglecta pereant, aut abſentis
non defenſi bona poſsideantur:placuit utilitatis gratia mutuam ex eo geſtu
obligationem naſci:eoq́ nomine actiones conſtituere quæ appellantur ne-
gociorum geſtorum,quibus ultro citroq́ agi poſsit,de eo quod alterum al-
teri præſtare oporteret.Idq́ receptum eſt,quia plerunq́ homines eo animo
peregrè proficiſcuntur, quaſi ſtatim redituri, nec ob id ulli curam ſuarum ra
tionum mandant:deinde nouis cauſis interuenientibus,dum ex neceſsitate
diutius abſunt, huiuſmodi eorum negocia deperire iniquum eſſet:quę ſanè
deperirent,ſi uel is qui obtuliſſet ſe negocijs gerendis,nullam habiturus eſ-
ſet actionem de eo quod utiliter de ſuo impendiſſet: uel is cuius negocia
geſta eſſent,aduerſus eum qui geſsiſſet nullo iure agere poſſet [a].De his ergo
ita cauit edixitq́ Prætor: SI QVIS NEGOCIA ALTERIVS, SIVE 2
QVIS NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM IS MORERETVR FVE-
RINT, GESSERIT: IVDICIVM EO NOMINE DABO [b]. Hæc uerba
SI QVIS,accipienda ſic ſunt, SIVE QVAE, ut plerunq́ [c]. nam & mulie- 3
res actione negociorum geſtorum agere,& cōueniri,non dubitatur [d],quā-
uis à procuratione iudiciali arceantur [e].Pupillus ſi negocia geſsit,poſt reſcri
ptum D.Pij cōueniri poteſt in id quo factus eſt locupletior:agendo autem,
compenſationem eius quod geſsit, patitur [f]: ex re enim actio eſt, unde pu-
pillus prodigusq́ obligantur [g]. ALTERIVS.) Et hoc ad utrumq́ ſexum re
fer. ABSENTIS.) uidelicet & ignorantis.Nam ſi ſciat,aut præſens ſit,patia
turq́ ſuum negocium geri,mandaſſe uidetur [h].Alterius autem negocia mul 4
tis modis dicuntur: uel quia uerè res cuiuſquam eſt [i], ut cùm à debitoribus
meis exigis, aut creditoribus ſoluis [k]:uel quia contemplatione mei geſtum
eſt [l]: uel quod ratum habui [m].quæ duo poſtrema obtinent, cùm uerè aut in
conſequentiam negocium pertinet ad eum, cuius reſpectu geſtum eſt, aut
qui ratum habuit [n]. Nam ſi,cùm me hæredem putares,inſulam fulcieris,Ti-
tiusq́ uerè ſit heres,cui ipſo geſtu negociū quæritur, nullo modo ad me res
pertinebit,etiāſi habuerim ratam [o]. Vnde ſatis apparet,hanc actionem ijs 5
competere, quorum negocium eſſe geſtum interfuit [p],ſiue principaliter,ſi-
ue in conſequentiam : ut cùm nomine tutoris, curatoris, procuratoris, res
pupillares,minoris mandantis adminiſtrantur, ne illi negligentiæ nomine
iudicijs tutelæ & mandati conueniri poſsint [q].His uerbis, SIVE QVIS
NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM IS MORERETVR FVERINT,
ſignificatur tempus illud , quo quis poſt mortem alicuius negocia geſ- 6
ſit.de quo fuit neceſſarium edicere: quia neq́ teſtatoris iam defuncti, neq́
hæredis qui nondum adijt hæreditatem, negocium geſsiſſe uidetur [r]. Sed
quia detrimentoſum erat inchoata negocia morientium deſeri, quod ne fa-
cere quidem debet geſtor [s]:ideo qui hæreditaria negocia gerit, uidetur ſibi
quodammodo hæreditatem,quę defunctum repræſentat [t], ſeq́ ei obligare.
Nec refert an etiā pupillus hæres exiſtat: nam id æs alienum cum cæteris he
reditarijs oneribus ad eum tranſit [u]. Neq́ id mirum uideri debet, cùm & 7
in heredes,& contra hæredes trāſeat hæc actio [x]. GESSERIT.) ſponte &
nulla neceſsitate cogente.Nam qui coactus gerit, ut tutor poſthumi [y], hæ- 8
redes tutoris curatoriſue,qui inchoata perficere coguntur [z], uel neceſsita-
tis ſuſpicione,ut qui falſò exiſtimat ſe mandatum curamúe ſuſcepiſſe [aa],uel
iuſtam ſeruitutem mandanti ſeruire [bb],cùm alienum negocium gerere non
uideatur, qui ſuum gerit,ſibiq́ conſulere uult, ex uerbis huius edicti dire-
ctò non

a l. ex maleficio. 4. §. ſi quis abſentis. 1. de actio. Inſt. de obli. quæ ex qua cōtr. in princ. l. 1. & 2. hoc tit.
b l. 3. in princ.
c l. 1. de uerb. ſig.
d l. 3.
e l. alienam. 18. C. de procur. l. 1. §. ſecūdo. ſ. de poſtul.
f l. 3. in princ.
g l. furioſus. 45. de act.
h l. ſi remunerandi. 6. §. qui paſſus. l. qui patitur. 18. ſ. mand.
i l. item ſi. 5.
k l. quæ utiliter. 45. §. Titius. 2. l. cū pecuniā. 43.
l l. ſi pupilli. 6. §. ſed ſi ego. 5.
m d. l. 6. §. item quæritur. 8.
n d. l. 6. §. 5. cū ſeq.
o d. l. 5. & 6.
p l. mādaſti. 46
q d. l. 6. d. l. mā daſti.
r l. 3. §. hæc uer.
s l. nam & Seruius. 21.
t l. ſi is qui. 15. de uſuc. l. mortuo. 23. de fideiuſſ.
u d. l. nam & Seruius. §. 1.
x l. 3. §. hæc aūt actio. l. ſucceſſori. 12. cū ſeq. l. ſit autem. 20.
y l. cū pater. 29.
z l. 1. C. de hær. tut. l. furt. 6. §. 1. de his qui not. inf.
aa l. curatoris. 17. C. eod.
bb l. atquin natura. 19. §. ſi libero. 2.

ctô non tenetur. Sed quia hoc caſu aliæ poſſunt deficere actiones, utile, ex
interpretatione prudentum, negociorum geſtorum iudicium datur[a]: quod
9 quidem effectu idem hîc eſt cum actione directa[b]. nam & hæc extra-
ordinaria erat, & ſine ſolenni actionum ciuilium forma à prætore ex edicto
10 concipiebatur[c]. IVDICIVM DABO.) ita quidem, ut directam actio-
nem ei tribuat, cuius negocium geſtum eſt, & ad quem præcipuè tota ge-
ſtio pertinet: qua quidem actione poſtulatur, ut actus ſui rationem geſtor
reddat[d], & eo nomine condemnetur, quicquid uel non geſsit, uel non ut
oportuit geſsit: puta dolo[e], aut culpa quamuis leui[f]. nam de caſu & inopi-
nato euentu nô tenetur, ſed ſufficit utiliter inchoaſſe[g], niſi in culpa hereat[h].
Sed & id in actionem hanc uenit, ut geſtor reſtituat quicquid ex geſtu quo-
11 cunque modo eſt acquiſitum[i], unà cum uſuris[k], & fructibus[l]. Contrariam
uerò actionem dat prætor geſtori, quamuis etiam compenſationis benefi-
cio conuentus uti poteſt[m]: qua quidem actione geſtor conſequetur, quic-
quid impendit uel amiſit ratione geſtionis, item ut liberetur ab obligatio
ne, ut indemnitas rerum geſtarum, & quicquid abeſt, uel eo nomine abfutu
rum eſt, præſtetur[n]. Iniquum enim eſſet, ſuum ipſi officium damnoſum exi-
ſtere[o]. quod de ijs accipiendum eſt quæ ſine culpa[p] utiliter gerũtur, quam-
uis euentus non reſpondeat: quam utilitatem nô ex opinione gerentis, ſed
communi quodam hominum iudicio iuxta rerum, temporum & perſona-
rum qualitatem expendere & ex bona fide metiri oportet. Eſt etenim hæc
bonæ fidei actio[q].

a d.l. curatoris l. quicquid. C. arb. tut. d.l. 3. l. 5. l. ſi liber. 38. d. l. cum pater.
b l. antepen.
c Theoph. Inſt. de ſucc. ſub.
d l. 2.
e l. 6. §. ſed ſi quis.
f d.l. 6. §. uideamus. cum. ll. ſeq. l. tutori. 20. C. eod.
g l. ſed an ultro. 10. §. 1.
h l. ſi abſentis. 11.
i l. ſi aũt. 8. §. 2.
k d.l. at qui natura. §. fin. l. liberto. 31. §. qui aliena. 3. l. litis. 37. §. 1.
l d.l. 8. §. 1.
m l. 3. §. pupillus. l. ſi autem. 8. §. ſi quocunque. 2.
n d.l. 2. in fi. l. & qui. 19. §. penul. cum ll. ſeq. l. ſi quis. 23. d.l. liberto. 32. §. liberto. 4. l. quæ utiliter. 45.
o d.l. quæ utiliter. §. fin. l. 7. quõ. teſta. aper.
p l. ſiue. 22.
q l. 7.

## DE CALVMNIATORIBVS. TIT. VI.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Edictum de calumniatoribus, & eius interpretatio, cum ſeq.*
3 *Quis dicatur calumniari, & quis hoc edicto teneatur.*
4 *Cui, aduerſus quem, & ad quid detur hæc actio.*
5 *Aliæ pœnæ & actiones, quæ in calumniatores competunt.*

1 POſteaquam expoſitum eſt, qui ſuo uel alieno nomine poſtulare atque
agere poſsint: ſequitur, ut quę pœnę calumniatores maneant, oſtenda-
mus, uti harum metu malicioſi homines à falſis poſtulationibus fabrican-
2 diſque iniurijs deterreantur. De his ita Prætor eſt elocutus. IN EVM QVI
VT CALVMNIAE CAVSA NEGOCIVM FACERET, VEL NON
FACERET, PECVNIAM ACCEPISSE DICETVR, INTRA AN-
NVM, IN QVADRVPLVM EIVS PECVNIAE, QVAM ACCEPIS-
SE DICETVR, POST ANNVM SIMPLI IN FACTVM ACTIO-
3 NEM DABO[a]. Calumniari, in criminalibus, eſt falſa crimina intentare[b]:
in ciuilibus, per mendacium & calumniã agere uel excipere, ad negocium
alicui malicioſè faciendum. Ergo, QVI VT CALVMNIAE CAVSA NE-
GOCIVM FACERET.) agendo uidelicet. AVT NON FACERET.)
utputa, quia maluit reus aliquo dato ſe à calumnijs redimere, potius quàm
malitioſa lite diuexari[c], uel quia ab alio eius rei gratia pecunia data eſt[d].
Nam quocunque modo quis depectus eſt, hoc eſt, non tranſigendo, ſed ſor-
didis concuſsionibus pecuniam accepit, ut calumnioſa lite abſtineret, hoc
edicto comprehenditur[e]. PECVNIAM.) aut aliud pro pecunia qualecunque
compendium[f]. ACCEPISSE DICETVR.) ſiue ante, ſiue poſt cœptum
iudicium[g]: nec intereſt, utrum poſt pactionem faciat alicui negocium, an
4 deſiſtat[h]. INTRA ANNVM.) ſicuti prætoriæ & pœnales dari ſolent. IN
QVADRVPLVM) exemplo actionis ui bonorum raptorum, cui rei perſe-
cutio ineſt: nam ſpecies furti & rapinæ eſt, per fraudem & calumniam inno-
centes

a l. 1. in princ.
b l. 1. in princ. ad S.C. Turpil.
c l. penult.
d l. ſi quis. 7.
e l. 1. §. pen. l. 2. l. 3.
f l. 1. §. fi. l. 2. l. 3.
g l. 1. §. 1.
h d.l. 3. §. 1.

centes expilare. POST ANNVM IN SIMPLVM) quia rei perſecutoria. ACTIONEM DABO.) non modò ei qui dedit, ſed etiam illi cuius nomine datum eſt [a]: aduerſus eum, qui calumniæ faciendę aut non faciendæ cauſa accepit. Hæredi hæc actio non datur, quoniam pœnalis eſt, eiq́ ſufficere debet, quòd eam pecuniam, quam defunctus dedit, per condictionem ob turpem cauſam repetere poſsit [b]. neq́ in hæredem competit: quia pœnalis, niſi in id quod ad eum peruenit. Conſtitutum enim eſt, turpia lucra etiam ab hæredibus extorqueri poſſe, licet crimina morte extinguantur [c]. Præter hanc actionem etiam aliæ ex legibus aduerſus calumniatorem competunt. Nam cum iſta concurrit condictio ob turpem cauſam, ſi modò ſola accipientis, non etiam dantis turpitudo uerſetur. quod ſi & dantis, melior eſt conditio poſsidentis: ſi tamen condictum fuerit, tollitur hæc actio, & contrà. nam cùm utriq́ inſit rei perſecutio, bona fides non patitur bis idem exigi [d]. Deinde & condictio competit ex conſtitutione Conſtantini, quæ iudici, uel aduerſario pecuniam extra cauſam tranſactionis dari prohibet, & ex eo litem perire iuſsit [e]. Super hæc ciuilia iudicia, etiam criminaliter ad uindictam publicam calumniatores rectè poſtulantur. Nam tenentur lege Iulia repetundarum [f], & iudicio concuſsionis [g], nonnunquam etiam lege Iulia de ui priuata, ex S.C. Voluſiano [h], & l. Cornelia de falſis [i]: ac ſi capitalem fraudem cuiquam machinati ſint, de ſicarijs [k]: poſtremò, S.C. Turpiliano [l], atq́ ita uariè pro modo & uarietate delicti puniuntur [m]: in quo illud ferè ſeruari uidere licet, ut quod periculum calũniator doloſe reo creabat, id quaſi per talionem in ipſius caput reuertatur. τεύχων ὡς ἑτέρῳ τι, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

a d. l. ſi quis.
b l. 4.
c l. 5.
d l. 5. §. 1. hoc tit. l. bona fides. 57. de reg. iur.
e l. 1. §. 2. hoc tit. l. 1. C. de pœ. iud. qui malè iudic.
f l. 1. §. 1. hoc tit. l. lex Iulia. §. ult. ad l. Iul. rep.
g l. 1. & 2. de concuſſ.
h l. ex S.C. ad l. Iul. de ui pri.
i l. 1. §. 1. ad l. Cor. de fal. l. 2. de concuſſ.
k l. 1. in princ. ad l. Cor. de ſic.
l l. 1. & tot. tit. ad S.C. Turp.
m l. ult. C. de calum. l. 1. §. calumniatoribus. ad S.C. Turp.

# DIGEST. LIBER IIII.

## DE IN INTEGRVM REſtitutionibus. Tit. I.

1 *Ex quibus cauſis quis reſtituatur.*
2 *Reſtitui etiam hæredes.*
3 *Quomodo quis in integrum reſtituatur.*
4 *Continuatio ſequentium titulorum.*

SOlet etiam interdum qui in iudicium uocatur, petere à prætore (hodie à principe) in integrum reſtitutionem: quòd uel metu compulſum, uel dolo aduerſarij aut ætatis lapſu circumſcriptum, uel abſentia, uel ſtatus mutatione, uel iuſto errore, aut alia de cauſa, quæ excuſationem mereretur, in captionem incidiſſe ſe dicat. quæ quidem cauſa, ſi adhibita cognitione iuſta eſſe uidebitur [a], & res maioris ſit momenti (nam propter minimam ſummam audiendus non eſt, qui contra ius ciuile petat in integrum reſtitui, ut maiori rei uel ſummæ præiudicetur [b]) æquum eſt prætorem ita læſis ſubuenire [c], quamuis ex conuentione, aut alio iuris uinculo teneantur: nec modò ipſis, uerum etiam eorum hæredibus [d], qui perſonam defuncti repræſentant [e]. Reſtitui autem in integrum dicuntur, quoniam prætor eos in integrum priſtinumq́ ſtatum & conditionem, qua fuerant ante captionem, reponit, perinde atq́ ſi nullum negocium geſtum eſſet: ut meritò dixerit Paulus [f], neminem uideri re excluſum, quem prætor in integrum reſtituturum ſe pollicetur. Etſi autem generale eſt, nec ad unam alligatum cauſam, reſtitutionis in integrum beneficium, & quoties æquitas poſcit, toties impetrari ſolet [g]: tamen certæ

a l. 3.
b l. 4.
c l. 1. & 2.
d l. 6.
e Nouell. de iureiuran. à mor. præſt.
f l. 5.
g ...diuus. 7.

Marginal section numbers: 1 (beside "petere à præto-"), 2 (beside "uis ex conuentione"), 3 (beside "rum etiam eorum hæredibus"), 4 (beside "integrum beneficium").

men certæ quædam cauſæ reſtitutionis, quæ frequentius incidunt in actiones hominum, (nam eiuſmodi legiſlator comprehendere & tractare debet[a]) edicto ſunt expreſſæ: in quibus quia non uno ubiq; modo, ſed pro uarietate cauſarum prætor uarie reſtituit, meritò atque ordine fit, ut poſt hunc titulum generalem, de ſingulis ſigillatim tractetur.

a l.3.4. §.5. de legib.

## QVOD METVS CAVSA GEſtum erit. Tit. II.

1 *Edictum de metu & ui.*
2 *Differentia inter uim & metum.*
3 *Propter quem metum uel uiolentiam reſtitutio fiat.*
4 *Edictum in rem ſcriptum, cui & aduerſus quos detur.*
5 *Quomodo prætor reſtituat, & quid in hanc actionem ueniat.*
6 *Actionem eſſe arbitrariam.*
7 *Cui & aduerſus quem non detur.*
8 *De annali & perpetua actione.*
9 *Adfinia remedia, quæ uim paſſis dantur.*

HOc in titulo de ea ſpecie tractatur, cùm quis reſtitui in integrum pe-
tit, quia ui metuúe coactus ſit aliquid facere. Edicti uerba hæc ſunt:
1 QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT, RATVM NON HA-
2 BEBO. Olim ita edicebatur: QVOD VI, METVS'VE CAVSA. Vis eſt,
maioris rei impetus, qui repelli non poteſt[a]: ut cùm ineuitabili uiolentia
chirographum, pecunia, &c. alicui eripitur. Huius autem fiebat in edicto
mentio, propter neceſsitatem impoſitam, uoluntati contrariam: quæ mul-
tùm differt ab his, quæ metu coacta uoluntate geruntur. Cùm enim uiolen
tia quid extorquetur, principium actionis aliunde & extrinſecus uenit: nec
magis dici id poteſt uoluntate patientis fieri, quàm uolente fit nauta, cùm
tempeſtate ad ſcopulum nauis alliditur. At ubi impendentis uiolentiæ peri
culiúe metu quid fit, tum intus exiſtit actionis origo: quæ à iudicio nequa-
quam impedito, & uoluntate minus malum eligente proficiſcitur. Quo ca-
ſu uerum eſt, quod dicitur, uoluntatem coactam eſſe uoluntatem[b], & iuris
rigore obligare[c]. Etſi autem hæc ſubtiliter diſtinguunt philoſophi, tamen
prætor uerbo quidem hæc in edicto ſeiungebat, re ſimul & uno eodemq;
edicto complectebatur. Putauit enim, quodcunq; ui atroci committere-
tur, id metu quoq; fieri, uoluntate utiq; præſenti uiolentiæ cedente. Itaque
Iuriſc. qui ſtudent breuitati[d], & (quantum arbitror) Iulianus, edicti compo
ſitor, detraxit uis mentionē, ut & VIM METVS clauſula contineat[e]. Vim
3 autem accipimus, quæ aduerſus bonos mores fit, non eam quam magiſtra-
tus iure licito infert[f]. Metum uerò, qui in hominem conſtantiſsimum ca-
dat[g]: ut mortis, uinculorum[h], ſtupri[i], carcerum[k], &c. Vtrumque autem de
preſenti intelligimus. Nec enim ſufficit, neq; in uirū conſtantem cadit, ſuſpi
4 cione abſentis mali perhorreſcere, & à recta mente dimoueri[l]. GESTVM
ERIT, ait prætor, nec adijcit à quo geſtum ſit: unde apparet in rem loqui
edictum, & indifferenter, non modò contra eos qui metū intulerunt[m], ſiue
unum ſiue plures, (licet una ſolutione, quia rei perſecutio actioni ineſt, om-
nes liberentur[n]) ſed aduerſus omnes omnino qui lucrum hinc perceperūt,
reſtitutionem dari[o]: adeò ut non quæratur, utrū is qui conuenitur, an alius
metum fecerit. Sufficit enim docere, metum ſibi eſſe illatum: & ex hac re
eum, qui cum agitur, etſi crimine caret, lucrum percepiſſe[p]. Neq; tamē hæc
actio ſic rem ſequitur, ſicuti rei uendicatio. nam is qui uim intulit, iubetur

a l.2.
b Ariſt. lib.3. Ethic.
c l. ſi metu. 21. §. ſi metu. 5. hoc tit. gl. Dec. Cag. in l. 4. de regu. iur.
d l. ampliorē. 37. §. pen. C. de app.
e l.3.
f l.3. hoc tit. l. quemadmodum 29. §. penult. ad l. Aquil.
g l.5.6.
h l.7.8.
i l.8. in fin.
k l. penult.
l l.9. in princ.
m d. l. metum. 9. §. animaduertendum. 1.
n l. item. 14. §. fi. cum ll. ſeq.
o d. l. 9. §. fina. cum l. ſeq.
p d. l. 14. §. in hac actione. 3.

reſtituere, etiamſi ad alium res perueniat, quia actio perſonalis eſt ex delicto orta: is uerò ad quem peruenit, quamuis alius metum fecerit, non tam ratione poſſeſsionis, quàm quòd lucrũ ex delicto facit, cõuenitur ex æquitate naturali, quæ ex delicto lucrum ſperare non patitur[a]. Qua ratione hæc actio in rem ſcripta dicitur[b]: quia nullam perſonæ mentionem facit, ſed in ipſam rem metu geſtam, commodumq́ inde perceptum digitum intendit: quemadmodum & pacta, [c] & interdicta[d], in rem concepta dicuntur, quæ rem ipſam, non perſonam reſpiciunt. Quòd cùm ita ſit, minus mirandum eſt, hanc actionem hæredibus cæteriſq́ ſucceſſoribus dari etiam in quadruplum: præſertim cùm contineat rei perſecutionem [e], cuiuſmodi actiones ſolent tranſire[f]. In hæredes autem, & ſucceſſores cæteros, in id competit, quod ad eos peruenit. Licet enim pœna ad hæredes non tranſit [g], attamen quod turpiter uel ſcelere quæſitũ eſt, id, ſicuti & ſuprà diximus, ad cõpendium nullius, nedum hæredis debet pertinere[h], quin & de conſumptis tenetur: ſufficit enim ſemel perueniſſe[i], quamuis interitum & caſum non præſtet[k]. Sed quod Prætor ait, RATVM NON HABEBO, quatenus 5
accipiendum eſt uideamus. Et ſciendum eſt, ex hoc edicto metum paſſo & actionem & exceptionem dari[l]: ut hac aduerſus petentes, is qui metu geſſit promiſitq́ quid, defendatur: illa, quòd ita geſtum eſt, in integrum reſtitui officio iudicis petat: ut, ſi per uim tradita res ſit, retradatur, & de dolo promittatur, ne fortè deterior res facta ſit: ſin acceptilatione liberatio interuenerit, in priſtinum ſtatum obligatio reſtituatur[m], &c. Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorũ, & fructus, nõ modò perceptos, ſed qui etiam percipi potuerunt, & omnem denique cauſam reſtitui oportet [n]: quæ quidem omnia (etiam loco conſumptorum æſtimatione ſubrogata[o]) ſimul peti poſſunt, hac conditione, ut niſi arbitrio iudicis reſtituantur, in quadruplum reus condemnetur[p]. Cùm enim, qui ui rapuit, improbior fur eſſe uideatur[q], cur non ad pœnam furti, aut conſimilem alligetur? Imò pro delicto clementer cum illo agit prætor: primò quòd non ſtatim, ut furem, in quadruplum eum condemnat, ſed reſtituendi concedit facultatem, ſi pœnam euitare uelit: deinde quòd in quadruplo ſimplum, & ipſam rei perſecutionem complexus eſt, ſecus quàm in actione furti[r]. Hæc igitur actio ar- 6
bitraria eſt: petitur enim, ut ex bono & æquo arbitretur iudex, quod metu geſtum eſt, ut reſtituatur in integrum: quod ni fiat, in quadruplum concipiatur condemnatio. Iuſſus igitur arbitrio iudicis rem reſtituere, licentiam habebit reus uſque ad ſententiam à iudice dandam reſtitutionem facere: quod ſi non fecerit, iure meritoq́ quadrupli condemnationem patietur [s]. Quadruplabitur autem id, quanti ea res erit, hoc eſt, cum fructibus & omni cauſa[t]: id tamẽ quod uere intereſt, & in quo quis certò damnum patitur, eſt quadruplandum. Vnde Iulianus ait, eum, qui ex cauſa fideicommiſsi quadraginta debebat, ſi trecenta promiſerit per uim, & ſoluerit 260, quadruplum conſecuturum. In his enim tantummodo uim paſſus eſt, cùm 7
quadraginta deberet[u]. Nam hæc natura eſt huius actionis, ut rem damnumq́ perſequatur, neq́ ei detur cui nihil abeſt[x]: quãobrem aduerſus creditorem, qui debitori ſuo ut ſolueret uim adhibuit, non cõpetit[y]: licet negari non poſsit, in legem Iuliam de ui eum incidiſſe, & ius crediti amiſiſſe[z]. Sed quadrupli condemnatio tum demum locum habet, cùm intra annum agitur[aa]. nam omnes pœnales prætoriæ anno utili finiri ſolent[bb]: licet ciuilis iniuriarum anno continuo expiret[cc]. Quamobrem ſi à tempore illatæ 8
uiolentiæ annus utilis effluxerit, amplius ad uindictam iniuriæ in quadruplum agi

a l. 2. ff. de eo per quem. l. non fraudatur. 177. de reg. iur. l. ſiue ff. de neg. geſt.
b d. l. 14. §. Pædius. 5.
c l. iuriſgentiũ 7. §. pactorum. 3. ff. de pact.
d l. 1. §. fin. de interd.
e d. l. 14. §. 2. l. quod diximus. 16. §. 1. in fi.
f Inſt. de perp. & temp. act.
g l. unic. ubi Dd. C. ex del. def.
h l. quod diximus. 16. l. 19. l. 20.
i l. uideamus. 17.
k l. ſi ipſa. 18.
l d. l. 9. §. ſed quod prætor ait. 3.
m d. l. 9. §. ex hoc edicto. 7.
n l. ſed & partus. 12.
o l. 1. C. de his quæ ui metus cau. l. in re furtiua. 8. de cond. furt.
p d. l. 14. §. 1.
q d. l. 14. §. qui uim intulit. 11.
r l. 14. § ſed & ſi quis. 8. cũ ſeq.
s l. 14. §. hæc autem actio. 4.
t d. l. 14. §. Labeo. 6. et §. quadruplabitur. 7. l. ſi mulier. 21. §. 2.
u d. l. 14. §. pen.
x d. l. 14. in princ.
y l. ſed & partus. 12. §. fin.
z d. §. fi. l. exat. 13.
aa d. l. 14. §. poſt annum.
bb l. in honorarijs. 34. de actio.
cc l. 5. C. de iniur.

plum agi nequit,propter preſcriptionem:ſupereſt tamen in ſimplum actio
rei perſecutoria,in qua æſtimatur omne quod agenti abeſt[a]: quæ licet non
ſit arbitraria,neq; creſcat propter contumaciā non reſtituentis,tamen quia
de ui quæritur, & grauat exiſtimationem rei, non datur niſi cum cauſæ co-
gnitione,uidelicet ut ſi alia non ſit, hæc detur[b]. Ac datur quidem exemplo
reliquarum perpetuò[c]. Itaq; accipiendum eſt,quod ait Paulus[d]:Quod me
tus cauſa geſtum erit,nullo tempore prætor ratum habebit. Nam etſi nullo
tempore prætor ratum habet quod metu geſtum eſt, tamen ſciendum eſt,
actiones omnes tam iuris ciuilis quàm prætorij, antea perpetuas,nunc ſpa
cio 30. annorum,ut aliquis ſit litium finis,neq; timeantur in perpetuum con
9 trouerſiæ,principum conſtitutionibus eſſe incluſas[e]. Sunt autem & alia
remedia,quæ uim paſſo dantur. Nam uolenti parcere famæ rei,& uendica-
tio datur in rem per uim ablatā[f]:quia res in bonis eius eſſe uidetur,qui uim
paſſus eſt[g]:& perſonalis actio,quæ antea competebat,reſciſſa acceptilatio
ne,aut liberatione per uim ui extorta[h]: quemadmodum & coacto hæredi-
tatem repudiare utiles actiones dantur, redacta ad nihilum repudiatione[i]:
altera tamen actio alteram tollit[k].Eſt & locus interdicto VNDE VI in poſ-
ſeſſionibus,item QVOD VI AVT CLAM[l],& legi Iuliæ de ui[m]: & edi-
cto diui Marci,quo ius crediti amittitur[n].Nonnunquam etiam ſolo iudicis
officio ſine ulla pœna quod metu geſtum eſt reſtituitur:ut ſi metus non ex-
tet, cui uis atrox cauſam dedit[o]: aut ſi uis ſit à magiſtratu,illata cognitione
non habita[p]. Deinde eum qui metum fecit, de dolo teneri certum eſt, quia
uis ſine dolo malo non adhibetur: altera tamen actio alteram conſumit ex-
ceptione in factum oppoſita[q]. At qui dolo deceptus eſt, de ui agere non
poteſt,niſi ea ſit illata: nam in hoc edicto uim probari omnino neceſſe eſt[r]:
dolus autem ſine ui, tecta fraudulentia fit[s]. Itaq; doli tantum mali actio pro
pter dolum competit: in qua cuiuſmodi fiat reſtitutio,deinceps uideamus.

*a l.ſi mulier.21. §. qui poſſeßionem.2.*
*b d.l.14.§.poſt annum.*
*c l. uideamus.17. l.quod autē.19.*
*d l. ſi mulier.21.§.1.*
*e in princ. Inſt. de perpet. & temp.act. l.3. et 4.cum ſeq.C.de præſcri. 30. uel 40. ann.*
*f d.l.9.§.uolenti.4.*
*g d.l.9.§.licet.6.*
*h d.l.9.§.uolenti.*
*i d.l.21.§.fin.*
*k d.l.9.§.licet.*
*l d.l.9.§.1.*
*m d.l.12.in fin.*
*n d.l.13.*
*o l.fi.§.1.& 2.*
*p d.l.fin.§.fi.*
*q d.l.14.§.cū qui.13.*
*r d.l.14.§.in hac.3.*
*s l.5.ex quibus cauſ. maio. l.2. §. doli.4. de ui bon.rapt.*

## DE DOLO MALO. TIT. III.

1 *Dolum olim tribus tantum caſibus fuiſſe uindicatum.*
2 *Edictum de dolo.*
3 *Ratio edicti.*
4 *Quis ſit dolus malus.*
5 *Edicto non eſſe locum, ſi alia actio ſit.*
6 *Sine iuſta cauſa non dari hanc actionem, & quando ceſſet, ac de actione in factum.*
7 *Qualem actionem, cui aduerſus quos prætor det, & ad quid.*
8 *Quo tempore finiatur.*
9 *Quatenus tranſeat ad hæredes.*

1 HOc in titulo de ſecunda reſtitutionis ſpecie agitur,cùm quis dolo ma-
lo aduerſarij circumuentus,in fraudem & damnum incidit.Nam olim
iure ciuili tribus tantùm caſibus dolus coercebatur: primò ex lege duode-
cim Tab. quādo in tutela commiſſus erat:ſecūdò ex lege Lectoria circum-
ſcriptis adoleſcentibus:tertiò ſine lege,in iudicijs, quibus ex bona fide ad-
debatur[a]. Itaq; qui alijs in conuentionibus circumſcripti erant, efficaciter
obligabantur.Sed quia iniquum erat, non modò dolum eſſe impunitum[b],
ſed etiam cum detrimento alterius quæſtuoſum[c], C. Aquilius prætor æta-
te Ciceronis æquiſs.de dolo malo coercendo formulas, ueriſsimum euer-
riculum omnium maliciarum, primus propoſuit[d]: quarum deinceps ſum-
ma in edictum perpetuum ad hunc fermè modum eſt relata.

*a Cic. lib. 3. Offic.*
*b l.4.§.cùm dominus.2.de nox. act.*
*c l. ne ex dolo.12.hoc tit. gl.in l.2.per illū text. de eo per quem fac.*
*d Cic.lib.1.& 3.Off.*

QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO [a]. 2
Hoc edicto prætor aduerſus uarios & doloſos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam, ſubuenit: ne uel illis malitia ſua ſit lucroſa [b], uel iſtis ſimplicitas damnoſa [c]. 3
Dolum autem malum (reiecta Seruij definitione, quã tamen Cic. lib. 3. Off. probat, & alibi Vlp. [d] ni fallor) Labeo ait [e] eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Non fuit autẽ contentus prætor dolum dicere, ſed adiecit MALVM: quoniam ueteres etiam bonum dolum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maximè ſi aduerſus hoſtes aut latrones quis machinaretur [f]. 4
Ait prætor: SI DE HIS ALIA ACTIO NON ERIT. Meritò prætor ita demum hanc actionem pollicetur, ſi alia actio non ſit. nam eiuſmodi agendi genus, quo perpetua ignominiæ nota condemnato inuritur, non temerè debuit à prætore decerni, ſi ſit alia actio, qua quis poſsit experiri [g]. Itaque non eſt huic edicto locus, ſi tutore colludente pupillus à Titio circumſcriptus ſit [h]: quia ex lege 12. Tab. iudicio tutelæ quod ſua intereſt à tutore conſequitur, niſi is ſoluendo eſſe deſierit [i]: Item ſi minor circumſcribatur, quoniam in integrum reſtitui poteſt [k]: aut ſi quis in contractu bonæ fidei ſit circumuentus. omnibus enim bonæ fidei iudicijs exceptio doli ineſt [l]: ut in his, qui uel agendo uel excipiendo, dolo ſe aduerſarij deceptum probat, in integrum ex bono & æquo reſtituatur, arbitrio iudicis: qui uel contractum nullum declarabit, ſi dolo quis ad contrahendum inductus fuerit [m]: uel, ſi cum ratum habẽdũ putet, ne quid decepto dolus aduerſarij noceat, pro ſingulorum factorũ qualitate & circumſtantijs prouidebit [n]. Deniq; quocũq; tandem modo quis tutus ſit, ſiue exceptione, ſiue actione, ciuili aut honoraria, denegabitur ex hoc edicto in integrũ reſtitutio [o], niſi probabiliter, an alia actio competere poſsit, dubitetur [p]. 5
Eadem ratione prætor cauſæ cognitionem inſeruit: ET IVSTA, inquit, CAVSA ESSE VIDEBITVR. nec enim tam grauis actio paſsim fuit indulgenda [q]. Quare ſi modica ſit ſumma, hoc eſt, ad duos uſq; aureos, non debet dari hæc actio [r], ſed in factum potius [s]: perinde ut moribus noſtris actio furti criminalis nequaquam locum habet, niſi tres aureos furtum ſuperet. Sed & quibuſdam perſonis non dabitur: utputa liberis uel libertis, aduerſus parentes patronoſúe: item humili, ut plebeio, aduerſus conſularem: prodigo, aut aliàs uili aduerſus hominem uitæ emendatioris: cùm parcendum ſit talium perſonarum exiſtimationi. Quid ergo erit in horum perſonis? Dicendum eſt, in factum uerbis temperandam de dolo actionem, ut bonæ fidei mentio fiat: hoc eſt, ut addatur clauſula bonæ fidei, concepto in ipſum factum, cui dolus ineſt, iudicio: atq; ita ex bono & ęquo iudex arbitretur, ne cõtrà quàm bona fides exigit, dolus alterius alteri noceat, diſsimulata interim doli mentione, quamuis ex narratione facti appareat. 6
Ait prętor: IVDICIVM DABO. at cuiuſmodi? 7
non modò tribuendo exceptionẽ [t], ſed etiã actionẽ, ut in ſuperiore edicto: à quo tamen eo diſtat, quòd in hoc deſignari oportet cuius dolo factum ſit, quãuis in metu nõ ſit neceſſe [u]: quia hęc triſtis & famoſa actio ne nimiũ euagetur, nõ in rem, ſed in perſonã ſcripta eſt. unde & certò cõprehendi debet, quid dolo malo factũ ſit, ut ſciatur qua in re, à quo, actor ſit circunſcriptus [x]. Porro cùm ab ijs qui dolũ cõmiſerũt, receſſeris, in alios nõ cõpetit, niſi quatenus ad eos peruenit [y]. Sanè ſi plurium dolo quid factũ dicatur, omnes qui dẽ ex ſuo crimine in ſolidũ obligabũtur: ſed quia actio eſt rei perſecutoria, & bona fides nõ patitur cõpluries idem exigi, uno rẽ, uel quanti ea res fuit

reſtituente,

a l. 1. in princ.
b d. l. 2. de eo per quem. fac. l. 5. ſi quis caut. l. non fraudãtur. in fi. de reg. iur.
c §. ſed quia. Inſt. de fideicõ. hæred.
d l. iuriſgentiũ. 7. §. dolo. 4. ſ. de pac.
e l. 1. §. 1.
f l. 1. §. 2.
g d. §. 2.
h l. 5.
i l. 6.
k l. 1. §. idem Pompon. ut. 6.
l l. huiuſmodi. 86. §. qui ſeruũ. 4. de leg. 1. l. ſed etſi. 21. ſol. mat.
m l. & eleganter. 7. in princ.
n l. 7. in fi. l. 9. hoc tit. l. ſi dolo. 5. l. dolus. 10. C. de reſc. uend.
o d. l. 1. §. ait prætor. 3. cũ multis ſeq. l. 2. 3. 7. §. 1. & 2. §. pen. l. arbitrio. 18 §. 1. & 2.
p d. l. 7. §. 1.
q l. ſi quis. 9. §. fin.
r d. §. fin. cum l. ſeq.
s gl. & Dd. in d. §. fin.
t l. final.
u l. ſed & §. fi.
x l. item. 16.
y l. ſed & 15. §. pen. l. ſi plures. 17. §. fi.

reſtituente, omnes liberabuntur[a]. Sed & hæc actio eſt arbitraria, in qua re-
ſtitutio fieri arbitrio iudicis iubetur: quæ ni fiat, ſequitur condẽnatio quan-
ti ea res eſt: cuius æſtimatio iurijurando in litem actoris committitur. Non
tamen ſemper in hoc iudicio arbitriũ iudicis dandum eſt. Quid enim ſi ma-
nifeſtum ſit, rem reſtitui non poſſe? ueluti ſi ſeruus, dolo malo traditus, ſit
defunctus: ideoq́ protinus cõdemnari debeat, in id quod interſit actoris[b].
Neq́ uerò hîc in quadruplum creſcit in contumacem condemnatio: quia
dolus non eam, quam uis, cum furto habet affinitatem. decepto enim uo-
lenti, non inuito, aufertur: ideoq́ furti pœna locum hîc non habet. Ac ui-
ſum fuit ſufficere, ſi refuſis actori damnis, reus in uindictam doli, exiſtima-
tionis iactura plecteretur: quæ certè homini ingenuo, pudentiq́, omni pe-
9 cuniæ iactura grauior eſſe debet[c]. Hæc autem actio olim utili anno, hodie
continuo biennio, quia grauis & odioſa eſt, terminatur[d]. Cæterùm in fa-
ctum actio, quæ datur in quãtum factus eſt reus locupletior, perpetua eſt[e]:
cùm quia ceſſat acerbitas ignominiæ[f], tum quòd nullo tempore lucrum ex
delicto cum alterius damno ſit ſperandum: qua ratione etiam doli exce-
10 ptio perpetua eſt[g]. Heredibus porrò hæc actio datur, quia rei perſecutoria.
In hæredes autẽ cæterosq́ ſucceſſores perpetuò eatenus, quatenus ad eos
peruenit[h]: nam iniquum eſſet ulterius quenquã ex alieno delicto obligari.

a d. l. ſi plures.
b d. l. arbitrio. 18.
c fac. l. licet. 103. de uerb. ſig.
d l. fin. C. eo.
e l. itaq́. 28. in fin.
f l. Sabinus. 29.
g l. purè. 5. §. ult. de dol. ma. excep.
h l. ſi plures. 17. in fi. l. in hæredem. 26. cum ll. ſeq.

## DE MINORIBVS VIGINTIQVINque annis. Titul. IIII.

1 *Edictum.*
2 *Eius ratio.*
3 *Quibus minoribus ad quod uſque tempus hoc beneficium detur.*
4 *Qui ex perſona minoris reſtituantur, aut non.*
5 *Ex quo geſtu minor reſtituatur.*
6 *Non ſine cauſæ cognitione reſtitutionem fieri, & quid in cauſæ cognitionem ueniat.*
7 *Quid in hoc iudicio ſit probandum.*
8 *Nullam ex hoc edicto proficiſci actionem.*
9 *Effectus reſtitutionis, & uis, & quomodo fiat.*

DE ijs qui inconſulta quadam iuuenilis ætatis leuitate in captionem in
ciderunt, in integrum reſtituendis, ita prætor edicit: QVOD CVM
MINORE QVAM XXV. ANNIS NATV, GESTVM ESSE DICE
TVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM[a]. Hoc edi-
2 ctum prætor, naturalem æquitatem ſecutus, propoſuit, quo tutelam mino-
rum ſuſcepit. Nam cùm inter omnes conſtet, fragile eſſe & infirmum huiuſ-
modi ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumq́ ex-
poſitum inſidijs, & (ut ait Cicero.)[b] tempus illud ætatis ſua ſponte infir-
mum, aliorum libidine infeſtum: prætor eis auxilium hoc edicto eſt pol-
licitus, & aduerſus captiones opem: quam omni minoris ætatis tempo-
re petere poſſent[c]. Apparet autem minoribus 25. annis id auxilij pol-
liceri, non maioribus: nam poſt hoc tempus compleri uirilem uigorem
conſtat. & ideo hodie in hanc uſq́ ętatem adoleſcentes curatorum auxilio
reguntur: nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi temerè debet, quam-
uis rem ſuam bene gerentibus[d]. Ergo ſi cum minore contractum ſit, & con
tractus inciderit in tempus quo maior efficitur, reſtitutio ceſſat: niſi totum

a l. 1.
b Pro M. Cælio
c l. 1. & 3. C. de temp. in integ. reſt.
d d. l. 1. in fin.

hoc dolo

hoc dolo aduerſarij ſtructum, & eo protractum probetur, ut maiore illo facto, quod geſtum eſſet, ſubſiſteret[a]. Quin & de eo quod in minore ætate geſtum eſt, maior reſtitutionem petere non prohibetur, olim quidem intra annum utilem, hodie intra quadriennium[b]. Minorem autem natu accipimus, qui nondum 25. annum perfectè & omnimodò adimpleuit. nam à momento in momentum tempus ſpectamus: adeò ut ſi poſtremo die, aut ultima hora, quæ ad complementum 25. anni deeſt, captus ſit, reſtitutioni locus relinquatur[c]. Nihil autem refert, minores ſint patres an filijfa. mares an fœminæ, dummodo ipſorum interſit reſtitui[d]. Serui tamen minores non reſtituuntur: quoniam domini tantum, cui acquiritur, perſona ſpectanda eſt, qui ſibi imputare debebit, quòd minori rem commiſerit[e]. Eadem ratione minoribus alieno nomine, ut procuratorio, inſtitorio, &c. negociantibus non ſuccurretur: cùm eo modo potius maiori conſuleretur, cuius damno
res ſit ceſſura[f]. Ex ipſius autem minoris perſona reſtitutionem petunt, 4
procurator eius, cui nominatim id mandatum eſt, aut qui rem ratam dominum habiturum ſatiſdedit[g]: item pater, quia eius periculum agitur, cùm de peculio teneatur[h]: & hæres, quando non reſpectu ſolius perſonæ hoc beneficium detur, ſed propter damnum & læſionem, quæ in hæreditate manent, & à minore in hæredem transfunduntur[i]. Fideiuſſori non ſuccurritur, quòd iniurium ſit huic in necem creditoris ſubueniri, qui in ſecuritatem obligationis eum accepit: ſed ipſi potius, qui ultro ſpopondit, dene-
ganda erit mandati actio[k]. Ait prætor, GESTVM ESSE DICETVR: 5
Geſtum ſic accipitur, qualiter qualiter, ſiue cōtractus ſit, ſiue quid aliud, unde damnū minor fecit[l]. Sanè in delictis nulla deprecatio aut reſtitutio eſt[m]. indigni enim ſunt legis beneficio, qui in legem committunt[n]: quanquam pœna miſeratione ętatis in his mitigari ſolet[o] Qua ratione & illud rectè placuit, ſi poſt repudiatam hæreditatem, negocijs finitis, ad partam laboribus ſubſtituti pecuniam uelit minor admitti[p], aut ſi ipſe ſe maiorem ſimulando fallaciam alij ſtruxerit[q], nequaquam audiendum. Illa uerba, VTI QVAE-
QVE RES ERIT, cauſæ cognitionem ſignificant. Nec enim ſemper ea 6
quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum & æquum redigenda, ne magno incommodo afficiantur huius ætatis homines, & nemine cum his propter metum reſtitutionis contrahere uolente, quodam modo commercium eis interdicatur[r]. Itaq; ea tantùm, in quibus manifeſta eſt circumſcriptio, irrita fient: utpote ſi circumuenti, ſuaq; decepti facilitate, aut quod habuêre amiſerint, aut emolumentum quod erat in manibus, ſiuerint elabi[s], aut ſe inutilibus negocijs damnoſisúe litibus implicuerint[t]: nam hæc omnia uerbo circumſcriptionis cōprehenduntur[u], adeò ut etiam
affectionis habeatur ratio[x]. Non aliter tamen in his ſubuenitur mino- 7
ribus, quàm ſi cauſa cognita, & rem alicuius eſſe momenti[y], & in ea ſe ætatis lubrico captos probarint[z]. Neque enim qui ſobriè rem ſuam adminiſtrans, occaſione damni non inconſultò accidentis, ſed fato, uelit reſtitui, erit audiendus: cùm non mali euentus, ſed inconſulta facilitas pariat reſtitutionem[aa]. Sufficere tamen arbitror, & minorē ętatem oſtendi, & læſionem[bb], quæ non in caſu & euentu, qui prudentiſsimos fallit, ſed ipſo hæreat contractus principio[cc]. In cauſæ cognitione etiam hoc uerſabitur, num fortè aliqua actio poſsit competere citra in integrum reſtitutionem. Nam ſi communi iure tutus eſt, non debet ei extraordinarium auxilium tribui[dd]. Deinde utrum ſoli ei ſuccurrendum ſit, an etiam ijs qui pro eo ſunt obligati, an uerò potius creditoribus[ee]: deniq; quis contra-quē (nam neq; aduer-

*a l.3.§.ſi quis.1.*
*b l.fi.C.ut tēp. in integ.reſt.*
*c l.3.§.minorem.3.*
*d l.3.§.ſed utrum.4.& §.ſi quid.7.*
*e l.3.§.fin.l.4.*
*f l.cum mandato.23.*
*g l.illud.25.§.1.cum l.ſeq.*
*h l.patri.27.*
*i l.3.§.pen.l.minor.18.§.fin.cum l.ſeq.*
*k l.in cauſæ.13.in princ.l.1.& 2.C.de fid.min.*
*l l.ait prætor.7.*
*m l.auxilium.37.l.9.hoc tit.tot.tit.C.ſi ad.delic.*
*n d.l.auxilium.*
*o l.ferè.109.de reg.iur.d.l.37.*
*p l.quod ſi.24.§.Scæuola.2.*
*q l.2.C.ſi min.ſe maior.dix.*
*r d.l.quod ſi.24.§.1.*
*s d.l.7.cir.fin.*
*t l.minorib.6.l.ſi minor.34.§.1.l.non omnia.44.*
*u d.l.nō omnia.*
*x l.ſi in emptionem.35.*
*y l.ſciēdum.ſ̃.de reſt.in integ.Ferr.in for.lib.ſuper pet.reſt.in uerb.& minorib.*
*z l.uerùm.12.§.ſciendum.3.*
*aa d.§.ſciendum.*
*bb d.§.ſciendum.in uerb.capti eſſe probentur.l.nā poſtea.9.§.ſi minor.de iureiur.Ferra.præd.loco.*

cc d.l.uerum.§.ſi locupleti.4.hoc tit.l.fina.C.eo. dd l.in cauſæ.16. ee d.l.in cauſæ.13.

ſus parem,

ſus parem,hoc eſt minorem [a],item libertatem [b],nec ſemper contra bonæ fi-
dei poſſeſſorem reſtitutio dari ſolet [c]) ex qua geſtione, propter quam cau-
ſam,& quatenus [d],reſtituendus ſit,diligenter ex circũſtantijs rerum eſt per-
pendendum [e]:quæ quidem cauſæ cognitio præſentibus aduerſarijs, quos
contra reſtitutio impetratur,aut ſaltem legitimè euocatis, & per contuma-
ciam abſentibus,eſt facienda [f].Addit prætor, ANIMADVERTAM: uide-
licet ut cauſa cognita,prout æquum uidebitur, aut largiar beneficium reſti-
tutionis,aut denegem.Cùm autem nullum iudicium aut actionem,ſed tan-
8 tummodo ſe animaduerſurum polliceatur, intelligi licet, nullam propriam
actionem uel cautionem ex hoc edicto proficiſci [g]:ſed totum id pendere ex
cognitione prætoris [h], uel eius magiſtratus qui prætoria poteſtate fungi-
tur,ut præfecti urbi,prætorio [i], aut minoris etiam magiſtratus [k]:item in pro
uincia præſidis [l]: hodie generali quadam uſurpatione ad principales curias
9 ea cognitio pertinet. Reſtitutione autem in integrum decreta,uniuſquiſq;
ius ſuum integrum recipit,ſumptusq; in rem facti reſtituuntur [m]. Nec enim
ita ſubueniendum eſt minoribus,ut ex alienis incommodis ſua comparent
commoda.Sed & ipſi,qui cum eis contraxerunt, in eam conditionem, qua
ante contractum fuerant,ſunt reponendi [n]: quod in omnibus in integrum
reſtitutionibus,exigente ita æquitate obſeruatur [o].

a l. uerum. 13 §.pen.
b l.ſi ex cauſa. 9.circa fi.
c l.planè.14.
d d.l. 9. l. cum mandatum. 23.
e d.l. in cauſæ. 13.§.1.
f d.l.13.§.cauſa.2.
g Iaſ. poſt alios in l. ea demum. 6.num.4. C. de collat.
h l.quod ſi. 24. §.fin.
i d.l. in cauſæ. 16.§.fi.cũ l.ſeq.
k l. minor. 18.
l l. præſes. 42.
m d. l. quòd ſi. 24. § pen. d. l. patri. 27. circa fin.
n l. intra. 39. §.fin.
o l.ergo. 22. ꝟ. ex quibus cau maior.

## DE CAPITE MINVTIS, TIT. V.

1 *Ratio huius reſtitutionis.*
2 *Edictum.*
3 *Edicti explicatio, & ad quos contractus pertineat.*
4 *Quid ſit capitis minutio.*
5 *Tria genera minutionis.*
6 *In minima duntaxat edicto locum eſſe.*
7 *Effectus huius reſtitutionis.*

1 QVod ad reſtitutionem,quę propter ſtatus mutationẽ datur, attinet,
ſciendum eſt, cùm quis per adoptionem aut emancipationem ſta-
tum mutat, obligationes priores ſtricto iure extingui: quoniam iure ueteri
qui emancipabatur, aut per adoptionem in alienam tranſibat familiam, is
ſolenni imaginariaq; uenditione dabatur in ſeruitutem, cui nulla obligatio
ciuilis adhæreſcere poterat [a]. Præterea arrogatus unà cum omnibus bonis
& iuribus in poteſtatem arrogatoris tranſit, ut uel hoc nomine inanis red-
datur aduerſus adoptatum,qui nihil in bonis retinet, actio [b]. Sed quia ini-
quum erat, hunc ad modum ludificari, & agendi facultate priuari eos, qui
cum talibus bona fide contraxiſſent, prætor interceſsit, itáque cauit:
2 QVI, QVAE'VE, POSTEAQVAM QVID CVM HIS ACTVM
CONTRACTVM'VE SIT, CAPITE DEMINVTI, DEMINVTAE-
VE ESSE DICENTVR, IN EOS EASVE, PERINDE QVASI ID
3 FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO [c]. Rectè inquit, POSTEA-
QVAM CONTRACTVM,&c. nam ſi quis poſt minutionem capitis cum
his contrahat,imputare ſibi debet,cur contraxerit,quantum ad uerba huius
edicti attinet [d]. ACTVM CONTRACTVM'VE.) Hoc de ciuilibus con
tractibus atq; actionibus accipimus:nec enim neceſſe fuit quippiam edice-
re de criminalibus, cùm nemo delictis & pœnis per capitis diminutionem
exuatur [e],ſed eiuſmodi obligationes ſemper cum capite ambulent [f].
Ait prætor: CAPITE MINVTI, capitis minutio eſt ſtatus per-
mutatio,

a l.3.§.fin.
b l.6.ꝟ. de dol. man.
c l.2.§.1.
d d.l. 2. §. h qui. 2.
e d.l.2.in fin.
f l. tutelis. 7. uerſ. iniuriarũ.

mutatio[a]. Caput enim hic pro ſtatu accipimus[b]: ut cùm dicimus ciuem
condemnatum eſſe integri capitis[c], nullũ caput habere ſeruum[d], &c. quod
quidem caput, cum immutatur, diminui dicitur: quemadmodum res quæ
mutantur, & in alienam poteſtatem tranſeunt[e]. Minutionis autem capitis 5
tria ſunt genera: maxima, media, minima. Tria enim exiſtunt, quorum
quoad potimur, & in quibus donec quaſi ſtamus, ſtatum retinere dicimur:
uidelicet libertas, quæ manat à natura: ciuitas, quæ ex iure ciuili: & familia,
ex iure gentilitio. Igitur hæc omnia cum amittimus, libertatem, ciuitatem
& familiam, maximam eſſe capitis minutionem conſtat[f]: quod accidit his
qui atrocitate ſententię ſerui pœnę efficiuntur, quod hodie fieri non ſolet[g],
& libertis ingratitudinis nomine in ſeruitutem reuocatis, item his qui ad
participandum precium uenundari ſeſe paſsi ſunt[h]. Cùm uerò amittitur re-
tenta libertate ciuitas, minor ſiue media eſt capitis diminutio[i], quam pa-
tiuntur aqua & igni interdicti, ſiue, quod in eius pœnæ locum ſucceſsit[k],
deportati. Cùm autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantum per
adoptionem emancipationemúe mutata, minimam eſſe capitis diminutio-
nem conſtat[l]: ad quam ſolam hoc edictum pertinet. Nam ſiue amiſsione ci-
uitatis, ſiue libertatis contingat capitis diminutio, ceſſabit hoc edictum, ne-
que poterunt hi penitus conueniri[m]. quando & actionum iudiciorumq́; 6
commercium inter ſolos duntaxat ciues conſtet: & nulla ſit reſtitutionis
ęquitas aduerſus eum qui aut duram omniumq́; rerum indigam ſeruitutem
ſeruit, aut amiſsis bonis, ciuitate relicta, nudus exulat[n]. Dabitur planè actio
utilis in eos, ad quos bona eius peruenerunt, ſiue fiſcum, ſiue dominum[o].
Tum igitur demum huic edicto locus eſt, cùm ſalua ciuitate, capitis minu-
tio contingit: quo caſu iudicium ſe prætor daturum pollicetur.
PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT. Quod ita accipien- 7
dum eſt, non ut totam capitis diminutionem reſcindere & ad nihilum redi-
gere uelit, quemadmodum in ſuperioribus reſtitutionum ſpeciebus fieri
uidemus: ſed ut actiones priſtinas, iuris ſubtilitate extinctas, reſtituat[p]:
iſq́; qui capitis minutionem paſſus eſt, & eius bona, perinde teneantur[q],
atque ſi nulla omnino emancipatio, nulla adoptio interueniſſet. Hoc iudi-
cium perpetuum eſt, & in hæredes & hæredibus datur[r].

*a l.1.*
*b l.2. de interd. & re. l. capitalium. 28. de pœn.*
*c Cic. in Piſo.*
*d l.3. in fi. hoc titul. §. ſeruus. Inſt. eo.*
*e l. diuus. 5. de pet. hæred.*
*f l. fin. hoc tit. §.1. Inſt. eo.*
*g Nouell. cõſt. 22. de nupt. §. deportatio. Auth. ſed hodie. C. de donat. int. uir. & uxo.*
*h §.1. Inſt. eo.*
*i d. l. fin.*
*k l.3. ĵ. ad l. Iul. pecul. l.2. §.1. de pœn.*
*l §. minima. Inſt. eo. d. l. fin.*
*m l.2.*
*n d. l.7. in fin.*
*o d. l.2. d. l.7. §. fin.*
*p l.2. in fin. in uerb. reſtituitur in eum actio. l.7. in fi. in uerb. nulli reſtitutioni, &c.*
*q d. l.7. in fi. in uerb. in bona, quæ habuit, mitti.*
*r l.2. §. fin.*

## EX QVIBVS CAVSIS MAIORES VIGINTI quinque annis in integrum reſtituantur. Titul. VI.

1 *Ratio huius reſtitutionis.*
2 *Edictum.*
3 *Eius explicatio.*
4 *Quomodo prætor abſentibus conſulat, & ex qua abſentia.*
5 *An abſentes procuratorem relinquere debeant.*
6 *Quomodo prætor præſentibus contra abſentes ſuccurrat.*
7 *Quis dicatur defendi, aut non.*
8 *Quamdiu duret hoc beneficium.*
9 *De actione reſcindente & reſciſſoria.*
10 *De generali clauſula, Si qua mihi iuſta, &c.*
11 *Prætorem non reſtituere contra leges.*

NVnc de reſtitutione in integrum, quę propter abſentiam datur, eſt ui- 1
dendum: cuius quidem edicti nemo non iuſtiſsimã cauſam eſſe con-
fitebitur. Quid enim æquius, quàm abſentiam cuiuſquam, quę uel negocijs
Reipub.

Reipub. datur, uel quam expreſsit neceſsitas, aut uis maior, nullius in fraudem atq; iniuriam redundare: ſed ita quod ea re euenit reſtitui, ut nec obſit
2 cuipiam, neq; proſit[a]. Verba edicti talia ſunt: SI CVIVS QVID DE
„ BONIS, CVM IS METV, AVT SINE DOLO MALO REIPVBLI-
„ CAE CAVSA ABESSET: IN'VE VINCVLIS, SERVITVTE, HO-
„ STIVM'VE POTESTATE ESSET, SIVE CVIVS ACTIONIS
„ EORVM CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID
„ VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT
„ CONSECVTVS, ACTIONE'VE QVA SOLVTVS OB ID, QVOD
„ DIES EIVS EXIERIT CVM ABSENS NON DEFENDERETVR,
„ IN'VE VINCVLIS ESSET, SECVM'VE AGENDI POTESTA-
„ TEM NON FACERET: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS
„ VOCARE NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR: CVM'-
„ VE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE
„ CVI PER MAGISTRATVM SINE DOLO IPSIVS ACTIO EX-
„ EMPTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIONEM IN-
„ TRA ANNVM, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI
„ POTESTAS ERIT: ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAV-
„ SA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM: QVOD
„ EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVS CONSVLTA E-
3 DICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.[b] Hoc edicto prætorem & conſulere abſentibus ne capiantur, & aduerſus eos ne capiant, minimè obſcurum eſt.)[c] SI CVIVS.) uidelicet abſentis, ut ſubijcit. primò enim conſulit abſentibus, pòſt aduerſus eos præſentibus. DE BONIS FVERIT QVID DIMINVTVM.) hoc eſt, uſucaptum, præſcriptum, amiſ-
4 ſum. CVM IS METV.) puta mortis, cruciatus, aut alio iuſto timore correptus abeſſet, cuius rei diſquiſitio eſt penes iudicem.[d] AVT SINE DOLO MALO REIPVB. CAVSA ABESSET.) Dolum malum eò pertinere accipimus, ut qui commodi captandi, faciendæ'ue alteri iniuriæ gratia id data opera egerit, ut Reipub. cauſa abeſſet, uel qui maturius profectus eſt, uel cùm poſſet reuerti, non redijt, ab iſto priuilegio arceatur.[e] Nec enim Reipub. cauſa eos abeſſe intelligimus, qui non coacti, ſed commodi ſui[f] aut priuati negocij[g] gratia, aut finito officio[h] abſunt. Sed ſi quis ſine dolo malo Reipub. cauſa ab urbe profectus ſit (ut proconſul, legatus, procurator principis, tribuni, milites: aut qui ad aliud Reipub. expediendum negocium amandantur)[i] & interea, quòd non defenderetur, damnum paſſus fuerit, cùm ei officium publicum damno eſſe non debeat, in ea cauſa eſt, ut in integrum reſtituatur. SIVE IN VINCVLIS.) aut publicis, aut latronũ, militum, &c. Quinetiam uinculorum appellatio latius accipitur. nam & incluſos latumijs, unde lapides cæſi ſunt, aut alijs parietibus cuſtodiáue coercitos, itáue alligatos, ut uel nullo modo, uel ſine dedecore nõ poſsint in publico apparere, uinctorum numero haberi placet.[k] SERVITVTE'VE.) quam uel bona fide libenter, uel detẽtus liber homo ingratis ſeruit[l]. Loquitur enim prætor de liberis hominibus[m]. Porrò qui de ſtatu litigat, hoc edicto non continetur[n]. HOSTIVM'VE POTESTATE ESSET.) hoc eſt, ab hoſtibus captus, uel ibi natus[o]. nam transfugis nullum credendum eſt beneficium tribui, quibus denegatum eſt poſtliminium[p]. Qui igitur ex tam iuſta cauſa abſunt, ſi quid interea de bonis amittant, puta uſucapione, aut quia alicuius actionis alicui eorum competentis dies expiret, uel interea dum abſunt, uel intra modicum tempus quàm redierunt, ita ut nulla imputari eis poſsit negligentia[q], cùm uel neceſsitate, uel iuſta abſentia, à culpa deſidiæ,

a l. uidelicet. 29. l. ergo. 22.
b l. 1. hoc tit.
c d. l. 1. in princ. l. item. 21. in prin.
d l. 2. in fi. l. 3.
e l. 4. & 5.
f l. Reip. 36.
g l. non uere. 42.
h l. hi qui. 37. l. ſi cui. 38. §. 1.
i l. 32. 33. 34. 35. 36. 38.
k l. 9. 10.
l l. ei quoq;. 11.
m l. recte. 13.
n l. is autem. 21.
o l. item. 14. l. ab hoſtibus. 15.
p d. l. 14.
q d. l. 15. §. fin. l. 16.

pa deſidiæ, in cuius pœnam uſucapionum præſcriptionumq́ iura ſunt in- uenta, excuſentur, meritò reſciſſa uſucapione, in integrum, hoc eſt, eum ſtatum reponi debent, in quo ante abſentiam conſtiterunt. Neq; uerò imputa- 4
ri eis debet, quòd per procuratorem non ſibi curarint ſubuenire[a]: nam neque omnes procuratorem habere poſſunt, ut ſeruitutem ſeruientes[b]: nec cõmodè ſæpenumero fieri poteſt, ut à captiuis fortè, uel metu detẽtis, idoneus procurator deligatur: & ea ſæpe eſt proficiſcentium ratio, atq; etiam feſtinatio, aut alia neceſsitas, ut adminiſtrationem negociorum ſuorum alicui demandare non ueniat in mentem.

*a l. ſed etſi. 26. §. fin. in uerb. ſiue habet procuratorem, ſiue non.*
*b d. l. 15.*

Addo amplius, etiamſi procuratorem reliquerit, cuius negligentia res perierit, adiuuari eum debere, ſi malit reſtitui, quàm intereſſe mandati actione conſequi[c]. cur enim minus ſuccurratur diligentibus, quàm his qui rerum ſuarum curam cuipiam committere neglexerunt[d]? aut quamobrem melioris conditionis ſint ſtulti, ut ait Seruius, quàm periti[e]? Et hactenus 5
quidem prætor abſentibus ſuccurrit, ne capiantur: nunc uideamus quomodo contrà prouideat aduerſus eos, ne capiant. Qua in parte plus prætor expreſsit, quàm cùm ipſis ſubuenit. Neque enim hîc certas perſonas enumerat, quas aduerſum opituletur: ſed adiecit clauſulam, qua omnes abſentes, ſiue ex iuſta, ſiue iniuſta cauſa, complexus eſt[f]. Nec enim ad ius præſenti intereſt, per qualem abſentiam aduerſarij, quem nemo defendit, facultate conueniendi caruerit. SI QVIS.) abſens uidelicet, VSV FECISSET SVVM, ſiue per ſe, ſiue per ſubiectas perſonas[g]: ACTIONE'VE QVA SOLVTVS LIBERATVS'VE SIT, OB ID QVO'D DIES EIVS EXIERIT CVM ABSENS NON DEFENDERE- 6
TVR.) Meritò hoc additum eſt. nam ſi præſtò fuit procurator, qui defenderet, in integrum uolens reſtitui, non audietur: quia facultatem agendi habuit[h]. Defendi autem non tantum is uidetur, cuius ſe defenſor ingerit: ſed & qui requiſitus ab actore, non eſt defenſioni defuturus: plenaq; defenſio accipitur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur[i]. Ergo ſciendum eſt, non aliter hoc edictum locum habere, quàm ſi amici abſentis interrogati fuerint, an defendant, aut ſi nemo ſit qui interrogari poteſt. Ita enim abſens defendi non uidetur, ſi actor ultro interpellet, nec quiſquam defenſioni ſe offerat: quæ poſtquam fuerint teſtatione conſignata, æquiſsimum erit non negligenti ſubueniri[k]. Ait prætor: SIVE IN VINCVLIS ESSET, SECVM'VE AGENDI POTESTATEM NON FACERET. Hæc perſona meritò adiecta eſt. fieri enim poteſt ut quis nõ abſens, de quo ſuperiora loquuntur, ſed etiam præſens in uinculis ſit, uel in publica uel priuata uincula ductus, quem poſſe uſu acquirere conſtat[l]. Eorum qui ſeruitutem uel bona fide, uel apud hoſtes capti ſeruiunt, hîc non meminit: quia nihil ſibi per uſum acquirere, nec etiam cœptam uſucapionem implere poſſunt[m]. Planè ex re peculiari, qui ſunt in horum poteſtate, uſucapiunt, eoq; caſu ſubuenietur[n]. Deinde adijcit prætor: SECVM'VE AGENDI POTESTATEM NON FACERET. quod ad eos pertinet, qui conuenti fruſtrantur, & qualibet tergiuerſatione efficiunt, ne cum ipſis agi poſsit[o]: quod quidem ſimili modo ad eum quoque pertinere dicimus, qui non fruſtrandi gratia id faciat, ſed quòd multitudine negociorum diſtringatur[p]: nec enim ius alterius per id auferri debet. Itaque hunc ad modum aliquem impedita agendi facultate, ſi interea per uſum acquiſitio impleatur, uel quid ex ſupradictis contingat, ut quia actionis dies expiret, reſtitutio concedetur[q]. Ait prætor: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARI NON LICERET. Hæc clauſula ad eos pertinet,

*c d. l. 16. §. fin.*
*d l. pupillus. 24. Quæ in fraud. cred.*
*e l. Seruius. 4. §. quod ui aut clàm.*
*f l. item. 21. §. 1.*
*g l. 3. §. ſaltus. 7. §. in amittenda. 4. l. peregrè. 44. de acq. poſſ. l. item. 21. §. hæc aũt. 2. hoc tit.*
*h l. is qui. 39.*
*i d. l. item. 21. §. fin.*
*k l. ergo. 22.*
*l l. ait prætor. 23.*
*m d. l. 23. §. 1*
*n d. l. 23. §. hi planè. 3.*
*o l. ſed &. 24.*
*p l. quod quidem. 25.*
*q d. l. 23. §. fin.*

pertinet, quos more maiorum ſine fraude in ius uocare non licet, ut COSS.
prætorem, cęteroſq; magiſtratus, qui imperium poteſtatemq; habent: non
autem ad eos, quos prætor prohibet, ſine ſuo permiſſu in ius uocari. nam is
aditus potuit permittere ac conſtituere iudicium [a]. Deinde adijcit: NE-
,, QVE DEFENDERETVR.) quod ad omnes ſupraſcriptos, etiam capti-
uos, pertinet: nam contra eum qui defenditur, non eſt locus reſtitutioni [b].
Neque enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſsitate rerum impeditis [c].
Ait prætor: SIVE CVI PER MAGISTRATVM, SINE DOLO MA-
,, LO IPSIVS, ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR.) uel quia per di
,, lationes iudicis (nam ſolennes & ordinariæ, quę prouideri pôſſunt, non ex
cuſant [d]) effectum ſit ut actio eximatur, hoc eſt præſcribatur, ne amplius agi
poſsit [e]: uel quia magiſtratus copiã ſui nõ fecit, neq; ius dicere maturauit [f]. &
,, adijcitur, SINE DOLO MALO IPSIVS.) Delinquentibus enim prætor
non ſuccurrit: ut ſi, dum uult apud ſequentem prætorem agere, tẽpore fru-
ſtratus eſt, aut quia ob contumaciam uel aliam iuſtam cauſam à iudice non
7 auditur [g]. EARVM RERVM ACTIONEM, inquit, INTRA ANNVM
,, DABO.) uidelicet utilem: ut uerba ipſa indicant. Huic enim temporis ſpa
cio omnes ferè ſuas actiones prætor includere conſueuit. Hodie tamen e-
xemplo cæterarum, quę ad reſtitutionem in integrum proditæ ſunt, quadri
8 ennio hæc durat [h]. Atque huius quidem actionis uis & effectus eſt, ut uſu-
capionem præſcriptionemq; reſcindat, remq; in integrum reſtitui petat,
ut non iniuria reſcindens à Dd. appelletur. Itaque reſciſſa per hanc uſucapi
one, uetus actio, quæ ante completam præſcriptionem competebat, reſti-
tuitur [i], ſiue ea in rem, ſiue in perſonam ſit: in quam etiam id quod intereſt,
& fructus ueniunt [k]: quæ, quia reſciſſa uſucapione datur, reſciſſoria dicta
eſt [l], & anno tantum cùm longiſsimè durat [m]. poteſt enim fieri ut minus du-
ret, cùm illud tantum tempus agendi reſtituatur, quo per abſentiam, aut a-
liam iuſtam cauſam, fuit impeditus actor, quo minus ageret [n]. Verbi gra
tia: Rem tuam poſſedi uno die minus ſtatuto in uſucapionibus tempore,
deinde Reipub. cauſa abeſſe cœpi: reſtitutio unius diei aduerſus me faci-
enda eſt [o]. nec enim aliquid reſtitutione adijci actori debet: ſed in eam
conditionem, ut dixi, res reponi, in qua ante abſentiam uel aliud agendi
impedimentum erat. Porrò exemplo reſciſſoriæ actionis etiam exceptio
ei qui Reipub. cauſa abfuit, competit: fortè ſi res ab eo poſſeſsionem na-
cto uendicetur [p]. Nam cui damus actionem, multo magis exceptionem
competere certum eſt [q]. Quin ita eius poſſeſsionem tuetur prætor, ut ſi eam
amittat, non temporalem, ſed perpetuam ad recuperandum habeat actio-
,, nem [r]. Item, inquit prætor: SI QVA ALIA IVSTA MIHI CAVSA
,, VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM.) Hæc generalis clau
6 ſula edicto inſerta, ualde neceſſaria eſt. Multi enim caſus interuenire poſ-
ſunt, propter quos æquum ſit deferri reſtitutionis auxilium, nec ſingula-
tim omnes enumerari potuerunt [s]: unde quoties æquitas ſuggerit, ad hanc
clauſulam erit deſcendendum [t]. Quid enim, ſi alia probabilis abſentiæ pro
betur cauſa, cuiuſmodi eſt ſtudiorum? Quis enim eorum non miſereatur,
qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exina-
niũt: & quæ ſequuntur [u]. Totum autem iſtud reſtitutionis beneficium hoc
,, epilogo determinat & moderatur Prætor: QVOD EIVS PER LE-
,, GES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, DECRETA PRIN
10 CIPVM LICEBIT.) Quæ clauſula non illud pollicetur, reſtituturum
eum, ſi leges permittant. omnes enim reſtitutiones non permittente lege,
fiunt contra iuris ciuilis aſperitatem, quam prætor in caſibus, de quibus

f 2 lex

*a d.l.26.§.ait prætor.23.*
*b d.l.26.§.deinde.3.*
*c l.nõ enim.16.*
*d d.l.26.§ fin. feriæ.5.*
*e l.26. uerſ. actio exempta.*
*f d.l.26.§.ait prætor.4.*
*g d.§.ait prætor.4.in fi.*
*h l.ult. C. de temp. in integ. reſt.*
*i d.l.ſed etſi. §.ſi feriæ.*
*k l.ait prætor. 23.§.1.l.& ſine. 27.l nec non. 28.§.fin.*
*l d.l.28.§.pen.*
*m d.l.28.§ quis ſæpius.3.d. l.in honorarijs. uerſ. ſed cùm reſciſſa.de act.*
*n d.l.26.§.ſi feriæ.& §. quoties.6.*
*o d.§.quoties.6.*
*p l.non modò. 28.§.pen.*
*q l.1.uerſ.nam cui.de ſuperfi.*
*r l.ſi is cuius. 31.*
*s tot.tit. ff.de reſt.in integ.*
*t l.26.§.fin.*
*u Auth.habita. C.ne fil. pro pat.*

lex principaliter non loquitur, mitigat, conceſſa reſtitutione propter probabilem cauſam. Nam ſi lex ipſa permitteret, quorſum opus eſſet extraordinario prætoris beneficio [a]? Itaque hæc clauſula ſic accipienda eſt, ſi leges expreſsim non prohibeant [b]. Prætor enim, qui cuſtos eſt iuris ciuilis, id quod lex apertè diſerteq́ inhibet, concedere non debet. Quamobrem ſi quo caſu lex nominatim reſtitutionem in integrum uetet fieri, ut aliquando uetare certum eſt [c], non poterit authoritatem ſuam prætor interponere: ſed hoc poteſtati & indulgentiæ ſummi principis, qui & ipſe non niſi magna ex cauſa & rarò contra leges quid concedere ſolet, eſt reſeruatum [d].

a l. in cauſ. 16. ſ. de minor.
b d. l. 28. §. quod eius. 3.
c l. 10. §. fi. ſ. de minore. l. ſi mater. C. ne de ſtat. def. gl. in d. §. quod eius.
d l. niſi. 11. ſ. de iao r.

## DE ALIENATIONE IVDICII MVTANdi cauſa facta. Tit. VII.

1 *Ratio huius reſtitutionis.*
2 *Ex quibus cauſis detur hæc reſtitutio.*
3 *Ad quid detur.*
4 *Ceſſante intereſſe, ceſſat iſta reſtitutio.*
5 *Hanc reſtitutionem ad futura tantummodo iudicia pertinere, & quare.*
6 *Dolum malum & cauſam mutandi iudicij ſubeſſe oportere, ut fiat reſtitutio: alioqui eam ceſſare.*
7 *Quamdiu, & an hæredibus hæc actio detur.*
8 *Edicti uerba.*
9 *Cur hoc edictum Caius prouinciale appellet.*

VLtima reſtitutionum ſpecies ad alienationem iudicij mutandi cauſa 1
factam pertinet: qua ijs ſubuenitur, qui iuſto errore, hoc eſt, nullo
ſuo facto, ſed dolo aduerſarij in moleſtias & detrimenta litium præcipitantur. Cum enim intelligeret prætor iudiciorum exitum interdum duriorem conſtitui, oppoſito alio aduerſario: iniquum autem eſſe, ex alieno facto cauſam noſtram fieri deteriorem [a]: in eam quoque rem proſpexit, ut ſi quis alienando rem, alium nobis aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, idq́ data opera in fraudem noſtram fecerit, tanti nobis in factum actione teneatur,
quanti noſtra interſit, alium nos aduerſarium non habuiſſe [b]. Itaque ſi alte- 2
rius prouinciæ & iuriſdictionis hominem, cuius forum ſequendum ſit [c], aut potentiorem nobis aduerſarium oppoſuerit, cui pares eſſe non poſſumus, (priuatum tamen: nam ſi quis alicui magiſtratu aliáue poteſtate ciuili publicáque prædito mancipet, ipſo iure nulla eſt alienatio [d]) aut alium improbum Phormionem, qui uexaturus ſit aduerſarium, aut quocunque modo duriorem nobis agendi conditionem fecerit: tenebitur hac actione [e] ad id quod intereſt noſtra [f], alium aduerſarium non habuiſſe: fortè ſi quas impenſas fecerim, aut ſi quam aliam incommoditatem paſſus ſim alio ad-
uerſario ſubſtituto [g]. Ex quibus apparet, hanc reſtitutionem non reſcide- 3
re contractum, & alienationem reuocare: ſed perſecutione præſtationéque eius quod intereſt in integrum, hoc eſt extra damnum, conſtituere.

Quid ergo ſi reus oſtendat, actoris nihil intereſſe: puta quòd nullum ius 4
in re habeat, uel quia uſucapta res ſit, uel neutiquam actoris dominio ſubiecta: aut ſine culpa eius qui alienauit, dicatur extincta? Et rectè dicitur, denegandam ex hoc edicto actionem, cùm cauſa actionis, uidelicet damnum actoris, non exiſtat [h]. Eadem ratione non ad præſentia, ſed futura iu-
dicia, hæc alienatio pertinere intelligitur. Nam inchoato ſemel iudicio, & 5
re facta litigioſa, (quod fit per citationem, aut alio modo cauſa mota, in realibus

a l. 2. quod ui aut clam. l. non debet. 75. de reg. iur.
b l. 1.
c l. 3. hoc tit. l. fin. C. de iuriſ. om. iud.
d l. 2. C. ne lic. po.
e l. 1. in fi. l. 2. 3.
f l. item. 4. §. hæc actio. 4.
g l. 3. §. fin.
h d. l. 3. §. fin. d. l. 4. §. hæc actio. 4. l. ex hoc. 8.

realibus, quemadmodum litis conteſtatione in perſonalibus[a]) alienatio
interdicta eſt: & ſi fiat, nullius erit momenti[b], quia pendente iudicio nihil
eſt innouandum[c]: unde cùm alienando nihil efficiatur, & idem maneat
poſſeſſor, non tenetur hoc quidem edicto, cùm actoris nihil interſit: per-
6 inde atque is, qui cùm alienaſſet, ſtatim rem recepit[d]. Pertinet igitur
hoc edictum ad futura iudicia, cùm quis metu impendentis litis alienat
rem, uel alienatione duriorem aduerſarij conditionem reddit[e]. Perinde au-
tem eſt, quoquo modo fiat alienatio, etiam donationis cauſa[f], dummo-
do uel ex perſona eius in quem translata eſt, uel alijs ex circumſtantijs
conſtet, & dolo malo, & cauſa mutandi iudicij, alienationem factam eſſe.
utrumque enim concurrat neceſſe eſt, cùm utriuſque in edicto fiat men-
tio[g], ut locum hæc actio habeat[h]. Quamobrem ſi quis ſine dolo malo poſ-
ſidere deſijt, quantumuis iudicij mutandi cauſa id faciat, huic edicto non
erit obnoxius[i]. Quid enim, ſi quis ob ualetudinem, aut ætatem, aut oc-
cupationes, litem in alium transferat? Niſi enim hoc admittas, interdictũ
erit per procuratores litigare, dominio plerunq; in eos iuſta ex cauſa tranſ-
lato: quod dicere eſt perabſurdum[k]. Quid ſi obligatus ſoluero Titio eam
ipſam rem, quam petere intendis[l]? quid ſi uenditori redhibeam[m]? certè in
neceſſaria alienatione dolum ineſſe dici nequit[n]: nec fraudem committit,
qui ſuo iure utitur[o]. Quid ſi ſine dolo malo, eo animo, ut litis moleſtia li-
berer, rem alienem? equidem uerecunda cogitatio lites execrantis, non
erit uituperanda, qui tanti habui re carere, ne propter eam ſæpius litiga-
rem[p]. Iam uerò ſi quis hæredem inſtituendo, uel legando alienet, num iu-
dex arbitrabitur mutandi iudicij cauſa, ac non potius benigna uoluntate[q]
id eſſe factum[r]? Contrà poteſt aliquis dolo malo deſinere poſsidere, nec
tamen iudicij mutandi cauſa id feciſſe, neque hoc iudicio teneri. Nec enim
alienat, quod ad hoc edictum attinet, qui duntaxat poſſeſsionem omit-
tit, ſed oportet iudicij mutandi cauſa id fieri[s]. Mutandi autem iudicij cau-
ſa fieri dicitur, cùm moleſtior aduerſarius ſubijcitur, aut alia ratione agen-
di conditio durior fit, & deterior[t]. Ergo ſi ex alienatione nullum detrimen
tum ſentiat actor, puta quòd in perinde commodum atque expoſitum ho
minem alienatio ſit facta, ceſſabit ex hoc edicto actio: ut etiam tum, quan-
do is qui alienauit, paratus eſt utile & ex æquitate admiſſum atque efficax
iudicium pati, perinde ac ſi poſsideret[u]. Neque enim his caſibus intereſt
agentis, alienationem eſſe factam: & proinde nihil exigere poterit.
7 Porrò cùm hęc actio rei perſecutionem contineat arbitrio iudicis[x], hæ-
redi dabitur[y]. In hæredem autem, uel ſimilem, uel poſt annum, non da-
bitur[z]: quia licèt pertinet ad rei perſecutionem, tamen ex parte debitoris
ex delicto dari uidetur[aa]: naſcitur enim ex dolo, quod delictum eſt[bb]: da-
turq; ſiue factus ſit locupletior reus, ſiue non ſit, in id quod intereſt actoris:
ut pœnalis ſit actio quod ad reum attinet: quod ad genus actionũ, nequa-
8 quã in heredes ex regula iuris tranſit. Huius edicti uerba ita reſtituit Baro[cc].
,, NE QVA ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FIAT.
,, SI QVAE DOLO MALO CESSIO, QVAE'VE ALIENATIO IV-
,, DICII MVTANDI CAVSA FACTA FVERIT, NEQVE ARBI-
,, TRIO IVDICIS PRISTINA IVDICII CAVSA RESTITVA-
,, TVR: EI AD QVEM EA RES PERTINEBIT, IN EVM QVI ID
,, FECISSE DICETVR, QVANTI EA RES ERIT, INTRA AN-
,, NVM QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDI-
,, CIVM DABO. Hoc edictum Paulus[dd] & Vlp,[ee] ad prætorem referunt,
Caius ad proconſulem[ff]. Neque id nouum eſt, ſcripſerunt enim Paulus &

*a gl. & Dd. in l.2. & Auth. litigioſa. C. de litig.*
*b l.2. & fina. C. de litig.*
*c tot. tit. C. de lit. pend. & ext. eo. tit.*
*d l.8. in fi.*
*e l. communis. 24. ff. com. diui.*
*f l. pen.*
*g d. l.4. §. ſi quis autem. 3.*
*h l.4. §.1.*
*i l.4. §.1.*
*k d. l.4. §. ſi quis. 3.*
*l l. antepen.*
*m l.8. in fi. l.9.*
*n l.1. de fun. dot.*
*o l. nullus. 55. de reg. iur. l. ſi donaturus. 9. in fi. de cond. cau. da. l.1. §. idem aiunt. 10. uerſ. deniq. de aq. pluu. arc.*
*p l.4. §.1.*
*q l. nec adiecit. 8. pro ſoc.*
*r l. ex hoc. 8. in fi.*
*s l.4. §.1.*
*t l.1.2.3.4. §.1.*
*u l.3. §. fi.*
*x d. l.8.*
*y d. l.4. §. fi.*
*z l.5. 6. 7.*
*aa l.7.*
*bb l. item exigit. 16. ff. de dol. malo.*
*cc Manu. lib.1.*
*dd d. l.8. §. ait prætor.*
*ee l.2. 4. hoc tit. l. communis. §.1. ff. com. diui.*
*ff l.1. l.3. §. fin.*

Vlp. ad edictum urbicum, Caius ad edictum prouinciale: quod prætores alij'que, qui proconſulari poteſtate in prouincias mittebantur, perinde ac Romæ magiſtratus, quorum uices ſuſtinebant[a], in prouincijs edicta proponebant, ex quibus ius dicerent[b]: quæ cùm eſſent urbicis conſimilia, ea interpretanda Caius ſuſcepit. ita fit interdum, ut quod Paulus & Vlp. prætorem edixiſſe ſcribunt, id Caius ferè proconſuli aſſcribat[c].

*a uid. S. ad tit. de off. proconſ. & de off. præſ.*
*b Cic. in Verr. & lib. Epiſt. ad Att. 5. epiſt. 1.*
*c l. 1. de poſtul. l. patri. 27. §. 1. de mino. l. in hæredem. 26. de dol. mal.*

## DE RECEPTIS, QVI ARBITRIVM receperunt ut ſententiam dicant.

## Tit. VIII.

1 *Continuatio tituli, & cauſa compromiſſorum.*
2 *Edictum de arbitris.*
3 *Prima pars edicti, in qua prætor non cogit arbitrium ſuſcipere, ſed ſuſceptum exequi.*
4 *Arbitrium olim nullius efficaciæ, niſi adiecta pœna.*
5 *Hodie ex ſententia arbitri oriri actionem.*
6 *Prætorem ſe nõ interponere arbitrio nullo, aut inefficaci, aut finito: & quomodo finiatur.*
7 *Secunda pars edicti, qua prætor iubet ſententiæ arbitri ſtari.*
8 *Quæ actio ad pœnam exigendam detur.*

INter ea quæ ſunt iudiciorum præparatoria, ultimo loco compromiſſa recenſentur. Nam omnibus alijs ſubterfugijs deficientibus, ſolent litigatores ad iudiciorum moras & ſumptus, cæteráque incommoda declinanda, priuato alicui uiro bono, uni aut pluribus controuerſiam dijudicandam credere, in eumq; ita compromittere, ut quicquid ſtatuerit, ratum atque firmum & pro iudicato habeatur: ut non immeritò dixerit Iuriſc.[a] compromiſſa ad ſimilitudinem iudiciorum redigi, & ad finiendas lites pertinere. Quod cùm eſſet à prætore animaduerſum, quem minimè fugiebat, quoquo modo inter ciues iurgia conſopiri, magni ad publicam tranquillitatem conſeruandam intereſſe: hanc quoque litium ueluti ſecurim minimè neglectam iacere paſſus eſt, ſed edicto atque authoritate ſua in hunc ferè modum ad uſum aptauit: QVI ARBITRIVM PECVNIA COMPROMISSA RECEPERIT,[b] SENTENTIAM EVM DICERE COGAM: ET NISI ARBITRIO PAREATVR, QVA DE RE RECTE COMPROMISSVM ERIT, PECVNIAM COMPROMISSAM SOLVI IVBEBO. Huius edicti duæ ſunt partes, quarum altera eum qui recepit arbitrium, ſententiam dicere: altera litigatores dictæ ſententiæ ſtare, ac morem gerere metu pœnæ prætor compellit. Tametſi enim prætor neminem cogit initio arbitrium recipere: quoniam ſicuti cæteri cõtractus actionesq; priuatæ liberæ ſunt,[c] ita & arbitrij, quod neque publicum neque ciuile munus eſt, ſuſcipiendi aut deprecandi libera facultas eſſe & ſoluta debet: tamẽ ubi ſemel quis in ſe receperit arbitriũ, id eſt iudicis partes ſuſcepit, finemq; ſe ſua ſententia controuerſijs impoſiturum eſt pollicitus,[d] ad curam & ſollicitudinem ſuam hanc rem pertinere prætor putauit: non tantum quòd ſtudeat hac ratione intra priuatos parietes ſine occupatione publica magiſtratus, lites finiri: uerũetiã quia non debent decipi, qui eum quaſi uirũ bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſam iam ſemel atque iterum tractatam, poſt nudata utriuſque intima, & ſecreta negocij aperta, arbitrum, uel id gratiæ dantem, uel ſordibus corruptum, uel alia ex cauſa, nolle ſententiam dicere: quiſquam'ne poteſt negare æquiſsimũ fore, pretorem interponere ſe, ut officium quod in ſe recepit impleat[e]? Itaque ſi ſubterfu-

1 (beside "INter ea quæ ſunt iudiciorum…"); 5 (beside "cogit initio arbitrium recipere…")

*a l. 1. l. quamuis. 37.*
*b l. 3. §. ait prætor. 2.*
*c l. nec emere. C. de iur. delib. l. ſicut. C. de actio.*
*d l. Pomponius. 13. §. recepiſſe. 2.*
*e l. 3. §. pen.*

ſubterfugere & celare ſe in animum inducat, prætor eum inueſtigare debet: & ſi diu non apparuerit, mulcta aduerſus eum dicenda eſt[a]. uerùm id ita demum facturum ſe prætor pollicetur, ſi pecunia fuerit loco pœnæ compromiſſa. Iure enim ueteri nullum erat arbitrij munimentum, nulla uis, niſi pecu-
4 nia eſſet compromiſſa[b]: quam ſe daturos pollicebantur, qui compromittebant, ſi quid contra arbitri ſententiam feciſſent. Etſi enim ex ſententia iudicis oriebatur in factum actio, qua condemnatus iudicatum facere officio iudicis compellebatur[c]: tamen decreto arbitri non tantam placuit uim attribui, ut eſſet inter publica & priuata iudicia differentia: neue exequatis iudiciariæ authoritati priuatorum hominum placitis, ſplendor & maieſtas illa
5 iudiciorum obſoleſceret: quanquam poſterioribus etiam ex ſententia arbitri, quę aut expreſsim, aut tacito quodam decem dierum conſenſu à litigatoribus approbata eſſet, tam actionem, quàm exceptionem dari, Imperatores uoluerunt[d]. Sed iure, ut dixi, ueteri nemo arbitro parere cogebatur, neq; actio aut exceptio ex compromiſſo dabatur[e]: eoq; addi ſolet pœna nummaria, aut alia res uice pœnæ[f], ut qui contra eius ſententiã quid molitus eſſet, eam pœnam aduerſario penderet. Itaq; pœna nulla ab utroq; promiſſa, uel ita promiſſa ut exigi non poſſet, cùm nullius efficaciæ futurum eſſet arbitrium, prætor non cogebat arbitrum[g]. Nam ſuperuacuũ atq; deridiculum fuiſſet, ad id quem cogi, cuius nullus futurus eſſet effectus[h]. Eademq; ratio-
6 ne prætor ſe non interponit, ſiue initio nullum ſit compromiſſum, uel ratione perſonæ in quam compromittitur[i], uel propter eos qui cõpromittunt[k], uel rem de qua cõpromiſſum eſt factũ[l]: ſiue ualeat quidẽ initio, ſed ſit incertũ, an ex eo pœna propter adiectã conditionẽ exigi poſsit[m]: ſiue poſtea deficiat pœna ſoluto cõpromiſſo, uel die[n] (nam die, intra quẽ arbiter definire ex cõpromiſſo debuit, exeunte, omne arbitriũ expirat, niſi omnium uoluntate dies prorogetur[o]) uel morte arbitri, aut utrius'ue qui cõpromiſit[p], uel acceptilatione[q], iudicio[r], pacto[s], &c. His enim modis atque alijs finito arbitrio, prętor ſententiã dicere non cogit[t]. Itẽ ſi iuſta excuſatio ſit, quãobrem arbiter deprecari rectè neceſsitatẽ iudicãdi poſsit[u]. Atq; hęc quidẽ in prima par-
7 te. In ſecunda prętor inquit: NISI ARBITRIO PAREATVR, id eſt, ſentẽtiæ arbitri ſiue ęquæ ſiue iniquæ[x], dummodo extra metas cõpromiſsi uagetur, aut incerta ſit, aut alio modo inualida[y]. QVA DE RE RECTE COMPROMISSVM ERIT.) Nam ubi compromiſſum non ualet, ne ſententia quidem ualere & obligare ad pœnã debet[z]. POENAM COMPROMIS-
8 SAM SOLVI IVBEBO.) dando actionem ex ſtipulatu, aduerſus eum qui dolo malo[aa] cõtrauenit, unde & doli clauſula ad plenũ compromiſſum faciendũ addi ſolet[bb]: & certam quidem, ubi pœna certa adiecta eſt: incerti uerò actionem ad id quod intereſt, quando non expreſsim pœna eſt addita, ſed ſimpliciter ſententię ſtari quis ſtipulatione promiſit[cc]. At hodie, ut dixi, ex cõſtitutionib. actio & exceptio ex ſentẽtia arbitri ſemel ap̃pbata dat̃[dd].

a l. non diſtinguemus. 32. §. ſi arbiter. 11.
b uid. l. diem. 27. §. fin.
c l. item ueniũt. 20. §. idẽ rectè. 5. de pet. hæred. l. actori. 8. C. de rebus cred.
d l. 4. l. pen. C. eo. tit.
e l. 2.
f l. litigatores. 11. §. quod ait. 2.
g d. l. litigatores. cum. ll. ſeq.
h d. l. non diſtinguemus. 32. §. ſumma. 2.
i l. 1. l. cum lege. 41.
k d. l. 32. §. ſi ſeruus. 7. l. ſi pupillus. 35.
l d. l. 32. §. Iulianus. 5.
m l. 11. §. fin.
n d. l. non diſtinguemus. 32. §. ſumma. 2.
o l. labor. 25. l. diem. 27.
p d. l. diem. §. 1.
q l. 13. in prin.
r l. ſi quis rem. 30.
s d. l. 32. §. item 4.
t d. l. 32.
u l. 4. in fin. 10. 11. d. l. 32. §. ſacerdotio. 3.
x d. l. diem. §. ſtari. 2.
y l. ſi unus. 17. cum ll. ſeq.
z d. l. 32. §. Iulianus. 5. cum ſeq.
aa l. ita demum. 31.
bb d. l. 31.
cc l. 32. §. fin.
dd l. pen. C. eo.

## NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII, VT RECEPTA RESTITVANT. Tit. IX.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Duo eſſe huius edicti capita.*
3 *Primum caput, & eius ratio atque expoſitio.*
4 *Qui ex hoc capite teneantur.*
5 *Quando dicatur receptum, ut locus ſit edicto.*
6 *Ex hoc edicto qualis'nam actio detur, & cum quibus concurrat.*
7 *Actionem hanc eſſe in ſimplum.*
8 *Secundum huius edicti caput.*

9 *Actionem in duplum ex hoc edicto dari, & contra quos, & ex qua cauſa.*
10 *Pœnalem hanc eſſe actionem, nec tranſire ad hæredes, quamuis ſit perpetua.*

a in Flor. exemplari. GEneralis eſt tituli ſuperioris inſcriptio, DE RECEPTIS. [a] unde cum 1
non modò arbitri ſententiam ſe dicturos, ſed etiam nautæ, caupones,
ſtabularij, res ſibi creditas cuſtodiendas recipiant: rectè atque ordine fit, ut
poſtquam oſtenſum eſt quòd illi ſuſcepto ſatisfacere arbitrio ex edicto co-
gantur, obiter etiam declaremus, quòmodo hi ex recepto obligentur. Sci- 2
endum autem eſt, huius edicti duo fuiſſe capita, quorum ex utroque diuer-
b l.1.in princ. ſas ſeparatim actiones prætor pollicebatur. Horum primum extat, ex Vlp[b].
repetitum: NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII, QVOD CV- 3
IVSQVE SALVVM FORE RECEPERINT, NISI RESTITVENT,
IN EOS IVDICIVM DABO. Maxima utilitas eſt huius edicti, quo ſi-
mul ſuccurritur uiatoribus, quos neceſſe eſt plerunque horum fidem ſequi,
& quamlibet ignotorum cuſtodiæ res cõmittere. Simul occurrit fraudibus
ex ea fece hominum, quas cum furibus, aduerſus eos quos recipiunt, ſtrue-
c l.1.in princ. re ſolent.[c] Nautas, caupones, ſtabularios eos accipimus, qui nauim, caupo- 4
d l.1.§.1. & 2. nam, ſtabulum exercent[d]: id eſt, ad quos quæſtus & reditus præcipui per-
e l.1.§. exercitorem.7. de exerc.act. §.1. Inſt. quodcum eo qui in alie.po. ueniunt[e]. Exercere enim, eſt quæſtum ex rei alicuius exercitio facere. Quã
uis autem hi non mercedem accipiunt cuſtodiæ gratia, ſed nauta ut traij-
ciat uectores cum mercibus, caupo ut uiatores manere in caupona patia-
tur, ſtabularius ut permittat iumenta apud eum ſtabulari: tamẽ & cuſtodię
nomine de omnibus rebus quas receperunt, tenentur. quod iniquum ui-
deri non debet, cùm & fullo ac ſarcinator cuſtodiæ nomine ex locato te-
neantur, quamuis non pro cuſtodia, ſed pro artificio & opera mercedem
f l.5. accipiant[f]. Ait prætor: QVOD CVIVS SALVVM FORE RECEPE- 5
RINT.) uidelicet tanquam nautæ, caupones, ſtabularij. nam ſi extra nego-
cium ſuum, ut depoſitum ab amico, rem pignori datam aut commoda-
g l.3.§.2.uerſ. cæterum. tam recipiant, hoc quidem iudicio non tenebuntur[g]. Receptæ autem
res eſſe uidentur, etſi non expreſsim cuſtodiæ ipſorum aſsignatæ ſunt, ſed
h l.1.§.fin. ſolummodo immiſſæ[h]. Ipſo enim facto, qui immittit, teſtatur ſe ſua fidei
cuſtodiæque exercitoris committere: & is ſilentio ſuo atque exercitio quaſi
profitetur, ſe ſuamque nauim aut diuerſorium idoneum eſſe, cui res tutò cre
dantur. Itaque niſi prædixerint exercitores, ut unuſquiſque uectorum aut
hoſpitum res ſuas ſeruet, neque enim ſe damnum uelle præſtare, & uecto-
i l.fin. uerſ. itẽ ſi prædixerint. res prædictioni conſenſerint[i], resque perierint aut amiſſæ ſint, non quidem
fatali damno aut ui maiore[k], ſed negligentia, aut culpa, aut caſu qui preca-
k l.3.§.1. ueri potuit, ex hoc edicto tenebuntur: neque ſolùm ex ſuo facto, ſed om-
nium omnino qui in naui, caupona, ſtabulo ſunt, habitant, uel diuerſan-
l l.1.§.fin. l.2. l.3.in princ. & §.1. tur[l]. At quomodo teneãtur uideamus. ait enim prætor: NISI RESTITV- 6
ENT, IN EOS IVDICIVM DABO. Ex hoc igitur edicto, niſi reſtitu-
tio fiat, in factum actio datur honoraria de recepto[m]. Nam etſi ciuiles a-
m l.3.§.fin. ctiones non deſunt, ut locati, ſi merces interuenit: ſi gratis res ſuſceptę ſunt,
depoſiti: tamen prætor, ut innoteſceret curam eum agere reprimendæ im-
probitatis hoc genus hominum, etiam ex ſuo edicto iudicium pollicetur:
in quo hoc amplius eſt, quòd non ſolũ ex dolo ſuo, ut in depoſiti, aut culpa,
ut in locati iudicio, ſed omnimodo qui recepit conueniat, etiãſi ſine ſua cul
n d.l.3.§.1. pa res perierit, uel damnũ datũ ſit[n]. Probabile aũt eſt, hanc actionẽ tantũ in 7
ſimplum fuiſſe conceptam: cùm quia tanquã ex contractu cõpetebat, tum
quod I C. ait, rei tantũ perſecutionẽ continere, eoque in hæredẽ & perpetuò
o l.3.§ pen. dari[o]. Secundum huius edicti caput, conſultò dicam, an per negligentiam
compilatorum, eſt omiſſum. quod ſic reſtituit. Baro: SI FVRTVM FA- 8
CTVM

CTVM, DAMNVM'VE INIVRIA DATVM, AB IIS QVORVM
OPERA ET MINISTERIO NAVTAE, CAVPONES ET STABV
LARII, IN NAVE, CAVPONA ET STABVLO VTVNTVR, ES-
SE DICETVR: IN FACTVM, IN EXERCITORES, CAVPONES
ET STABVLARIOS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. Ex hoc edi-
9 cto actio in duplum aduerſus exercitorem competit ex quaſi delicto, ſi uel
ipſe, uel aliquis eorum quibus in exercendo utitur, furtum fecerit, aut dam-
num dederit ei qui res ſuas credidit [a]. Sicuti & habitator nomine ſuæ fami
liæ, ſi quid deiectum fuerit, uel effuſum, tenetur. Ex quaſi aũt maleficio hæc
actio datur: eſt enim in ſuorum etiam delictis aliquatenus reus, qui malorũ
hominum opera uſus eſt [b]. Sanè factũ uiatorum & hoſpitum, quorum con-
10 ditionẽ probabiliter ignorare potuit, nõ pręſtat exercitor [c]. Porrò cùm pœ
nalis ſit hæc actio, non tranſit in hęredẽ [d]: perpetuam tamen (quod mirum)
exemplo actionis furti & legis Aquiliæ, cum quibus quandã habet cogna-
tionem [e], prætor eſſe uoluit, [f] quò melius uiatoribus & ſecuritati hoſpitum,
quorum reſpectu quadamtenus rei eſt perſecutoria, conſuleretur.

a l.6. & 7. hoc tit. l. unic. ĩ. furt. ad naut. caup. ſtab.
b §. pen. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic. d. l. ſi. §. ſi ſeruus. 2. d. l. unic.
c l.6. §. in factum. 2.
d l. fin. §. hæc iudicia. 4.
e d. l. unica.
f d. §. hæc iudicia.

# DIGESTORVM SEV Pandectarum Pars II.

## LIBER QVINTVS.

### DE IVDICIIS, ET VBI QVISQVE AGERE uel conuenire debeat. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diuiſio ciuilium iudiciorum.*
3 *Quare primo loco de uendicationibus agatur.*
4 *Diſpoſitio huius partis.*
5 *Quid ſit iudicium.*
6 *Partes iudicij.*
7 *Litis conteſtatio quomodo fiat.*
8 *Species iudiciorum.*
9 *Quæ perſonæ conſtituant iudicium.*
10 *De iudice, quis, à quo dari poſſit.*
11 *De actore.*
12 *De reo.*
13 *Materia iudiciorum.*
14 *Forma uetus, & noua.*
15 *Vbi quis agere uel conueniri debeat, & quot modis forum ſortiatur.*

1 AIVRIS prudentiæ iudiciorumq; principijs, in quibus ex
ponendis hactenus commorati ſumus, gradum porrò in
ipſa deinceps iudicia faciamus: quæ aut ciuilia ſunt, aut
2 prętoria, aut criminalia. In ciuilibus, aut ex obligatione
in perſona agitur, quæ perſonalia iudicia dicuntur: aut
propter rem mouemus alicui controuerſiam, qui nullo
ex contractu nobis eſt obligatus [a]: quæ realia, aut ſimpli-
citer iudicia appellantur. Sunt enim multifariam uaria, neque ex ulla cer-
ta obligatione aut contractu dantur: ut certo ſpecialiq; nomine deſignari
nequeant. De his igitur priore loco in hac ſecunda Digeſtorum parte tra-
ctatio

a §. 1. Inſt. de act. l. actio. num. 24. ĩ. eo. tit.

ctatio eſt inſtituta: cùm quia potiora ſunt perſonalibus [a], potiora autem
præmittenda ſunt [b]: tum quòd propriè iudicia appellentur. nec enim ab
obligationibus, ut cætera, ſed à mero iudicis officio dependent [c]. Quia ue-
rò cum realibus iudicijs magnam ſimilitudinem cognationemq; habent a-
ctiones illæ perſonales, quæ occaſione rerum, citra ullam conuentionẽ, ex
aliquo facto ſeu delicto leuiore, quod criminale iudicium nequaquam con
ſtituat, ſine tractatu partium enaſcuntur, ſic ut quędam ex his partim in rem
directę exiſtimentur: ideo harum quoq; explicatio paſsim, prout connexio
rerum poſtulabat, eſt inſerta. Itaq; iudicia, de quibus in hac parte ſumus a-
cturi, trium ſunt omnino generum: quædam realia, quas uendicationes uo-
cant, quibus rem noſtram petimus: quædam perſonalia, quæ non ex cõtra- 4
ctu aut ſcelere, ſed facto culpáue aliqua gignuntur: quædam ex his mixta.
de quibus ſigillatim diſſeremus, ſi prius generalia quædam præcepta de iu-
dicijs, & ubi quis agere uel conueniri debet, expoſuerimus.

Iudicium, inquit Aſconius, dicitur res, quæ cauſam litemq; determinat. 5
Itaq; ſic illud definire poſſumus, ut ſit legitima controuerſiæ apud iudicem
tractatio & dijudicatio [d].

Partes iudicij præcipuæ ſunt, litis conteſtatio, & ſententia [e]: nam reliqua 6
quæ in iudicijs uerſantur, aut pręparatoria ſunt, ut citatio [f]: aut media, ut pro
bationes: aut poſteriora ſiue conſequentia, ut executio. Litis conteſtatio 7
fiebat olim nonnunquam ſponſione [g], interdũ ſacramento [h]: plerunq; nuda
teſtatione corã teſtibus, unde & nomẽ habet. hodie lis conteſtari dicit̃, quã
do res agi diſceptariq; cœpta eſt per actionẽ propoſitã, & reſponſionẽ rei
ſubſecutã [i]. De ſententia porrò & re iudicata opportunius ſuo loco diſſere-
mus [k]. Iudicia (ut dictũ eſt) ſunt aut ciuilia, aut pretoria, aut criminalia. Ciui 8
lia ciuili iure & legibus, pretoria uiua magiſtratus uoce & authoritate, cri-
minalia pœnis & imperio expediunt̃. Criminalia rurſus aut ſunt priuata,
quæ priuatã, aut publica, quę publicam uindictã expetunt & perſequũtur.

Conſtituunt iudiciũ, iudex, actor & reus [l], & perſonæ his adminiculãtes: 9
litigatoribus quidẽ, patroni cauſarũ & procuratores: iudici, tabelliones: ſcri
bæ, actuarij apparitores. Iudex dictus eſt à iure dicendo. Iudicem aũt dare 10
poſſunt, quib. lege, uel cõſtitutione, uel ſenatuſcõſulto conceditur [m]. Iudices
dari omnes poſſunt, ſiue patres, ſiue filijfam. [n] qui non prohibent̃. Prohiben
tur aũt quidã natura, ut ſurdus, mutus, furioſus, impubes: quia hi animi, illi
corporis uitio impediti, munus iudicãdi obire nequeũt. quod aliter in cæ-
co eſt [o]. quidã lege, ut qui ſenatu motus eſt: quidã moribus, ut fœminę & ſer
ui [p]. Actor ab agẽdo dicit̃, eſtq; is qui actionẽ proponit, & prior ad iudicem 11
prouocat [q]. omnes aũt agere poſſunt, quibuſdã exceptis [r], præſertim his qui
aut legitimã perſonam ſtandi in iudicio nõ habẽt [s], aut edicto de poſtulãdo
excludunt̃. [t] Reus à re cuius cauſa cõuenitur, & de qua eſt diſceptio, appel- 12
latur: quem etiam fugientem uocant [u]. Poſſunt autem omnes rei fieri, tam ci
uilibus quàm criminalibus actionibus, ſi paucos excipias [x].

Materia iudiciorũ ſunt cauſæ & lites, quarum nullus neque finis neque 13
modus eſt his teterrimis temporibus: quibus, refrigerata charitate, abun-
dat iniquitas multorum: longéque uериſsimum in noſtra iuriſdictione &
foro experimur eſſe uetus illud, δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.

De impetratione, forma & ordine ueterum iudiciorum, nihil attinet di- 14
cere, formulis & impetrationibus iam ſublatis. Nam olim quidem ut om
nia ordine & rectè procederent, & ne quis temerè atque ſine cauſa ad iur-
gia & lites conuolaret, impetrandum erat à prætore iudicium: qui actori
poſtulatam à ſe actionem impertiebatur, & formã agendi diſceptandiq;
pedaneo

*a l. plus cautionis. 25. de reg. iu. b §. ſingulorũ. in fin. inſt. de rer. diuiſ. c Alc. in rub. ſi cert. peta. d arg. c. forus. de uerb. ſig. e l. 1. C. de lit. cõ. l. iudex. 55. de re iud. iunc. l. amplius. l. 5. ĩ. rem rat. ha. f d. l. amplius. g Cic. pro Pub. Quin. Quintil. libro 7. h Cic. lib. 1. de Orat. i d. l. 1. C. de lit. conteſt. c. 1. ubi Socin. poſt alios. extr. eo. tit. k ad tit. de re iud. l d. c. forus. uer. in omni. m l. cùm prætor. 12. n d. l. cùm prætor. in fin. o l. cæcus. 6. Duar. diſp. lib. 2 cap. 23. p d. l. cùm prætor. q l. in tribus. 13. l. qui pri. 29. r l. qui accuſare. 8. cum ll. ſeq. de accuſ. tot. tit. C. de his qui accuſ. s C. qui l. per. t ſ̃. de poſtul. u l. properandum. 11. §. 1. C. eodem. x l. hos accuſare. 12. de accuſ.*

pedaneo iudici & litigatoribus præſcribebat. Quæ poſtea Conſtan. antiquauit[a]. Hodiè hic ferè ordo ſeruatur. Appellato iuridicè reo, offertur libellus, qui acceptis ad deliberandum inducijs uelit cōtendere nec ne. poſtquam contendendum putauit, negando affirmandóue intentionem, exceptionibusq́; propoſitis, litem conteſtatur: exceptiones actor replicando diluit, hanc reus duplicando, atque ita deinceps, donec omnibus allegationibus propoſitis, & ijs quæ in facto conſiſtunt, probatis cognitisq́;, cauſa concluſa, iudicibusq́; commiſſa, tandem ſententia definitur: quam iudex exequendam curat legitimo tempore, niſi fuerit appellatū[b]. Quod ſi reus ad iudicium peremptorijs edictis uocatus, copiam ſui non faciat, iudex in bonorum eius, aut rei litigioſæ poſſeſsionem mittere actorem conſueuit[c]: ut aut reſpondere, aut rerum ſuarum poſſeſsione carere reus cogatur[d]. quanquam alijs etiam modis coerceri poteſt[e]. Nam interdum nulla habita litigatoris per contumaciam abſentis ratione, de cauſa cognoſcit iudex, & pronunciat[f]: quod maximè poſt litem iam conteſtatam fieri ſolenne eſt[g]. nam ſine litis conteſtatione non facilè ad ſententiam eſt perueniendum[h]. At iure Sax. contumax reus citra diſcrimen pro confeſſo eſt, & actori condemnatur: contraq́; actore contumace, reus ab inſtantia iudicij abſoluitur[i].

Quod ad ſecundam huius tituli partem attinet, ubi quiſque agere aut conueniri debeat, ſciendum eſt, actorem ſequi forum rei[k]. hunc autem iuriſdictioni obnoxium fieri quatuor præcipuè ex cauſis[l]: domicilio[m], contractu,[n], delicto[o], & re qua de agitur: (eo enim in territorio defendi debet, in quo res ſita eſt[p].) nonnunquam etiam ex alijs[q]: ut ſi ſponte ſe alienæ iuriſdictioni litigatores ſubmittant[r]. Quòd ſi quis pluribus locis forum ſortiatur, in electione eſt actoris, ubi uelit agere[s]: neque reus declinare poterit, niſi ſit legatus, aut aliam iuſtam habeat recuſandi iudicis cauſam[t].

*a C. de for. & imp. ſublat.*
*b Auth. offeratur. C. de lit. cont. d. l. properandum. C. de iud. c. quoniam contra. de probat. l. à diuo Pio. 15. de re. iud. l. 2. & 3. C. de uſur. rei iud.*
*c l. hæres abſens. 19. §. 1. l. de eo. 26. hoc tit. c. Romana. §. cōtrahentes. de form. comp. in 6. l. 2. C. ubi in rem act.*
*d l. conſentaneū. 8. ubi Dd. C. quomodo & quan. iud. d. l. 2. l. ſi quis emptionis. 8. C. de præſc. 30. ann. tot. tit. extr. de eo qui mitt. in poſſ. & tit. de dol. & cont.*
*e Dd. in l. 1. §. ſi quis ius dic. non ob. in l. 5. hoc tit. in l. 2. ſi quis in ius uoc. non ier.*
*f l. in peremptorio. 71. hoc tit. d. l. properandum. §. 1.*
*g not. in. l. fin. §. illud. C. de temp. app.*
*h tot. tit. ext. ut lit. non con. uid. Chil. in prac. cap. 36.*
*i Chil. præall. c. 36. & 37.*
*k l. 2. C. de iur. om. iud. l. fin. C. ubi in rē act.*
*l c. final. de for. comp.*
*m l. 2. §. legatis. 3. §. ſed etſi. 6.*
*n l. hæres. 19. §. 1. & 2.*
*o l. omnem. 20. l. argentarium. 45.*
*p l. quod legatur. 38. l. fin. C. ubi in rem act.*
*q l. ſi uxor. 42. l. exigere. 65.*
*r l. 1. 2. 51. 74.*
*s d. l. hæres. §. fin. l. 3. de eo quod cert. loc.*
*t l. 2. §. legatis. cum ſeq. l. 5. 7. 8. 22. 24. 26. 27. 36. 39. 49.*

## DE INOFFICIOSO TESTAmento. Titu. II.

1 *Continuatio.*
2 *Querelam inoff. & petitionem hæreditatis, uniuerſalia eſſe iudicia.*
3 *Qua ratione, & ex qua cauſa introducta ſit querela.*
4 *Definitio huius actionis.*
5 *Petitionem hæreditatis cum hac cumulari.*
6 *Quibus detur, aut non, & quando ceſſet.*
7 *An & quando hodie locus ſit querelæ.*
8 *Querela an & quando in hæredes tranſeat.*
9 *Aduerſus quos detur.*
10 *Forma agendi.*
11 *Effectus querelæ, & quatenus teſtamenta reſcindat.*
12 *Caſus, in quo pro parte tantum teſtamentum reſcinditur.*

1 His ergo ſummatim præmiſsis, ad uendicationes deueniamus: quę prout res ipſæ, multiplices ſunt. ut enim aliæ res corporales, aliæ incorporeæ, quędam ſingulares, nonnullæ uniuerſitatis cenſentur: ita uaria cōſtituuntur,

untur, multiſq; modis diuerſa de his iudicia. Sed quia uniuerſitas potior eſt rebus ſingulis, ſicuti totum ſuis partibus, primò de iudicijs uniuerſalibus uideamus. Ea autem ſunt illa, quæ ad petendam hæreditatem proponun- 2
tur. Nam hæreditas, cùm plurimas res, partim in corpore, partim in iure poſitas complectatur [a], & augmentum diminutionemq; recipiat [b], meritò uniuerſitatis nomen obtinet. De hac, aut per querelam inofficioſi teſtamenti, aut petitionem hæreditatis, diſputari ferè conſueuit. Que- 3
rela inofficioſi commiſeratione exhæredatæ iniuſtè familiæ eſt indulta. Nam quia parentes interdum ſine iuſta cauſa, nouercalibus fortè delinimentis, alijſq; odijs inſtimulati, liberos ſuos exhæredant, ſanguini ſuo contra legem naturæ, quæ ad ſucceſsionem liberos uocat, [c] iniuriam inferētes: inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento liberi agere poſsint, qui querun tur, iniquè & contra officium pietatis ſe eſſe exhæredatos. Dico exhæredatos, eoq; uerbo etiam præteritionem maternam, cæterorumq; cognatorum complector: quia illa pro exhæredatione habetur [d]. Porrò præteritio paterna non eget huius querelæ, cùm ipſo iure teſtamentum annihilet, quaſi libe ris obliuione potius quàm conſultò prętermiſsis. [e] Quod autem nullū eſt, fruſtra reſcindi petitur. [f]

Eſt itaq; querela, ut ad rem redeamus, actio perſonalis, qua quis accuſat 4
ſcriptum teſtamentum: quia ſe in illo contra officium pietatis, & ſine cauſa exhæredatū dicit, petitq; illud, ut iniuſtū, reſcindi. [g] Huic aūt actioni adijci 5
ſolet, & adiungi petitio hæreditatis, hoc modo, ut quis reſciſſo teſtamento, petat ſe hæredē declarari, ſibiq; adiudicari hęreditatē [h]: ac puto olim idquoque uſitatum fuiſſe: [i] cùm dicat I C. [k] hæredem fore eum, ſecundum quem pronunciatum eſt. Omnibus autem utriuſq; ſexus liberis, [l] & parentibus, [m] 6
licet de inofficioſo diſputare: fratribus porrò & ſororibus germanis non aliter, quàm ſi propudioſæ turpeſq; perſonæ ſint inſtitutæ [n]. Porrò uterini [o] fratres, cæteriq; ulterius cognati melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non uexarent, cùm obtinendi ſpem non habeant [p]. Nec enim uult lex in infinitum inſtituendi neceſsitatem propagari, teſtandiq; libertatem reſtringi: pręſertim cùm his perſonis collateralibus non perinde debeatur ſucceſsio, atq; deſcendentibus & aſcendentibus. Ac ne his ipſis quidem aliter datur querela, quàm ſi ab inteſtato ſint ſucceſſuri: nam alioqui fruſtra agent, atq; adeò etiam obtinebunt, ſi cauſa inteſtati ad alios ſit peruentura [q], & alio modo ius ſuccedendi conſequi nequeant [r]. Quamobrem ſi quis legitimā portionem ſit conſecutus, non admittetur [s]: tutoq; teſtari quis poterit, quarta legitimis hæredibus relicta [t], quæ hodiè tertia eſt [u]. Quin etiam tantus eſt ſuſtinendorum teſtamentorum fauor, ut etiamſi minus relictum quoquo titulo [x] ſit, tamen ſaluo teſtamento, ad ſupplementum tantum agi poſsit [y]: niſi quòd nouiſsima conſtitutione Iuſt. inſtitutionis titulo filijs relinqui uoluerit [z]. Prætercà nec ei accuſandi poteſtas eſt, qui quoquo modo agnouit ſibi à teſtatore relictum [aa], aut aliter uoluntatem eius approbauit [bb], aut querelæ renunciauit [cc]: quamuis condictio, qua ad ſupplementum agitur, minimè ceſſet, ſi quis ſibi relictum acceptarit [dd]. hac enim non impugnatur teſtamentum. Ac nouiſsimo quidem iure uix eſt ut in recta linea locus ſit ac- 7
cuſationi: nam cùm non modò liberi, ſed etiam, ut uolunt [ee], parentes ſunt hę redes inſtituendi, niſi iuſtis expreſsiſq; de cauſis exhæredentur: [ff] quas hę res probare cogitur [gg] in omnem euentum, citra querelam uidetur ijs ſatis eſſe proſpectum. Nam ſi in legitima ſint inſtituti, nihil eſt quòd defuncti officium

a l.1.§.1.ſ de rer. diuiſ.
b l.pecuniæ. 178.§.hæreditas.1. de.uerb. ſignif.
c l.ſcripto. 7. §. final.ff.unde lib.l. cùm ratio. 7.de bon.dam.
d §.fin.Inſt.de exh.liber.
e eodē tit. Inſt. de exh.lib.uide ſ. de lib.& poſth.
f l.5.de iniuſt. rup.teſt. l. decē. 116. de uerb.ob.
g l.Papinianus. 8.§. ſi quis irritum.12.& §.fi.
h l.qui de. 20. ubi gl.& Bart.
i d.l.8.§.quoniā in uerb.non totam debeo hære ditatem petere.
k d.l.Papinianus.§ fin.
l l.1.5.6.8.cum ſim.28.§.1.30.
m l.pater.14.l. nam etſi.15.
n §.ſoror.Inſt. eo.
o l.fratres.27. C.eo.tit.
p l.1.hoc tit.l. fratris.21.C.eo.
q l.6.§.penul.
r l.8.§.ſi quis impubes.hoc tit. §. tam. 15. Inſt. eo.
s d.l.8.§.ſi quis moribus.6. §.ſi quis impubes.15,
t l.6. C. eo.
u aut nouiſſima.C.eod.
x d.l.8.§.ſi quis mortis.l. 30.36.§.1.l. quoniam. 29.l. omni modò.30. C.eo.d.auth.nouiſſima.
y d.l.omni modo. z §.aliud quoque.Nouel. conſt.115.ut cùm de app.cognoſc. aa l.10.in fi.l.12. 22. bb l. 8.§.ſi condi tioni.10.l.23.§.pen. cc l. qui repudiantis.17. l.nam etſi.15.§.1. dd l.ſi quando.35.§.fin. C.eo. ee §.ſancimus.Nouell. conſt. 115. ut cùm de app.cog. ff Dd.in d.§.ſancimus. gg §.ſiue eadem.d.Nouel.

ficium accuſent: ſin in minore parte, agent ad ſupplementum: ſin exhære-
dentur, aut id fit iniuria, & teſtamento quòd ad inſtitutionem attinet eua-
cuato, ab inteſtato ſuccedunt, ut querela non ſit opus: aut iure factum eſt,
& meritò omni aditu cōſequendę hæreditatis, qua ſe indignos reddiderũt,
excluduntur [a]: prorſus ut fratribus tantum opitulari deinceps hæc accu-
8 ſatio uideatur, etiamſi quidam contradicant [b]. Illud ultimo loco addimus,
querelam in hæredes tranſire, iiſq́ competere: liberis quidem indiſtinctè [c],
extraneis uerò non aliterquàm præparata à defuncto querela [d].
9 Datur autem hæc actio aduerſus hæredem cuiuſcunq́ tandem ſit digni-
tatis & conditionis [e], ſiue ex liberis, ſiue extraneus aut municeps [f], quãtum
quidem ad querelam liberorum aut parentum exhæredatorum attinet:
nam in fratribus diſtingui diximus, turpis an honeſta perſona ſit inſtituta.
Sed & aduerſus hos competit, qui locum hæredis obtinent: ut eſt ſucceſſor
hæredis [g], fiſcus qui bona occupat [h], fideicommiſſarius uniuerſalis [i]: non-
nunquam etiam aduerſus particularem legatarium, qui ſuſpecta colluſio-
ne ad defendendum teſtamentum uenit [k]. Ita tamen hi conueniri pote-
runt, niſi priuilegio aliquo quod relictum eſt defendatur. Nam conſtat ad-
uerſus teſtamentum militare [l], quódque de peculio Caſtrenſi fit, uel qua-
ſi [m], querelam non dari.
10 Ipſe autem actionis modus eſt, ut dicat actor, doceatq́ [n], immerentem
atq́ indignè preteritum ſe, uel exhæredatum. Inofficioſum enim teſtamen-
tum dicere, eſt allegare quare exhæredari uel preteriri non debuerit [o]: qua-
ſiq́ non ſanæ mentis fuerit is, qui teſtamentum ordinauit: non quò uerè fu
rioſus fuerit, ſic enim teſtamentum ipſo iure corrueret probato furore [p], ſed
rectę quidem composq́ mentis fecerit teſtamentum, non tamen ex officio
pietatis [q]. Quod cùm ita ſit, petit actor declarari teſtamentum inofficio-
ſum, ac reſcindi: eoq́ reſciſſo, ſibi ut hęredi proximo hęreditatem adiudi-
cari: nam olim petitionem hęreditatis adiungi inofficioſi querelę ſolere, ſu-
prà dictum eſt [r]. Quia uerò cui datur actio, ei multo magis competere ex-
ceptionem dicendum eſt [s], poteſt etiam qui exhęredatum iniuſtè ſe queri-
tur, ſi eſt in poſſeſſione bonorum, in modum contradictionis & excipien-
do querelam introducere [t]. Illud præterea ſciendum eſt, hanc querelam
non eſſe perpetuam, ne perpetuò ſuſpenſæ incertæq́ pendeant defuncto-
rum uoluntates [u], ſed intra quinquennium à tempore aditæ hęreditatis eſſe
proponendam [x].
11 Effectus autem huius iudicij eſt, ut probata cauſa, declaretur teſtamen-
tum inofficioſum: eoq́ reſciſſo, legata quoque & libertates inſcriptæ pe-
reant [y], (quod tamen hodie correctum uideri poteſt, cum Iuſt. uoluerit, in-
ſtitutionem tantum uitiari ſaluis reliquis teſtamenti articulis [z]) & in ea cau
ſa res conſtituatur, perinde atq́ ſi nullum teſtamentum ſcriptum, nulla hæ-
reditas adita eſſet [aa]: utq́ actori uictori hæreditas ab inteſtato reſtituatur, ſi
modò probarit ſe ab inteſtato hæredem [bb]. Quamuis autem hac actione ne
mo amplius petere poſsit, quàm eam partem, quam ab inteſtato habiturus
eſſet [cc]: tamen ea probata, totum teſtamentum corruit, quaſi uitioſum, & à
demente factum [dd]: adeò ut uictor ſolus obtineat hæreditatem, neq́ illi con
currant qui alioqui ab inteſtato partem facerent, ſi agentem deſeruerint [ee].
uidentur enim animo repudiantis accuſationem neglexiſſe [ff]: niſi culpa ſi-
lentij nulla impeditis fortè imputari queat [gg]. Sed ſi is qui inſtitutus eſt,
etiam ab inteſtato hæres exiſtit, cùm minimè repudiare ius ſuum uoluiſſe
ipſa aditione ſit teſtatus, reſciſſo per querelam teſtamēto, ab inteſtato cum

a l. quidã. 232. uerſ. quid ergo. de uerb. oblig.
b Vigl. in rub. Inſtit. eo.
c l. ſi quis. 34. C. eo.
d l. 6.
e l. 8. §. ſi imperator. 2. l. pen. §. 1.
f d. l. pen.
g l. 10.
h l. ſi hæredũ. 10. C. eo.
i l. 1. C. eo.
k l. ſi ſuſpecta. 29.
l d. l. 8. §. Papinianus. 3.
m l. fin. C. eo.
n l. 3. l. 5.
o d. l. 3. 5.
p l. 2.
q l. 2. 5.
r l. 8. §. quoniã. in uerb. non tamen debeo hæreditatẽ petere.
s l. 1. uerſ. nam cui. de ſuperf. c. qui ad agẽdum. de reg. iur. in 6.
t d. l. 8. §. ſi filius. 13.
u l. fi. commun. præd.
x l. ſcimus. 36. §. fi. C. eo.
y l. 8. §. penul. l. Filia. 13. l. cùm mater. 28.
z d. Nouell. 115. ut cùm de app. Auth. ex cauſa. C. de lib. præt.
aa l. eum. 21. in fin.
bb l. 6. §. pen. l. 15. in fin.
cc d. l. 8. §. quoniam.
dd d. l. 13. in fi. d. l. 21. d. l. 28.
ee l. filio. 16. ff l. qui repudiantis. 17. gg l. ſi hæres. 7. fam. herciſc.

uictore concurret: ut cùm contra filium inſtitutum alter exhæredatus obtinuit[a]. Vnò ſanè caſu pro parte tantum reſcinditur teſtamentum: propterq; rei iudicatæ authoritatem, partim teſtatus, partim inteſtatus decedit 14
teſtator, contra regulas iuris ciuilis[b]: uidelicet cùm pluribus querela conuentis diuerſæ ſententiæ latæ ſunt, quarum in altera laudetur, in altera declaretur teſtamentum inofficioſum. Id quod euenire poteſt, cùm aduerſus extraneum & fratrem, hæredes inſtitutos, agitur. contra hunc enim querelam obtinere, fuerit periniquum[c].

a l. mater. 19. l. ſi ponas. 23.
b l. ius noſtrũ. de reg. iur.
c d. l. mater. 19. l. nam etſi. 15. in fin. l. circa. 24. hoc tit. l. cũ duobus. 13. C. eo.

## DE HAEREDITATIS PETITIONE. Titul. III.

1 *Diuiſio petitionum hæreditatis.*
2 *Quid ſit petitio hæreditatis.*
3 *Realem eſſe actionem, quamuis perſonales habeat præſtationes.*
4 *Cui detur.*
5 *Aduerſus quem.*
6 *Cur non detur contra titulo poſſidentem.*
7 *Ad quid detur, & quid in hoc iudicium ueniat.*
8 *Verba S. C. eorumq; explicatio.*

HAæreditas petitur aut ex iure ciuili, tota: uel pro parte, aut ex iure prætorio, aut ex Senatuſconſultis: quibus de ſingulis petitionibus eſt diſ- 1
ſerendum. In uniuerſum autem petitio hæreditatis eſt actio realis, ex iu- 2
re ciuili deſcendens[a], qua quis petit hæredem ſe declarari, hæreditatemq; iure ad ſe pertinentem, ab eo qui pro hærede uel poſſeſſore poſſidet, ſibi reſtitui[b]. Dico actionem eſſe realem[c], ea de cauſa, quòd datur contra poſſi- 3
dentem, qui nullo ex contractu ad dandum uel faciendum obligatus eſt, ſed ratione ſolius poſſeſſionis conuenitur, ut hæreditatem reſtituat. Habet tamen hæc actio præſtationes aliquot perſonales[d]: quia enim uniuerſalis eſt, in eamq; ueniunt omnia quæ ex bona fide (unde & bonæ fidei exiſtimatur[e]) præſtari æquum eſt, fit ut interdum dare quippiam cogatur poſſeſſor, puta precia à debitoribus exacta, aut ab emptoribus recepta: quod proprium eſt perſonalium actionum, in quibus ad dandum uel faciendum agitur, ſicuti in realibus ad reſtituendum duntaxat[f]. Iure pertinere dicitur ad 4
aliquem hæreditas, ſiue iure ueteri, id eſt ex lege 12. Tab. deuoluatur, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato[g], ſiue iure nouo, puta S. C. aut noua principis conſtitutione[h]. Ergo omnibus his, qui ſiue ueteri, ſeu nouo iure ad hæreditatem uel ab inteſtato, uel ex teſtamento uocantur, datur hæc actio: nec intereſt, ſuo quis nomine, an per alios hæres ſit effectus[i].

Aduerſus eum autem datur, qui pro hærede uel pro poſſeſſore ius uel 5
rem hæreditariam, licet minimam, poſſidet[k]. Pro hærede poſſidet, qui putat ſe hæredem eſſe[l], uidelicet eius cui ſe hæredem eſſe actor aſſerit[m]: ſed & is, qui ſciens ſibi ius non eſſe, pro hærede tamen poſſidet: item bonorum poſſeſſor[n]. Pro poſſeſſore poſſidet prædo, qui interrogatus (ſicuti in iure fieri ſolet, ne ſumptus fruſtra fiant[o]) cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec ullam iuſtam poſſeſſionis cauſam adferre poſſit[p]. Cur autem 6
non detur contra alios titulo poſſidentes hæreditatis petitio[q], in promptu ratio eſt. Nam actor nullum ius dominij in iudicium deducit, ſed ſolùm iure defuncti cui ſucceſſit utitur, ut quia ille poſſedit, res ſibi tanquam heredi reddatur[r]: at defunctus potuit non eſſe dominus. Itaq; quando par ius habeat cum defuncto, qui alio titulo quàm pro hærede proue poſſeſſore poſſidet, non

a l. item ueniũt. 20. §. prætor hæc. 6. hoc tit. l. 1. de poſſ. hære. petit.
b l. licet minimam. 10. hoc. ti. Barto. in l. 1. C. quor. bon.
c l. ſed etſi lege. 25. §. petitio. 13.
d d. §. petitio. hæreditatis. C. eo.
e l. fin. C. eo. §. bonæ fidei. in fi. Inſt. de act.
f §. 1. §. ſic itaque. cũ ſeq. Inſt. de act. l. actionem. 24. de obl. & act.
g l. 1. hoc tit. l. lege. 130. de uerbor. ſig.
h l. 3.
i l. 1. 2. 3.
k l. regulariter. 9. cum l. ſeq.
l l. pro hærede. 11.
m Dd. in d. l. pro hærrde. App. cap. 1. Dialec.
n d. l. pro hærede.
o l. cogi. C. eo. tot. tit. de interr. act.
p d. l. pro hærede. in fi. cum ll. ſeq. §. ſequens. Inſt. de interd.
q l. hæreditatis. 7. C. eo.
r l. & non tantum. 18.

ſidet, non poteſt ei res per hanc actionem auferri: quoniam in pari cauſa
7 meliorem eſſe poſsidentis conditionem, eſt notiſsimum[a]. Porrò in hæ-
reditatis petitionem ueniunt uniuerſæ res hæreditariæ, ſiue iura, ſiue cor-
pora[b], unà cum acceſsionibus: puta fructibus, precio rerum diſtractarum,
& ijs quæ poſtmodum obuenerunt[c], &c. de quibus & alijs extat Senatuſ-
8 conſultum tempore Adriani Imperatoris factum, in hæc uerba[d]: PRI-
DIE IDVS MARTIAS QVINTVS IVLIVS BALBVS, ET PV-
BLIVS IVVENTIVS CELSVS, TITVS AVFIDIVS, ET OENVS
» SEVERIANVS COSS. VERBA FECERVNT DE HIS, QVAE IM-
» PERATOR CAESAR TRAIANI PARTHICI FILIVS, DIVI NER
» VAE NEPOS, HADRIANVS AVGVSTVS, IMPERATOR, MA-
» XIMVS'QVE PRINCEPS PROPOSVIT, QVINTO NONAS MAR
» TIAS, QVAE PROXIMAE FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS
» ESSET, QVID FIERI PLACEAT: DE QVA RE ITA CENSVE-
RVNT CVM ANTE: QVAM PARTES CADVCAE, quæ uidelicet
deficientibus ſcriptis hæredibus, aut legatarijs, iure ueteri ad fiſcum deuol-
» luebantur[e], EX BONIS RVSTICI FISCO PETERENTVR, HI
» QVI SE HAEREDES ESSE EXISTIMANT, HAEREDITATEM
» DISTRAXERINT, PLACERE, REDACTAE EX PRECIO RE-
» RVM VENDITARVM PECVNIAE VSVRAS NON ESSE EXI-
GENDAS: periniquum enim eſſet, uſuras in bonæ fidei iudicio præſtari ab
» eo, qui nec in mala fide, neq; moræ reus eſſet[f]. IDEM'QVE IN SIMILI-
» BVS CAVSIS OBSERVANDVM. ut in bonis uacantibus, uel aliunde
fiſco acquiſitis[g]. In priuatorum quoq; petitionibus S.C. locum habere, ne-
» mo eſt qui ambigit[h]. ITEM PLACERE, A' QVIBVS HAEREDI-
» TAS PETITA FVISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM
» ESSET, PRECIA QVAE AD EOS RERVM EX HAEREDITATE
» VENDITARVM PERVENISSENT, & ſi eæ ante petitam hæreditatem
deperiſſent, diminutæúe fuiſſent: hoc eſt, in rerum natura eſſe deſijſſent,
» aut uſucaptæ eſſent[i]: RESTITVERE DEBERE: quatenus ſcilicet locu-
pletiores facti ſunt[k]. iniquũ enim eſſet, bonæ fidei poſſeſſorem damno affi-
ci: de quo hîc loquitur S.C. nam ad malæ fidei poſſeſſores ſequentia perti-
» nent: ITEM EOS, QVI BONA INVASISSENT, CVM SCIRENT
» AD SE NON PERTINERE: hoc eſt, nullam cauſam poſsidendi habe-
» rent[l]: ETIAMSI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT,
» QVOMINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS,
» QVASI POSSIDERENT. in toto enim iure, qui dolo deſijt poſsidere,
pro poſſeſſore habetur[m], & condemnatur[n]. atq; ita quidem hi condemnan
di ſunt, ut ſi res extent, quamuis ſint diſtractæ, præſtare eas debeant: aut ſi
recuperari non poſſunt, tanti damnentur, quantum erit in litem iuratum.
Sin autem deperditæ uel diminutæ res ſint, uerum precium refundatur[o]:
atq; hæc quidem omnia cum acceſsionibus, incrementis, fructibus, non
,, modò perceptis, uerumetiam qui percipi potuerunt[p]. EOS AVTEM,
,, QVI IVSTAS CAVSAS HABVISSENT, QVARE BONA AD
,, SE PERTINERE EXISTIMASSENT, VSQVE EO' DVNTA-
,, XAT, QVO' LOCVPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT.
,, PETITAM AVTEM FISCO HAEREDITATEM EX EO TEM-
,, PORE EXISTIMANDVM ESSE, QVO PRIMV'M SCIERIT
,, QVISQVE, EAM A' SE PETI: ID EST, CVM PRIMV'M AVT
,, DENVNCIATVM ESSET EI, AVT LITERIS VEL EDICTO
,, EVOCATVS ESSET, CENSVERVNT.

*a c. in pari. de reg. iur. in 6. §. retinendæ. uerſ. cõmodum. Inſt. de interd. l. fin. C. de rei uend.*
*b l. item uidendum. 18. cum ll. ſeq.*
*c l. item ueniũt. 20. l. ſed etſi. 25. §. fi. hoc tit. l. ſi poſt. 2. C. eo.*
*d d. l. item ueniunt. §. præter. 6.*
*e l. unic. in prin. & §. & cũ triplici. C. de cad. tollen.*
*f l. mora. 32. §. in bonæ. pen. ff. de uſur.*
*g d. l. item ueniunt. §. ait ſenatus. 7. l. 1. de iur. fiſ.*
*h d. §. ait ſenatus.*
*i l. deperditum. 21.*
*k l. utrum. 23.*
*l l. ſed etſi lege. 25. §. quod autem. 2.*
*m l. qui dolo. de reg. iur.*
*n d. l. ſed etſi lege. §. perinde. 6. l. ſin autem. 27. §. ſed & ſi. 2. de rei uendic.*
*o d. l. item ueniunt. §. reſtituere. final.*
*p d. l. ſed etſi. §. quod autem ait Senatus. 2. cum §. ſeq.*

## SI PARS HAEREDITATIS petatur. Tit. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Idem iuris in parte, quod in toto.*
3 *Actorem ſuo iure metiri actionem.*
4 *Principaliter petitione in id agi, ut actor hæres declaretur.*

EST cùm non tota hæreditas,ſed aliqua eius pars petitur: nec enim om- 1
nes ex aſſe,ſed alij ex alijs partibus inſtituuntur,aut exiſtunt ab inteſta-
to hæredes. Qua quidem in petitione idem iuris obſeruatur in parte, 2
a l.quæ de to- quoad partem,quod eſt in toto, quoad totum [a]. Sciendum autem eſt, eum
ta. 76. de rei qui totam hæreditatem uel partem eius petit, ius non ex eo metiri, quod 3
uend. poſſeſſor occupauit,ſed ex ſuo iure: & ideo,ſiue ex aſſe hæres ſit,totam hę-
reditatem uendicaturum, licet reus unam tantùm rem poſsideat: ſiue ex
b l.1.§.1. parte, partem,etſi poſſeſſor totam hæreditatem obtineat [b]. Ex quo intelli- 4
gi licet,non principaliter hac actione in hoc agi ut bona reſtituantur: alio-
qui non liceret amplius à quoquam petere, quàm poſsideret, & reſtitue-
re poſſet: uerùm ad illud, ut actor hæres declaretur, eiq; hæredi bona re-
ſtituantur.

## DE POSSESSORIA HAEREDI-tatis petitione. Tit. V.

1 *Continuatio.*
2 *Qualis ſit hæc actio.*
3 *Cui, aduerſus quem, ad quid detur.*

ORdinariũ fuit poſt ciuiles actiones hæredibus propoſitas, rationem 1
habere pętorem etiam eorum,quos ipſe uelut hęredes facit: hoc eſt,
a l.1. eorum quibus bonorum poſſeſsio data eſt [a].Bonorum poſſeſsio nihil aliud 2
eſt,quàm ius(hoc eſt facultas) perſequendi retinendiq; patrimonij,ſiue rei, 3
b l.3.§.bono- quæ cuiuſq; cùm moreretur fuit, à prætore inductum & conceſſum [b]. Bo-
rum. 2. de bon. norum igitur poſſeſſoribus,quos prætor non minus tuetur quàm ius ciuile
poſſ. hæredes, datur poſſeſſoria hæreditatis petitio:per quam tantundem conſe
quitur bonorum poſſeſſor,quantum ſuperioribus ciuilibus actionibus hę-
c l.2. res cõſequi poteſt [c]. Itaq; quæ in ijs ualere & uſurpari diximus,in hac quoq;
locũ habebũt:ut eadẽ rurſus repetere,καὶ τὸ αὐτὸ ᾄδειν ἆσμα nihil ſit neceſſe.

## DE FIDEICOMMISSARIA HAEREDI-tatis petitione. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Cui,aduerſus quem,ad quid, hæc actio detur.*

EX ordine occurrit actio, quæ proponitur his, quibus reſtituta eſt hæ- 1
reditas. Nam quiſquis ſuſcepit reſtitutam hæreditatem, quoniam ex
a §. reſtituta. S.C.hæredis loco eſt [a],& in eum actiones tranſeunt [b],quæ hæredi & in hę-
Inſt. de fideicõ. redem competunt, meritò fideicommiſſaria hæreditatis petitione uti pote
hæ. rit [c]: quam eadem recipere quæ ſunt in hæreditatis petitione ciuili, dubium
b l.1.hoc tit. l. non eſt [d].Nec intereſt,uerbi cauſa,mihi quis rogatus fuerit reſtituere,an cui
1. §.1. ad S. C. hæres extiti.Sed etſi bonorum poſſeſſor ſim eius, cui fideicommiſſaria hæ-
Treb. reditas relicta eſt,uel alius ſucceſſor, hac actione experiri potero. Scien-
c d.l.1. dum tamen eſt,hanc actionẽ aduerſus eum qui reſtituit hæreditatem, non
d l.2. competere.

competere [a]. fruſtra enim petatur ab eo hæreditas, qui reſtituit, confeſſusq́;
ipſa reſtitutione eſt, fideicommiſſarium eſſe hæredem: nihil ut opus ſit hac
actione id iterum declarari. ſed ſi quid non integrè reſtitutum ſit, poteſt ex
teſtamento actione perſonali aut reali id peti.

*a l.2.*

# DIGEST. LIBER VI.

## DE REI VENDICATIONE. Titul. I.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta ſit uindicatio, & quid ſit.*
3 *Cauſa efficiens, & cui detur.*
4 *Aduerſus quos.*
5 *Materia, & quæ res uindicari poßint.*
6 *Forma inſtituendæ uindicationis.*
7 *Quid in eam ueniat.*
8 *Finis huius actionis.*
9 *Effectus.*

1 REcte atq; ordine, poſt actiones quæ de uniuerſitate propoſitæ
ſunt, ſubijcitur actio ſingularum rerum petitionis, quæ aut per-
tinet ad res corporales, tam mobiles quàm ſoli, tam animatas
quàm inanimes [a], & tum appellatur rei uindicatio: aut ad res in-
corporales, puta ſeruitutes: qua in parte confeſſoriæ negatoriæq́; actionis
nomen ſortitur.
2 Rei uindicatio à uindicando, hoc eſt liberando & aſſerendo, de manu
ac iure poſſeſſoris [b], dicitur. nam id in hac actione agi, palàm eſt. Rei enim
uendicatio, eſt actio realis, qua quis petit ſe dominum rei controuerſæ de-
clarari [c], & eam officio iudicis à poſſeſſore ſibi reſtitui [d].
3 Cauſſa efficiens huius actionis, eſt ius ciuile, & lex 12. Tab. à qua eſt in-
troducta [e]: licet eam prætor, penes quem dandæ actionis erat poteſtas, ſe
daturum polliceatur, l. prætor. 75. Qui porrò eam in iudicio proponit atq;
4 agitat, eſt is, qui uel iure gentium, uel ciuili dominium acquiſiuit [f]. Nulli
enim alij competere, aut utilis eſſe poteſt [g]: aduerſus eum autem proponi-
tur, qui nullo quidem iure nobis obligatus eſt, ſed rem quam noſtram in-
5 tendimus poſſidet [h], aut dolo poſſidere deſijt [i]. Materia, de qua hæc actio
proponitur, ſunt omnes res corporales, quæ dominio alicuius contineri
poſſiderìq́; poſſunt [k], tam mobiles, quàm ſoli [l]: nec modò ſingulæ res per
hanc actionem uendicantur, ſed etiam quandoq; uniuerſitas: ut grex, ar-
mentum, equitium [m], &c. quæ uniuerſitas iuris non eſt, ut hæreditas, ſed
ſpecierum corporalium.
6 Forma uendicandi olim multiplex fuit, & ſolennis [n]: quæ cum reliquis
formulis & impetrationibus antiquata eſt [o]. hodie ita agitur, ut actor in li-
bello proponat ſe eſſe dominum, uel quaſi (nam Publicianam adijci rei uen
dicationi propter difficultatẽ probandi dominij, uſitatum eſt [p]) & aut cau-
ſam ſui iuris exprimat, aut omne ius ſuum, nulla cauſæ ſpecialis dominij
mentione facta, in iudicium deducat, prout illi commodum erit: (utrumli-
bet enim licet [q], etſi aliter in perſonalibus obſeruetur [r].) & quia dominus ſit,
ſicuti & declarari cupit, ab aduerſario, qui poſſidet, rem ſuam petat ſibi re-
7 ſtitui [s]. Quo uerbo totam rem cum ſua cauſa, id eſt utilitate quæ à re cauſa

*a l.1. b Cic. pro Mur. & li.1. de Ora. Liuius dec. 1. lib.3. c l. & ex diuerſo.35. §.1. hoc titul. l. ſicut. 8. §. ſed ſi quæritur. ꝑ. ſi ſer. uend. d §. 1. Inſt. de actio. l. qui reſtituere. 68. e Gell. lib. 20. cap.19. f l. in rẽ actio. 23. in princ. g l. fin. C. eo. h l. officium. 9. l. is qui deſtinauit. 24. h. t. l. unic. ſ. de alien. iud. mut. cauſ. fact. i l. fin. autem. 27. §.2. k l.1. §.1. l d.l.1. m d.l. 1. §. fin. cum ll. ſeq. n Cic. pro Muren. Gell. li.20. cap. 19. Hopp. lib. 3. ad Pand. o tot. tit. C. de de for. ſub. p c. abbate ſanè. circa fin. de re iud. in 6. q d.c. abbate. l. & an eadem. 14. l. ſi mater. 11. §. eandem. 3. de except. rei iud. r Dd. in l. 1. ſ. de eden. & in l. 2 C. ut ne. pri. s d.l. qui reſtituere. d.l. unic. uide Ferr. in prac. in for. lib. ac rea. declar.*

tur & prouenit[a], complectimur[b]. Ideoq; ſi dolo culpaúe poſſeſſoris res perierit, uel deterior poſt litem conteſtatam facta ſit, uel ſi fructus percepti, aut aliud emolumentum è re natum ſit, ratio horum omnium officio iudicis in reſtituendo habebitur[c]. Dico officio iudicis horum rationem haberi: quia iudici, ſtatim atq; de cauſa cognoſcere incipit, omnium rerum officium incumbit, quæcunq; in iudicio uerſantur[d]: ea uerò quæ ante iudicium contingunt, non ualde ad eum pertinent, niſi fuerint ei nominatim iniuncta[e]. quamobrem fructus, non pendentes (nam hi pars fundi ſunt[f]) ſed percepti ante litem conteſtatam, nominatim erunt petendi[g]: qui quidem à bonæ fidei poſſeſſore præſtantur quatenus extant[h]. nam conſumptos propter bonam fidem lucrari eum æquius eſt[i]: à malæ autem fidei poſſeſſore omnes indiſtinctè, non modò qui percepti conſumptique ſunt, ſed etiam qui percipi potuerunt[k].

Finis huius actionis eſt, ut uero domino res ſua reſtituatur, & quiſque 8
ſuum teneat: qui neruus eſt publicæ tranquillitatis.

Effectus eſt, ut impleta approbataq; actoris intentione[l], reus condem- 9
netur ad faciendam reſtitutionem: quæ quidem ſtatim erit facienda, niſi ex probabili cauſa dilationem iudex indulgeat[m]: quamuis in perſonalibus quatuor menſium ſpacium indiſtinctè condemnato detur[n]. quod ſi quis non pareat, reſtituere iuſſus, manu militari ex officio iudicis res erit ei auferenda[o]. Eſt enim iudicis, ſententiam ſuam imperio exequi[p].

## DE PVBLICIANA IN REM actione. Titul. II.

1 *Continuatio, & unde dicta Publiciana.*
2 *Quare prætor Publicianam introduxerit.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio, & cui detur hæc actio.*
5 *Ad quid detur.*
6 *Contra dominum non dari.*

SEd rei quidem uendicatio ex legitimis cauſis deſcendit. Aliam autem 1
prætor ex ſua iuriſdictione in rem cōparauit, quæ ab authore Publicio,
Publiciana eſt appellata. Nam cùm is cui ex iuſta cauſa res aliqua à non 2
domino tradita fuerat, eiuſq; rei ante completam uſucapionem caſu poſſeſſionem amiſiſſet, nullam haberet in rem directam actionem, ad eam perſequendam: quippe ita proditæ erant iure ciuili actiones, ut quis dominium ſuum uendicaret, durumq; uideretur eo caſu deficere actionem: inuenta eſt à Publicio prætore actio, in qua dicit is qui poſſeſsionem amiſit, eam rem ſe uſu cæpiſſe, quam uſu non cæpit, & ita uendicat ſuam eſſe[a]. Viſum enim eſt æquius fore, hunc colorē obtendi potius actioni, quàm pati ut eius defectu poſſeſſor bonæ fidei, amiſſa fortè poſſeſſione, ius omne facultatemq; rei recuperandæ amittat, & iniuſtus poſſeſſor id omne lucretur: cùm bona fides poſsidenti tantum præſtare ſoleat, quantum ueritas[b]. Verba porrò 3
edicti hæc ſunt: SI QVIS ID QVOD TRADITVR EX IVSTA CAVSA NON A DOMINO, ET NONDVM VSVCAPTVM, PETET, IVDICIVM DABO. Ex iuſta cauſa traditum hîc accipimus, ſcilicet ex iuſto 4
contractu, puta emptionis, donationis, dotis, aut alia cauſa: ex qua ſi dominus tradidiſſet, dominium trāsferretur[c]. Nam ex alijs poſſeſsionibus, etiam iuſtiſsimis, nō datur hoc iudicium, ſi ea poſſeſsionis cauſa ſit, ut ex illa neq; dominium à uero domino, neq; uſucapiendi conditio à non domino tranſeat: ut eſt in pignoratitia, precario, locatione, &c. Eo enim animo eiuſmodi acquiritur

*a l. Iulianus. 17. l. præterea. 20. l. ſi nauis. 62. hoc tit. l. 5. §. 5. ſi uſusfr. peta.*
*b d. l. præterea. l. in condemnatione. 134. §. cū uerbum. 1.*
*c d. l. fructus. 33. d. l. præterea. d. l. non ſolùm.*
*d l. ædiles. 25. §. item ſciendū. 4. de ædil. edic.*
*e d. §. item.*
*f l. fructus. 44.*
*g l. partum. 10. de uſur.*
*h l. certum. 22. C. de rei uend. l. fructus. 45. de uſur. l. bonæ fidei. 47. §. in cōtrariū. 1. de acq. rer. dom. d. l. fructus. 23. l. ſi nauis.*
*i §. etſi hæreditas. Inſt. de off. iud. d. l. certum.*
*k l. mala fide. 3. C. de cond. ex leg. l. ſi fundum. 17. C. de rei uendic. d. l. fructus. §. ſi quis à nō domino. Inſtit. de rer. diuiſ.*
*l l. fin. C. eod.*
*m §. 1. Inſt. de off. iud.*
*n l. 2. & 3. C. de uſur. rei iud.*
*o l. qui reſtituere. 68.*
*p l. à diuo Pio. 15. de re iud.*
*a §. ſi cui. Inſt. de actio.*
*b l. bona fides. 179. de reg. iur.*
*c l. 1. in fi. cum mult. ſequen.*

acquiritur poſſeſsio, ut is qui eam accipit, credat ſe dominum non eſſe. Traditionem autem oportet bona fide fieri [a]. Nam qui ſciens alienam rem occupat, Publiciana experiri nequit: quia nec uſucapere poteſt [b]. Oportet igitur eum qui hac actione agere uelit, bona fide ex iuſto titulo poſſeſsionem eſſe nactum [c]. Ait prætor, A non domino. Nam ſi dominus tradidiſſet, ipſa traditione dominium tranſtuliſſet [d]. Et addit, Nondum uſucaptum. Nam ſi uſucaptum eſſet, haberet ciuilem actionem rei uendicationis [e], & fruſtra deſideraret Publicianam. Iudicium porrò Prætor hic ferè dat eodem modo,
5 quo in Rei uendicatione. Nam ut in ea approbato actoris dominio iudex rem illi reſtitui officio ſuo iubet: ita hic probato iuſto agentis titulo, & bona fide ac traditione ſubſecuta, res illi tanquam domino reſtituitur, om-
6 niaq; ferè eadem ſunt in Publiciana quæ in rei uendicatione [f]. Huic autem actioni una tantum exceptio obijci poteſt, nempe dominij. Aequum enim eſt, actori bonam tantum fidem cum titulo allegantí, præferri uerum Dominum, præſertim poſsidentem: qui etiamſi non poſsideret, à quolibet tamen poſſeſſore rem ſuam uendicare poſſet [g].

*a l. quæcunq;. 13.*
*b l. ſed etſi. 7. §. fin.*
*c d. l. 7. §. præter. 7.*
*d l. traditio. 20. de acqui. domi. l. clauib. 7. de contra. emptio.*
*e l. 1.*
*f d. l. 7. §. ſi petenti. 3.*
*g l. penult. & fin. ī. eo.*

### SI AGER VECTIGALIS, ID EST EMphyteuticarius petatur. Titul. III.

1 *Ex qua cauſa detur hæc actio.*
2 *Cui aduerſus quos detur.*

1 AD exemplum huius prætoriæ actionis, alia quoq; inuenta eſt: qua illis qui non quidem directũ, ſed utile (ut nunc loquuntur) dominium habent, conſulitur. Solent enim ciuitates, aut alij rerum domini, uel propter ſterilitatem, uel aliam ob cauſam, agros ſuos in perpetuum, aut ad longum tempus colendos meliorandosq; locare: hac lege, ut quandiu pro his uectigal pendatur, tamdiu neq; ab ipſis qui conduxerunt, neq; ijs qui in locum
2 eorum ſucceſſerunt, auferre eos liceat. Qui igitur in perpetuum, aut longum tempus, fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur ueri domini: tamen, quia utile dominium in fundo emphyteuticario habent, placuit competere ijs in rem actionẽ aduerſus quemuis poſſeſſorem: ſed & aduerſus ipſos municipes, ita tamen ſi uectigal ſaluãt [a].

*a l. 1. & 2. ſi ager uectiga. uel emphyteu. petat.*

# DIGEST. LIBER VII.

## DE VSVFRVCTV. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Cur dicantur fundi ſeruire.*
3 *Diuiſio ſeruitutum.*
4 *Species ſeruitutum perſonalium.*
5 *Quid ſit uſusfructus.*
6 *Quarum rerum uſusfructus habeatur.*
7 *Quid inſit in uſufructu.*
8 *Quid fructus ab uſu differat, & an alterum alteri inſit.*
9 *Quomodo uſufructuarius uti debeat.*
10 *Diſpoſitio titulorum ſequentium.*

1 HActenus de rerum corporalium uindicatione tractatum eſt: nunc de rebus incorporalibus, quę quidem uindicari poſſunt, agamus. Res autem incorporales, quæ in rei uindicationem ca-
2 dunt, ſunt ſeruitutes, non quidem hominis, ſed fundi. Vt enim homo, amiſſa libertate, ſeruitutem ſeruire dicitur: ita & res quælibet, quæ

alteri quàm ſuo domino ſubeſt, ſeruitutem atque obedientiam quodammodo debet[a]. Harum autem ſeruitutum aliæ perſonales ſunt, aliæ reales. Perſonarum ſunt, quæ perſonis debentur, & ſine perſona utentis 3
eſſe nequeunt. Rerum ſiue prædiales ſeruitutes, uocantur onera & iura, quæ inhærent prædio ſeruienti, debentur autem alteri dominanti: ſine quibus duobus correlatiuis ſtare non poſſunt. In perſonalibus ſeruituti- 4
tibus numerantur uſusfructus, uſus[b], habitatio. Sed de uſufructu prius uideamus, qui ad hunc modum definitur: Vſusfructus eſt, ius alienis 5
rebus utendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia[c]. Vſumfructum hìc accipimus, non pro dominio, aut eius parte, ut aliquando capi uidemus[d]: ſed pro ſeruitute, quæ in iure conſiſtit. Eſt igitur uſusfructus ſeparatum ius à proprietate ſiue dominio rei: & quidem ius, hoc eſt facultas utendi fruendi. Additur in definitione, ALIENIS REBVS: oportet enim res alienas eſſe, quarum uſumfructum habemus. Nam quæ noſtræ ſunt, 6
hæ nobis ſeruire non poſſunt: ſed iure dominij, non ſeruitutis, his utimur fruimur[e]. Porrò uerbo Vtendi fruendi, omnes fructus, omniáque 7
omnino ueniunt emolumenta, quæcunq; ex fundo aut eius occaſione percipiuntur, non modò naturalia[f], ſed etiam ciuilia: ut penſiones, uſuræ, aliæq; obuentiones ciuiles[g]: quæ uidelicet non ex ipſa præcipuè re naſcuntur, & proinde nec ſunt in fructu[h], ſed induſtria hominis, qui rem utendo utilem facit, comparantur. Apud I.C. autem uſus & fructus hoc 8
differunt, quòd uſus non plus habet quàm quantum ſatis eſt quotidianis neceſsitatibus utentis[i]: unde uſus eſſe, pro opus eſſe, Latinis dicitur. At fructus comprehendit omne omnino commodum, non modò ad neceſsitatem, ſed etiam ad lucrum & uoluptatem pertinens. Vnde non immeritò dixit Vlpianus[k], fructui uſum ineſſe, uſui fructum deeſſe poſſe. Frui enim nemo ad lucrum aut uoluptatem re poteſt, niſi prius utatur: id eſt, inde ſumat ea, quibus opus habet. Verùm uti poteſt ad uitæ neceſsitates ſine fructu, id eſt citra maius aliquod lucrum, aut perceptionem ad uoluptatem comparatam, ultra uſum. Vtcunque ſit, liquet ex his uerbis, ius utendi fruendi, omnem omnino utilitatem, quam quocunque modo res afferre poteſt, ad uſufructuarium pertinere. Addit poſtremò, SALVA RERVM SVBSTANTIA. Non enim oportet uſu- 9
fructuarium deteriorem facere rei ſubſtantiam: ſed uti frui arbitratu boni uiri, ita ut ſecurus ſit dominus de proprietate[l]: alioqui ab eo conueniri poteſt ad intereſſe, ex ſtipulatione, quam præſtare uſufructuarius cogitur[m]. Et hæc quidem generatim dicta ſufficiant, ad intelligendum quid ſit uſusfructus: nunc quomodo acquiratur, amittatur, quibus in rebus conſtituatur, quæ actiones de uſufructu proditæ ſint, perſcrutemur.

*a l. traditio. 20. de acquiren. rerum domin. l. non tantũ. 169. de uerb. ſignificat.*
*b l. uſusfructus. de ſtipulat. ſeruorum.*
*c l. 1. hoc tit. in princ.*
*d l. qui uſumfructum. 58. de uerbo. obligat. l. 4. hoc tit.*
*e l. uti frui. 5. ⁊. ſi uſusfructus petatur. l. in re. 26. de ſeruit. urba. prædio. l. ſi cum teſtamẽto. 20. §. ſi fundũ. pen. de except. rei iudicatæ.*
*f l. item ſi fundi. 9.*
*g l. uſufructu. 7.*
*h d. l. item.*
*i in princ. ruſt. de uſu. & habitat.*
*k l. per ſeruũ. 14. §. 1. ⁊. de uſu & habitatione.*
*l l. ſi cuius. 15. in princ. hoc tit. l. 1. ⁊. uſufruc. quem ca.*
*m l. damni infecti ſtipulatio. 18. §. ſi cuius. 2. de damno infecto. l. inter fructuarium. 20. eod. tit. l. 1. ⁊. uſufructuarius quẽ cau.*

## DE VSVFRVCTV ACCREſcendo. Titul. II.

1 *Quibus modis uſusfructus conſtituatur.*
2 *In coniunctis accreſcendi ius tantum obtinere.*
3 *Quid ſit ius accreſcendi.*
4 *De triplici coniunctione.*

CONſtitui atq; acquiri uſumfructũ cõuentione, ſtipulationib. teſtamento, dubiũ nõ eſt: nec id maiori declaratione opus habet[a]. Illud ergo potius enodemus, ſi uſusfructus pluribus cõiunctim relictus ſit, quomodo per ius accreſ-

*a §. 1. Inſt. de uſufr. §. fi. Inſt. de ſeruit. ruſt. prædio.*

ius accreſcendi interdum acquiratur: non enim hæc ratio caret difficultate.

2 Sciendum igitur eſt, ius accreſcendi locum non habere, niſi coniunctim uſusfructus legatus ſit. Nam ſi ſeparatim unicuiq; partis rei uſusfructus relinquatur, uerbi gratia, Meuio fundi Tuſculani uſumfructum pro dimidia parte do lego, alteram partem uſusfructus Titio lego: ſine dubio ius accreſcendi ceſſabit [a]. Ergo in coniunctis tantùm ius accreſcendi locum habet.

3 Eſt autem ius accreſcendi, cum duobus aut pluribus coniunctis, altero deficiente, alteri pars deficientis adijcitur & accreſcit. Porrò coniuncti uocantur, qui à lege uel homine ita connectuntur, ut pro uno habeantur [b].

4 Triplici autem modo fit hæc coniunctio: re, uerbis, ac re & uerbis ſimul [c]. Re quidem, ut Titio uſumfructum fundi lego, Seio eiuſdem fundi uſumfructum lego. Hic enim cum unicuiq; in ſolidum uſusfructus legetur, non tam ius accreſcendi, quàm ius non decreſcendi locũ habet. Fiunt enim partes concurſu utriuſq; legatarij, ex forma legati. Vtriq; enim in ſolidum uſusfructus eſt legatus. Quamobrem altero legatariorum mortuo, aut repudiante legatum, quia concurſus ceſſat, alteri in ſolidum uſusfructus iure non decreſcendi cedet. Verbis tantùm coniunguntur, quibus æquis pro indiuiſo portionibus uſusfructus relinquitur, hoc modo: Titio & Meuio uſumfructum æquis partibus do lego [d]. Hi enim re ſeparati ſunt, quia æquales partes ſunt relictæ: non quidem corpore diuiſæ, ſed intellectu. Nam ſi corpore diuiſæ eſſent, utriq; dimidia parte ſeparatim relicta, nulla eſſet coniunctio [e]. In his igitur propriè locum habet ius accreſcendi, ut ſi alteruter moriatur, aut repudiet legatum, alteri pars eius accreſcat. Re & uerbis iunguntur, quibus idem, partibus nullis expreſsis, in eadem oratione coniunctim relinquitur. Vt, Titio & Meuio uſumfructum Tuſculanum do lego. Hic enim uerbalis coniunctio ſola non eſt, cùm partes nullæ ſint expreſſæ: nec realis ſola, cùm uerbis iungantur legatarij. itaq; uerbis & re coniuncti ſunt: ac tam iure non decreſcendi, quod eſt re coniunctorum, quàm accreſcendi, quod coniunctis uerbo proprium eſſe diximus, utuntur, cæteriſq; ſunt potiores [f].

a l.1. in princ.
b l. planè. 34. in princ. de legat. 1.
c l. triplici. 142. de uerb. ſignifi. l. re coniuncti, 87. de legat. 3.
d d. l. re coniuncti.
e d. l. planè.
f d. l. 1. §. idem eſt. 1. h. t. d. l. re coniuncti. ubi Dd.

## QVANDO DIES VSVSFRVCtus legati cedat. Tit. III.

1 *Vſusfructus diem ab adita hæreditate cedere.*
2 *Ratio eius.*
3 *Quare reliqua legata à morte teſtatoris cedant.*

1 ILlud autem notandum eſt, uſufructu legato, diem eius cedere, id eſt uſumfructum deberi [a], non à morte teſtatoris, ut cætera legata, ſed ab adita hæreditate [b]: cùm quia uſusfructus intelligi non poteſt, niſi ſit qui

2 eum conſtituat, quiq; frui patiatur: nempe hæres, qui nullus exiſtit ante aditam hæreditatem. tum quia ratio, quamobrem cæterorum legatorum dies

3 cedat à morte teſtatoris, hic ceſſat. In his enim ideo ſtatim cedit, ut legata, moriente ante aditam hæreditatem legatario, ad hæredem eius transmitti poſsint, neque fiant caduca [c]. quod in uſufructu locum habere non poteſt, cum is ſemper moriente uſufructuario unà extinguatur, utpote qui perſonæ cohæreat [d]: ut fruſtra omnino eius dies ante ipſam cõſtitutionem, quæ demum poſt aditam fit hæreditatem, ſit ceſſura.

a l. cedere dic. 213. de uer. ſignificat.
b l. unica. h. t.
c l. unica. §. cùm igitur. in fine. & §. in nouiſsimo. C. de cadu. tollendis.
d l. 2. & 3. quãdo dies legat. cedat. l. unica. §. libertat.

QVIBVS

## QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS VEL uſus amittitur. Titul. IIII.

1 *Quare placuerit uſumfructum aliquando extingui.*
2 *Vſusfructus finitur morte.*
3 *Capitis diminutione.*
4 *Interitu uel mutatione rei, non dominij.*
5 *Ceßione.*
6 *Conſolidatione.*
7 *Non utendo.*

QVia diximus morte finiri uſumfructum[a], uideamus & de reliquis 1
modis,quibus uſusfructus,uel uſus amittatur. Placuit enim has ſer-
uitutes certis modis extingui,ne inutiles eſſent proprietates,ſemper abſce-
dente uſufructu[b]. Præter mortem igitur uſusfructuarij,etiam capitis ipſius 2
diminutione extinguitur uſusfructus[c]: quia,quod ad priorem ſtatum atti-
net, pro mortuo minutus habetur:atq; olim quidem quacunq; diminutio- 3
ne[d], nouiſsimo autem iure maxima & media tantum, non etiam minima[e].
Deinde interitu ſeu mutatione rei. Cùm enim uſusfructus ius ſit in re:ea 4
ſublata,ipſum extingui neceſſe eſt,modò tota res extinguatur: nam in par-
te totus etiam uſusfructus retinetur[f]. Oportet igitur totam rem perire, ut
extinguatur uſusfructus, aut certè in aliam formam mutari: ueluti uſufru-
ctu ædium legato, ſi ædes corruerint,uel exuſtæ ſint, extinguitur uſusfru-
ctus,ita ut ne areæ quidem uſusfructus debeatur.nõ enim areæ,ſed ædium
uſusfructus legatus eſt[g]. aut ſi ager flumine uel mari inundatus ſit[h], uel ab
hoſtibus captus fuerit[i]. his tamen poſterioribus caſibus, reſtituta proprie-
tate uſusfructus reſtituitur,niſi forma rei planè ſit immutata[k]. Dixi autem
rei ipſius mutatione extingui uſumfructum: nam dominij mutatione, ut
quando proprietarius fundum alienat, nec uſusfructus, neq; iter actusúe
amittitur[l]. Item finitur uſusfructus,ſi is cedatur, (id eſt alienetur: nam ceſ- 5
ſio ſpecies eſt alienationis legitimæ, ut tradit Boetius ad Topica Cicero)
domino proprietatis.nam cedendo extraneo nihil agitur,ut inquit Iuſtinia
nus[m],cùm perſonæ uſusfructus cohæreat[n]: à qua diuelli non poteſt,niſi le-
gitimis modis iam traditis. quibus aliquando diuulſus,ad proprietatem re-
dit:non autem per ſolam ceſsionem,quæ nullius eſt momenti[o]. Atq; ita in-
telligendus eſt Pomponius[p], cùm ait:Ceſsione extraneo facta, nihil ad
eum tranſire,ſed ad dominum proprietatis reuerti uſumfructum: ſcilicet,
legitimo tandem modo extinctum. Econtrariò & conſolidatione uſus- 6
fructus perit[q]. Poſtremò,non utendo per modum & tempus[r]. Nam 7
etiam uel certæ partes, uel pro indiuiſo uſusfructus non utendo amittitur.
Atq; hoc quidem tempus olim exemplo cæterarũ uſucapionum erat bien-
nium,ut oſtendit Iulius Paulus lib. 3. Sententiarum. Hodie autem decen-
nium inter præſentes,uicennium inter abſentes[s].

a l.3.§.fin.h.t.
b l.3.§. de uſufructu.§.uſusfructus.in fin. Inſt. eod.
c l.1.
d l.3.h.t.§.fin. Inſt.eod.
e l.corruptionem.16.in fin. C.de uſufr.
f l.ſi cui.53.§. de uſufr.
g l.repeti.5.§. rei mutatione.2.
h l.ſi ager.23. cum l.ſeq.
i l.ſi ager.23. eod.
k d.l.ſi ager. 23.& 26.
l l.neq; uſusfructus.18.
m §.fin. Inſt. de uſufr.
n l.ſi uſufr.4. de nouat.
o arg. c. non præſtat. de reg. iur.l.2.3.4. de opt.leg. l.quod pupillæ.30. quan.di.leg.ced. l.hæc cõditio.de cond.& dem.
p l.ſi uſusfructus.67.de iur. dot.
q l.ſi tibi fundus.17.hoc tit. §.item finitur. Inſt.eo.l.idem. 6.de uſuf.acceſ. l.cùm in fundo. 81.§.ſi uxor.de iur.dot.
r l.placet.25. hoc tit.
s l.fi.C.de ſeruit.l.corruptionem.16.C.de uſufr.

## DE VSVFRVCTV EARVM RERVM quæ uſu conſumuntur,uel minuuntur. Titul. V.

1 *Quibus in rebus conſtitui uſusfructus poßit.*
2 *Quare in rebus quæ uſu conſumuntur,conſtitui uſusfructus nequeat.*
3 *Quomodo ijs in rebus quaſi uſusfructus conſtituatur.*
4 *Hunc quaſi uſumfructum tantum morte & capitis diminutione finiri.*

Nunc

1 NVnc enodemus,quibus in rebus conſtitui uſusfructus poſsit. Et qui-
dem Senatus cenſuit,ut omnium rerum quas in cuiuſq; patrimonio
eſſe conſtaret, uſusfructus legari poſsit: quo Senatuſconſulto inductum
uidetur,ut & earum rerum uſusfructus legari queat, quæ uſu pereunt, uel
minuuntur[a]. quo in numero ſunt,pecunia,uinum,frumentum,& conſimi-
2 lia. Harum enim rerum nullus eſt uſus, quia aut alienetur proprietas,ut pe-
cuniæ aſsidua permutatione: aut conſumatur, ut fit in uino, frumento,
oleo,&c. Quare olim uſumfructum non recipiebant,qui nullus eſt niſi ſal-
ua rei ſubſtantia,ut oſtendit Cicero[b]. Sed Senatuſconſulto effectum eſt, ut
quidem non proprius eſſet pecuniæ uſusfructus, ( nec enim id ratio natura
3 lis aut ciuilis patitur[c]) ſed ut quaſi uſusfructus haberetur[d]. Si igitur pe-
cuniæ uſusfructus uel uſus (quia in hac ſpecie uſus appellatione etiam fru-
ctum contineri magis accipiendũ eſt[e]: tota enim res, id eſt proprietas cum
poſſeſsione,transfertur, in qua uſumfructum ineſſe neceſſe eſt) ſit legatus,
uel aliarum rerum quæ in abuſu, id eſt conſumptione conſiſtunt: præſtan-
da quidem res erit legatario, ſed ab eo cautio exigenda, ut quando is mor-
4 tuus aut capite minutus fuerit, eiuſdem res qualitatis reſtituatur[f]. Nam in
hac ſtipulatione de reddendo uſufructu, duo tantùm caſus, quibus finitur
uſusfructus, ponuntur: uidelicet mors uſufructuarij, & capitis diminutio:
quoniã harũ rerũ uſus aliter amitti non poteſt,quàm his modis[g]. Nec enim
mutationem aut interitum patiuntur, cùm in genere conſiſtant[h]: nec non
utendo amittuntur,uel quia ipſo uſu conſumuntur,ut hîc temporis diutur-
nitas locum non habeat: uel quia proprietas cum poſſeſsione rei ad uſufru-
ctuarium deuoluitur, ut ille continuè poſsidendo uti ſemper intelligatur.

a l.1.
b in Topicis.
c §. conſtituitur. Inſt. de uſu. fru.
d l.2.§.fi. h.t.
e l.quoniã.16.§.1.l.5.§.fi. h.t.
f l.ſi tibi.6.h.t.
g l.in ſtipulatiõe.9.cũ l. ſeq.
h l. incẽdium.11.C.ſi cert. petat.

## SI VSVSFRVCTVS PETATVR, uel ad alium pertinere negetur. Titul. VI.

1 *De actionibus ſeruitutis perſonalis.*
2 *De confeſſoria & negatoria.*
3 *Quis, aduerſus quem, ad quid, agat confeſſoria.*
4 *Differentia inter confeſſoriam & perſonalem, ad ſeruitutem conſequendam.*
5 *Confeſſoriam non dari domino fundi.*
6 *Negatoria cui, ad quid detur.*
7 *Quare in incorporalibus negatoria detur, non in corporalibus.*

1 REſtat ut exequamur,quæ actiones,quibus, contra quos,& ad quid, ha
rum perſonalium ſeruitutum nomine concedantur. Et cùm uſus fru-
ctus uel petatur tanquam debitus, uel ad aliquem pertinere negetur quaſi
non debitus, proditæ ſunt in hanc rẽ duæ actiones[a], queadmodum & pro
2 cæteris ſeruitutibus[b]: quarum altera quis confitetur & aſſerit ſibi uſumfru-
ctum deberi, unde & actio confeſſoria uocatur[c]. Quia qui illa agit, ius
quod ſibi adeſt confitetur,ad hunc modum: SI APPARET VSVMFRV-
CTVM MEVM ESSE[d], &c. Altera aſſeritur libertas prædij, negaturq;
uſusfructus, quem quis indebitè ſibi uſurpat:ut, SI APPARET AD-
VERSARIVM IVS VTENDI FRVENDI FVNDO MEO NON
HABERE, &c. Hinc negatoria dicta eſt hæc actio[e]. Vtraque uerò rea-
lis eſt, quia ratione rei competit.

a l.1.h.t.
b §.æquè.Inſt. de act.
c l.2.l.9. §.1.
d Theophilus in d.§..æquè.
e d.l.2.

Confeſſoria

Confeſſoria autem agit, qui uſumfructum ſibi deberi aſſerit: nec tantùm ad 3
uerſus dominum, qui ſeruitutem debet, ſed omnes omnino qui impediunt uſumfructum, quocunq; tandem modo id fiat[a]: & ad hoc agit, ut iudex declaret uſumfructum ſibi competere, condemnetq; aduerſarium ut patiatur actorem uti frui, nec in poſterũ impediat, eoq; nomine caueat[b], præſtetq; fructus (ſi forte aliquo tempore poſſedit) perceptos, & id quod intereſſe poteſt actoris, creatum ſibi impedimentum non fuiſſe[c].

*a l. ſi quis diuturno. 10. §. agi. ǰ. ſi ſeruitus uendi. l. uti frui. 5. §. utrum. 1. h. t.*
*b c. fin. de reſt. ſpo. l. harum. 7. l. egi. 12. ǰ. ſi ſer. uend.*
*c d. l. uti frui. 5. §. fi. l. penult. §. fin. h. t.*

Ex quibus apparet, aliam eſſe hanc actionem, quàm illam perſonalem 4
qua ad conſtituendum uſumfructum, ex teſtamento forte, uel contractu, contra hæredem, aut eum qui promiſit, agitur. Hæc enim non eſt confeſſoria. Nam non confitetur actor in ea ius quod habet, ſed quod non habet petit, tanquam ſibi debitum, conſtitui. Vnde perſonalis eſt actio, non realis: quia non competit ratione iuris, quod rei inſit. Nullum enim ius in re eſſe poteſt, priuſquam ſit illud conſtitutum. At hæc de qua agimus, realis eſt: petit enim actor ut ne in iure antea ſibi conſtituto perfruendo, impediatur.

Hæc autem actio domino ſeruitutis, non autem fundi domino datur: 5
quia qui habet fundum, integrumq; dominium, ius utendi fruendi ſeparatum, & ſeruitutem non habet. Nec enim poteſt alicui ſuus fundus ſeruire[d]. Sed ſi impediatur in poſſeſsione ſuæ rei, competunt illi interdicta, quæ in hoc prodita ſunt, ut ſuæ unicuiq; poſſeſsiones ſine impedimẽto liberę ſint,
atq; ſaluæ. Porrò actio negatoria domino fundi datur, qui libertatem ſui 6
prædij aſtruit, negatq; aduerſario uſumfructum deberi, unde & negatoria appellatur. Petit enim ut iudex declaret ſuum prędium eſſe liberum: iubeatq; cauere aduerſarium, ne in poſterum ius ſeruitutis ullum uſurpet, & quanti intereſt pręterito tempore non uſurpatum fuiſſe, ut id ſibi repen-dat[e]. Ex qua, ipſa actionis forma apparet, cur in incorporalibus negatoriè agi permittatur, cùm ad petendas res corporales id genus actionis proditum non ſit[f].
Nam in his qui poſsidet, ei actio nulla datur, per quam ne- 7
get actoris rẽ eſſe: cùm quia ei ſufficere debet quòd habeat poſſeſsionem, ut non opus ſit ſuperuacaneis actionibus iudicia onerari: tum quòd non acturus ſit de iure ſuo, ſed alieno, quod perabſurdum eſt[h]. quicunq; enim cum aliquo agit, ex eo iure quod ipſe habet, cauſam ſuam iudici probare neceſſe habet, ut rectè annotauit Theoph.[i] Nam alioqui poſſeſſori, ſi agat de iure alieno, nihil profuturum eſt, declarari aduerſarium non eſſe dominum. neq; enim, etiamſi is dominus non ſit, ideo ſequitur, poſſeſſori dominium competere[k]. At in incorporalibus, qui agit negatoria, etſi uerbo negat, tamen reuera confeſſoria agit. Qui enim negat alteri ſeruitutem deberi in ſuo fundo, affirmat & confitetur rebus ipſis prędium ſuum eſſe liberum[l], iusq; eius libertatis oſtendere intendit. Et hæc quidem de tractatu uſusfructus dicta ſufficiant.

*d l. uti frui. 5. in princ. h. t.*
*e d. l. uti frui. h. t. l. egi. 12. ǰ. ſi ſeruitus uendic.*
*f §. æque. Inſt. de action.*
*g l. 1. §. interdictum. aut. ǰ. uti poßidetis.*
*h d. l. uti frui.*
*i ad d. l. æquè.*
*k l. ſed ſi poſſeſſori. 11. de iure.*
*l l. loci. 4. §. penult. & fi. cum ll. ſeq. l. ſicuti. 8. ǰ. ſi ſeruitus uendicetur.*

## DE OPERIS SERVORVM.
### Titul. VII.

Est autem conſimile uſusfructus, operarum legatum: quando uidelicet non ipſe uſusfructus, ſed ſerui hominis operæ legantur. Cùm enim fructus hominis in operis cõſiſtat, & retro in fructu hominis operæ ſint[a]: conſequens eſt, operis ſeruum legatis, uſum datum, ac conſequenter uſumfructum, non quidem uerè, ſed effectu conceſſum intelligi[b]. Verùm hoc differunt, quòd nec capitis diminutione, imò ne morte quidem ipſius cui debentur, neq; non utendo operæ amittantur[c], cuius ratio eſt, quòd operæ in actio-

*a l. fructus. 4.*
*b l. 5.*
*c l. 2. h. t.*

in actione hominis conſiſtant, neq; ſint in rerum natura priuſquam præſtantur[a]. Quod autem non eſt, id neq; capitis diminutione, nec morte, aut non utendo, perire poteſt[b]. Priuatio enim præſupponit habitum, ut uulgo loquuntur[c]. Adde quòd operæ quandam habeat cum dominio cognationem[d]. cui argumento eſt, quod cùm uſusfructus, uſucapione proprietatis non amittatur[e], operarum tamen legatum, ſeruo uſucapto, pereat[f]. Vt igitur dominium non extinguitur primo domino moriente, ſed tranſit ad eius hæredes: ita & legatarius ad ſucceſſores ſuos operarum legatum trãſmittit: quæ operæ præſtandæ erunt, donec is à quo ſunt edendæ, fuerit ſuperſtes.

a l. operæ. 7. de operis libertor.
b l. 2. & l. Põpo. 26. de uſu. et uſufr. legatis.
c l. decem. 116. de uerb. oblig.
d d. l. operæ. de oper. libert.
e l. locum. 17. §. proprietarius. 2. ſ. de uſufr. l. iuſto. 44. §. non mutat de uſucap.
f l. 2. de uſu. & uſufr. legatis.

## DE VSV ET HABITATIONE. Tit. VIII.

1 *Vſum ſimilem eſſe uſusfructus.*
2 *Quid contineat uſus.*
3 *Quando uſusfructus contineatur.*
4 *Quare frui pro parte non uti poſſumus.*
5 *De habitatione.*
6 *Habitationem non utendo, aut capitis diminutione non extingui, ſed morte.*
7 *Quid inſit habitationi.*

1 NVnc uidendum eſt de uſu & habitatione, quæ ſeruitutes quoq; perſo-
nales ſunt, ſicuti uſusfructus. cõſtituitur enim uſus ſine fructu, ut quis
utatur re ad ſuas neceſsitates, non uerò fruatur ad utilitatem[a]: & ijſdem om
nino modis, quibus uſusfructus conſtitui ac deſinere ſolet[b]. Itaq; cum uſus
2 non omne omnino emolumentum, quod quóq; modo ex quaq; re percipi
poteſt, ſed tantum quantum opus eſt ad uictum utenti, comprehendat, ut
antè diximus: conſequens eſt, cui uſus relictus ſit, eum uti poſſe ad ſubſi-
dia uitæ, frui uerò non poſſe[c]. Vnde uſu ædium legato, habitare cum coniu
ge & familia parentibusq;, & inquilinum quoq; recipere, dum ipſe inhabi-
tat, uſuarius poteſt[d]. Locare uerò ſeorſum, aut concedere habitationem ſi-
ne ſe, aut uſum uendere, permiſſum non eſt[e]: cum hæc omnia, quãtum ad
fructus ipſos attinet, uſufructuarius facere queat[f]. cuius ea eſt ratio, quòd
ad uſufructuarium omnis rei utilitas pertineat: uſuario autem id tantum
ſit conceſſum, ut pro conditione ſuæ perſonæ re utatur. Quòd ſi locare alij
ſeorſum uel uendere ius ſuum habitandi poſſet, iam uti domo ad neceſsita-
tes ſuas, contra naturam uſus, deſineret[g]. Paria in conſtituto cæterarum re-
rum uſu dicenda ſunt: uerbi gratia, ſi uſus fundi relictus ſit, poteſtas habitan
di, deambulandi, utendi etiam fructibus naturalibus, ut pomis, floribus, li-
gnis, fœno, &c. quatenus ad quotidianum uictum opus eſt, facta uidetur.
Domino autem fundi in ſerendo, colẽdóue impedimento eſſe: aut fructus
induſtriales, ut uinum, frumentum, &c. eius ſumptu atq; facto prouenien-
tes, decerpere, & alienam in meſſem falcem immittere, uſuarius nõ debet[h].
3 Vſus tamen nomine, aliquando & fructus continetur: quoties ex uerbis te-
ſtatoris, uel rei natura, uel conditione legatarij, id fieri oportere ratio ſua-
det. Vnde uſu ſyluæ legato, fructum quoq; legatum uideri, Hadrianus re-
ſcripſit[i]: quia niſi liceret legatarijs cædere ſyluam, & uendere, quemadmo-
dum fructuarijs licet, nihil habituri eſſent ex eo legato. cedere igitur, & uen-
dere, non quidem ſicuti plenus uſufructuarius, ſed pro ratione & modo ſui
uſus, poterunt. Nam & aliàs quamuis uſuarius alij uſum cõcedere nequeat,
tamen minimè illi inuidendum eſt, ſi eos fructus, quos ad uſum & neceſsi-
tates ſuas percepit, uendere uelit[k]. Porrò illud notatu dignum eſt, quòd

a l. 1. l. per ſeruum. 14. §. 1. l. plenum. 12. hoc tit.
b d. l. 1. in prin. Inſt. eo.
c l. 1. hoc tit.
d d. l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. hoc. tit.
e l. ſed neq; . 8. l. ſi habitatio. 10. in fi. hoc tit.
f Inſt. eo. uerſ. nec enim.
g d. l. plenum. §. equitij. 3. & §. ſi uſus. 4. in uerb. quemadmodum enim cõcedere alij operas poterit, cum ipſe uti debeat.
h d. l. ſi habitatio. §. fin. cum l. ſeq. hoc tit.
i l. diuus Hadrianus. 22.
k argumento d. l. plenũ. §. fin. cum l. ſeq. hoc tit.

uſus pars legari non poteſt: frui enim,ut I.C. inquit,pro parte poſſumus,uti 4
*a l.uſus.19.* pro parte non poſſumus[a]. Differentiæ ratio eſt,quòd ut ipſi fructus diuiſio
nē admittūt, ( licet enim fructuū partē tantū recipere ) ita & effectu uſusfru
ctus:at uſus cùm ad uictū quotidianum, neceſsitatesq; uitę tolerādas refe-
ratur,ſub partitionē nō cadit:quia partim uiui nequit. Quod ad habitatio- 5
nem attinet,hęc, & uſus ædium,idē effectu ſunt:nullus enim eſt alius ædiū
*b d.l.ſi habitatio. Cic. lib.1. Offic.* uſus,quam habitatio,cuius gratia extruunt[b]. Si cui tamen habitatio legata,
uel alio modo cōſtituta fuerit,neq; uſus,nec uſusfructus, ſed quaſi propriū
aliquod ius conſtitutū uidebit[c]. Differt enim in hoc ab uſu,quòd hic in iu-
*c §.ſed ſi cui. Inſt.eo.* re,habitatio uerò in facto cōſiſtat,cui uſus conſtituit:illi ius ſeruitutis com-
petat,in habitatione uerò ſolùm habitandi factū inſit. Vnde nec capitis di- 6
minutione,neq; non utendo,quemadmodū uſusfructus & uſus,amittitur[d].
*d d.l.ſi habitatio.* Habitatio enim nulla intelligitur,niſi uerè habitet. Vnde quod nō eſt non
utendo,id eſt non habitādo,nullo modo amitti poteſt[e]. Pari ratione capi-
*e d.l. Sempronius. de uſu & uſufr.lega.* tis diminutio habitationē non extinguit,neq; pręteritā,quia cùm habitatio
ipſa perceptione & ſingulis momētis,quibus habitamus,conſumat, deſiȷt
eſſe in rerū natura:neq; futurā,quoniam nondum exiſtit: quod aūt non eſt,
perire nequit,ut paulò antè diximus.Morte tamen extinguit, quoniā per-
ſonalis eſt habitatio: & factum eius cui competit, uidelicet inhabitationē,
omnino requirit.Eaq; de cauſa rectè olim I.C. uiſum fuit,habitationē alteri 7
*f l.ſi habitatio.* non poſſe locari,aut quoquo modo cedi[f]: quòd nimirū ius nullū exiſtat ha
bitationis,niſi in ipſo eius facto cui cōſtituta eſt.ſed poſtea Iuſtinianus,quo
*g l.cùm antiquitas.13.C.de uſufru. & habita.* plenius eſſet habitationis ius,locandi facultatē cōceſsit[g]. Vltimò ſciendum 8
eſt,dominum proprietatis debere cauſam habitantis, aut uſuariȷ nullo mo-
do facere deteriorem:facit autem deteriorem, etiam in meliorem ſtatum re
*h l.fin. hoc tit.* commutata[h]. Et rurſum,ſi plus utatur uſuarius quàm oportet, officio iudi-
*i l.penult. in fin.hoc tit.* cis contineri,ne aliter quàm debet utatur[i].

## VSVFRVCTVARIVS QVEMADMODVM caueat. Tit. IX.

1 *Quare introducta ſit hæc cautio.*
2 *Quid inſit in cautione.*
3 *Quando caueri oporteat.*

HAc de cauſa rectè à prætore prouiſum eſt, ut legatarius, uel is cui alio 1
modo conſtitutus eſſet uſusfructus aut uſus,de utroq; caueret:& uſu-
*a l.1.in princ.* rum ſe boni uiri arbitratu:& cùm uſusfructus ad eum pertinere deſiȷſſet,re-
ſtituturum,quod inde extabit[a]. Hęc ſtipulatio duas habet cauſas. unam, ſi 2
aliter quis utatur, quàm uir bonus arbitrabitur: id eſt, ſi non percipiat boni
uiri arbitratu,& deteriorem cauſam uſusfructus faciat, cæteraq; non faciat
*b d.l.1.§.cauere.2.* quę in re ſua faceret[b]:aliam,de uſufructu reſtituendo: quarum prior ſtatim
committitur,cùm aliter fuerit uſus. Vtilius enim uiſum eſt, non expectari
dum uſusfructus finiatur: & ſæpius committitur, toties uidelicet, quoties
*c d.l.1.§.ult.* utens re abutitur. Sequens uerò cōmittitur finito demum uſufructu[c]. Re-
ctè autem facient hæres & legatarius,ſi qualis res ſit,cùm frui incipit uſufru
ctuarius,inteſtatum redegerint:ut inde apparere poſsit, an & quatenus pe-
*d d.l.1.§.recte.3.* ior facta ſit[d]. Hac ſtipulatione etiam cōtinetur, dolum malum abeſſe, abfu-
*e l.5.* turumq; eſſe[e]. Nec ſolùm ſatiſdare iubet prætor, cum uſusfructus legatus, 3
*f l.uſu.11.hoc tit.* aut aliter conſtitutus eſt,ſed etiam cùm uel uſus ſine fructu legatur,[f] ut tum
de ſolo uſu cautio fiat:uel contrà fructus ſine uſu, puta uel quia teſtator ſim-
*g l.per ſeruū.14.§.1.ſ.tit.1.* pliciter fructū legauit,nulla uſus mētione facta: quod perinde eſt atq; ſi u-
ſumfructū legaſſet[g]:uel quòd uerè fructus non iure ſeruitutis (nam fructus
ſine

ſine uſu eſſe non poteſt, ut ſit uidelicet ſeruitus) ſed legati obtigerint, ut in reditu prædij uidere licet, cùm uindemia legatur aut meſsis. Sed etſi habitatio, uel operæ hominis, uel cuius alterius animalis relictæ fuerint, licet per omnia hęc uſumfructũ non imitentur, nihilominus cogẽdus erit legatarius cauere [a], aut actiones quibus ad id compellatur ſuſcipere [b].

a d. l. 5. cum. l. ſeq.
b l. ſi uſusfru. 9. §. 1.

# DIGEST. LIBER VIII.

## DE SERVITVTIBVS. TIT. I.

1 *Continuatio & diſpoſitio huius materiæ.*
2 *Quid ſit ſeruitus realis.*
3 *Seruitutem ad aliquam utilitatem referendam.*
4 *Definitio Dd. improbata.*
5 *Quomodo conſtituantur ſeruitutes.*
6 *Quibus in rebus.*
7 *Quæ ſit forma conſtituendæ ſeruitutis.*
8 *Quare ea conſtitutio nec diem nec conditionem recipiat.*
9 *Regulæ de fine, natura & proprietate ſeruitutum.*

1 SEruitutes aut perſonarum ſunt, ut uſus, uſusfructus, habitatio: aut rerum, ut ſeruitutes ruſticorum prædiorum & urbanorum, quæ propriæ ſeruitutes dicuntur, ut ex inſcriptione huius tituli apparet. Ac de illis quidem hactenus. nunc & has exponamus, primò quidẽ generatim [a], pôſt per ſpecies [b]: tum quomodo petantur [c]: poſtremò, quibus modis amittantur [d]. Porrò, ut à definitione
2 ordiamur, SERVITVS EST IVS AGENDI, HABENDI'VE ALI-
,, QVID IN FVNDO ALIENO AD SVI PRAEDII VTILITATEM,
,, QVOD IVRE COMMVNI AGERE, HABERE NON LICET. Dico
,, IVS AGENDI HABENDI'VE: nam ſi neq; agat nec habeatur quippiã in fundo alieno, iam inutilis futura eſt ſeruitus, ut poſtea dicemus. Additur, IN FVNDO, quia ſine prædijs hæc ſeruitus conſtitui aut eſſe nequit [e]. & quidẽ alieno: nam res ſua nemini ſeruit [f], ſed prædiorũ oportet alterum eſſe quod debeat ſeruitutẽ, cuiusq; dominus patiatur aliquid fieri in ſuo fundo, aut nõ fieri [g]: alterũ cui debeat, quod dominans pręd ium uulgo dicit [h]. Atq; hinc eſt quòd, cùm prædijs inhærant hæ ſeruitutes, nominent prędiales [i].
3 Meritò aũt ſubijcit, AD SVI PRAEDII, uidelicet dominantis, VTILITATEM. nam de eo quod nihil intereſt, neq; utilitatẽ pręſtat, ſeruitus non conſtituit: ueluti ſi ſtipuler, ne per fundũ tuum eas, aut ibi cõſiſtas, aut mihi cõcedas ius tibi nõ eſſe, illo fundo uti frui, nihil agitur [k]. nec enim mea quippiam intereſt, utare an nõ. Oportet igitur, ut mihi ius agẽdi, uel habendi aliquid in tuo fundo ad meã utilitatẽ conſtituã: non uerò, ut te citra ullũ meũ commodum agere facere uetem. Id enim eſſet inuidentis rebus alienis, non ſibi commodantis. nec in hoc iura prodita ſunt, ut quis, cùm ſua nihil interſit, alij quippiã auferat, uel cõtra humanitatẽ ſit detrimento [l]. Adde quòd ipſum nomen ſeruitutis indicat, eam ad cõmoditatem eius cui debetur, pertinere. Seruire enim id dicitur, quod alij, cui ſeruit, cõmodat. ut ex uerbis illis Ciceronis apparet: Seruirem mihi, & conſulerẽ meis. Pertinere ergo ad utilitatẽ prędij dominantis ſeruitus debet [m]: alioqui nihil agitur, id eſt conſtitui ſeruitus non poteſt, ut inquit I. C. Hinc fit, ut neceſſum ſit uicina eſſe prędia, in quibus ſeruitus cõſtituitur: cæteroquin nihil intererit ſeruitutẽ imponi [n]. Et fortaſsis hinc etiam eſt, quòd ut pomũ decerpere liceat, ut ſpaciari, ut cœnare in alieno poſsimus, ſeruitus imponi nequeat [o]: quoniã hęc magis

a ad hunc tit.
b ad tit. de ſer. urb. præ. & de ſer. ruſt. præd. & Com. de ſeruit.
c ad tit. ſi ſer. u nd.
d ad tit. quem. ſer. amitt.
e l. ut pomũ. 8. l. quotiens. 15. hoc tit. l. 1. ĩ. cõ. præd.
f l. in re. 26. ĩ. tit. 1.
g d. l. quoties.
h Dd. hîc.
i l. 1. ĩ. communia prædio.
k d. l. quoties in princ.
l §. alteri. §. ſi quis. Inſt. de inutil. ſtipul. l. quicunq;. 10. de actio. l. in fundo. 39. de rei uendi.
m l. ergo. 5. l. ex meo. 24. l. qui duo prædia. 30. ĩ. de ſerui. ruſticor. prædior.
n l. ſi ædes. 32. cum l. ſeq. ĩ. tit. 1. l. Mela. 14. §. quidam. 2. de alimentis lega. l. qui ſella. 7. §. fi. de ſerui. ruſt. prædiorum.
o l. ut pomum. 8. hoc tit.

ad uoluptatem hominis,quàm ad ueram utilitatē prædij reſpiciunt. Quan-
quam & illud dici rectè poteſt,non prędio,ſed homini ſeruitutē hoc modo
cōſtitutum iri:quod omnino in iſtis prædialibus fieri nequit, ut uel ex ipſo
nomine apparet [a].Sanè etiāſi reuerà nullam utilitatē ſeruitus apportet, ta-
men ſi exiſtimēt conſtituentes fore illam utilem,ueluti ſi aquā alicui ducere
non expediat,ſeruitus ea utilis erit [b].Contractus enim initiū,& mens cōtra-
hentium eſt attendenda.Poſtremò additur, QVOD IVRE COMMVNI
AGERE NON LICEAT.Nam ſi quid communiter permiſſum ſit, de eo
ſeruitutē uelle cōſtituere perquàm fuerit abſurdū. Doctores ita SERVI- 4
TVTEM definiūt,ut ſit IVS QVODDAM PRAEDIO INHAERENS,
QVOD DOMINANTIS VTILITATEM AVGET, SERVIENTIS
LIBERTATEM MINVIT. Sed præterquā quòd ea definitione nō decla-
ret,quale ſit ius ſeruitus:uerum quoq; non eſt, diminui ſemper libertatē ſi-
ue ius prædij ſeruientis. Poteſt enim utriq; fundo ſeruitus eſſe commoda.
Deinde ſunt iura quædam prædiorū, quæ ſeruitutes nō ſunt [c]: ut definitio
laxior hîc ſit definito.Prior igit illa,quam retulimus, potior uidetur,& pro-
babilior. Conſtitui ſeruitutes pactionib. inter uiuos,& ultimis uoluntatib.
ab his qui ius conſtituēdi habent, dubiū non eſt. Materia ſiue ſubiectū,in 5
quo exiſtūt ſeruitutes,ſunt prædia,& ea quidē(ut diximus)aliena, quorum
uel in ſolo conſiſtunt,ut ſeruitutes ruſticorū prædiorū: uel in ſuperficie, id 6
eſt in eo quod ſolo ſuſtinet,puta ędibus,&c. ut plęraq; ſunt urbanorū præ-
diorū [d].Quod ad formā conſtituendæ ſeruitutis attinet, ſciendū eſt differre 7
promiſsionem ſeruitutis à conſtitutione. Promiſsio perſonā tantū obligat.
Conſtituit uerò ſeruitus non aliter quàm patientia domini, qui fundum ſer
uientem poſsidet [e]:puta ſi inducat ſtipulatorem in ſuum prędiū, & patiatur
eū ſeruitute uti [f]. Patientia eīm pro traditione habet in reb. in corporalib. [g]
quæ uerā traditionem non recipiūt [h]. Hinc exiſtimari poteſt, quamobrē Pa- 8
pinianus [i] dixerit,ſeruitutes ipſo iure neq; ex tēpore,neq; ad tēpus,neq; ſub
conditione,neq; ad certam cōditionem,uerbi gratia, Quandiu uolam,poſ-
ſe conſtitui. Loquitur enim diſertè de conſtitutione ſeruitutis, non uerò de
promiſsione:quæ cur diē aut conditionē non poſsit recipere, nihil uideo [k].
Vbi aūt quis conſtituit ſeruitutē, factum ipſum patientiæ præſentaneū eſt,
quo prędio ſeruitus imponitur:quę ita impoſita, nō poteſt amplius altera-
ri ipſo iure pactionibus hominū, neq; diem aut conditionē recipit. Habet
enim natura ſua cauſam continuam & perpetuam.Sed tamen quia æquum
eſt conditiones ſeruari [l], ſi hæ adijciantur,per pacti uel doli exceptionē oc-
curret,contra placitū ſeruitutem uendicanti.Modum quoq; adijci poſſe ſer
uitutibus conſtat, ueluti quo genere uehiculi agatur, uel ut equo duntaxat,
uel ut certū pōdus uehatur,aut ſtatis anni tēporibus certis'ue diebus utat [m].
Nec enim modus facit,quo minus ſeruitus ſit ſimplex,cōtinua & perpetua:
ſed uſum tantùm ſeruitutis definit,ac certis legib. moderat, quod minimē
eſt cōtra naturā ſeruitutis. Ad finem,effectū,uim & naturā ſeruitutū perno-
ſcendam, utile erit has regulas tenere. I. Seruitutū non ea natura eſt,ut fa- 9
ciat aliquid quis, ueluti ut uiridaria tollat,aut amœniorē proſpectū præſtet,
aut ut in ſuo pingat,uel(ut alij legunt)pangat [n] ( hoc enim fieri ab altero,no
ſtra nihil intereſt ) ſed ut patiat,aut non faciat aliquid,idq; principaliter.Nā
in conſequentiam aliquando quid facere cogitur, uel natura ſeruitutis,uel
pacto contrahentiū id poſtulātē [o]. II. Seruitutes natura ſua perpetuę ſunt,
& continuā habēt cauſam [p],quamuis continuā poſſeſsionē non ſemper ha-
beāt [q]. III. Hoc quoq; ſeruitutis propriū eſt,quòd diuiſionē non recipiat.
Vnde pro parte neq; legari, nec adimi uia poteſt, nec pro parte dominij
acquiritur,

a l.1.ꝗ.cōmu. prædiorum.
b l.ei fundo. hoc tit.
c l.1.§.fin.de aqua plu.arcen.
d l.3.hoc tit.
e l.fin.
f l.1.in fi.ꝗ.de ſeruit.ruſt.prædi.l. penult.hoc tit.
g l.3.§.dare.ꝗ.de uſufr.
h l.ſeruus.43.§.incorporales.ꝗ.de acquirend.re.domi.
i l.4.hoc tit.
k uide Conna.lib.4.Cōment.cap.8.
l l.1.ꝗ.de pactis.
m d.l.4.§.fin.cum l.ſeq.hoc tit.
n d.l.quoties.15.§.fin.hoc.tit.
o l.etſi fortè.6.§.etiam.2.l.ſicuti.8.§.diſtāt.2.ꝗ.ſi ſerui.uendicetur.
p l.foramē.28.ꝗ.de ſerui.urba.prædio.
q l.14.hoc tit.in princ.

acquiritur[a]. Vt ſi fundum cum aliquo communem habeam, non poſſum illi
ſolus acquirere uel imponere ſeruitutẽ. Nam neꝗ mihi ſoli acquiro pro par
te, nec toti fundo: quia ſocio quęrerẽ contra regulã qua tradit, neminem al
terius fundo ſeruitutẽ acquirere poſſe[b]: neꝗ imponere ſeruitutẽ communi
fundo, licet inuito ſocio, quia conditionẽ eius facerẽ deteriorẽ[c]. IIII. Ser-
uitus in toto fundo tota eſt[d], & tota in qualibet eius parte[e]. Hinc quod di-
citur, pro parte ſeruitutẽ retineri[f], non eam habet ſignificationẽ, quaſi pars
ſeruitutis quæ eſt indiuiſibilis, retineri poſsit: ſed quòd in parte fundi tota
ſeruitus retineatur. V. Natura ſeruitutum eſt, ut per ſe poſsideri non poſ-
ſint: ſed intelligatur poſſeſsionem earum habere is, qui prædium poſsidet[g].
Et hæc quidem in genere de ſeruitutibus dicta ſufficiant. Nam quæ ad ſpe-
cies earum pertinent, hæc ſequentibus tit. explicabuntur.

a l. pro parte. 11.
b d. l. pro parte. l. ſi unus ex ſocijs. 19. ꝗ. de ſerui. ruſt. prædio.
c l. 2. hoc tit. l. per fundum. 11. l. unus. 34. ꝗ. de ſer. ruſt. prædio.
d l. ſi cui. 9. hoc tit.
e l. ad certã. 6.
f d. l. ut pomũ. §. fi. hoc. tit.
g l. ſi ædes meæ. 32. §. fi. ꝗ. tit. 1.

## DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRAEdiorum. Tit. II.

1 *Prædia unde dicta, & de urbanis ac ruſticis.*
2 *De ſeruitutibus urbanis ac ruſticis.*
3 *De ſeruitute altius tollendi, uel non tollendi.*
4 *De ſeruitutibus luminum.*
5 *De ſeruitute ne proſpectui officiatur.*
6 *Stillicidij uel fluminis ſeruitus.*
7 *Tigna immittendi.*
8 *Proiectum habendi.*
9 *Oneris ferendi.*
10 *Cloacæ.*
11 *Foraminis.*
12 *Poſitum non habendi.*

1 PRædia dicta ſunt à præſtando, authore Varrone: quòd his pignori da-
tis, publicè mancipes fidem præſtẽt: eoꝗ nomine uenit rerũ immobiliũ
& ſolũ & ſuperficies. Horum alia urbana ſunt, alia ruſtica. Vrbana appellan
tur, quę ad habitandũ præcipuè ſunt ædificata, nõ modò in oppidis, ſed etiã
in uillis & uicis[a]. Vnde & ſtabula meritoria, recipiẽdis mercede tam equis
quàm hoſpitibus idonea: & pretoria[b], quę ad habitationẽ uoluptatemꝗ do
mini uillæ, quem pretorẽ uocabãt, tanquã ſupremũ præitorẽ principemꝗ
ſuæ ruri familiæ, conſtructa, hoc nomine cenſent. Quia, ut inquit Paulus[c],
prædium urbanũ nõ locus facit, ſed materia: hoc eſt, cõmoditas & uſus rei:
ut id urbanũ ſit, quocũꝗ tandẽ loco ſitũ, in quo habitãdi eſt opportunitas:
ruſticũ uerò, quod fructuũ gratia quocũꝗ loco conſtruit[d]: ſicuti in cõſimili
2 exẽplo. Vrbana familia & ruſtica, nõ loco, ſed genere diſtinguit[e]. Quia aũt
ſeruitutes hæ in prędijs tãtummodo conſtituunt (nec enim aut perſonę aut
rei mobili imponi poſſunt[f]) factũ eſt ut queadmodũ ipſa prædia, ſic & ſerui
tutes ijs inherẽtes, ita diſtinguant, ut alię ſint urbanorũ prædiorum, quę de-
bentur prędio tanquã urbano, reſpiciuntꝗ cõmoditatẽ ędificij ſiue habita-
tionis, etſi prędiũ ipſum ruſticũ ſit: aliæ uerò ruſticorũ prædiorum, quæ ad
prædiũ tantum ruſticũ, hoc eſt, ad utilitatẽ percipiendorũ fructuũ & agri
pertinẽt. Vrbanorũ aũt prędiorũ iura, ut uult I. C.[g] talia ſunt: In primis altius
3 tollendi[h]. Etſi enim naturaliter in ſolo cuiꝗ ſuo ius imponẽdi eſt in infinitũ,
& ędificandi uel ad cœlum uſꝗ, ut aiunt, etiãſi inde uicini ædes obſcurent[i]:
tamẽ quia oportet in ciuitate bene inſtituta ciuiliter atꝗ humaniter uiui in-
ter ciues, ac Reipub. etiã aliquo modo intereſt, propter incendiorũ pericu-
la, non nimis altè tecta educi: placuit, ne quis ultra communem atꝗ uſitatã
ædificiorũ formã & altitudinẽ tollere ædes, uiciniꝗ inuiti luminib. officere
poſſet,

a §. 1. Inſt. de ſeruit.
b l. 2. ꝗ. tit. 1.
c l. urbana prædia. 198. de uer. ſignif. l. 1. ꝗ. cõ. præ.
d l. ſi prædiũ. 16. C. de præd. mino.
e l. urbana familia. 166. de uer. ſignif.
f l. 1. com. præ. l. ut prædium. 7. ꝗ. de ſeruit.
g l. 2. hoc. tit.
h §. æquè. Inſt. de act.
i l. cuius. 24. l. cum eo. 9. l. Imperatores. 14. hoc tit. l. al[illegible]. 8. ubi Dd. C.

poſſet[a].Cui igit̃ uicinus permiſit pręter uſitatũ ædificãdi morẽ,prioremq;
ædium formã altius tollere:is ius altius tollendi,hoc eſt ædificãdi,habere di
cit̃[b].Altius nõ extollendi ſeruitus eſt,cùm uicino noſtro contra naturalẽ li-
bertatẽ imponimus neceſsitatẽ,ne ædes ſuas ultra pręſcriptã aliquã,certãq;
& nobis utilem altitudinẽ extollat: qui tamẽ uiridaria, quę nomine ædificij
minimè ueniunt,ſupra eam altitudinẽ habere poterit[c]. Quod ad lumina 4
attinet,ſeruitus aut immittendorũ luminũ, aut ne officiat̃ luminibus,conſti
tuit̃.Luminum ſeruitute cõſtituta,id acquiſitum uidetur,ut uicinus lumina
noſtra,hoc eſt feneſtras quibus lumẽ cœli haurit̃,(lumẽ enim,id eſt, ut cœ-
lũ uideat̃[d])excipiat[e].Etſi em̃ unuſquiſq; lumina in ſuo facere poteſt: tamen
immittere in uicini parietẽ,aut communẽ nõ poteſt[f],nec etiã prohibere ui-
cinũ,quo minus aduerſus illa ædificet,atq; ita obſtruat,niſi cõſtituta eiuſce-
modi ſeruitute.Cùm aũt ſeruitus imponit̃,ne luminibus officiat̃, hoc maxi-
mè adepti uidemur,ne ius ſit uicino altius ędificare, & luminib.noſtris offi-
cere.Differt tamẽ hęc à iure altius nõ tollẽdi, in quo nihil aliud ineſt quàm
ne uicinus altius ędificet.Si igit̃ non ædificando, ſed alio modo lumina ob-
ſtruat,cõtra ſeruitutẽ facere nõ uidebit̃[g].At hac ſeruitute cõſtituta,non mo
dò ædificando officere luminib.uicinus qui ſeruitutẽ debet, nõ poterit,ſed
ne ullũ quidẽ aliud omnino impedimentũ præſtare[h]: adeò ut uel arborẽ po
nere quę luminibus officiat,uel umbrã ei loco cui ſol eſt neceſſarius, facere
prohibeat̃[i].Illud quoq; hac ſeruitute contineт̃, nõ modò uti ne luminibus
quæ nunc ſunt, officiat̃,ſed etiã ne futuris:niſi diſertè ita cautũ de pręſentib.
fuerit,lumina quæ nũc ſunt,ut ita ſint[k]. Huic affinis eſt ſeruitus ne ꝓſpectui 5
officiat̃[l]:in qua id amplius eſt,ne quid officiat̃,ad proſpectũ gratiorẽ & qua
quaqua uerſus liberũ:cùm ſuperiore tantũ illud contineat̃, ne quid ad impe
diendũ cœli aſpectũ fiat.Itaq; ꝓſpectus etiã ex inferioribus locis eſt, lumen
ex inferiore loco eſſe nõ poteſt[m]. Eſt & ſtillicidij uel fluminis, in tectũ are- 6
am'ue uicini auertendi, uel nõ auertendi (ut quia mihi utile ſit aquã pluuiã
ex tuo tecto in meũ hortum cadere)ſeruitus[n].Stillicidiũ aũt,eſt caſus ſtillæ:
quod diminutiuũ eſſe dicit̃ à ſtiria, id eſt gutta frigore cõcreta. Stillicidium
igit̃ eſt,quod ſtillatim ab alto caſitat:flumẽ uerò, omnis aqua quę continuè
fluit,ut cùm pluuia perpetuo rigore, continuoq; ductu per canales decur-
rit[o]:ꝑ qua pluuia aqua hìc flumẽ accipit̃. Nam aquę uel fluminis per agrũ
ductus,ruſtica ſeruitus eſt,ut infrà dicemus. Qui igit̃ ius auertẽdi in uicini
areã aut tectũ ſtillicidij acquiſiuit, ſiue ut in eo cadat, ſiue ut per illud tubis
ducat̃ (neq; enim id ſine ſeruitute licet[p]) is altius tollere ſtillicidiũ poterit.
Leuior enim fit eo pacto ſeruitus. Nam quod ex alto cadit, leuius cadit, &
interdũ nec directè peruenit ad locũ ſeruientem. inferius demittere nõ po-
teſt,quia fit grauior ſeruitus.futurũ eſt enim pro ſtillicidio flumẽ. Ea de cau
ſa retrò quoq; duci poteſt ſtillicidiũ, quia in noſtro magis incipiet cadere.
Produci nõ poteſt,ne alio loco cadat ſtillicidium,quàm in quo impoſita eſt
ſeruitus.Et omnino ſciendũ eſt, meliorem uicini conditionẽ fieri poſſe, de-
teriorem non poſſe[q]. Ex quo liquet diſcrimẽ inter ſeruitutẽ ſtillicidij & flu
minis,atq; hanc illa grauiorẽ eſſe. Seruitus tigna,quę à tegẽdo dicta ſunt[r], 7
immittendi in parietẽ uicini,cuiuſmodi ſit,per ſe patet. Nemini em̃ licet in
alienũ parietẽ ſine eius cõſenſu immittere[s].Nam lex 12. Tabularum,in eum
qui cõuictus eſt furtim tignũ ædibus iniunxiſſe, in duplum dat actionem[t].
Tigni aũt appellatione continet̃ omnis materia ex qua ædificiũ cõſtat, quã-
quam propriè pro trabibus quib.domus tegit̃,accipiat̃[u]. Hoc aũt quod di
ctum eſt de immiſsis tignis,locũ habet ubi ex ædificio alio in aliud tigna tra
beſq; immittunt̃,ut requieſcant[x]. Nam ſi ſtipuler,ut liceat mihi ſupra areã 8
tuam

*a* l.1. C.de ſeru. & aqua.
*b* l.1.hoc.tit. §.æquè.2.Inſt. de actio.
*c* l.ædificia.12.
*d* l.lumen.16.
*e* l.3.hoc.tit.
*f* l.eos.40.
*g* d.l.ædificia.
*h* l.inter ſeruitutes.15.
*i* l.ſi arborẽ.17.
*k* l.ſi ſeruitus.23.
*l* l.3.hoc tit.
*m* d.l.lumen.
*n* d.l.2.hoc.tit. §.prædiorũ urbanorum.Inſt. de ſerui.
*o* Varro lib.de ling.lati.
*p* l.fin.§.fin. quod ui aut clã.
*q* l.ſeruitutes quæ.20.§.pen. hoc tit.
*r* l.1.de tig. iniuncto.
*s* l.hoc quod dictum.25.
*t* tot.t.de tig. iniunct.
*u* l.tigni.62.de uerb.ſignif.l. tigni.7.ad exhiben.
*x* d.l.hoc quod dictum.

tuam habere proiectũ,id eſt longè extenſum protectum´ue aliquid, ut meniana & podia peſilia,partes uidelicet domus prominentes, unde aſpectus eſt in uicos,(quas uernacula lingua arcas,uel potius arceras uocamus): hæc nõ ſeruitus immittẽdi,ſed proijciendi eſt[a].Proiectũ enim id dicit̃, quod ita protendit̃,ut nuſquã quieſcat[b]: quemadmodũ protegẽdi ſerui tus eſt, licere tectũ ſuũ ſupra alterius areã extendere ad protegendas ab iniuria pluuiæ ædes.Protegere em̃ eſt,tectũ huius rei gratia ꝓijcere: & eiuſcemodi protecta,id eſt partes tecti prominẽtes,quib. ſtillicidia à parietibus arcentur,ſug-
9 grundę & ſuggrũdia uocant̃[c]. Huic uicina eſt ſeruitus oneris ferẽdi,ut paries aut colũna aliena onus noſtrarũ ædiũ ferat[d].Ius etiã immittẽdæ cloacæ
10 ſeruitus eſt[e].Eſt aũt cloaca,authore Feſto,à colluẽdo dicta,quòd in eam colluuies immundiciarum & ſordiũ recipiat̃,ac per eam defluat[f]. Hoc cùm ad commodum habitationis fiat,nihil dubito quin hæc ſeruitus ſit urbani prędij:quamuis alij ruſticã eſſe uolunt, propterea quòd Neratius[g] dicat ſeruitutes ruſticorũ prædiorum etiam eſſe has,licere altius tollere,& officere prętorio uicini,& cloacam uel protectum habere. Sed ex ipſis ſpeciebus quas I.C. ibi refert,euidenter apparet,ipſum loqui de ſeruitutibus urbanorũ prędiorũ,quibus ius cloacę annumerat:nec aliud uoluiſſe dicere,quàm has etiã eſſe ruſticorũ prędiorum, id eſt ruſticis prędijs imponi poſſe:ut non modò Neratius nihil cõtra nos faciat,ſed etiam opinionẽ hanc adiuuare uideatur.
11 Huic etſi conſimile eſſe uidet̃ foramen proluendi pauimenti cauſa in pariete conclauis,tamẽ aliud longè eſt. Nam cùm cloaca, quæ conſtruit̃ proijcitur´ue in parietẽ communẽ aut uicini areã,habeat perpetuã cauſam,meritò ſeruitus eſt:at foramen in ſuo habere,perpetuã cauſam non habet. Nam neque immittitur aliquid quod perpetuũ ſit, ſed aliquando ſolùm per foramẽ eluuies pauimenti emittit̃: quod quia in facto hominis conſiſtit, perpetuò fieri nequit.Ex eiuſcemodi igitur foramine,ſeruitus quæ perpetuam ſua natura cauſam habere debet, non conſiſtit iure ciuili, niſi in eum locũ aqua ex cœlo ueniat,quæ cùm naturaliter cadat, perpetuò cadere poſſe exiſtimat̃[h].

12 Seruitus poſitum non habẽdi eſt, cùm uicino non licet in aliquo loco aliquid ponere,quod quoquo modo nocere meo prędio poſsit. Sed cuiuſmodi hęc fuerit ſeruitus,ruſtici an urbani prędij, & quis eius uſus, difficile eſt ſuſpicari,cùm uno tantùm loco in toto iure eius fiat mentio[i]. Probabile tamẽ eſt,fuiſſe urbani prędij ſeruitutẽ, cùm Alfenus ibi dicat, locũ in domo Gaij, ędib. Annij ita ſeruijſſe, ut in eo loco poſitum habere ius ei non eſſet.

*a l.2.hoc tit.*
*b l.malũ.242. §.inter.1.de uer. ſignif.*
*c l.5.§. prætor ait.ubi Budæus, de his qui deiece.uel effu.l.penult. C. de ædif. priuatis. tot. ti. de dam. infecto & ſuggrun. & protectis.Alcia. in d.l.malum.§. inter.&c.*
*d l.eum debere. 33.*
*e l.ius cloacæ.7. ſ.tit.1.*
*f l.1.§.1.de clo.*
*g l.2.ĩ. tit.1.*
*h l.foramen. 28.cum l.ſeq. hoc tit.*
*i l.ſi quãdo.17. §.1. ſi ſeruit.uen dicetur.*

## DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEdiorum. Tit. III.

1 *Seruitutes ruſticæ,iter,actus,uia,quomodo differant.*
2 *Seruitus aquæductus.*
3 *Aquæ hauſtus.*
4 *Ius pecoris appellendi,paſcendi,&c.*

1 PRædia ruſtica ſunt,quę non in cõtinentibus ædificijs,ſed ruri fructuum pręcipuè colligendorum gratia conſtruuntur[a]. Seruitutes igit̃ quę pręcipuè ad utilitatẽ fundi fructuſq; colligendos ſunt cõparatæ,ruſticorũ prædiorũ ſeruitutes appellant̃:cuiuſmodi ſunt,iter,actus,uia,&c.[b]quę uocabula in hac materia,ubi ꝓ ſeruitutib. accipiunt̃,diuerſa ſignificãt,cùm aliàs pro miſcuè pro omni itinere uſurpent̃[c]. ITER, quod ab eundo dicitur,authore Vlpiano,[d]EST IVS EVNDI(tranſitionis gratia, idq; non modò pedibus,ſed etiã ſella,aut lectica,aut equo[e]) AMBVLANDI (quod etiã ſanitatis uoluptatiſq; ergò fieri poteſt) HOMINIS,eius uidelicet ad quẽ fundus, cui ſeruitus cõſtituit̃,pertinet,ad hũc em̃ ſolũ ius ſeruitutis adhęreſcit,& ita

*a l.eo iure.4.ĩ. in quibus cauſis pignus uel hypo.&c.*
*b l.1. hoc tit.in princ. Inſt. eod.*
*c l. quantũ 157. de uer.ſignif.*
*d l.1.hoc tit.*
*e l.qui ſella.7.*

quidem, ut nec locare alteri ſeruitutẽ poſsit[a]. Meritò aũt adiectũ eſt Hominis: ut ſciamus, ſeruitute itineris ius agẽdi iumentum uel uehiculũ non cõtineri. ACTVS EST IVS AGENDI VEL IVMENTVM VEL VEHICVLVM. Agere enim propriè ad animalia pertinet[b]. Inter actũ igit̃ & iter nonnulla eſt differẽtia. Iter eſt, quo quis pedes, uel eques commeare poteſt: actus uerò, ubi & armẽta trahere, & uehiculũ ducere licet[c]. Itaq; qui iter habet, actũ non habet: qui actũ obtinet, iter habere uidet̃[d], id eſt itineris cõmoditatẽ. Nam reuera diſtinctæ ſunt hæ ſeruitutes[e]: quãuis in actu nõ poteſt itineris uſus nõ ineſſe[f], quo itinere uti poterit etiam ſine iumẽto. Minor eſt differẽtia inter actum & uiam, QVAE EST IVS EVNDI ET AGENDI ET AMBVLANDI. Nam iter & actũ uia in ſe continet[g]: cùm actus idem omnino, nẽpe eundi agendiq; ius cõplectat̃. Etſi igit̃ effectu nõ admodum differãt, re tamen ipſa ſeparatę ſunt & diuerſæ ſeruitutes. Actus eñ, ut dixi, non ipſum ius ſiue ſeruitutẽ eundi cõprehendit, ſed tantũ per quandã conſequentiã itineris utilitatẽ: quemadmodũ & ius uehẽdi non ꝓpriè, ſed in cõſequentiã tantum iumentorũ trahendorum ius complectit̃. Præciſè itaq; & ꝓpriè facultatẽ ſolùm agendi iumentũ, actus cõtinet. At in uia ſimpliciter & ex ꝓprietate uerbi utraq; ſeruitus, & iter, & actus, & ius uehẽdi, unde uia quaſi ueha dicit̃, ineſt. ut fortaſſe ſcripſerit Vlpianus[h], VIA EST IVS VEHVNDI: ubi noſtra exẽplaria habent eundi. Itaq; qui actũ habet, tantũmodo agere poteſt, trahere uerò lapidẽ aut lignũ haſtamq; rectã ferre non poteſt: quæ omnia faciẽdi ius illi eſt, cui uię ſeruitus debet̃[i]. Quin etiã ſecernũtur hæ ſeruitutes latitudinis modo, qui in itinere actuq; aut cõuentione cõſtituentiũ, aut ſi nihil cõuenit, per arbitrũ determinat̃[k]: & cumplurimũ, authore Varrone, iter ad duos pedes, actus ad quatuor in porrectum, ad octo uerò in anfractũ. At ſi de uia nihil cõuenit, legitima latitudo debet̃[l]: quę ex lege 12. Tabularũ in porrectũ octo pedes habet: in anfractũ, id eſt, ubi flexũ eſt, ſedecim[m]. Et hoc quidẽ modo hę ſeruitutes à ſe inuicẽ differũt: quorum aliquã cõſtitutio ita per omnem agrũ diffundit̃, ut omnes glebę ſeruiãt[n], & per quamlibet fundi partem ire liceat[o]. Quod tamen ciuili modo accipiendum eſt. Non enim per uillam ipſam, nec per medias uineas ire ſinendus eſt, cùm id æquè cõmodè per alterã partẽ facere poſsit, & minore ſeruitutis fundi detrimẽto[p]. Itaq; aut cõuenire inter cõſtituentes de modo itineris ſolet, aut dato arbitro iter determinari: & quamprimùm determinatũ eſt, ea ſeruitus conſiſtit, cæteræ partes agri liberę ſunt[q]. Ac liberæ quidem uſu itineris, & effectu, quia per illas amplius ire agere non licet. Nam totus nihilominus fundus obligationis iure ſeruitutẽ debet, quæ pro parte eſſe nõ poteſt.

Quarta ſeruitus ruſticorũ prædiorũ eſt, AQVAEDVCTVS: quam ita definit Vlpianus[r], ut ſit IVS AQVAE DVCENDAE PER FVNDVM ALIENVM, quod uel canalib. ac digitis, uel etiã ducta foſſa fieri aſſolet. Ducit̃ aũt aqua aut publica, aut priuata. E' publica aqua, ut flumine publico, nihil impedit quo minus quiſq; ad ſuũ agrũ irrigandũ ducere poſsit, niſi Imperator aut Senatus uetet: ſi modò ea aqua in uſu publico non ſit[s]. Sed ſi aut nauigabile flumen eſt, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere[t]: ne iter ſtatioq; nauigij, id eſt, uſus nauigandi corrumpatur, uel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut in totum auferatur[u]. Idemq; ſeruabitur, ſi ad alium Reipub. uſum conducat: cuiuſmodi erat aqua, quæ magnis ſumptibus riuis foſsiſque ducebatur in urbem Romam, caſtelliſq; recipiebatur: ex quibus ducere fas non eſt, ſine permiſſu principis, ne priuata utilitas publicis commoditatibus pręuertat̃[x]. In priuatæ uerò aquæ, ſiue fontis, ſiue fluminis, ſiue cuiuslibet (quæ tamen perpetuã habet cauſam[y]) ducendæ concedendo iure, non tantum eorum, quorum in loco aqua orit̃, uerùm

a l. locare. 44. ff. locati.
b l. ferri. 235. de uerb. ſignif.
c l. inter. 12.
d l. 1. hoc tit.
e l. loci. 4. §. 1. ff. ſi ſeruitus uendi.
f l. qui uſumfr. 58. de uer. oblig.
g d. l. 1. uerſ. uia.
h in d. l. 1.
i d. l. qui ſella.
k l. certo. 13. §. 1.
l d. §. 1.
m l. uiæ. ff. eo.
n d. l. certo. §. 1.
o l. ſi mihi. 20.
p l. ſi cui. 9. ff. de ſeruit.
q d. l. certo. §. 1.
r in d. l. 1. h. t.
s l. 2. de flumi. l. Imperatores. 17. h. t. l. ſi autẽ. 10. §. fi. de aqua arcen.
t d. l. 2.
u l. 1. in princ. & §. nauigij. de flumi.
x l. 1. §. permittitur. de aqua quoti. & æſti.
y d. l. foramen. ff. tit. n

uerũm etiam illorum,ad quos eius aquæ uſus pertinet: id eſt, quibus ſeruitus aquæ debetur,uoluntas exquirenda eſt: nec immeritò, cùm eorum ius imminuatur[a].In uniuerſum aũt illud obſeruandum eſt, neq; publicam neq; priuatam aquam per alienum agrum, niſi impetrata à domino fundi hac aquęductus ſeruitute,duci poſſe[b]: & ipſum ductum oportere ad certi uſum fundi pertinere,ut eatenus ducatur,quatenus illi opus eſt:non autẽ ut quocunq; ducere liceat[c],aut alteri ex noſtro aquęductu aquam concedere, niſi id etiam nominatim conuenerit[d].

3 Præter has,inter ruſticorũ prædiorũ ſeruitutes computantur AQVAEHAVSTVS[e],id eſt ius hauriendi aquã ex flumine,fonte, puteóue priuato, (nam ex flumine publico etiam ſine ſeruitute haurire licet)[f].Idq; quatenus
4 ad fundum noſtrum opus ſit[g]. Eſt enim non hominis,ſed prædij ius[h]. Item
5 IVS PECORIS AD AQVAM APPELLENDI, AVT PASCENDI[i]: ius calcis coquendæ, arenę fodiendę, cretæ lapidisq; eximendi[k], ſcilicet ædificandi eius gratia quod in fundo eſt[l].nam alioqui uſusfructus potius eſſet,ſi pro arbitrio lapides cretam'ue, &c. fodere,eaq; re quæſtum facere ex uicini agro liceret[m]. Adde his ius nauigandi per perpetuum uicini lacum[n], aliaq; id genus[o].

## COMMVNIA PRAEDIORVM, TAM VRBAnorum, quàm ruſticorum. Tit. IIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quæ habeant inter ſe ſeruitutes communia.*
3 *Quare ſocius imponere ſeruitutem nequeat.*
4 *Seruitute conceſſa,uidentur omnia conceſſa ad uſum eius neceſſaria.*

1 MInimè nouum eſt, poſtquam de diuerſis ſpeciebus ſeparatim tractatũ eſt,expoſitumq; in quibus differant, oſtendere quibus conueniant, quęq; inter ſe habeant communia[a]. Itaq; cùm hactenus de ſeruitutib. urbanorũ & ruſticorũ prędiorũ ſeparatim dictũ ſit, iam hoc in titulo communia quędam de utriſq; pręcepta,loco nõ incõueniente proponunt: de quibus, quoniã & ſuprà,cùm de natura ſeruitutũ loqueremur, aliquid actũ eſt, hîc
2 dicendũ erit parcius. Primò igit in hoc cõueniũt,quòd utraq; ſeruitus prędiorum appellatur,quia ſine prędijs neutra conſtitui poteſt. Non enim poteſt nec acquirere ſeruitutẽ uel urbani uel ruſtici prędij, nec debere, niſi qui habet prædiũ[b]. II. Quòd fundũ ſequant,unaq; per alienationẽ tranſeāt[c]. III. Quòd tam ſtipulationib.alijsq; cõuentionib. quàm teſtamẽtis poſſunt
3 cõſtitui[d]. IIII. Quòd unuſquiſq; eas ſuo tantũ fundo, nõ alieno acquirere uel imponere poteſt. Vnde & unus ex ſocijs communi fundo ſeruitutẽ aut acquirendi aut imponẽdi facultatẽ non habet[e]. Si tamen omnes ſocij diuerſis tẽporibus id faciant, ex nouiſsimo actu etiam ſuperiores confirmantur, perinde atq; ſi illo ipſo huius nouiſsimi actus tempore omnes ſimul ceſsiſſent[f]. Duorũ aũt prædiorũ dominus,alteri quod tradit,ſeruitutẽ aut imponere aut acquirere poteſt[g]. V. Nec reb.ſacris aut religioſis,alijsq; iuri humano exẽptis, neq; publicis ullæ ſeruitutes priuata lege imponi poſſunt[h]. VI. Si per hęreditatis aditionẽ ſeruitutes cõfuſæ fuerint, ea hęreditate uen
4 dita reſtituunt:quia id agit,ut emptor hæres extitiſſe uideat[i]. VII. Conceſſa qualicunq; ſeruitute, uident & ea cõceſſa,ſine quib.ſeruitute uti integrũ non eſt. Verbi gratia:Si per tuũ fundum ius mihi ſit aquam aut cloacam ducere,tignum parieti imponere,&c. tacitè hæc iura ſequuntur, ut reficere mihi liceat (nam in omnibus ſeruitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruitutem deberi aſſerit[k]) & adire cum fabris per tuũ fundum, qua proximè poſſum,ad reficiendum[l]. Vltimò,uni loco plures ſeruitutes poſſunt imponi,ſi prior à poſteriore non impediatur[m].

a l.in cõcedendo. 8. de aqua plu.arcen.
b l.2.C. de ſeruit.l.quemadm. 28. ad l. Aquil.
c l.1. §. prateꝛea.17. de aqua quoti.& æſti.l. ergo.5.in fi.h.t.
d l.ex meo. 24. l.cùm eſſent.33. §.1.hoc tit.
e l. 1. in fi. h.t.
f l.3. §.fin. h.t.
g l.5.in fin. h.t.
h l.ſi mihi. 20. §. fi. hoc tit.
i d.l.1.in fi.l.3. in princ.l.4.h.t.
k d.l.5. l. uenditor. 13. ꝟ.tit.1.
l l.ueluti.6.h.t.
m l. item ſi fundi.9. §.2.ꝟ.de uſufr.
n l.uia. 23.§.1. hoc tit.
o l.3.l. qui duo. 23. hoc tit. d. l. uenditor.

a tot.tit.C.cõmu.utri. iudi. & tit. communia.de lega. & fideicom.
b l.1.hoc tit.
c l. cùm fundus 12. hoc tit.
d d.l.uẽditor.l. propriũ. 5.l.poteſt.16. h. t. l.3. ꝟ. de uſufr. iun. l.5.ꝟ. de ſeruitu.
e l.unus.24. ꝟ. tit.1.
f l.fi.hoc tit.
g l.3.5.6.7.8.9. 11.hoc tit.
h l.4. d.l. uenditor.hoc tit.
i l. ſi ei. 9. h. t.
k l.etſi fortè.6. §. etiam.ꝟ.tit.1.
l l.refectionis. 11.hoc tit.
m l.qui per certum.15. h. t. l.1 §. fi. l. per quẽ. 14. ꝟ.tit.1.l.Lucio. 4. de aqua quotidi.et æſt.

## SI SERVITVS VENDICETVR VEL AD alium pertinere negetur. Tit. V.

1 *Actiones confeſſoria & negatoria.*
2 *Quibus dentur.*
3 *Aduerſus quos.*
4 *Ad quid dentur.*

DE ſeruitutibus in rem actiones competunt nobis, ad exemplum ea- 1
rum quę ad uſumfructum pertinent, tam cōfeſſoria quàm negatoria.
Confeſſoria, ei qui ſeruitutē ſibi deberi contendit: negatoria domino, qui
negat, datur[a].
Confeſſoria quāuis ad uſumfructū uendicandū domino fundi nō detᵗ[b]: 2
tamen ad cōfitendum petendumq́ ſeruitutis ius, domino prędij, cui ſerui-
tus aſſerit, competit, & huic quidē ſoli. Nemo enim uendicare ſeruitutē po-
teſt, quàm qui dominiū in fundo uicino habet, cui ſeruitutem dicit deberi[c].
Sed & negatoria ſoli domino fundi cōpetit: quia omnes, ut inquit I.C. actio
nes de ſeruitutibus, ſiue ruſticis ſiue urbanis, eorū ſunt, quorū prędia ſunt[d].
Perinde aūt eſt, ſiue quis in ſolidum, ſiue pro parte dominus ſit. Vnde & ſer
uitutem communis prædij unus ex ſocijs aut confiteri aut negare poteſt[e].
Vnicuilibet enim ſociorum actio in ſolidum cōpetit, cum ſolida & tota ſer
uitus debeatur, & toti fundo, & omnibus eius partibus[f]. Agitur aūt con- 3
feſſoria non tantùm cum domino prędij qui ſeruitutē deberi negat, ſed ad-
uerſus omnem omnino qui eam impedit[g]. Item negatoria aduerſus quem-
libet indebitum ſibi ſeruitutis ius uſurpantem. Vt aūt unicuilibet ex ſocijs
in ſolidum hanc actionem competere diximus: ita aduerſus unumquemli- 4
bet quoq́ datur[h]. Præter principalem utriuſq́ actionis intentionē, qua-
rum altera petitur ſeruitus, altera negatur, illud quoq́ officio iudicis conti-
netur, ut in poſterum caueat reus, de iure agentis non imminuēdo, aut im-
pediendo[i]. Veniunt quoq́ fructus in has actiones, & ſi quid intereſt acto
ris ſeruitutem aut non fuiſſe impeditam, aut non uſurpatam[k]: ſed de his plu
ra paulo[l] antè diximus, ut nihil neceſſe ſit eadem hîc iterum inculcare.

a l.2. hoc tit.
b l.uſufrui. 5. in princ. ꝯ. ſi. uſuſfru. petatur.
c d.l.2.
d l.1.l.6.§.2. hoc tit.
e l. an unus. 11. l. ſi cùm. 14. §.1. l. ſi de communi. 19. hoc tit.
f l.4.§. ſi fundus. 2. hoc tit. l. nam ſatis. 6. §. 1. ꝯ. tit.1.
g l. ſi quis diuturno. 10. §.1. hoc tit.
h d.l.4.§. ſi fundus. 2.
i l. harum. 7. l. egi. 12. hoc tit.
k l.4.§.1.l.6. §. fin. hoc tit. l. penult. ꝯ. ſi uſuſfru. petatur.
l ad tit. ꝯ. ſi uſuſfr. petat.

## QVEMADMODVM SERVITVTES AMITtuntur. Tit. VI.

1 *Seruitus amittitur, ſicut uſufructus.*
2 *Conſolidatione.*
3 *Actu contrario.*
4 *Interitu rei.*
5 *Reſoluto iure imponentis.*
6 *Non utentis negligentia.*

QVibus uſusfructus, ijſdem ferè modis ſeruitutes amittunᵗ: præterquā 1
quòd ſicuti uſusfructus morte, aut capitis diminutione ipſius domi-
ni, non pereātᵃ[a]. Nec enim ſunt perſonales, ſed prędij ſeruitutes: quo ſaluo,
integrę ſaluęq́ perdurāt. Vt aūt uſusfructus cōſolidatione, ita ſeruitutes cō 2
fuſione extinguunᵗ: ſi idē utriuſq́ prędij dominus in ſolidum eſſe cœperit[b].
Nec eñ cuiquam res ſua ſeruire poteſt[c]. Dico in ſolidū, nam ſi ꝑ parte tantū
fiat dominus, ꝑ parte ſeruitutē etiā totam retinebit[d]: perinde atq́ cùm plu-
rib. fundis ſeruitutem itineris nihil debentib. mediū fundū acquiro. manet
enim ſeruitus, quia uti illa in re aliena nō deſino, utpote quę adhuc per pri-
mū & ultimū prędiū, quę aliena ſunt, debeatᵗ[e]. Deinde & actu aliq̄ cōceſſo, 3
qui ſeruituti ita cōtrarius ſit, ut durare ſimul nequeant, extingui ſeruitutē ne
ceſſe

a l.3. hoc tit.
b l.1. hoc tit.
c l. in re communi. 26. ꝯ. de ſeruit. urba. prædio.
d l. ut pomum. 8. §.1. ꝯ. de ſeru.
e l. ſi cùm ſeruitus. 15. hoc tit.

ceſſe eſt. Vt ſi ſtillicidij immittendi ius habeā in aream tuā, & permiſero po-
teſtatē tibi in ea ædificandi: aut per fundū uia mihi debeat̄, & concedam in
eo loco per quem uia debetur, aliquid fieri atq; extrui, quo uiæ planè uſus
4 auferatur[a]. Tertiò, rei interitus ſeruitutem quoq; extinguit. Vt ſi locus uiæ
impetu fluminis, aut ruina, uel chaſmate amittat̄: in quo tamen id notandū
eſt, uia publica hoc modo amiſſa, uicinū proximū uiam prȩſtare debere[b].
5 Quartò, ſi hæres fundo, qui ſub cōditione legatus eſt, imponat ſeruitutem,
conditione exiſtente, illa extinguit̄: quamuis acquiſita eiuſmodi fundo ad
legatarium tranſeat[c]: cuius conditio melior facto hæredis fieri poteſt, de-
6 terior nequaquā. Poſtremò, non utētis negligentia amittit̄ ſeruitus: olim
quidē biennio, exēplo cȩterarū præſcriptionū: hodiè 10. annis inter prȩſen-
tes, uiginti inter abſentes[d]: idq;, ſi cōtinua ſit ſeruitus, ita ut ſingulis diebus
uti liceat. Nam ſi ita conſtituta ſit aqua, ut uel æſtate tantū ducatur, uel alter
nis annis aut menſib. duplicato cōſtituto tēpore, nempe uiginti annis in-
ter prȩſentes, 40 inter abſentes, ſeruitus amittet̄[e]. Iure noſtro Sax. ſicuti ce-
terȩ res ſoli, ita &, ſeruitutes his adhærentes, uno & triginta annis, aliquot di
ebus, & acquirunt̄, & amittuntur, non utēdo. Sax. lib. 1. art. 29. Dixi aūt ne-
gligentia amitti. Nam neceſsitas qua quis ſeruitute uti prohibet̄, ut ſemper
aliâs[f], ita & hîc excuſationē habet[g]. Is aūt dicitur non uti, qui nullo modo &
omnino non utitur. Nam ſi partim ea utatur, tota retinetur ſeruitus[h]: ut
& ſi ſocius, aut alius quilibet noſtro nomine, quaſi debita ſeruitute uſus fue-
rit[i]. Vſus aūt dici non poteſt, niſi qui tanquam ſuo iure ſuaq; ſeruitute uti ſe
credit[k]: non qui pro uia publica, aut alieno iure, aut alia quàm de qua agi-
tur, ſeruitute utitur[l].

# DIGEST. LIBER IX.

## SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISſe dicatur. Tit. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De quadrupede actio ex lege 12. Tab.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio.*
5 *Cui, aduerſus quem detur hæc actio.*
6 *Ad quid detur.*

1 PRoxima & planè conſimilia actionibus realibus, quas hactenus
expoſuimus, ea ſunt iudicia perſonalia, quæ quando nec ex con-
tractu, neq; maleficio dentur, naturam realium induūt. Ex his pe
nè uetuſtiſsima eſt, de quadrupede actio. eſt enim prodita lege
2 12. Tabularum, qua aut animal quod noxiam cōmiſit dedi: aut æſtimatio no
xiȩ, id eſt ipſius delicti ſiue damni, prȩſtari poſtulatur[a]. Cuius quidem ue-
teris iuris cōfirmandi gratia prȩtorē in eam rem edictū protuliſſe apparet[b].
Neq; id mirum, cùm & ȩdiles in hanc curam incubuiſſe uideamus[c]. Ver-
3 ba autem ſiue legis 12. ſiue edicti, aut hæc aut ſimilia fuerunt: SI QVA-
,, DRVPES PAVPERIEM FECISSE DICETVR, EI CVIVS IN-
,, TERERIT, IN EVM QVI DOMINVS ERIT QVO TEMPO-
,, RE DE NOXIA QVERETVR, ACTIO ESTO, VT VEL NO-
,, XAE QVADRVPEDEM DEDAT, VEL NOXIAE AESTIMA-
4 TIONEM PRAESTET. Etſi de quadrupede tantum lex loquatur, ta-
men bipes animal ſi damnum dederit, ex mente legis utilis actio dabi-
tur[d]. pauperis autem eſt, damnum ſine iniuria facientis datum. nec enim
poteſt dici animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret[e]. Itaque ex ſententia

Seruij

a l. ſi ſtillicidij. 8. hoc tit.
b l. ſi locus. 14. in fi. hoc tit.
c l. is cui uice. 11. §. fi. hoc tit.
d l. penult. C. de ſeruitut.
e l. 7. hoc tit. l. fin. C. de ſeruit.
f l. unic. §. 1. ubi gl. de off. conſ.
g l. ſi locus. 14. l. unus. 34. in fi. cū l. ſeqen. ſ. de ſer. præd. ruſt.
h l. 2. l. 6. d. l. ſi ſtillicidij. §. fin. cum l. ſeq. hoc tit. l. una eſt uia. 18. ſ. de ſerui. ruſt. prædio.
i l. 5. 6. ſi commune. 10. l. uſu. 20. cum 4. ll. ſeq. hoc tit. l. 1. §. is cuius. 5. l. 3. §. uti uidemus. 4. de iti. actuq; priuato.
k l. fin. hoc tit.
l d. l. ſi commune. §. 1. l. ſi quis alia. 18. in prin. hoc tit.

a l. 1. in princ. hoc tit.
b d. l. 1. §. ait prætor. 1.
c l. hi enim. 40. cum. l. ſeq. de ædti. edicto. §. fi. Inſt. eo. tit.
d l. penult. hoc tit.
e l. 3. §. 1. de iniur.

Seruij, tum hęc actio locum habet, cùm cõmota feritate, contra naturã eius
generis cõmunem nocuit quadrupes. Vt ſi equus calcitroſus calce percuſ-
ſerit, aut bos cornu petierit, canis momorderit, &c. Nam ſi genitalis ſit feri-
tas, ut eſt in urſis, leonibus, &c. ceſſat actio: quia eiuſcemodi feræ ſimulatq;
cuſtodiam euaſerunt, deſinunt in noſtro eſſe dominio[a]. Hæc autem intelli-
genda ſunt, cùm citra cuiuſquam culpam, ſua laſciuia, aut feruore, aut ferita-
te animal nocuit. Nam ſi uel culpa alicuius, uel inſtigatu, pauperiem fecit,
hac actione ceſſante, damni iniurię ex lege Aquilia, cum eo qui in culpa eſt,
agetur.[b] Subiungitur, EI CVIVS INTERERIT. non enim ſolùm domi- 5
no rei, cui damnum illatum eſt, datur hæc actio: ſed omni cuius intereſt, ut
commodatario[c], &c. Additur, IN EVM QVI DOMINVS ERIT, &c.
nam in quadrupedibus noxa caput ſequitur, quẽadmodum in hominibus:
ut aduerſus dominum hæc actio detur, non cuius fuerit quadrupes cùm no
ceret, ſed cuius nũc eſt cùm agitur[d]. Sanè ſi plurium ſit animal, aduerſus ſin-
gulos erit in ſolidum noxalis actio, ſicut in homine[e]. Noxales enim actio-
nes diuiſionẽ non recipiũt[f]. Addit prætor, VT VEL NOXAE DEDAT, 6
&c. In quo notandum eſt, etſi iuxta præſcriptam hîc formam alternatiuè a-
gi debeat, tamen aliquando conueniri dominum in ſolidum, non ut noxæ
dedat, ſed ut æſtimationem damni ſolidam pręſtet: idq; propter inficiatio-
nem, ſi in iure interrogatus, an ſua ſit quadrupes, falſò & per mendacium
reſpondeat, ſuam non eſſe[g].

*a l.1.§.1.cũ §.ſeq. hoc tit. Inſt. eo. in princ.*
*b d.l.1.§. quod ſi propter.*
*c l.2. hoc tit.*
*d d.l.1.§. & cum etiam. 6.*
*e d.§. & cum etiam. uerſ. ſi commune.*
*f l. ſi ſeruus ſeruum. 27.§. 1. ſ. tit. 1.*
*g d.l.1.§. interdum. 7. hoc tit.*

## AD LEGEM AQVILIAM. Tit. II.

1 *Continuatio tituli, & author L. Aquiliæ.*
2 *Tria capita L.*
3 *Primum caput, & ad quas res pertineat.*
4 *Quid in eo ſignificet iniuria.*
5 *Quid ueniat in hanc actionem, & ad quid agatur.*
6 *Pœnalem eſſe actionem, & an in hæredes tranſeat.*
7 *Cui detur ex hoc capite actio, aduerſus quos.*
8 *De ſecundo & tertio capite.*
9 *De quibus rebus, cui, aduerſus quem, ad quid detur ex hoc capite actio.*
10 *Actio in factum ſubſidiaria.*

POrrò quando non quadrupes, ſed homo damnum iniuria dedit, ad id 1
petendum conſequendumq; lex Aquilia, quæ omnibus ſuperioribus
legibus de damno iniuria dato loquentibus derogauit, actionem præbet.
Eam legẽ Tribunus plebis Aquilius à plebe rogauit, ut lex Aquilia plebiſci-
tum ſit[a]: quod tamen perinde ac iuſtũ populi, uel S. C. omnes Quirites o-
bligat, ut alibi diximus[b]. Legis Aquiliæ tria ſunt capita, quorum primo de 2
occiſo alieno homine quadrupedéue, tertio de uulnerato cauetur. Secun-
dum huius legis etiam antiquis in uſu non fuit[c]. Ac primo quidẽ capite ita 3
cautum eſt: QVI SERVVM SERVAM'VE ALIENVM ALIENAM-
VE, QVADRVPEDEM VEL PECVDEM INIVRIA OCCIDERIT,
QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMI FVIT, TANTVM AES
DARE DOMINO DAMNAS ESTO. ADVERSVS INFICIANTEM
IN DVPLVM ACTIO EST[d]. Vt igitur apparet, ſeruis exæquat quadru
pedes, quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habentur, ueluti oues, bo-
ues, equi, &c. Vnde canis inter pecudes nõ eſt, & multò minus feræ beſtiæ[e].
Meritò autẽ adijcitur INIVRIA. nõ enim ſufficit occiſum eſſe, ſed oportet 4
iniuria

*a l.1. hoc tit.*
*b ad l.2.§. deinde cùm eſſet. de origi. iu. §. plebiſcitũ. Inſt. de iur. nat. gent. & ciui.*
*c d.l. ſi ſeruus ſeruum. 27.§. huius. 4. hoc tit. §. illud. in fi. Inſt. eo.*
*d l.2. in prin. hoc tit.*
*e l.2. in fi.*

iniuria id eſſe factum [a]. Iniuriam autẽ hîc accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam, ſed generaliter quod non iure factum eſt [b]: hoc eſt, ſi contra ius & per culpam quis occiderit. Igitur iniuriam hic accipiemus, dãnum culpa datum, etiã ab eo qui nocere noluit [c]. ut cùm imperitia medicus, aut obſtetrix, uel ignorantia quis hominem interficit [d]. Nam ſi quis dolo malo hominem occidat, non modò ciuiliter lege Aquilia, ſed etiã criminali legis Corneliæ de ſicarijs iudicio tenetur [e]. Occiſum autem accipere debemus, ſiue gladio, ſiue fuſte, uel alio telo, uel manibus, uel qualiter qualiter [f]. Ait lex:

5 QVANTI IN EO ANNO PLVRIMI FVIT: quę clauſula æſtimationem habet damni, quod datum eſt [g]. nec ſolùm ueri damni dati, ſed etiam aliquando longè maioris. Vt ſi quis hominem qui hodie mancus, aut claudus, debilitatusúe ſit, occiderit, qui in eo anno integer aut precioſus fuerat, non tanti tenetur, quanti hodie eſt, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Item ſi precioſo pictori aut ſcribæ pollex fuerit præciſus, & intra annũ quo pręcideretur fuerit occiſus, in actione Aquilię eo precio ęſtimabitur, quãti fuit priuſquam artem cum pollice amiſiſſet [h]. Qua ratione creditum eſt, pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſq; obligatur

6 quantum damni dedit, ſed aliquando longè pluris [i]. Ideoq; conſtat, quamuis hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus hæc actio detur, tamen in hæredem non tranſire, niſi fortè ex damno locupletior ſit factus: quę proculdubio tranſitura fuiſſet, ſi ultra damnum lis nunquam æſtimaretur [k]. Annus autem retrorſum computatur, ex quo quis occiſus eſt. Quòd ſi mortiferè fuerit uulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, inde annum numerabimus, ſecundum Iulianum, ex quo uulneratus eſt: licet Celſus contrà ſcribat [l]. Sed utrum corpus eius ſolùm æſtimamus quanti fuerit, an potius quanti interfuit noſtra non eſſe occiſum? Et quamuis uerba legis de æſtimatione corporis occiſi tantum loquantur, tamen ex interpretatione placuit, eoq; iure utimur, ut quicquid pręterea perempto corpore damni illatum fuerit, reſarciatur: puta ſi ſeruus hæres ab aliquo inſtitutus, antequam adire iuſſus ſit, occidatur, non ſolùm occiſi fiet æſtimatio, ſed etiam hæreditatis. Item ſi ex pari mularum una, aut ex quadrigis equorum unus interficiatur, ſupra precium interfecti corporis, id quoq; computabitur, quanti depreciati ſint qui ſuperſunt. In ſumma, omne quod ullo modo intereſt æſtimatur [m]: Quo uerbo non modò comprehenditur damnum datum, ſed

7 & quod conſequi potuimus, aut erogare cogimur [n]. Dat autem lex hanc actionem domino [o], qui ſolus ex uerbis legis directam habet: utilem uerò ex interpretatione alijs quoque præſtari certum eſt. Quoties enim deficit actio ex uerbis legis directa, toties ex benigna interpretatione utilis à prętore datur [p]. Exempli gratia: Liber homo dominus membrorum ſuorum non uidetur. Si igitur illi ſit nocitum, directam actionem non habet, ſed tantùm ex ſententia legis utilem [q]. Quamobrem ſi occidatur, hæredes eius aut legatarij agere utiliter poterunt [r]. Fructuario quoque uel uſurario corporis perempti utile iudicium datur [s]. Datur autem aduerſus omnes, qui ſuo corpore damnum dederunt. Nam ſi alio modo necauerint, ut ſeruum incluſum, uel pecus fame, aut nimia actione, aut alio modo, utilis ſiue in factum actio ex interpretatione legis competit [t]. Porrò aduerſus confitentem datur hæc actio in ſimplum: contra negantem, ad uindictam mendacij, in duplum [u]. Et hæc quidem de primo huius legis capite, in quo de corpore occiſo agitur, ita cauentur. Secũdum nuſquam extat, neq; extare opus eſt, cùm in deſuetudinem ſua iam ætate abijſſe I.C. fateantur [x]. Tertio porrò capite

i eadem

a l. 3. hoc tit.
b l. 1. de iniur.
c l. 5. §. iniuriã. 1. hoc tit.
d l. 8. l. 9. l. ſi curator. 31. hoc tit. §. præterea. Inſt. eo.
e l. Inde Neratius. 23. §. ſi dolo. 7. hoc tit. §. liberũ. Inſt. eo.
f l. qua actione. 7. §. 1.
g l. ait lex. 21. hoc tit.
h d. l. 2. Inde Neratius. §. idem Iulianus. 3.
i §. his autem. Inſt. eo.
k d. l. inde Neratius. §. actionem. 6. d. §. his autem uerbis.
l d. l. ait lex.
m d. l. ait lex. cum 2. ll. ſequẽ. §. illud. Inſt. eo.
n l. ſi ſeruum. 33. d. l. inde Neratius. §. in ſumma.
o l. item Mela. 11. §. legis. 6. h. t.
p l quoties. 21. de præſcrip. uerbis.
q l. liber homo. 13. hoc tit.
r l. ſed ſi ipſe. 14. hoc tit.
s d. l. itẽ Mela.
t §. fi. Inſt. eo. l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem. hoc tit.
u d. l. inde Neratius. 9. §. 1. 2. contra negantẽ 4. C. eod. titul.
x d. l. ſi ſeruum ſeruum. 27. §. huius legis. 4.

eadem lex Aquilia ait: CAETERARVM RERVM PRAETER HOMINEM ET PECVDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAMNVM FAXIT, QVOD'VE VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT INIVRIA, QVANTI EA RES FVIT IN DIEBVS TRIGINTA PROXIMIS, TANTVM AES DOMINO DARE DAMNAS ESTO [a]. Si quis igitur nõ occiderit hominem uel pecudem, ſed uſſerit, fregerit, ruperit, id eſt quoquo modo deteriorẽ fecerit, ſine dubio ex his uerbis legis agẽdũ erit [b]. Ideoq; iuris in omnibus animalibus quæ pecudes non ſunt, aut læſis, aut occiſis, de quibus primo capite nihil caueri ſuprà diximus, ex hoc capite actio erit: ut de cane, cæteriſq; feris & auibus [c]. Sed etſi rebus inanimis quid damni inferatur, ut ſi tectum meum exuras, uinum uities, ueſtimenta ſcindas uel inquines, uineta, ſegetem, &c. corrumpas, ſi tabulas, chirographum, aut alicuius rei inſtrumentum deleas, hac actione mihi teneris [d]. Qua in actione uenit non quanti plurimi toto retrorſum anno, ſed quanti in triginta diebus proximis res plurimi fuit [e]. Nec enim tam grauiter puniendus eſt qui læſit, quàm qui occidit: neq; tanti cædes æſtimanda eſt ferarum quadrupedum, quanti hominum uel pecudum, quarum uſus & commoditas maior exiſtit. Illud palàm eſt, ſicuti ex primo capite ita demum quiſq; tenetur, ſi dolo aut culpa eius homo uel quadrupes occiſus occiſaùe fuerit: ita in hoc, de dolo tantum aut culpa queri [f]. Culpa autem eſt, cùm quod diligenter prouideri potuerat, non eſt prouiſum [g]. Nam in lege Aquilia etiam leuiſsima culpa uenit. Vt autem ex primo, ita etiam ex iſto capite utiles actiones de ſententia legis dantur, ut libero homini ſuo nomine [h]. Vt cùm res non corrupta, ſed conſumpta plane eſt [i]: cùm quis non ſuo corpore damnum dedit, ſed occaſionem damni præſtitit, quæ quidem actio utilis in factum aliquando nominatur [k]. Quanquam propriè illa dicitur in factum actio ſubſidiaria, quę datur propter damna lege Aquilia non comprehenſa [l]. ut cùm neque corpore damnum datum eſt, neque corpus læſum: quemadmodum ſi ſeruum meum aut animal compeditũ ſolueris, ut fugeret [m]. Hic enim cùm deficiãt & uerba & mens legis Aquiliæ, ſupplet prætor quod legi deeſt, reddítq; actionem in ipſum damni dati factũ, legi Aquiliæ accommodatam [n]. 5

*a d.l. ſi ſeruus ſeruum. §. Tertio autẽ cap. 4.*
*b d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis. 4.*
*c l. quemadmodum. 29. §. hac actione. 3.*
*d d. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis. 32. cum ſeq. l. in lege. 41. cum ll. ſeq. hoc. tit. §. capite tertio. Inſtit. eod.*
*e d. l. quemadmodum. §. fi.*
*f l. qui occidit. 30. §. fi. hoc tit.*
*g l. ſi putatur. 31.*
*h d. l. lib. homo.*
*i l. qui occidit. 30. §. 1.*
*k l. qui ſeruandarum. 14. de præſcrip. uerbis l. item ſi obſtetrix. §. 1. l. 7. §. proinde. 3. l. 11. §. ſi alius. 1. l. 27. § ſi quis. 12. l. 29. §. penult. cũ ſimilib. hoc tit.*
*l l. ſi ſeruũ. 33. in fin. hoc tit.*
*m §. fi. Inſt. eo.*
*n l. quia actionum. 11. de præſcrip. uerbis.*

## DE HIS QVI DEIECERINT VEL effuderint. Titul. III.

1 *Ratio edicti.*
2 *Edicti caput I.*
3 *De quo loco, quaúe deiectione loquatur prætor.*
4 *Cui, aduerſus quos, detur hæc actio, & nu. 6.*
5 *Quid in hanc ueniat.*
6 *An in hæredes tranſeat, & quando ſit popularis.*
7 *Clauſula de noxa adiecta.*
8 *Alterum caput edicti.*
9 *Cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc capite detur actio.*

CVm damna ſæpe deiectione uel effuſione pretergredientibus inferantur, meritò prætor id operam dans, ut per uias & itinera publica tutò & ſine metu periculoq; commeare liceat, de his qui deiecerunt uel effuderunt hoc edictum propoſuit: VNDE IN EVM LOCVM, QVO VVLGO ITER FIET, VEL IN QVO CONSISTETVR, DEIECTVM VEL EFFVSVM QVID ERIT, QVANTVM EX EA RE DAMNVM DATVM FACTVM'VE ERIT, IN EVM QVI IBI HABITAVIT IN DVPLVM

„ DVPLVM IVDICIVM DABO. SI EO ICTV HOMO LIBER PE-
„ RIISSE DICETVR, L. AVREORVM IVDICIVM DABO. SI VI-
„ VET, NOCITVM'QVE EI ESSE DICETVR, QVANTVM OB EAM
„ REM AEQVVM IVDICI VIDEBITVR, EVM CVM QVO AGE-
„ TVR CONDEMNARI, TANTI IVDICIVM DABO. SI SERVVS
„ INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, IN IVDICIO ADII
„ CIAM, AVT NOXAM DEDERE [a]. VNDE IN EVM LOCVM, in-
3 quit prætor, QVO VVLGO' ITER FIT, &c. ſiue is locus publicus ſit,
ſiue priuatus, dummodo per eum uulgò iter fiat: quia iter facientibus pro-
ſpicitur, non publicis uijs ſtudetur. Semper enim ea loca per quę uulgò iter
fieri ſolet, eandem ſecuritatem habere debent. Cæterùm ſi quis in ſecretum
& infrequentem locum deiecerit, non debet hoc edicto teneri [b]. ut ne tum
quidem, cum noctu deijcit. Vnde referente Gellio lib. 4. cap. 14. Mancinus
ædilis Curulis cùm ad populũ diem dixiſſet Manulię, quòd noctu ab egreſ
ſu ædiũ prohibitus & lapide de eius ambulacro ictus eſſet, uulnusq; oſten-
taret, decreuerũt Tribuni, iure ex eo loco Aedilem deiectum percuſſumq;
uideri. Quod tamen intelligendum de ijs locis non eſt, ubi iter noctu fieri
conſueuit [c]. DEIECTVM, puta corpus ſolidum: ut lapis, tegula, &c. EF-
FVSVM, de liquore accipe. Quod ſi quid, cùm ſuſpenſum eſſet, decidit uel
effuſum eſt, perinde edicto locus erit [d]. IN EVM QVI IBI HABITAVIT.
4 Hæc igitur in factum actio datur in eum, qui inhabitauit cùm quid deij-
ceretur, ſiue patrem ſiue filiumfamiliâs [e]: non uerò in dominum ædium.
Culpa enim penes habitatorem eſt [f]: uel quia deiecit, uel quia ne ſui deijce-
rent, curæ non habuit. Suorũ enim unuſquiſq; culpam præſtat [g]. Vnde non
hîc ex uero maleficio uel culpa, ut in l. Aquilia, ſed ex quaſi maleficio agi-
tur [h]. Perinde autem eſt quo modo, quoúe iure habitetur, ſiue in ſuo, ſiue in
conducto, ſiue in gratuito: dummodo animo commorandi. Nam hoſpes
qui pauliſper alicubi hoſpitatur, non tenetur, ſed is qui hoſpitium dedit [i].
Huic tamen ex æquitate in uerum deiectorem actio dabitur, ſi ob id quod
deiectum dicitur, damnatus eſt [k]. Si plures in eodem cœnaculo habitent
unde quid deiectum eſt, ita ut difficulter ſciri poſsit quisnám effuderit, in
quemuis dirigi poterit actio, & quidem in ſolidum [l]. Quòd ſi cum uno fue-
rit actum, cæteri non quidem litis conteſtatione, ſed perceptione, id eſt ſo-
lutione ipſius damni liberabuntur: præſtaturi partem detrimenti ſocietatis
iudicio, uel utili in factum actione, ei qui ſoluit [m]. Ex quaſi enim maleficio
cùm teneantur, non in ſolidum, ſed pro parte tantum debent exigi, & unius
ſolutione omnes liberantur [n]. Si uerò plures diuiſo inter ſe cœnaculo habi-
tent, oportebit prætorem æquitate motum, in eum potius dare actionem,
ex cuius exedra uel cubiculo eiectum eſt [o].

5 Hæc autem actio ad exemplum legis Aquiliæ introducta eſt [p]. ut enim
ibi, ita & hîc culpa punitur. Hoc ſolùm differunt, quòd hęc ſine adiectio
ne ulla, id eſt ſemper, in duplum damni illati datur: illa ſimplex eſt, niſi infi-
ciatione creſcat [q]. Vnde apparet in hac pœnam eſſe grauiorem, ut eius me-
tu itinera publica reddantur tutiora: quod ut fiat, cõmunis ſalutis & Reip.
maximê intereſt [r]. Atq; iſtud quidem obtinet, ubi res uel corpus læſum eſt,
quod æſtimari poteſt. Nam ſi liber homo deiectione perijt, damni æſtima-
tio non fit in duplum, quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri
poteſt [s]. Quod autem ęſtimationem non recipit, & in quo ſimplum conſti-
tui nequit, id multo minus duplicari poteſt. Itaque hoc caſu 50. aureorum
iudicium dabitur [t]. Quòd ſi uiuet, nocitumq; ei, id eſt eius corpori (nam
ſi ueſtimenta aut quid aliud ruptum corruptumúe fuerit, in duplum, ut di-

a l. 1. in princ. hoc tit.
b d.l.1. in prin.
c l. pen. hoc tit.
d d.l.1. §. quod cùm ſuſpenderetur. 1. hoc tit.
e d.l.1. §. ſi filiusfamilias. 5.
f d.l.1. §. hæc in factum. 2.
g l. 5. l. pen. in fi. hoc tit.
h §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto.
i d.l. 1. §. hoſpes. 7.
k l. 5. §. cùm autem. 6. hoc tit.
l d.l.1. §. fi. cũ 2. ll. ſeq.
m d.l.3. & 4.
n l.1. C. de condictio. furti. l. fi. §. ſi plures. ſ. nautæ, caupo ſtabula.
o l. 5. in princ. & §. interdũ. 2.
p d.l.5. §. cum autem. 4.
q d.l.1. §. hæc in factis. 2.
r d.l.1. in prin.
s l. 3. ſ. ſi quadrupes paupe. feciſ. dica.
t d.l. 1. uerſi. ſed cùm liber homo.

a d.l.1.§.hæc autem uerba.4. b d.l.1.§.hæc autem.in fi.

ximus,ſit ęſtimatio[a]) eſſe dicetur, non quidem in duplum actio erit, (ut
enim totum corpus,ita partes quoqꝫ eius & membra ęſtimationem non re-
cipiunt) ſed quanti iudici ęquum eſſe uidebitur,tanti iudiciũ erit[b]:quo qui
dem in iudicio computabũtur mercedes medicis præſtitę,cęteraqꝫ impen-
dia quę in curatione facta ſunt:pręterea operę quibus caruit & cariturus
eſt,ob id quòd inutilis factus ſit. cicatricum autem & deformitatis nulla ſit
c l.fin.hoc tit. ęſtimatio,quę in libero corpore nequaquã fieri poteſt[c]. Quod fortè ſic in-
telligendũ eſt,ut nulla certa cõmuniter iniri poſsit aut debeat huius rei pen-
ſitatio.Quia tamen ex bono & ęquo hęc actio datur,ſanè non iniquum erit
rationem quoqꝫ deformationis, quam homini ingenuo multis impendijs
longè grauiorem triſtioremqꝫ eſſe poſſe certum eſt,pro modo circumſtan-
tiarum interdum haberi,maximè ſi culpa & iniuria damnum datum ſit.Hęc 6
autem actio quę cõpetit de effuſis & deiectis,perpetua eſt, & hęredi com-
petit,quia rei pręcipuè eſt perſecutoria:in hęredem uerò non datur,cùm re
ſpectu eius ſit pœnalis.Quę autẽ de eo competit quòd liber homo perijſſe
dicitur,intra annum duntaxat cõpetit:quia non modò pœnalis & pętoria,
ſed etiam popularis eſt actio. Popularia enim eſſe debent, quę ad commu-
nem ciuium ſalutem, uindicandaqꝫ ea quę ei nocere uidentur, pertinent.
d l.fi.ꝭ.de popula.actio. Omnes autem populares actiones ſupra annum non extenduntur[d]. Neqꝫ
in hęredem,quia pœnalis:imò nec hęredi datur tanquam hęredi. nam ſanè
abſurdum accideret, ut hęres precium quaſi occiſi conſequeretur eius, cui
e l. nam ſicut.36.ꝭ.tit.1. hęres extitit[e]: ſed ut uni ex populo. Quòd ſi liber homo non interfectus,
ſed ictus mutilatusúe ſit,ipſi quidẽ perpetua erit actio, qua rem & damnũ
perſequitur:ſi uerò alius uelit experiri,annua erit,quia popularis.Nec enim
hęredibus iure hęreditario cõpetit. Quippe quod in corpore libero damni
datur,iure hęreditario trãſire ad ſucceſſores non debet: quaſi nõ ſit dãnum
pecuniariũ, cũ pecunia ęſtimari liberi hominis mẽbra nequeant,ſed ex bo-
no & ęquo hęc actio oriatur.Poterit igitur tanquam unus ex populo hęres 7
intra annũ agere. Poſtremò ait pętor:SI SERVVS NESCIENTE DO-
MINO FECISSE DICETVR, EI IVDICIO ADIICIAM, AVT NO-
XAM DEDERE. Ex quo ſatis apparet, ſolere pętorẽ formulas iudiciorũ
concipere,ijſqꝫ addere clauſulas pro negocij qualitate & circũſtantijs,quas
iudex in definienda cauſa ſequeretur:ſicuti hîc,quando ex ſerui facto domi
nus conuenitur,non ſimplex iudiciũ, ſed addita clauſula,ut noxę dedere li-
ceat,ſe daturum pollicetur.Iniquũ enim eſſet,ſerui factũ ultra ipſius corpus
domino damnoſum eſſe. Et hęc quidẽ ad primam huius edicti partẽ dicta
ſufficiant,in qua de dãno deiectione dato agitur. Sed quia expedit pericu-
loſos caſus pręuertere,nec expectare donec noceant:meliusqꝫ eſt occurre-
re in tẽpore imminentibus periculis, quàm poſt exitũ & uulnus acceptum
f l.1.C.quãdo liceat unicuiq;. medicinam quęrere[f]: conſequens etiã fuit, pętorem in hunc caſum proſpi
cere,ut ſi quid in partibus ædium eminentibus periculoſè poſitũ eſſet, ne
noceret. Itaqꝫ in ſecundo huius edicti capite,de eo quod poſitũ eſt,ita Pęe-
tor ait:NE QVIS IN SVGGRVNDA PROTECTO'VE, VEL SVPRA 8
EVM LOCVM QVO VVLGO ITER FIET, IN'VE QVO CONSI- “
STETVR, ID POSITVM HABEAT, CVIVS CASVS NOCERE “
CVI POSSIT. QVI ADVERSVS EA FECERIT, IN EVM SOLI- “
DORVM DECEM IN FACTVM IVDICIVM DABO. SI SERVVS “
INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, AVT AESTIMA- “
g l.5.§.prætor ait.6.hoc tit. TIONEM DARI, AVT NOXAE DEDI IVBEBO[g]. Vt igitur in ſupe- “
riore capite,qui deiecit uel effudit: ſic in iſto coercetur, qui poſitum ha-
buit,ſiue nocuit id quod poſitum erat, ſiue non nocuit. Datur autem hęc 9
actio non

actio non in habitatorem, ſed in eum qui poſuit [a]. Sufficit enim ita dari, quia dominus uel habitator etſi ipſe non poſuit, tamen ſi ab alio poſitum patitur, ſuo nomine, perinde atque ſi poſuiſſet, tenetur [b]. loquitur autem edictum de partibus ædificij proiectis & eminentibus, ut ſuggrundis: quemadmodum ex uerbis illis, SVPRA EVM LOCVM, &c. ſatis apparet. Quamobrem ſi quis ex reſticulo ſuſpenſum, uel in pergula quid poſitum habeat, quod damnum aut dedit, aut dare poteſt, non quidem ex uerbis huius edicti, quę deficiunt, ſed ad exemplum huius actionis, utilis actio dabitur [c]. Hæc actio etiam popularis eſt: quoniam publicas uias eſſe ſecuras, & ab omni periculo liberas, uniuſcuiuslibet intereſt.

a d.l. 5. §. ſi id quod. 9.
b d.l. 5. §. ſi id quod. 9.
c d.l. 5. §. fin.

## DE NOXALIBVS ACTIONIbus. Titul. IIII.

1 *Quare dentur noxales actiones.*
2 *Noxales in delictis publicis non habent locum.*
3 *Quid ueniat in noxalem actionem.*
4 *Noxales eſſe tantum adiecticias qualitates.*
5 *Quæ ciuiles, quæ prætoriæ dicantur.*
6 *Quomodo conueniatur is, qui dolo poßidere deſijt.*
7 *Generale edictum de noxalibus.*

1 QVemadmodum habitator ſuorum culpam præſtat: ita dominus, ſi
ſeruus deliquerit, eius nomine conueniri poteſt. Cùm enim aduerſus
ſeruum agi nequeat, ſimul quia perſonam ſtandi in iudicio legitimam non
habet [a], utpote cùm iure ciuili pro mortuo, hoc eſt nullo putetur, neque caput habeat [b]: ſimul quòd nihil pro prij poſsideat, ex quo damnum reſarciri poſsit [c]: & iniquum tamen ſit, ei qui damnum paſſus eſt non conſuli:
æquum uiſum fuit, dominũ ex noxa, id eſt maleficio ſerui, noxalibus actionibus obligari, ut cui emolumenta & fructus acquirerentur, ad eundem
2 damna culpa ſerui contracta pertinerent. Quod tamen intelligendum eſt
de priuatis iudicijs, quæ damnum perſequuntur. Nam ad publica maleficia, quibus & liberi, & ſerui ſontes, ad exemplum & uindictam corporali
ſupplicio afficiuntur, noxalis actio non pertinet [d]. Dantur igitur ad damnum perſequendum noxales actiones in dominum, quarum uis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnatus fuerit dominus, habeat tamen (uſque dum iudicati
3 ti actione conueniatur [e]) deditione ipſius corporis, facultatem euitandę litis æſtimationem [f]: ne uidelicet nequitia ſerui ultra corpus eius domino ſit
damnoſa [g]. Defendere itaque ſeruum & damnum præſtare dominus cogitur, aut eo carere, & noxæ dedere [h]. Quod quidem uerum eſt, ſi ignorante
domino deliquit. Nam ſi eo ſciente, uel non prohibente, ad integram litis
4 æſtimationem, perinde ac ſi iuſsiſſet, dominus alligatur [i]. Dicuntur autem
noxales actiones, adiecticiæ quędam qualitates, & formulæ ad alias principales appoſitæ: ueluti noxalis actio furti, noxalis Aquilia, noxalis iniuriarum, doli mali, metus, &c. Nec hæc qualitas immutat principalis actionis
naturam [k]: ſed id tantùm efficit, ut & contra dominum detur actio, & is noxæ dedendo ſeruum, æſtimationem litis euitet. Itaque quod dicitur, noxa-
5 les actiones aut legibus aut edicto prætoris eſſe conſtitutas [l], ita accipiendum eſt: Quibus actionibus in lege additum eſt caput de noxa, ut actioni
furti lege 12. Tabularum, damni iniuriæ lege Aquilia, hæ noxales actiones
legitimæ ſunt: cùm uerò Prætor de noxa clauſulam aut ciuilibus aut prætorijs actionibus adiungit, Prætoria dicitur noxalis actio. Et hæ quidem dictò

a l. ſeruus. C. de iudi. l. uix certis. 53. ſ. eo.
b l. quod attinet. 32. de reg. iur. uid. ſ. de ca. dimin.
c l. bos accuſare. 12. §. omnibus. 1. de accuſationib.
d l. 2. C. de accuſat. d. l. bos accuſare. §. omnibus. l. pen. ſ. ſi ex noxali cauſa agatur.
e l. itẽ ueniunt. 20. §. idem recte ait. 5. de petiti. hæredita.
f l. 1. hoc tit.
g l. 2. in princ. hoc tit. Inſt. eo. in princ.
h l. 29. l. 33. h. t.
i l. 2. cum 3. ll. ſeq. hoc tit.
k l. pen. C. eo. titul.
l §. ſunt autẽ Inſt. eo.

rectò dantur ex uerbis uel legis, uel prætoris [a]. Quòd ſi dominus ſeruum dolo deſijt poſsidere, quoniam tunc actio ex ſupradictis capitulis non ſuppeditat, ex quibus tantùm aduerſus dominum poſsidentem (quia noxam caput ſequi uoluerunt [b]) agi poteſt: ideo prætor, ad puniendum dolum quem non decet eſſe impunitum [c], pollicetur iudicium prætorium ſiue utile, idq; ſine noxæ deditione [d]. Itaque omnibus noxalibus actionibus hanc quaſi explicationem generali edicto Prætor adiecit: SI IS, IN CVIVS POTESTATE ESSE DICETVR, NEGAVERIT SE IN SVA POTESTATE SERVVM HABERE, VTRVM ACTOR VOLET, VEL DEIERARE IVBEBO IN POTESTATE SVA NON ESSE, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE QVO MINVS ESSET. quo caſu, ſi falſum iurat, de periurio tenebitur, poteritq; ab ipſo, ſi ſeruum iterum defendat, peti æſtimatio damni in ſolidum [e], VEL IVDICIVM DABO SINE NOXAE DEDITIONE [f]. hoc eſt, permittam, ut cum domino in ſolidum agi poſsit, adempta illi dedendæ noxę facultate [g]. SI SERVVS PRAESENS ERIT, NEC QVISQVAM SIT QVI EVM DEFENDAT, DVCI IVBEBO: qua ductione illi acquiretur, qui abduxit, perinde atque ſi noxæ deditus eſſet [h].

a l. electio. 26. §. 1. hoc tit.
b §. omnis. Inſt. eo. l. fi. hoc tit.
c l. 4. §. cũ dominus. 2. hoc ti.
d l. ſi plurium. 5. l. quoties. 21. hoc tit.
e d. l. quoties. in fin.
f d. l. quoties. §. prætor ait. 1.
g d. l. quoties. in princ. l. ſi ſeruus. 17. de inter. actio. l. 1. §. interdum. 5. ſi quadrupes pauper.
h l. is qui in aliena. 32. l. electio. 27. §. fi. hoc tit.

# DIGEST. LIBER X.

## FINIVM REGVNDORVM, Titul. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Origo iuris de finibus regendis.*
3 *De quinque pedum præſcriptione.*
4 *Ad quos fines, quasq; cauſas, hæc actio pertineat.*
5 *Quibus, contra quos detur.*
6 *Cuiuſmodi ſit iudicium, & quid in illud ueniat.*
7 *Quomodo in eo probandum & iudicandum.*
8 *Reliqua iura quibus fines muniuntur.*

PRæter actiones perfectè reales, aut merè perſonales, quædam ſunt quæ mixtam cauſam obtinere uidentur, de quibus deinceps eſt diſſerendum. In hoc genere primum locum eæ actiones obtinent, quibus aut fines agrorum petuntur diſcerni ac regi, aut res communes diuidi [a]. Vt certi agrorum conſtituantur fines, certisq; limitibus confines fundi diſterminentur, ad pacem ſeruandam, rixasq; & arma inter uicinos ſopienda, plurimùm intereſt. Itaq; & Numam Pompilium ferunt, conſecrato deo Termino, iura finium religione quadam muniuiſſe, ne, quod fieri ſolet, quodq; eſt pernicioſiſsimum, temeritate cuiuſquã aut iniuria uiolarentur [b]. Deinde lege 12. Tabularum, ad exemplum eius legis quam Solon Athenis tuliſſe dicitur, de finibus quædam præſcripta ſunt [c]: idq; inter cætera, (quòd huc pertinet) ut inter confines agros quinque pedum ſpacium, quò iri ſine alterius incommodo colendi gratia, aratrumq; circumduci poſsit, relinqueretur. Id ſpacij, & fines conſtituebat, & præſcribi non poterat, ut oſtendit Cicero lib. 1. de Ll. Quanquam hodie 30. annis præſcribi poſſe uideatur [d]. De his ergo quinque pedibus, aut alijs finibus (nec enim in diſterminandis hortis aut pratis tantum ſpacij olim relictum, ſed aut lapide, aut ſepimento, aut alio modo, confinia diſcerni ſolere,

a §. quadam. Inſt. de act.
b Dionyſ. Halic. lib. 2.
c l. fin. hoc tit.
d l. fin. C. eo.

ni ſolere,multis ex indicijs apparet) orta controuerſia, propter mutatos confuſosque terminos, aut dolo aduerſarij per exarationem translationemq́;,&c. aut inundatione,aut uetuſtate,aut alio modo,lege Manilia cautum erat, ut arbiter ſiue agrimenſor earum rerum peritus,regendis finibus, id eſt diſcernendis,& ad certam æquabilemq; regulam dirigendis daretur, ut ſupradicto loco Cic. oſtendit. Quod quidē regendi ius,cùm ſit,ut oſtenſum eſt,antiquiſsimum,meritò primo loco in hac diuiſoriorum iudiciorum
4 expoſitione ponitur[a]. Iudicium autem hoc ad prædia ruſtica, eorumq; confinia pertinet[b]: in urbanorum,diſplicuit[c]. Neq; enim confinia hęc ſunt, ſed magis uicina, & communibus parietibus plerunque diſterminantur. Ideoq; etſi in agris ædificia iuncta ſint, tamen huic actioni locus non erit, ſed potius confeſſoriæ, aut negatoriæ, aut alicui interdicto: quemadmodum ecõtrario in urbe hortorum latitudo efficit interdum, ut etiam finium regundorum agi utiliter poſsit[d]. Si uerò flumen uel uia publica interuenit, confinium non intelligitur, quia magis in confinio meo uia publica uel flumen eſt,quàm ager uicini[e]. Sed ſi riuus priuatus interfluit, finium regundorum agi poteſt[f]: quia pars fundi eſt, ſicuti reliqui priuati limites. Exer-
5 citium autem iſtius iudicij competit dominis prædiorum : quia hac actione, quamuis in perſonam ſit, tamen ueluti per uendicationem petit ſibi rem quiſque ſuam adiudicari[g]. Datur & utilibus dominis, ut emphiteutæ,beneficiario,&c.Itē fructuario, & creditori qui iure pignoris poſsidet[h], propter ius quod in re habent. Contra eoſdem autem omnes eadem ratione competit: quia duplex hoc eſt iudicium . Inter ſocios porrò, qui communes agros poſsident, locum habere non poteſt. Vt ſi ego & tu fundum habeamus communem,cui uicinum alium ego fundum habeam proprium, non conſtabit inter nos finium regundorum controuerſia: quoniam adiudicationes quibus hoc iudicium expeditur, in re propria fiunt, in communi fieri nullo modo poſſunt. Quod enim alteri adiudicatur, hoc eſt, tanquam ſuum ſententia iudicis attribuitur,commune manere non poteſt: aut ſi manet, inutilem & nullius uſus eſſe adiudicationem dicendum eſt: quod fuerit perabſurdum. Itaque ſi uelim tecum contendere, neceſſe habeo aut communi diuidundo fundum communem tecum diuidere, aut
6 proprium alienare[i]. Iudicium finium regundorum eſt mixtum. Datur enim partim in perſonam, ut reliqua iudicia, in quibus de diuiſione agitur: uel ex maleficio, contra uiolantem terminos: uel ex negatione, aduerſus eum qui alios limites præſcribit, quàm nos eſſe intendimus: partim in rem, quandoquidem noſtrum petimus, ut uidelicet domino, uel potius agris ſuum adiudicetur[k]. Finis autem, & concluſio (ut ita dicam) huius actionis, eſt, ut ueteres termini officio iudicis reſtituantur: uel, ſi non apparent, dirigantur noui, eiuſq; quod intereſt, & poſt litem conteſtatam fructuum ratio habeatur. Nam antè percepti non omnimodo in hoc iudicium uenient: quandoquidem ſi bona fide percepti ſunt, lucro eius cedunt, qui conſumpſit: ſin mala fide, condicuntur[l]. Duplex autem hoc iudicium eſt, quia unuſquiſque & agentis, & eius qui cum agitur, partes ſu-
7 ſtinet: ſiquidem uterque petit, & ab utroque petitur[m]. Porrò quomodo dirigēdi ſint fines, & quod ſit iudicis officium, ut intelligatur, ſciendum eſt, cùm de finibus quæritur, primò (ſicuti in cęteris realibus iudicijs) de poſſeſſionis iure quæri ſolere[n], quo uidelicet modo & loco termini hactenus ſint obſeruati & poſſeſsi[o]: ad quod utrinq; probationes ſunt producēdę[p]. In his enim duplicib. iudicijs uterq; poſſeſſoris, uterq; petitoris partes ſuſtinet[q]. Poſſeſsionem autē iuſtam qui probauerit, obtinere debebit, ex uulgari re-

a §. ſingularū. in fine. Inſt. de rer. diuiſ.
b l.2.l.4.§. fi. hoc tit.
c d.§.fin.
d d.l. 4.§. fin.
e d.§.fi.l.5.h.t.
f l.6. hoc tit.
g l.1.hoc tit.
h d.l. 4. §. fi-nium.9.
i d. l.4. §.ſi communem.
k d.l.1.d. l.4. §.ſi alter.5.
l l.4. in princ. hoc tit.
m l.10.hoc tit.
n l. is qui deſtinauit.24.de rei uendic.
o l.3.C.eo.
p c.3. de prob.
q l.in tribus.13. de iudi. l. inter cohæredes.44. §. qui familiæ. 4.ʃ.tit.1.

a c. in pari. de reg. iur. in 6. §. cõmodum. Inſt. de inter.
b c. ex literis. de probat.
c l. 8. l. 11. hoc tit. l. 2. C. eo.
d l. penult. hoc tit. l. 1. C. eo.

gula: Cùm obſcura ſunt utriuſq; partis iura, pro poſſeſſore iudicari ſolet[a], niſi aduerſarius de iure proprietatis alijſq; finibus docuerit[b]. Probantur autem fines ueteribus monumentis: ut ſepibus, foſſa, arboribus, &c. authoritate cenſus, ante litem inchoatam ordinati: niſi contrà uarietate ſucceſsionum, & arbitrio poſſeſſorum, additis uel detractis agris, fines eſſe immutatos demonſtretur[c]. Qua in re plurimùm ualent teſtimonia eorum, qui antea eos fundos poſſederunt[d]. Quòd ſi fines aut in uniuerſum, aut in aliqua parte non ſatis commodê dirimi poſsint, uel quia obſcura ſunt utriuſq; partis tam in poſſeſsione probanda quàm proprietate iura, uel ob aliã incommoditatem: poteſt iudex, quamuis hæc actio non ſit bonę fidei, utpote quę non ex ciuili bonæ fidei conuẽtione, ſed ex delicto aut facto unius oriatur, tamen ueteris obſcuritatis amouendæ gratia, nouos fines per aliam regionem, ubi commodum fuerit, dirigere, idq; per adiudicationem & condemnationem ex bono & æquo[e]: ut cui fundo ſit adiudicatio alicuius portionis terrę porrectis in alienum agrum terminis, eius dominus pro eo quod illi adiudicatum eſt, certa pecunia condemnetur illi cuius agro aliquid adiudicatũ eſt[f]. Quæ ut omnia rectè æquabiliterq; fiant, eſt iudicis, uel ſuis ipſum oculis loca de quorum finibus ambigitur, ſubijcere, ac in rem præſentem ire: aut ſi per occupationes non licet, agri menſores mittere, per quos iubeat prę ſentibus litigatoribus, aut contumaciter abſentibus, examinari in re pręſenti cauſam, & per dimẽſionem agrorum terminos declarari, ex qua declarationis relatione finium regundorum quęſtioni finem imponet[g].

e d. §. quædam. in fi. Inſt. de act.
f l. 2. 3. 4. §. ſi alter. 5. hoc tit.
g l. 8. hoc tit. l. 3. C. eo. l. inter caſtellanũ. 44. de recep. arbi.
h Dionyſ. Halic. lib. 2.
i l. 4. C. eo. tit.

Sed ſuper hoc iudicium etiam alia iuris remedia inuenta ſunt, quibus fi- 3
nium diſtinctio aptè munitur. Nam quo minus cuſtodiuntur agrorum limites, quoq; magis patent iniurijs[h], eo diligentius legum ſanctionibus defendi eos par eſt. In primis, qui poſt delatam finium regundorum quęſtionem, non expectata iudicis ſententia, partem fundi alieni uſurpare audet, non ſolùm quod petebat amittit: ſed quò magis unuſquiſq; contentus ſuo rem nòn expetat alienam, qui irreptor agrorum in lite fuerit ſuperatus, tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittet[i].

k l. fin. de termi. moto.
l l. 2. de term. moto.
m l. 4. §. ſi dicantur. 4. h. t.
n l. 4. de publi. iudi. l. unica. C. quando ciuiles actio præiu. crimin.

Deinde agraria lege, quam Caius Cęſar tulit aduerſus eos qui terminos ſtatutos extra ſuum agrum fineſue dolo malo mouerint, pecuniaria pœna conſtituta eſt. Nam in terminos ſingulos quos eiecerint, locoùe mouerint, 50. aureos in publicum dare iubentur: & huius actionis petitio eius qui uolet eſt[k]. Sed & criminali iudicio eos qui peſsimo facto terminos finiũ cauſa poſitos protulerunt, reſcriptum D. Adriani perſequitur: quo pœna corporalis, ut relegationis, uerberum, operis publici, &c. ex conditione perſonę, & mente facientis, irrogatur[l]. Quę quidem accuſatio ciuile finium iudicium non tollit, neq; ab eo tollitur: ſed qui finium regundorum egit, accuſare termini moti reum poteſt, & contrà[m]. Alterutro tamen iudicio pendente, æquum eſt alterum ad finem uſque prioris differri[n].

## FAMILIAE ERCISCVNDAE, TIT. II.

1 *Ratio & origo huius iudicij.*
2 *Definitio, & quale ſit iudicium.*
3 *Quid hoc iudicio petatur.*
4 *Quibus detur hæc actio.*
5 *De quibus rebus, & quid in hoc iudicium ueniat.*
6 *Quæ ratio diuiſionis ineunda.*
7 *Quando detur, & quamdiu, hæc actio.*
8 *De effectu huius iudicij.*

Quemad-

1 QVemadmodum ex ueteri legis 12. Tabularũ iure hęreditates datur[a]:
ita indidem actio proficiſcitur, qua res hæreditaria inter hæredes à
communione diſcedere uolẽtes, diuidi officio iudicis petũtur[b]. Cùm enim
materia communionis ſoleat excitare diſcordias[c], eoq; inuitum in commu
nione detineri lex uetet[d]: neceſſarium uidebatur, aliquã hæredibus largiri
actionem, qua res iure ſucceſsionis cõmunicatas, ad diuiſionem reuocare,
ad eamq; diuiſionem faciendã cohæredes prouocare poſſent: quæ quidem
2 actio, iudicium familiæ erciſcundæ nominatur. Nam familia inter alia hæ-
reditatem ſignificat[e], ut in illis legis 12. Tabularum uerbis: AGNATVS
PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Erciſcere autem antiquum uer-
bum, idem eſt quod diuidere. Hinc dictum iudicium familiæ erciſcundæ,
quòd eo familia, hoc eſt hęreditas, erciſci, id eſt diuidi petatur. EST AV-
TEM HOC IVDICIVM ciuile, duplex, mixtum, bonæ fidei, uniuerſale,
quo ad diuiſionem hæreditatis officio iudicis inter cohæredes faciendam
agitur. Dico eſſe CIVILE, quia ex lege 12. Tabularũ deſcendit[f]. DVPLEX,
quoniam unuſquiſq; hæredũ & rei & actoris partes ſuſtinet[g]: licet quantũ
ad ordinem iudiciorum ſeruandũ attinet, qui prior ad diuiſionẽ prouocat,
actoris uice fungatur[h]. MIXTVM. nã dirigitur tam in rem quæ diuidi pe-
titur, quàm in perſonam, reſpectu perſonalium præſtationum[i], ut accepti
commodi uel incõmodi, fructuum, expenſarum[k], & adiudicationum. quæ
perſonales ſunt[l]. Permittitur enim in his iudicijs diuiſorijs iudici, rẽ alicui
litigatorũ, ex bono & æquo cõpenſatione precij facta, adiudicare[m]. Quin
& ea ratione perſonalis cenſetur, quòd ex quaſi contractu ortum habeat, &
in perſonã cohęredis tantũ detur[n]. BONAE FIDEI iudiciũ eſt[o], cùm qua
ex ciuili bonæq; fidei negocio ortũ habet, tum ut laxior ſit iudicis in adiudi-
cationibus ex bono & æquo faciendis poteſtas. VNIVERSALE dicitur,
quoniã uniuerſa hęreditas in hoc iudiciũ deducitur, adeò ut in omniũ agen
tium perſonam condẽnationes & abſolutiones faciẽdæ ſint[p], nec quippiã
3 debeat iudex relinquere indiuiſum[q]. Peti autẽ in hoc iudicio, & ad id agi,
ut res hæreditariæ officio iudicis diuidãtur, certũ eſt[r]. Nam tum demum ad
hoc iudiciũ perueniri ſolet, cùm neq; ex teſtatoris, nec hæredũ uolũtate hæ
reditas diuiſa eſt: quẽadmodũ paulo pòſt dicemus, ut quæ priuata cõſenſio
ne iniri nequit, partitio ea iudiciali authoritate explicetur. Illud porrò in a-
4 perto eſt, inter cohæredes dũtaxat[s] huic iudicio eſſe locũ, quocunq; tandẽ
iure hæredes ſint, ſiue ſuo nomine, ſiue iure ſucceſsionis[t]: & ſiue poſsideãt
ſuam portionẽ, ſiue petant[u]: quorũ uel unus arbitrũ familię erciſcundæ pe-
tere inuitis cęteris poteſt[x]. Sed nec dubitandũ eſt, quin & inter pauciores
hęredes ex pluribus hoc iudiciũ accipi poſsit[y]: quod tamen abſentibus, aut
ad diuiſionem non uocatis nullum creat præiudicium[z]. Et generaliter, qui
petere hęreditatem poſſunt, hi & diuiſionem rectè petunt[aa]. Bonorũ uerò
poſſeſſoribus, fideicõmiſſarijs, reliquiſq; qui ueri hæredes iure ciuili non
ſunt, ſed uicẽ hæredis repręſentant, non quidẽ directum hoc iudiciũ, quod
cùm ciuile ſit, tantum ad ueros iure ciuili hęredes pertinet, ſed utile ex æqui
tatis interpretatione cõpetit[bb]. Porrò qui cohęres nõ eſt, ei nec adiudicari
quippiam oportet, neq; aduerſarius eſt condẽnandus. deniq; planè aditus
huius iudicij eſt pręcluſus: adeo ut is qui poſsidet, ſi neget agentem eſſe ſibi
cohęredem, poſsit eum excludere per hanc exceptionem, ſi in ea re qua de
agitur, pręiudiciũ hęreditati nõ fiat. Prius enim oportet de iure hęreditario
5 per petitionẽ hęreditatis cognoſcere, quàm de diuiſione[cc]. Iã uideamus
de quibus reb. detur hęc actio, & quę res quomodo in hoc iudiciũ ueniãt.
Ad omnẽ igitur hæreditatẽ, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato deuolutã,
pertinet.

a l.1. ſ. de pet. hær.
b l.1.
c l.cùm pater. 79. §. dulciſsimis. de lega. 2.
d l. ferè. C. communi diuidun.
e l. ult. C. de uer. ſignif. l. pronunciatio. 195. §. familiæ. 1. ff. eo. tit.
f d. l. 1. hoc tit.
g l. 2. §. in familiæ. 3. l. 45. §. qui familiæ. 4. h. t.
h l. in tribus. 13. ſ. de iudi. l. 2. in fin. ſ. tit. 1.
i l. itẽ. 22. §. familiæ. pen. h. t.
k l. his cõſequẽter. 18. cũ l. ſeq.
l d. l. itẽ. §. pen.
m §. quædam. Inſt. de actio.
n §. itẽ ſi inter. Inſt. de obli. quæ ex qua. contr.
o l. 9. C. eo. §. actionum. Inſt. de actio.
p l. in hoc iudicio. 27.
q l. hæredes. 25. §. pen. h. t.
r l. 1. 2. 3. l. officio. 26. hoc tit.
s l. cum putarem. 36.
t l. ſi familiæ. 48.
u l. 1. 2. l. hæredes. 25. §. 1. h. t.
x l. arbitrum. 42. hoc tit.
y l. 2. §. dubitandum. 4. hoc tit.
z l. cohæredibus. 17. C. eo. tit. l. inter. 44. §. ſi cohæredes. 2. hoc tit.
aa d. l. 2.
bb d. l. 2. §. ſi quarta. 1. l. ſed & eius. 24. l. ſi ex aſſe. 40.
cc l. 1. cir. fi. l. fundus. 51. §. fin. hoc tit.

pertinet[a]. Sed & de pluribus hæreditatibus, quæ inter eoſdem ex diuerſis
cauſis communes ſunt, unum familiæ herciſcundæ iudicium ſumi poteſt[b]:
deq; omnibus rebus hæreditarijs, tam ſoli quàm mobilibus, ſiue in ipſa hæ
reditate inuentis, ſiue occaſione hæreditatis, ut uſucapione[c], &c. acquiſitis,
etiam alienis, quas bona fide defunctus poſſedit[d], aut pignori habuit[e]: de-
niq; de omnibus omnino commodis & incommodis hęreditatis, iudicium
familiæ herciſcundæ cõpetit[f]. Vnde in illud & præteriti temporis fructus
ueniunt[g]: item ea quæ uel dolo, uel culpa cohæredis, aut amiſſa, aut dete-
riora reddita ſunt[h]. Ex quibus intelligitur, quid ſit quòd dicat I.C.[i] iudi-
cium hoc ex duobus conſtare, rebus uidelicet quę diuidi petuntur, & præ-
ſtationibus, quæ alij ab alio, ratione fructuum, doli, culpæ, ſumptuum, &c.
ſunt faciendę. Porrò non ueniunt in iudicium familiæ herciſcundæ nomi-
na[k]: quia ex lege 12. Tabularum ſine ullo iudicio inter hæredes proportio-
ne hæreditaria ſunt diuiſa, ut aliter diuidi nequeant[l]. Sed nec pernicioſa
ueniũt, ut mala medicamẽta, aut uenena, aut libri improbatæ lectionis, &c.
quæ à bono & innocente iudice ſtatim ſunt corrumpenda: neq; quæ furto
aut alio crimine acquiſita ſunt, quæ dominis, aut quibus debentur, reſtitui
oportet[m]: nec quæ ſpeciali titulo, ut pro donato, aut pro emptore à cohæ-
rede poſſidentur[n]. uniuerſalia enim iudicia aduerſus titulo ſpeciali poſſi-
dentem non dantur, quemadmodum ſuprà diximus[o]. Vnde ſi quid con-
tendas ex hæreditate mihi tecum eſſe commune, quod ego ex alia cauſa
meum proprium dico, id in familiæ herciſcundæ iudicium, quod de ſola hę
reditate datur, non uenit[p]. In hoc iudicium illa quoq; deduci ac reputari
æquũ eſt, quæ à morte teſtatoris in res hæreditarias inſumpta ſunt, & quic-
quid omnino neceſsitate cogente cohæres fecit aut expendit[q]. Quædam
etiam cohæredi ut pręcipua adiudicari debent, nec reputantur, ueluti prę-
legata[r], & quod defunctus hæredi debuit[s]: item expenſæ nomine ſtudio-
rum filij factæ[t]. Quia uerò non ſolet hoc in iudicio inter hæredes cõueni- 6
re, penes quem tabulæ teſtamenti, cautiones, inſtrumenta, pendente iudi-
cio cuſtodiri debeant: ideo curare debet iudex ut apud eum maneant, qui
maiore ex parte hæres ſit, cæteri deſcripta recognitaq; habeant: cautione
tamen interpoſita, ut cùm res exegerit, ipſæ authenticæ tabulæ exhibean-
tur. Quòd ſi omnes ijſdem ex partibus hæredes ſint, nec inter eos conue-
niat, apud quem potius eſſe debeant, ſortiri eos oportet, aut ex conſenſu
uel ſuffragio eligendus erit amicus apud quem deponantur, uel in æde ſa-
cra deponi debent[u]. Illud autem officio iudicis incumbit, ut nihil omnino
relinquat indiuiſum[x], ſed in omnium perſonis abſolutiones & condem-
nationes faciat[y]: de euictione alijſq; iuribus cautiones ex bono & ęquo
interponi iubeat[z]. Et ſi quæ res commode diuiſionem non recipiunt, uel
alternis temporibus adiudicet[aa], uel licitatione admiſſa, & compenſatio-
ne precij facta, alteri rem, alteri precium addicat[bb].

Quamuis autem diximus, omnibus hæredibus huius iudicij exercitium 7
competere: tamen illud tenendum eſt, tum demũ id obtinere, cùm iam adi-
ta eſt hæreditas[cc]. Nam per aditionem hæredibus ius quæritur, & res inter
ipſos communicantur. Poſtquã autem competere ſemel cœpit, exẽplo cæ
terarum perſonaliũ actionum, in perpetuũ, id eſt 30. annis durat. Semel autẽ
tantum intẽtari poteſt, quia uniuerſale eſt, omniũq; diuiſio rerũ in unum iu-
dicium deduci ac explicari debet: quod ſi nõ fiat, & res quępiã remanſerint
indiuiſæ, communi diuidundo erit agendum[dd]. De effectu porrò huius
iudicij ita inquit Paulus[ee]: Si familiæ herciſcundæ actum ſit, adiudi 8
cationes prætor tuetur, exceptiones aut actiones dando: has petentibus,
illas poſsi-

a d.l.2.
b l.hæredes,25.
c l.8.9.10.11.12. cũ ſimil.h.t.
d l.itẽ.10.h.t.
e l.ſi pignori.29.hoc tit.
f l.item ex diuerſo.19.l.item Labeo.22.h.t.
g l.pen.hoc tit.
h d.l.hæredes.§.non tãtum.l.& puto.16.§.ſed etſi dolo.
i d.l.item Labeo.22.§.pen.
k l.4.hoc tit.
l d.l.hæredes.in princ.hoc tit.l.6.C.eo.l.pacto ſucceſſorum.C.de pac.l.2.C.de hær.act.
m d.l.4.
n d.l.hæredes.§.quod pro emptore.5.
o ad tit.de pet.hær.
p l.ſi quid.45.hoc tit.
q l.his conſequenter.18.§.ſumptuum.3.d.l.hæredes.§.ſi unus.l.ex parte.39.in princ.
r l.Pomponius.8.l.ſi ita legatũ.42.hoc tit.
s l.ſi filia.20.§.1.l.fundus.51.hoc tit.
t l.quæ pater.50.hoc tit.
u l.4.5.6.h.t.
x l.offic.26.h.t.
y l.in hoc iudicio.27.hoc tit.
z d.l.hæredes.§.fin.l.in iudicio.47.hoc tit.
aa l.& puto.16.hoc tit.
bb d.l.item Labeo.§.1.hoc tit.
cc l.qui erat.49.in fi.hoc tit.
dd d.l.ſi fil.20.§.famil.4.h.t.
ee l.int.44.§.1.

illas poſsidentibus, idq; exemplo aliarum rerum iudicatarum, quæ utroq; remedio defenduntur[a]. Quare etiamſi quid indebitum ex hac cauſa ſolutum ſit, ceſſat repetitio[b].

## COMMVNI DIVIDVNDO. TIT. III.

1 *Quare hæc actio introducta, & quomodo differat à reliquis.*
2 *Ex qua cauſa detur.*
3 *Quibus, contra quos detur.*
4 *Quid in eam ueniat.*
5 *Quomodo diuiſio facienda, & quale ſit iudicium.*

1 COMMVNI DIVIDVNDO iudicium ideo neceſſarium fuit, quòd pro ſocio actio, magis ad perſonales inuicem prꝑſtationes pertinet, quàm ad communium rerum diuiſionem[a]. Familiæ aut herciſcundæ iudicio, hæreditatis tantum fit diuiſio, non aliarum rerum ſingularium[b]: quæ cùm uel ex ſocietate, uel citra ullam ſocietatis affectionem alia ex cauſa poſſint inter aliquos eſſe communes[c]: opus fuit iudicio aliquo, quo res quomodocunq; cõmunes ad diuiſionẽ perducerentur. Nec enim quiſpiam inuitus in ſocietate communioneúe eſt retinendus[d], etiamſi pacto conuentum fuerit ne diuiſio unquã fiat[e]. Latius itaq; patet, quod ad uſum attinet, communi diuidundo iudicium, quàm familiæ herciſcundæ: quia hoc inter ſolos hæredes de hæreditate datur, illud uerò omnibus omnino qui rem aliquam habent communem: adeò ut & cohæredibus, ubi familiæ herciſcundæ iu-
2 dicium deficit, dari ſoleat[f]. Datur autẽ ex cauſa communionis, à qua petitur recedi[g]: ſiue ex contractu ſocietatis, ſiue alio modo, puta emptione, legato, donatione, &c. res ſit communicata[h]: Et hactenus quidem realis eſt actio. Quatenus autem fructus perceptos, aut expenſas factas, cæterasq; perſonales præſtationes reſpicit, perſonalis exiſtit, daturq; ex quaſi contractu: quia neq; ex contractu, nec ex maleficio, ſibi inuicem obligati ſocij eſ-
3 ſe uidentur[i]. unde liquet hanc actionem mixtam cauſam obtinere. Hæc directa competit ſolis dominis rei corporalis communis[k]: ſiue neuter, ſiue alter tantum eorum, ſiue uterq; rem poſsideat[l]: & uel inter omnes, uel certos ex his, diuidere deſiderantes, hoc iudicium accipi poteſt[m]. Vtile autem iudicium datur etiam utilibus dominis, ut qui fundos uectigales poſsident[n], qui Publicianam habent[o], aut alia iuſta ex cauſa poſsident[p]. Inter prꝑdones autem, aut precariò uel clam poſsidentes, aut colonos, locum non habet[q]: quia nullam obtinent iuſtam poſſeſsionis ſuo nomine cauſam, ſed aut iniuſte, aut alieno nomine poſsident. Datur & utile iudicium ijs qui ius incorporale, ut uſumfructum, pignus, & conſimilia iura habent inter ſe communia[r]. Quia enim hæc ueram diuiſionem non admittunt[s], ideo utile tantum iudicium datur: quo non ipſum ius incorporale (quî enim poteſt?) ſed illa diuiduntur, quæ eo comprehenſa, ſub aſpectum ſectionemq; cadũt: ut in uſufructu fructus, in pignore uſus pignoris, &c. Nã ſi nihil inſit, quod diuiſionem recipiat, ut in ſeruitutibus, hac actione non agetur. Datur interdum etiam non dominis, ratione prꝑſtationum, quæ perſonales actiones ſunt, neq; rei cohærent[u], quoties uide licet res aut extincta eſt, aut communis eſſe deſijt[x]. Sed & in atq; contra hæredes tranſit, cꝑterosq; ſucceſſores, non tanquam hꝑredes, ſed ut dominos & poſſeſſores: quo tamen in iudicio etiam id ueniet, quod defunctus percepit[y]. Quibus autem datur hæc actio, contra eoſdem dari certum eſt, cùm duplex ſit iudicium[z].

4 Sicuti autem ipſius rei diuiſio uenit in cõmuni diuidundo iudiciũ, ita & prꝑſtationes: ut ſi quis impenſas fecit cõmuni nomine (nã ſi proprio, retentionem

a l. actori. C. de reb. creditis. tot. tit. de excep. rei iudi.
b l. cùm putarem. 36.

a l. 1. hoc tit.
b l. 4. hoc tit.
c l. 2. hoc tit. l. ut ſit. 31. cùm l. ſeq. ſ. pro ſocio.
d l. fi. C. eo. tit.
e l. in hoc iudicium. 14. §. pen. hoc tit.
f d. l. ſi filia. §. familiæ. d. l. inter. ſ. tit. 1.
g d. l. 1. hoc tit.
h l. 2. hoc tit.
i §. itẽ ſi inter. Inſt. de obligat. quæ ex quaſ. cõtractu.
k l. 4. hoc tit.
l l. pen. hoc. tit.
m l. etſi. 8. l. ſi quis. 29. in fin. hoc tit.
n l. communi diuidundo. 7. in princ. hoc tit.
o d. l. 7. §. 1.
p d. l. 7. §. ſi duo ſint. 4.
q d. l. 7. §. inter prædones. 2. & §. neq; colonijs. 6.
r d. l. 7. §. ſi duo. 4. l. item. 10. §. 1. l. arbor. 19. §. fin. hoc tit.
s l. cùm filius. in princ. 76. de lega. 2.
t d. l. arbor. §. ſi per eũdem. 2.
u l. itẽ Labeo. 22. §. pen. ſ. t. 1.
x l. ſi quis putans. 6. in princ. l. in ſumma. 11. hoc tit.
y d. l. 4. §. ſicut. d. l. item.
z l. 2. in fi. h. t.

tionē tantū habet[a]) eas conſequatur[b], dūmodo partem ſuam rectè adminiſtrare ſeparatim non potuit: alioquin ſi potuit, negociorū tantū geſtorum habet actionem, eaq; tenetur[c]. Sed etſi quis ſolus ex re cōmuni fructus perceperit, hi in iudicium ueniēt[d]. Item ſi quid ab aliquo ſociorum agi debuit, quod actum non eſt, aut dolo culpaúe eius damnum in re communi ſit datum, eius habebitur ratio[e]. Hæc autem omnia uel cumulatim in iudicium ueniunt, uel ſeparatè. Nam de prẹſtationibus agi poteſt, etiamſi res non petatur diuidi: uel quod non placet à communione recedi[f], uel quia res communis eſſe deſijt, aut extincta eſt[g]. Niſi tamen quid fuerit ex communi conſenſu exceptum nominatim, omninò omnes res quæ actione comprehendi poſſunt, intelligentur in iudicium eſſe deductæ[h].

Porrò in diuiſione hîc facienda, omnino eadem obſeruanda erunt, quæ in familiæ herciſcundẹ actione[i]. Nam & hoc iudicium perinde eſt bonæ fidei[k], duplex[l], & mixtū[m]. Vnde iudex omnes res, de quibus quidem actum erit, (nam ultra id quod in iudicium eſt deductum, extendi poteſtas iudicis nequit[n]) diuidere debebit[o]: aut menſura deſignatis unicuiq; certis regionibus[p], aut temporibus[q], & in his quẹ diuiſionē non recipiunt, ut animal &c. totum corpus uni adiudicare, eumq; in partem æſtimationis alteri, cui res abiudicata eſt, condemnare[r]: deniq; alia quacunq; commodiſsima ratione diuiſionem facere: & ſi quid in his rebus cōmunibus damni datum factumue ſit, uel quid eo nomine aut abſit alicui ſociorum, aut ſuperſit, eius rationem habere[s], unà cum acceſsionibus & deceſsionibus omnibus[t]: & deniquè in uniuerſum prouidere, ut omne commodum atq; incōmodum ẹquabiliter diuidatur, niſi quid dolo culpa aut facto ſocij ſit contractum[u].

a l. in hoc iudiciū. 14. l. antep.
b d. l. 4. §. ſicut. d. l. antep.
c l. 6. §. 1. h. t.
d d. l. 4. cū ſeq.
e l. ſi is cùm quo 20. l. 3. l. 8. §. 1. hoc tit.
f d. l. 14. uerſ. quæ cū ita ſint.
g d. l. 6. in prin.
h l. in iudiciū. 13.
i l. 6. §. fin. d. l. arbor. in fi.
k d. l. 4. §. 2. d. l. in hoc iudiciū. §. 1.
l l. 2. in fi.
m d. l. 4. §. ſicut.
n l. ut fundus. 18. d. l. 4. §. hoc iudicium.
o d. l. 13.
p l. 7. §. cùm de uſufructu. 5.
q d. l. arbor. in fin.
r d. l. 6. §. pen. l. 7. l. 10. cùm ſimil.
s d. l. 3.
t d. l. 6. §. ſi quid poſt acceptum.
u l. ſi is cum quo. 20.

## AD EXHIBENDVM. TIT. IIII.

1 *Affinitas huius actionis cum præcedentibus.*
2 *Quid ſit exhibere, & ad exhibendum actio.*
3 *Cui, ex qua cauſa detur.*
4 *Contra quos detur.*
5 *De quibus rebus.*
6 *De officio iudicis in hac actione.*
7 *Quomodo exhibitio ſit facienda, & quid in hanc actionem ueniat, & de ſpecificatione explicata difficultas.*

Finitima eſt diuiſioni ſeparatio, qua res unitæ, per diuiſionem quandam
diſiunguntur à ſe inuicem, & ſegregantur. Itaq; cùm dictum ſit de ijs iu
dicijs, quibus res diuiduntur: ſequitur ut nunc uideamus de actione, qua
rerum exhibitio & in conſequentiã exhibitionis ſeparatio poſtulatur: nam
& ipſa mixtam cauſam obtinet. Ea autem actio ad exhibendum ab effectu
ſeu officio eſt appellata, cuius uſus ualde neceſſarius eſt, & penè quotidia-
nus, maximè propter uendicationes[a]. EXHIBERE EST facere in pu- 2
blico poteſtatem, ut ei qui agere intendit, experiundi ſit copia[b]: & propriè
exhibere eſt, extra ſecretum habere[c], quantum autem ad hanc actionem at-
tinet, exhibet is qui in eadem cauſa prẹſtat rem, in qua fuit, cū iudicium ac-
ciperetur[d]. Quapropter actio ad exhibendum nihil aliud eſt, quàm actio
perſonalis, in rem directa, qua petitur ut res exhibeatur, eiusq; uidēdæ, ap-
prehendendæ copia actori fiat. Dico perſonalem hanc eſſe actionem, ex
authoritate Vlpiani[e]. Etenim cùm realis dici nequeat, utpote qua non pe-
tat actor rem ſuam, aut ius aliquod in re ſibi reſtitui, ſequitur eſſe perſona-
lem: quia intendit reum aut facere, id eſt exhibere: aut dare, quanti ea res
erit, opor-

a l. 1. hoc tit.
b l. 2. hoc tit. l. fi. de uer. ſignif.
c l. 3. §. ait prætor. de lib. hom. ex.
d l. Iulianum. 9. §. quātum. 4. hoc tit.
e l. 3. §. eſt autem. hoc tit.

erit,oportere:quod proprium eſt perſonalium actionum. §. 1. Inſt. de act. l. actionum. 24. infrà,de action. & oblig. Adde,quòd iſtarum exemplo oriatur ex obligatione,non quidem ullius contractus,ſed naturali, qua æquum eſt,uendicare rem ſuam uolenti,eam indicare & exhibere: quòd illi plurimum profuturum ſit, nociturum nemini[a]. Datur igitur hæc actio propter illam æquitatem ex quaſi contractu, quemadmodum actiones negociorũ geſtorum,& quæ ſocijs extra contractum ſocietatis competunt[b]. Dirigitur autem in rem,quia nihil aliud quàm res exhiberi petitur: quòd fit,ut aduerſus quemlibet poſſeſſorem rectè intentetur[c], ut non immeritò mixtam cauſam obtinere uideatur.

3 Porrò ei datur hæc actio qui in rem acturus eſt, qualicunq; actione, etiã pignoraticia,aut Seruiana,aut hypothecaria.Sed etſi quis uſumfructũ petiturus,interdicturus interdicto utrobi,uel de precario,optaturus ſeruũ,&c. rem exhiberi deſideret,aut noxali iudicio acturus familiam poſtulet repræſentari,ut recenſione ſeruorum facta noxium recognoſcat, audietur[d]. Et generaliter ſciendum eſt, non ſolùm ijs quos diximus, competere ad exhibendum actionem, uerùm ei quoq;, cuius aliquo modo intereſt exhiberi: adeò ut & plures eiuſdem rei nomine ad exhibendum rectè agere poſsint, ſi plurium diuerſa ratione interſit[e]. Iudex igitur ſummatim debebit cognoſcere,an eius interſit:id eſt,an probabilem cauſam habeat actionis, propter quam exhiberi ſibi deſideret,non autem an eius res ſit:& ſic iubere uel exhiberi,uel non, prout actoris intereſt[f]. Vtroq; autem tempore intereſſe eius qui ad exhibendum agit,oportet,& quo lis conteſtatur, & quo fit condemnatio[g]: & quidem intereſſe pecuniariter[h], aut ut alia ſaltem probabilis cauſa ſubſit,quamobrem exhibitio ſit facienda[i]. Nam & ei qui ſemel egit, non obſtat rei iudicatę exceptio, ſi ex noua cauſa intereſſe cœperit.l. de eo. 12. Quod tamen non ita accipiendum eſt, cùm dicitur agere ad exhibendũ poſſe omnes quorũ intereſt,quaſi quomodocunq; interſit, locus ſit huic actioni. Quid eñ ſi quis petat rationes aduerſarij ſibi exhiberi, quòd magni id ſua interſit? aut ſtudioſus illos aut illos libros alienos, quibus lectis doctior & melior ſit futurus? an ius ciuile calumniabimur, & captatis uerbis ſententiam eius circumueniemus? Minimè id quidẽ faciendum eſt[k]. Nam nec facultatum ſuarũ rationes edere,& denudare fortunas, nec inuitus ſuas alij opes communicare, quiſquam cogendus eſt[l]. Oportet igitur actoris ita intereſſe,ut ius aliquod habeat in re,& probabilem cauſam actionis,pro pter quam exhiberi deſideret[m]. Quòd ſi uel alia ſufficiat actio,qua non qui dem in rem uel ad poſſeſsionem,ſed ad exhibendum rectè agatur, nihil cauſæ erit quamobrem iſta actio detur. Vnde Pomponius apud Vlpianum[n] ait: Si quis extra hæredem (nam illi hæc datur actio, tanquã domino[o]) tabulas teſtamenti, uel codicillos, uel quid aliud ad teſtamentum pertinens exhiberi uelit: dicendum eſt,per hanc actionem agendum non eſſe, cùm ſufficiant interdicta in hanc rem prodita, uidelicet de tabulis exhibendis[p]. Itẽ, ſi liber homo detineri ab aliquo dicatur, de exhibendo poteſt quis habere interdictum[q]: ad exhibendum autem actio in eam rem inutilis uidetur,quia hæc actio ei creditur,cuius pecuniariter intereſt[r]. Pecuniariter autem propter liberum hominem intereſſe non poteſt, quia nullam eius corpus recipit æſtimationem[s]. Illud tamen notandum eſt, cùm neq; huic actioni,neq; uendicationi, neq; alij ordinariæ locus eſt, interdum æquitatem exhibitionis efficere,ut in factum agi poſsit[t].

4 Porrò aduerſus poſſeſſorem hac actione agitur, non ſolùm eum qui ciuiliter,ſed etiam qui naturaliter tantùm incumbit poſſeſſioni[u]. Deniq; &

a fac.l.2.§. iterum Varus.in fi. de aqua plu. arcen.
b §. item ſi inter.Inſt. de obligat.quæ ex quaſ. contrà.
c d.l.3.§.fi.
d d.l.3.§.eſt autem.3. cum §. ſequenti.
e l.3.§.Pomponius.10.
f d.l.3.§.ſciendum.7.& §.ſi mecum. 9. in fi.
g l.tigni.7.§. fi.hoc tit.
h l.ſi liber. 13. hoc tit.
i l.fin.
k l.penult.h.t.
l l.fi.C. de alimen.pup.præſt. l.2. C. quan.& quib.quar.pars, &c. lib. 10.
m d.l.3.§.ſi mecum.9.
n l.3.§.ſi quis extra.6. hoc tit.
o l.2.3.ff.quẽadm. teſt.aperi.
p l.3.§.ſolũ.§. condemnatio,de tabul.exhib.
q tot.tit.de lib. hom. exhib.
r d.l.ſi liber.13.
s d.l. liber homo.ſ. ad l. Aquil.
t l.3.§.pen.l. l. Iulianus.9.§. Marcellus.3.
u d.l.3.§.fin.

creditorem qui rem pignori accepit, ad exhibendum teneri placet[a]: & a-
pud quem res depoſita, uel cui locata eſt, aut commodata[b], & omnes qui
facultatem exhibendi habent[c], cuiuſcunque tandem ſint conditionis, ſi-
ue filijfamiliâs, ſiue patresfamiliâs[d], ſiue unus, ſiue plures[e]. Et uſque adeò
poſſeſsio uel detentio rei eſt fundamentum huius actionis à parte litigato-
tris conuenti, ut ſi quis non poſsideat litis conteſtatæ tempore, poſtea au-
tem ante ſententiam poſsidere cœperit, condemnandus ſit, niſi reſtituat:
contrà ſi quis, cùm iudicij accepti tempore poſsideret, poſtea ſine dolo
malo poſsidere deſierit, abſoluatur. Nam quamuis eſt, ut inquit Pompo-
nius[f], quòd illi imputetur, cur non ſtatim reſtituit, ſed paſſus eſt litem ſe-
cum conteſtari: tamen quia res non ab ipſo tanquam aliena petitur, ut di-
ci poſsit in mala fide uere poſſeſſor cōſtitui, cumq; non de reſtitutione, ſed
exhibitione facienda agatur, ęquius eſt liberari eum qui citra ſuam culpā
eò redactus eſt, ut exhibere non poſsit. Quinetiam ſi quis poſsideat, tamē
ſi non habet reſtituendi facultatem, æquitas huius iudicij dabit abſoluti-
oni locum[g]. Planè qui dolo malo poſsidere deſijt, cùm pro poſſeſſore habe-
atur, ad exhibendum tenebitur[h].

Datur autem hæc actio de omnibus omnino rebus mobilibus, homine 5
puta ſeruo, animali, & re qualibet inanimata[i]. De rebus autem ſoli non
datur, cùm per ſe pateant, oculisq; ſubijciantur, ſine ulla alia exhibitione:
neque latêre poſsint, ut alibi dicitur[k]. Item, nec de tigno ædibus iniuncto,
quia lex. 12. Tab. ſolui uetat, ne ruinis urbs deformetur: ſed aliam actionem
in duplum de tigno iniuncto domino indulget[l].

Propoſita ergo actione, erit iudicis, ſummatim cognoſcere an agentis 6
interſit, & cauſam probabilem habeat actionis, propter quam exhiberi
deſiderat[m]: exceptiones etiam æſtimare quas poſſeſſor obijcit, ut ſi qua tā
euidens ſit, ut facilè repellat actionem, propter quam exhibitio poſtula-
tur, ueluti eſt exceptio doli, tranſactionis, iuriſiurandi, rei iudicatæ, &c.
poſſeſſorem abſoluat: ſin obſcurior, uel difficilioribus inuoluta ſit diſputa-
tionibus, differat, eamq; reijciat in directum iudicium, re exhibere iuſſa[n].
Quinetiam poteſt reum contumacem per in litem iuſiurandum petitori
condemnare, quantitate taxata, ad quam uſque iuretur[o].

Rem autem ita exhiberi repræſentariq; iubebit, ut uendicandi apprehē- 7
dēdiq; facultas actori fiat[p]. Quamobrē ſi fuerit alij materiæ adiuncta, ut gē-
ma incluſa auro, ſigillum candelabro, in hoc exhibitio decernenda erit,
ut excludatur. Item ſi rotam meam tuo uehiculo aptaueris, uel armario
tuo meā tabulam, aut ſcypho anſam iniunxeris, uel purpuram intertexue-
ris ueſti, aut brachium ſtatuæ per applumbaturam coadunaueris, iudicio
ad exhibendum ſeparare compelleris, ut mihi uendicandi fiat facultas[q].
Item ſi quis ex uuis meis muſtum fecerit, uel ex oliuis oleum, aut ex lanis
ueſtimenta, cùm ſciret hæc aliena eſſe (nam ſi bona fide exiſtimans ſuam
eſſe materiam, ex ea ſuo nomine nouam ſpeciem feciſſet, dominus eius ef-
ceretur[r]) utriuſque nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia hoc
caſu quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe, ex ſententia Sabinianorum uerius
eſſe Vlpianus exiſtimat[s]. Etenim iniquum uidetur, domino ſine ſuo fa-
cto dominium rei ſuæ auferri, & illud furi per contrectationem immutati-
onemq; rei in nouam ſpeciem acquiri. Quanquam in eo quod acceſsionis
uice alteri accedit, propter præſtantiam principalis materiæ, quæ planē
tegit & aufert reſpectum acceſsionis, non conſideratur bona aut mala fi-
des[t]. Deinde & illud addendum, in eadem omnino cauſa rem eſſe exhi-
bendam, in qua fuit cùm iudicium acciperetur[u]. Proinde ſi lite iam conte-
ſtata

a *l. ſerui nomine.16. de uſuca.*
b *l.3. §. fi. l.4. hoc tit.*
c *l. 5. in princ. l. tigni. 7. h.t.*
d *l. de eo.12. h.*
e *d.l.7. §.1.*
f *d.l. tigni, 7. §. ſi quis.3.*
g *d.l.5. §. fi.*
h *d.l. Iulianus. 9. in princ.*
i *l.3. §. fi. l.5. §. 1. l.6. cum ſimil. hoc tit.*
k *l. 2. C. quādo quart. pars. lib. 10.*
l *l.6. & 7. h.t. l.1. de tig. iniūc.*
m *d.l.3. §. ſciendum. 7. & §. ſi mecum. 9.*
n *d. l. 3. §. ibidem. 11.*
o *d.l.3. §. præterea. 2.*
p *d.l.2. d.l. fin. de uerb. ſignif.*
q *l.6. & 7. h.t.*
r *l. 5. de rei uēdi. §. cum ex aliena. Inſt. de rer. diui. l. adeò. 7. §. cùm quis. de acquir. dom.*
s *l. de eo.12. §. deniq; hoc tit.*
t *§. ſi tamen. §. cum in ſuo. Inſt. de rer. diuiſ.*
u *l. Iulianus. 9. §. quantum. h.t.*

ſtata uſucaptam exhibeat, non uidetur exhibuiſſe, cùm petitor intentio-
nem ſuam perdiderit, niſi paratus ſit repetito die actionē ſuſcipere[a]. Quin-
etiam ſi mutata forma exhibitio fiat, nihilominus tenebitur ad exhibendū,
ut priſtinæ formæ rem reſtituat[b]: nam mutata forma, propè interimi ſub-
ſtantiam rei Marcellus ſcribit: ita ut res non poſsit dici eadem. Sanè ſi dete-
rior tantum facta exhibeatur, ut equus debilitatus, quia eadem res exhibe-
tur, & uia ad uindicandum patefacta eſt, ad exhibendum quidem actione
reus abſoluitur: poterit tamen actor ex lege Aquilia de hoc damno, aut a-
ctione in factum, ea deficiente, agere[c]. Planè cum omnis cauſa reſtituen-
da ſit, partus quoq; & fructus, omnesq; utilitates quæ amiſſæ ſunt ob hoc
quòd res non exhiberetur, uel tardius exhibita eſt, æſtimabuntur[d]. Vltimò
ſciendum, ibi rem exhibendam, ubi fuit cùm lis conteſtaretur: quamobrē
ſi alio loco, quàm ubi actum ſit, exiſtat, periculo impendijsq; actoris per-
ferenda eſt eo loci ubi agitur: niſi data opera & dolo malo tranſlata à reo
proponatur[e].

*a d.§.quoniam.*
*b d.l.Iulianus. §.ſi quis rem.*
*c d.l. Iulianus. §.ſi rem. l. ſi quis hominem. 17. hoc tit. l. exhibitionis. C. eo. tit.*
*d d.l. Iulianus. §.fi.l.ſi optione. 10.l.ſed etſi hæreditas.11.d.l.de eo. §.ſi poſt iudicium.2.*
*e d.l.ſed etſi hæredi.11.§.1.*

# DIGEST. LIBER XI.

## DE INTERROGATIONIBVS IN IVRE FAciendis, & interrogatorijs actionibus. Tit. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quare introductæ ſint interrogationes.*
3 *Mos interrogandi.*
4 *Actionem interrogatoriam qualitatem tantum eſſe adiecticiam, non propriam actionis ſpeciem.*
5 *De interrogationibus ſublatis, & poſitionibus introductis.*

QVia paulo antè dictum eſt de actione ad exhibendum, quæ uiā
1 munit actionibus in rem: uiſum eſt iuris compoſitoribus ſub-
nectere tit. de interrogationibus in iure faciendis, quæ & ipſæ
præparatoriæ ſunt. nam reliquis actionibus ancillantur, & adi-
tum patefaciunt: idq; eò magis, quòd non longè à natura mix-
torum, aut certè realium iudiciorum, de quibus iam dictum eſt, abſunt: quia
neq; ex contractu, nec delicto, ſed ex facto & confeſsione hominis naſcū
tur: ut meritò in hanc ſecundam Pandectarum partē, in qua de eiuſcemodi
2 iudicijs tractatio eſt inſtituta, ſint relatæ. Prætor igitur edictum de inter
rogatorijs actionibus propoſuit, quia ſciebat ſæpenumerò difficile eſſe
probare aliquem heredem aut poſſeſſorem, qui cum agi rectè poſſet. Vo-
luit igitur aſtringere eum qui conuenitur, ex ſua in iudicio reſponſione,
ut uel confitendo uel mentiendo ſeſe oneraret: ſimul & illud erueretur, quo
quiſque iure ex teſtamento, an ab inteſtato, & quota ex parte hæres eſſet[a].
Qui igitur agere in rem uolebat, ut aduerſarium ſua confeſsione conſtrin-
geret, & ex eius confeſsione certam impetrare efficacemq; poſſet actionē,
eiuſcemodi interrogationes ante iudicium cœptū in iure, id eſt apud magi
3 ſtratum populi Romani[b] proponebat. Quibus ſummariè cognitis, ſi ad
inſtituendum iudicium eas multum pertinere prætor comperiſſet, aduer-
ſarium reſpondere iubebat[c]: qui quidem ſi confitebatur quod erat inter-
rogatum, eamq; confeſsionem ius & natura admittebant, quaſi ex confeſ-
ſo erat obligatus[d]. & in eo ſequens actio fundabatur. Sin autem aut falſò

*a l.2.3.4.h.t.*
*b l.4.§.fi.h.t.*
*c l.ſi defenſor. 10.§.fi.hoc tit.*
*d l.de ætate.12. §.qui interrogatus.8.l. confeßionibus.14.*

negabat, aut contumaciter in iure tacebat, eam mendacij cõtumaciæ'ue fe-
rebat pœnam, quòd in ſolidũ cõueniebatur, condemnabaturq́[a] ex ea actio-
ne, cuius reſpectu interrogationes erant factę[b]: quæ actio quoniam in in- 4
terrogationibus, reſponſione ſubſecuta, aut contumaciter non ſubſecuta,
fundabatur, indidemq́ uim probationis accipiebat, uocabatur interrogato
ria actio[c]: quanquam aliquando & confeſſoriam dici, quia ex confeſsio-
ne rei datur, ſciamus[d]. Nam propter adiectam qualitatem aliud actionibus
indi nomen, minimè nouum eſt: ut cùm arbitrariam, noxalem, reſciſſoriam
actionem, &c. dicimus. Sed quia poſtea animaduerſum eſt, iniquum eſſe 5
quenquam cogi de ſuo iure ante iudicium reſpondere, potiusq́ actorem
domo adferre intentionem & inſtructum uenire oportere, quàm à reo cõ-
feſsionem quaſi gladium exigere[e]: ideo ætate etiam Iuriſconſ. minus frequẽ-
tari cœperunt interrogatoriæ actiones, tandemq́ in deſuetudinem abie-
runt[f]: quamuis I.C. ordinem edicti ſecuti, hanc quoq; eius partem ſint inter
pretati: maximè quòd non omninò illo tẽpore interrogationes deſijſſent,
ſed minus frequentarentur. Sanè hodie id obtinet, ut interrogationes ſiue,
ut nunc loquũtur, poſitiones, lite demum conteſtata fiant: ad quas ſi fuerit
iuſſu iudicis reſponſum, reus ex confeſsione ſua tenetur[g]: ut iam non ad
fundandam intentionem, inſtituendumq́ iudicium, ſed ad probationem
tantummodo ea ualeant, quæ ex confeſsione aduerſarij apud iudicem fa-
cta eliciuntur[h].

*a d.l. de ætate. §. ſi cùm eſſet. 1. & qui tacuit. 2. cum ſeq.*
*b d.l. confeßionibus. 14.*
*c Duar. lib. diſp. 1. cap. 43.*
*d l. proinde. 25. ad l. Aquil.*
*e l. nimis graue. C. de teſti. l. 1. C. de eden.*
*f l. 1. cir. fi. h. t.*
*g tot. tit. de cõfeſ. c. 1. & 2. eo tit. lib. 6.*
*h d. l. 1. in fi.*

## DE QVIBVS REBVS AD EVNDEM IVDIcem eatur. Tit. II.

ILlud quoq; ad ſuperiorum iudiciorum rationem rectè inſtituendam pertinet, ſciri, ſi inter plures familiæ herciſcundæ iudicio agatur, & inter eoſdem communi diuidundo aut finium regundorum quęſtio poſtea gliſcat, compendij gratia, & quò temporius omnes lites tranſigantur, faciliusq́ coire cohæredes, aut ſocij, aut alij ad quos cauſa pertinet, poſsint, ad eundem omnes iudicem, utpote iam antea de cauſa inſtructum, eundemq́ locum, ubi omnium præſentia fiat, eſſe mittendos[a].

*a l. 1. & 2.*

## DE SERVO CORRVPTO. Tit. III.

VT nihil omninò eorum iudiciorum, quæ nec ex uero contractu, neq́ ex delicto ullo inſigni exiſtunt, prætermittatur, rectè iuris compoſitores ad finem uſque huius libri reliquas quaſdam hoc genus actiones, quæ mixtam quodammodo cauſam obtinẽt, perſequuntur. Ac primò quidem de actione ſerui corrupti edictum prætoris hoc recẽſetur: « QVI SERVVM SERVAM, ALIENVM ALIENAM RECEPISSE, PERSVASISSE'VE QVID EI DICETVR DOLO MALO, QVÒ EVM EAM DETERIOREM FACERET, IN EVM QVANTI EA RES ERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DABO[a]. » Quæ uerba cùm per ſe clara ſint, & à Iuriſconſ. dilucidè hoc tit. explicata, neq; ſit operæprecium in re ab uſu noſtri ſeculi remota diutius immorari, ad ſequentia pergamus.

*a l. 1. in princ. hoc tit.*

## DE FVGITIVIS. Tit. IIII.

QVi fugitiuum aut erronem ſeruum apud ſe celat, cùm furti ſe crimine obliget[a], meritò in eum quoque actio ex S.C. eſt prodita. Senatus autem cenſuit, ne fugitiui admittantur in ſaltus, néue protegantur à uillicis, & procuratoribus poſſeſſorum: ac mulctam 100. ſolidorum in ſecus facientes ſtatuit: de quo S.C. plurima hìc apud Vlpianum[b]. Quanquam ſint & alię actiones, quibus aduerſus eiuſcemodi receptatores atq; occultatores agitur[c].

*a l. 1. in princ. h. t. l. nõ ſtatim. ad l. Fla. de pla.*
*b in d. l. 1.*
*c l. 3. 4. 5. ad l. Flaui. de plagia. l. quicunq;. & tot. tit. C. de ſer. fugiti.*

## DE ALEATORIBVS. Tit. V.

1 *Quare alea prohibita.*
2 *Prima pars edicti.*
3 *Secunda pars.*
4 *Senatuſc. de prohibito aleæ ludo.*

1 CVm teterrimum ſit prodigalitatis inſtrumentũ alea, qua complures per inconſultam temeritatem ad inopiam redacti, Deo maledicunt, & grauiora facinora nonnunquam aggrediuntur [a]: meritò & hoc prouidendum fuit, ne ludo tam noxio ulla ratione indulgeretur: ſed potius, quoad eius fieri poſſet, omnis eius uſus procul è finib. benè inſtitutę ciuitatis exterminaretur. Intereſt enim Reipublicę, ne quis re ſua abutatur [b]. Et quia receptatores occaſionem adiumẽtumq; præbẽt eiuſcemodi nequitiæ, rectè prętor
2 de ijs hoc édictum propoſuit: SI QVIS EVM APVD QVEM ALEA LVSVM ESSE DICETVR, VERBERAVERIT, DAMNVM'VE EI DEDERIT, SIVE QVID EO TEMPORE DOMO EIVS SVBTRACTVM ERIT, IVDICIVM NON DABO. Prętor igitur in odium flagitioſi hoſpitij prębiti, ſuſceptorem aleatorum uerberatum, ac ubicunq; & quandocunq;, occaſione tamen ludi, infortunio mulctatum non uindicat: adeò ut furtum domi eius eo tempore quo luditur, impune fiat: quod tamen de actione pœnali denegata intelligendum eſt, non quin poſsit ad exhibendum condicendumq; rem furto ſublatam agere. Sed & grauiorem pœnam, uidelicet publicationẽ domus, Iuſtinianus poſtea in hunc ſtatuit [c].

a l.fi.in princ. C. de reli. & ſumpt. fune. & ale. luſu.
b §. ſed etiam. Inſt. de his, qui ſunt ſui uel al. iur.
c d.l.fin.in fi.

3 De ipſis autẽ aleatoribus ita prætor cauit: IN EVM QVI ALEAE LVDENDAE CAVSA VIM INTVLERIT, VTI QVAEQVE RES ERIT ANIMADVERTAM. Hæc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius qui compulit ludere, ut pro ratione facti aut mulctetur, aut in latumias, id eſt lapidicinas, uel in uincula publica detrudatur. Solẽt enim quidam & ad luſum cogere, uel ab initio, uel uicti, dum retinent [d]. & hæc quidem prætor de aleatoribus. S.C. autem uetuit omninò in pecuniam ludere, aut ſponſionem eiuſcemodi luſus gratia facere [e]. Et ſi quid amiſſum ſolutumq; ſit eo nomine, actionem ad repetendum præſtat: præterquam ubi certatur haſta, uel pilo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnãdo, quod uirtutis cauſa fit: quibus ex rebus etiam legibus exercendarum uirium gratia, ſponſionẽ facere licet [f]. Iuſtiniani tamen conſtitutione ad unum tantum alterum'ue uſq; ſolidum etiam in his ludere permiſſum eſt. Quod autem in conuiuio ueſcendi cauſa ponitur, in eam rem familia rectè ludit [g].

d l. 1. in fi. l. 2. hoc tit.
e Cic. Philip. 2.
f l. 2. in. fi. l. 3. hoc tit.
g l. fi. hoc tit.

## SI MENSOR FALSVM MODVM DIxerit. Tit. VI.

1 *Ratio huius edicti, & quis dicatur menſor.*
2 *Ex qua cauſa hæc actio detur.*
3 *Cui detur.*
4 *Aduerſus quem.*
5 *Ad quid detur.*

ADuerſus menſorem agrorum, quem finitorem Cic [a]. & Plaut. [b] uocãt, prætor in factum actionem propoſuit, à quo falli nos non oportet. Nam intereſt noſtra, ne decipiamur in modi renunciatione, ſi fortè uel de finibus contentio ſit, uel emptor ſcire uelit, aut uenditor, cuiuſmodi ager ueneat. Ideo autem hanc actionem propoſuit, quia non crediderunt ueteres inter tales perſonas locationem & conductionem eſſe, ſed magis operam beneficij loco pręberi: & id quod datur ei, ad remunerandum dari: unde &

a d. l. Agra.
b in Penul.

honorarium appellatur. Si aũt ex locato & conducto fuerit actum, dicen-
*a l.1.in prin.h.t.* dum erit,non tenere intentionem [a]. Hæc actio dolum malũ menſoris e- 2
*b d.l.1. §.1.* xigit:aut latam culpã,quę dolo malo comparatur [b]. Viſum eſt enim abunde coerceri menſorẽ,ſi dolus tantum malus puniretur eius hominis, qui nullo ex contractu iure ciuili obligatus eſſet:ut quoad eius fieri poteſt, officium
*c l.ſed ſi quis.1. quemad.teſt. aperi.* liberaliter præſtitũ minimè ſit ei damnoſum [c]. Nam & in alijs contractibus uſurpari uidemus,ut ad quem nulla eius contractus utilitas redundat, is tantummodo dolum pręſtet:quemadmodum eſt in depoſito [d]. Neq; in cõtra-
*d l.ſi ut certo. §.nũc uidendũ. ꝟ.commod.* rium urget,quòd ob mercedem aliquando menſor operam præbeat. Etſi enim ea ſpe accedere ad menſurandũ poteſt, tamen quia ab initio nulla ſit ſuper mercede pactio,intelligitur gratuitò præſtari officium:ſicuti & manda-
*e l.ſi remunerandi.6.ꝟ.manda.* tum gratuitũ eſt,quãuis poſtea remunerãdi gratia honor interueniat [e]. Semper enim initium contractus eſt inſpiciendũ.l. ſi procuratorem.8. in princ. mand. Quamobrẽ ſi imperitè aut negligenter menſor uerſatus ſit, ſecurus
*f d.l.1.hoc tit.* erit,eiq; imputabitur qui illũ adhibuit [f]. Datꝛ igitur hęc actio ex falſa renũci-
*g l.1.in fi.l.2. l.5.hoc tit.* atione,quę dolo malo facta eſt. nam renunciatũ eſſe oportet quoq; modo [g].

Competit aũt ei cuius interfuit,falſum modum renunciatum non eſſe: ut 3
emptori,uẽditori,litigatori,qui damnũ propter falſam menſurę renunciati-
*h l.3.§.1.* onẽ paſſus eſt [h]. Datur & hæredibus [i]:quia hæc actio rem perſequitꝛ, & ex
*i d.l.3.§.fi.* negocio deſcendit,unde & perpetua eſt [k]. Aduerſus aũt menſorem agro- 4
*k l.4.* rum intenditꝛ,qui falſum modũ menſuram'ue renũciauit,ſiue unum ſiue plures:& quidem in ſolidũ.quia dolus omnes in ſolidũ obligat: una tamẽ ſolu-
*l d.l.3.in princ.* tione actio aduerſus omnes tollitꝛ [l]. etenim in id quod intereſt agitur: quod
*m l. bona fides. 57.de regu.iu.* ubi ſemel receptũ eſt,bona fides nõ patitur amplius idem exigi [m]. Et quamuis de ſolo menſore agrorũ uerba edicti agant, tamẽ latius id porrexit prætor.Nam etſi cuiuſuis alterius rei menſurã falſam renunciaſſe dicetur,hęc actio cõpetet.Proinde ſi in ędificij menſura fefellit,uel frumenti,uel uini,uel cuiuſuis alterius rei, ſiue de itineris latitudine, ſiue de ſeruitute immittendi proijciendi'ue quęratꝛ,ſiue areã, uel tignũ, uel lapidem metiendo mentitus
*n l.5. in fine.l. 6.7. hoc tit.* fuerit,tenebitꝛ [n]. Sed & utilẽ actionẽ ex edicti interpretatione I.C. prębent [o]
*o l.5.in uerſ.ſed nec utilem,&c.* in eum qui menſor non fuit,fefellit tamen in modo. Vt ſi architectus dolo malo in lineamentorũ ductu & ordinatione ſtructuræ fefellit:aut redẽptor,
*p l. redemptores.39.de rei uendicat.* qui opus alteri ſuis cementis ædificat [p],in modo: aut tabularius,in computatione [q]. Nam menſorẽ machinariũ,qui machinula formas quadratas aut trigonas deſignans,earumq; latera dimetiens, ſpaciũ areæ colligit [r], cùm ue-
*q l.fi.hoc tit.* rus ſit menſor, directo iudicio conueniri rectè puto [s]. Porrò in hęredem ſi-
*r Budæus hic.* milesq; perſonas hanc actionem quæ ex parte rei conuenti pœnalis eſt, &
*s d.l.fi. in prin.* ex delicto,nempe dolo oritur, denegari Vlpianus ex authoritate Pompo-
*t d. l.3. §.fin.* nij ſcribit [t].

Venit in hanc, id quod intereſt agẽtis,falſum modum non eſſe renuncia- 5
tum.Vnde ſi alia ciuili actione,ut ex empto,quis damnũ ſibi factum per falſam renũciationẽ reſarcire poteſt,cùm nihil eius interſit, ceſſabit hęc actio.
*u l.in cauſæ.16. in prin. de min.* Nã generaliter extraordinaria remedia,ubi ſufficit ordinariũ,dari nõ ſolẽt [u].

## DE RELIGIOSIS ET SVMPTIBVS FVNErum, & ut funus ducere liceat. Tit. VII.

1 *Edictum de religioſis.*
2 *De quo loco agat edictum: & quis ſit purus locus,aut religioſus.*
3 *Quid ſit ſepulchrum,quid monumentum.*

Qualis

4 *Qualis ex edicto detur actio, cui, contra quem, & ad quid.*
5 *Quæ actio detur ei qui prohibitus eſt funus ducere.*
6 *Edictum de ſumptibus funerum, & quæ, cui, aduerſus quem, ad quid, actio inde detur.*

1 HActenus dictum eſt de uindicatione & actionibus rerum quę ſunt humani iuris: nunc proponuntur edicta duo, quæ ad res religioſas & diuini iuris tectas ſartasq; conſeruandas pertinent, atq; ad eundem mixtarum actionum ordinem meritò rediguntur. De religioſis rebus ita prætor edixit: »SIVE HOMO MORTVVS, OSSA'VE HOMINIS MORTVI IN LOCVM PVRVM ALTERIVS, AVT IN ID SEPVLCHRVM IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR: QVI HOC FECERIT, IN FACTVM ACTIONE TENEBITVR, ET POENAE PECVNIARIAE SVBIICIETVR[a]. Si homo, inquit, mortuus, oſſaue: uidelicet præcipua aut principalia membra, ut caput[b].

2 Quod dicitur de loco, intelligendum eſt de eo, qui eſt extra pomerium oppidi. Nam & lege 12 Tabularum, & reſcriptis principum, prohibitum eſt in ciuitatibus ſepeliri, non obſtante etiam conſuetudine municipali[c]. PVRVS locus dicitur, qui neq; ſacer, neq; ſanctus, neq; religioſus eſt, ſed ab omnibus eiuſcemodi nominibus uacat[d]. SEPVLCHRVM, eſt ubi corpus
3 oſsáue hominis condita ſunt. Vt autem Celſus ait, non totus qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt. A' ſepulchro autem MONVMENTVM diſtat, quia quicquid memoriæ ſeruãdæ gratia extruitur, monumentum dicitur[e]: in quod ſi corpus inferatur, fiet ſepulchrum[f]: quanquam monumentũ ſepulchri etiam id dicitur, quod loci in quo corpus impoſitum eſt, muniendi cauſa fit[g]. Illa uerba, ILLATA ESSE DICENTVR, de ea illatione accipienda ſunt, quæ fit ſepulturæ cauſa[h].
4 Actio hæc in factum perſonalis eſt, quæ datur ex facto eius qui contra ius locum alienum religioſum facere molitur: continetq; illud, ut aut is qui intulit, tollat quod eſt illatum, aut loci precium præſtet[i]. Vnde cùm actio ſit rei perſecutoria, perpetua eſt, & hæredi, inq; hæredem competit[k]. Meritò autem actio in eam rem prodita eſt: nam propria authoritate corpus aut oſſa ab alio in ſuum fundum illata, nemo debet propter reuerentiam maniũ, & quia corpus rectè ſepultum non eſt inquietandum, effodere uel trãſpor-
5 tare[l]: quamuis in alijs rebus prophanis id concedatur[m]. Contrà autem ei, qui prohibitus eſt inferre in eum locum, quò ei ius inferendi eſſet, in factum actio competit: per quam conſequetur, quanti eius interfuit, prohibitũ non eſſe[n]. quo reſpiciunt illa ultima uerba inſcriptionis huius tituli, ET VT FVNVS DVCERE LICEAT: eoq; pertinet Vlpiani reſponſum[o], cùm ait officium eſſe præſidis, prouidere ne corpora aut oſſa mortuorũ detineantur, neue quis prohibeatur, quo minus uia publica cadauer transferre aut ſepelire poſsit.

6 De ſecunda autem huius tituli parte, nẽpe de ſumptibus funerũ, prætor ita cauit: »QVI FVNERIS CAVSA SVMPTVS FACTVS ERIT, EIVS RECVPERANDI NOMINE IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET, IVDICIVM DABO[p]. Hoc edictum iuſta ex cauſa propoſitum eſt, ut qui funerauit, cõſequatur id quod impendit. Sic enim fiet, ne inſepulta iaceant corpora, neue quis de alieno funeretur. Deinde qui propter funus aliquid impendit, quoniam qui defuncto contrahere uidetur[q] quaſi negocium eius gerens[r], meritò ab eius hæreditate & hæredibus defunctum repræſentantibus id repetere poterit. Funeris cauſa ſumptus factus uidetur is demum, qui ideo fit ut funus ducatur, & ſine quo

a l.2.§.prætor.
b l. cùm in diuerſis.44.h.t.
c l.3.§.diuus.de ſepul.uiola.
d l.2.§.prætor. uerſ. purus. h.t.
e d.§.prætor. uerſ. monumẽt.
f l.monumentũ.24.
g l.funeris.37. in fi.
h d. l.prætor. uerſ.de illa.
i l.is qui intulit.7.hoc tit.
k d.l.is qui intulit.
l l.oſſa.8.l.diui.39.hoc tit.
m l.quẽadmodum.29.ad.l. Aquil.
n d.l.oſſa.in fi. cum l.ſeq.
o in l. ne corpora.38.hoc tit.
p l.ſi quis ſepulchrum.12.§. prætor ait.
q l.1. hoc tit.
r l. & ſi quis.14.§. etſi quis. uerſ. quaſi alienum. & §.idem Labeo.

a d.l. & ſi quis 14. §. funeris.l. funeris ſumptus. 37.hoc tit.

funus duci non poteſt[a]. Vnde hæc actio, quæ & funeraria dicitur, ex bono
& æquo oritur, continetq; tantùm impenſa funeris cauſa, non etiam cæ-
teros ſumptus. Aequi autem & boni æſtimatio accipitur ex dignitate eius
qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, ex bona fide: ut ne plus imputetur
ſumptus nomine, quàm factum eſt: ac interdum ne tantum quidem, quan-
tum factum eſt, ſi fortè immodicè factum ſit[b]. Quanquam prætor uel ma-
giſtratus municipalis ſumptum ad funus pro facultatibus & dignitate de-
functi decernere ſolet[c]. Nonnunquã etiam is qui ſumptum fecit in funus,
non recipit: ueluti ſi pietatis gratia, non hoc animo quaſi recepturus ſum-
ptum impendit. Oportebit igitur teſtari quemque, quo animo funeret, ne
poſtea patiatur quęſtionem[d]. Hæc autẽ actio cum ſit prætoria, ceſſat, quo-
ties quis aliam actionem habet de funeris impenſa conſequenda[e]. Datur
autem aduerſus eos, ad quos funus pertinet: uidelicet hæredes, uel bonorũ
poſſeſſores[f], &c. Huius autem actionis tantus eſt fauor ob religionem, ut
hæc impenſa ante omne creditum, cum bona ſoluendo non ſunt, ex hære-
ditate deducatur[g].

b d.l. & ſi quis §. hæc actio.
c d l. ſi quis. 12. §. fin.
d d.l. & ſi quis §. ſed interdum.
e d.l. & ſi quis §. Labeo ait. cũ ſeq.
f d.l. & ſi quis §. fi. cum ll. ſeq.
g l. penult. h.t. l. 2. de priuile. credi.

## DE MORTVO INFERENDO, ET SEPVLchro ædificando. Tit. VIII.

1 *Interdictum de mortuo inferendo, & eius explicatio.*
2 *Quatenus differat ab actione ſuperiore.*
3 *Interdictum de ſepulchro ædificando.*

PErtinent & huc interdicta prohibitoria, de mortuo inferendo, & ut in- 1
ferre liberè liceat: quibus de rebus ita prętor interdixit: QVO' QVA'- "
VE ILLI MORTVVM INFERRE, INVITO TE, EI IVS EST, QVO "
MINVS ILLI EO' EA'VE MORTVVM INFERRE, ET IBI SEPE- "
LIRE LICEAT, VIM FIERI VETO[a]. Verba illa, QVO' QVA'VE, EO' "
EA'VE, indicant contra interdictum fieri, ſiue in locum ſepulturę inferre
quis prohibeatur, ſiue in itinere arceatur. Liberum igitur eſt, quacunq; ra-
tione prohibito mortuum inferre, aut ſtatim hoc interdicto uti, quo pro-
hibetur ei uis fieri, aut aliò inferre, & poſtea in factum agere: per quam a-
ctionem conſequetur actor, quanti eius interfuerit prohibitum non eſſe[b].
Vnde apparet diſcrimen inter hoc interdictum, & actionem quæ ex ſupe-
riore edicto datur. Nam hæc quaſi cedens uiolentiæ, ordinariè agit ad id 2
quod intereſt, potiusq; ad uindicandam quàm arcendam iniuriam dirigi-
tur. Illud uerò ipſi facto obſiſtit, uimq; fieri uetat: & non longam cognitio-
nem, ſed paratam habet executionem, utpote in ſimplici uerborum conce
ptione (ut & alia interdicta omnia[c]) in officio prætoris conſiſtens: qui in-
terdicit ne uis fiat mortuum inferenti, donec de iure ſepulturæ ordinariè a-
gatur, ac diligentior fiat cognitio. Ita per interdictum remouetur impedi-
mentum per actionem, ex edicto tantum ad intereſſe agitur impedimento
amiſſo. Sed de differentia edictorum ac interdictorum alio loco dicetur 3
opportunius. De ſepulchro ædificãdo prætor ita interdixit: QVO ILLI "
IVS EST, INVITO TE MORTVVM INFERRE, QVO MINVS "
ILLI IN EO LOCO SEPVLCHRVM SINE DOLO MALO AEDI "
FICARE LICEAT, VIM FIERI VETO[d]. Interdicta hæc propoſita "
ſunt, quia religionis intereſt, non prohiberi ſepulturam cadauerum, & mo-
numenta extrui atq; exornari.

a l. 1. in princ. hoc tit.
b l. liberum. 9. ſ. tit. 1.
c l. ult. de inter.
d l. 1. §. prætor ait. hoc tit.

DIGESTORVM

# DIGESTORVM
## Pars tertia.
## LIBER XII.
### DE REBVS CREDITIS, SI, CERTVM petetur, & de condictione.

1 *Continuatio & generalis diſpoſitio huius tertiæ Partis, & etiã 2.3.4.5.6.7.*
2 *Quare inſcribatur de rebus creditis, & quid ſit credere, & nu.8.*
3 *Quot modis in creditum eatur, et nu.5.*
4 *Quare de ſtipulationibus hic non agatur.*
5 *Quare dicantur quidam contractus re contrahi.*
6 *Quot modis re contrahatur.*
7 *De inſcriptione tituli.*
8 *Mutuum unde dictum.*
9 *Quid ſit.*
10 *Cauſa efficiens mutui.*
11 *Materia, & quæ res in mutuum cadant, quæ functionem recipere dicatur.*
12 *De forma, ſubſtantialibus & naturalibus mutui.*
13 *Cauſa finalis.*
14 *De condictione certi & incerti, & quæ ex mutuo actio detur.*

1 HActenus explicata ſunt in ſecunda Pandectarum parte iudicia, quibus rem noſtram petimus, & his finitima illa: quæ licet ex nullo contractu deſcendant, exemplo tamen realium iudiciorum, ad rem perſequendam inſtituuntur. Sequitur nunc, quando non modò res noſtras, ſed nobis etiam debitas præſtari æquum eſt, ut uideamus quibus actionibus ea quę debentur, exigi poſsint. Etſi autem diuerſæ cauſę ſunt, & uariæ, ex quibus quid deberi poteſt, ut matrimonium, tutela, ultima uoluntas, &c. tamen quia præcipuè contrahendo fit, ut quid dari fieri'ue oporteat, meritò ante omnia de contractibus actionibusq́, quæ indidem ad res debitas petẽdas emanant, in hac tertia Pandectarum parte Iuſtinianus diſputationem explicationemq́ inſtituat [a]. Eoq́ hanc partem de rebus creditis inſcribere uiſum eſt, ut ex ipſo titulo ſtatim appareret, de rebus creditis, debitisq́ ex aliquo contractu, hîc agi. CREDENDI enim appellatio generalis eſt. nam cuicũque rei aſſentiamtur, alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Vnde RES CREDITAE dictę, quę ex eiuſcemodi fiduciaria, ut ita dicam, conuentione debentur [b]: & CREDITOR, cui debetur [c]. quanquam ſpeciali propriaq́ in ſignificatione CREDITVM pro mutuo accipiatur [d]: quia in hoc contractu præcipuè credit pecuniam, & alienam fidem ſequitur qui mutuò dat. REI quoq́ uerbum ut generale Prætor elegit: quo non modò comprehendit res fungibiles, quæ ſolæ cadunt in mutuum, ſed alias quaslibet ſiue ſpecies, ſiue etiam iura [e]. Apparet autem hanc inſcriptionem ex edicto perpetuo, cuius ordinẽ poſt I. C. Iuſtinianus in hac digeſtione ſequitur, eſſe deſumptam, ut Vlpianus [f] nõ obſcurè ſignificat. Iulianus enim edicti compoſitor, quæ ad uarios cõtractus pertinebãt edicta & actiones, ſub hoc generali titulo uice prætoris inſeruit.

a *l.2.§.igitur prima.C.de.uet. iu.enucle.*
b *l.1.hoc tit.*
c *l.10.11.12. de uerb.ſignif.*
d *l.2.§.mutui datio.1. hoc tit.*
e *l.rei appellatio.5.l. rei appellatione. 23. de uerb.ſignif.*
f *in d. l.1.in fi.*

5 Itur autem in creditum, duobus ferè contrahendi modis: aut cùm re ipſa contrahitur, ut fit in mutuo, commodato, pignore, depoſito, &c.

aut

aut quando potiſsimùm conſenſu, ut eſt in emptione, ſocietate, &c.

Nam quæ uerborum formulis innititur obligatio, cùm in ea nihil ue- 4
rè credatur promittenti, magiſ'que ſubtilitate iuris conſiſtat, quàm rei
interuentu, utpote quæ συνάλλαγμα nullum habeat, & in qua altera tan-
tùm pars obligetur, meritò in alium locum ad prætoria iudicia, procul à
rebus creditis eſt relata.

Sed quoniam per traditionẽ rei uerè in creditũ itur, (is enim uerè credit, 5
qui alterius fidei rem tradit & committit) primò de contractibus qui rei
interuentu perficiuntur, actionibusq́ inde deſcendentibus eſt uidendum.

Dicuntur autem RE CONTRAHI, quòd præcipua horũ contra- 6
ctuũ cauſa efficiens res eſt, ſine cuius præſtatione omnino perfici nequeũt,
etiam ſi ſecundariò (ut loquuntur) conſenſum quoque requirant contra-
hentium, citra quem nihil concludi firmari'ue unquam poteſt: ut contrà
alij CONSENSV CONSTARE dicuntur, non quò rem creditam
nullam complectantur, ſed quia potiſsimùm perficiuntur conſenſu, quam-
uis res in præſenti nulla intercedat.

RE ITVR IN CREDITVM, uel cùm rem alteri credimus, & damus 7
eò animo, ut non eadem, ſed in eodem genere ſimilis nobis reſtituatur:
quod fit in rebus, quorum alioqui nullus eſt uſus niſi in abuſu & conſum-
ptione, cuiuſmodi eſt pecunia, frumentum, &c. Quæ idcirco mutuò dan-
tur, & neceſſariò in accipientis dominium tranſeunt, ut conſumendo ijs
uti poſsit, qui tamẽ aliquanto pòſt quàm abuſus fuerit, reddere debet, ut ſit
mutua in contractu compenſatio, ſimilem in eodem genere ſpeciem: ad
quam petendam datur condictio. uel cùm credimus rem, ut eadem in ſpe-
cie reddatur: quod fit in rebus quarum uſus eſt ſalua ſubſtantia, unde exi-
ſtunt commodatum, pignus, & ſimiles contractus. Natura enim ita com-
paratum eſt, quarundam ut rerum uſus ſit, ſalua earum ſubſtantia: ut a-
nimantis, ſcyphi, &c. quarundam non aliter quàm in abuſu. neceſſum igi-
tur fuit, pro diuerſa rerum natura, uarios contractuũ modos inueniri, qui-
bus utræque res inter homines utiliter communicarentur. Credimus
autem perſonis, uel quas per ſe bonæ fidei eſſe putamus: uel quæ ex alio
pendẽt, ut ſeruis, inſtitoribus, nautis, propter dominum præponentem,
exercitorem, qui hac ratione exercitoria, inſtitoria, de peculio actionibus
obſtringuntur. Sed de ſingulis ſuo loco. Nunc ipſum tit. aggrediamur, qui
ita inſcribitur: DE REBVS CREDITIS, SI CERTVM PETATVR,
ET DE CERTI CONDICTIONE.

Verba illa, DE REBVS CREDITIS, non modò ad hunc tit. ſed cùm 8
ſint generalia, ad totam hanc partem pertinent, ut dixi. Ac de rebus credi-
tis, potius quàm debitis, quoniam hic agitur de actionibus quæ dantur ijs
qui crediderunt, non de exceptionibus eorum qui debent. Et primò qui-
dem, SI CERTVM PETATVR: quæ propria eſt inſcriptio huius primi
tituli, eoq́ etiam ab his uerbis communiter allegari nominariq́ ſolet. CER-
TVM eſt, cuius ſpecies uel quantitas, quæ in obligatione uerſatur, aut no-
mine ſuo, aut ea demonſtratione quæ nominis uice fungitur, qualis quan-
taq́ ſit oſtenditur[a]. PETITVR autem CERTVM ex mutuo: unde perin-
de eſt ac ſi inſcripſiſſet, ſi mutuum petatur. Sed quoniã in hoc titulo de cer-
to, quod ex ſtipulatu petitur, nonnulla etiam ſunt inter ſperſa, maluit augu-
ſtiore certi uocabulo legiſlator uti. At qua actione petitur certum? Indicat
id altera tituli pars quæ ſequitur, DE CONDICTIONE. Cùm igitur &
de mutuo, & de condictione quæ ad mutuum repetendum competit, hîc
agatur, ut ex inſcriptione liquet, de utroque uideamus.

a l. certum. 6. h. t. l. ſtipulationũ. 74. cum l. ſeq. de uerb. obligat.

MVTVVM

9 MVTVVM propriè reciprocum eſt: & ad illum pertinet, qui aliquid reddit. ut cum dicimus mutuum amorem, uel officium, quod pro alio accepto refertur. Itaque debitor propriè mutuum reddere dicitur. Sed in hoc contractu quia mutuationi initium facit creditor, is quoque mutuum dare dicitur. Dictum autem eſt mutuum, quaſi μοῦ τεόν, authore Varrone, & græcam interpretantur etymologiā Iuriſconſ. ab eo, quòd de meo tuum fit[a]: non quòd ſolùm hoc contractu transferatur dominium in debitorē, (nam idem fit in uenditione, permutatione, &c.) ſed quia mutuum eſt rerum fungibilium, id eſt: earum quæ mutuis uicibus funguntur, & quarum altera alterius ita locum ſupplet, & quod meum eſt, in eodem genere tui ſimilium exiſtat, atque adeò uſu idem cum tuo ſit. Vnde mutuum dictum, quia qualem tibi rem mutuò do, talem in eodem genere recipio, ut mea & tua res ferè unum ſint, ut ita dicam, & idem.

10 MVTVVM EST contractus iuris gentium nominatus, qui re perficitur; in quo damus rem fungibilem eo animo, ut nunc quidem accipientis fiat: aliquando tamen is non eandem ſpeciem quam dedimus, ſed idem genus reddat. Hæc definitio, ne quis eam temerè repudiet, ex uerbis conſultorum eſt deſumpta. Dixi eſſe IVRIS GENTIVM, ut pleræque ſunt conuentiones[b]: Nominatum, quia cùm ad parandam pecuniam, ſine qua commercia conſiſtere nequeunt[c], contractus hîc apud omnes gentes frequenti eſſet in uſu, facilè nomen proprium inuenit. Et hæc quidem ad genus pertinent. Reliqua quæ adduntur, differentiam monſtrant, qua à cæteris contractibus, præſertim commodato & permutatione, inter quos hîc interiectus eſt, mutuum ſecernitur. à commodato quidem, quòd in illo dominium non transferatur, ſed eadem ſpecies reddi debeat: in hoc res accipientis fiat, qui non eandem ſpeciem, ſed idem genus reddat. à permutatione, quòd in illa diuerſi res generis cōmunicentur, in mutuo uerò ea quæ ſunt in eodem genere fungibilia. Sed de his quæ pertinent ad differentiam, id eſt ſubſtantiam formamq; mutui, paulo pòſt plura dicentur.

11 Cauſa efficiens mutuum, eſt conuentio ac conſenſus contrahentium, unà cum traditione rei, quæ præcipuè mutuum conciliat. Neque enim ſolo conſenſu, ſed multo magis re perficitur[d]. atque hæc quidem conuentio, quia res inter homines utiliter communicat, iure gentium inuenta eſt: ciuili porrò iure approbata, ut & cæteri omnes contractus[e].
12 Cauſa materialis, eſt res quæ pondere, numero, menſura conſtat. quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire[f], id eſt mutuum contrahere: propterea quòd in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, magis quâm ſpecie: hoc eſt, quoniam in his rebus magis reſpicimus quantitatem, uim ac ualorem, quàm corpora[g], fit ut fungantur aliæ aliarum uice, ita ut una tantum præſtet quantum altera, non modò ipſa ſubſtantia ac qualitate, ſed etiā uſu[h]: ut creditor planè idem recipere uideatur, quod dedit, non quidem in ſpecie: nā corpora certè diuerſa ſunt, (ſpeciei enim uocabulū hic Iuris C. ſuo more indiuiduis corporib. tribuit) ſed per ſolutionē, quę (ut dixi) planè idē reddit creditori quod dedit. Verbi gratia: ſi mihi uinū certi generis & bonitatis, certa mēſura mutuò dederis, eoq; cōſumpto tibi eadē mēſura de meo, quod eiuſdē eſt generis, bonitatis ac precij ſatisfaciam: hîc non reſtituo tuā tibi ſpeciem quę cōſumpta eſt, ſed in effectu per ſolutionē idem tibi reddo: quia meū uinū tui iam conſumpti uice fungit: tantumq; tibi pręſtat, quantum quod mihi dediſti præſtare poterat, non modò ſubſtantia & qualitate, ſed etiā ualore atq; uſu. Diuerſum eſt in cęteris rebus, in quibus ideo in creditū ire non poſſumus, quia functionem non recipiunt, etiā in eodē genere. Vt cùm

a l.2.§. appellata. 2. h.t. Inſt. quibus more cō trah. oblig. in princ.

b l. iuris gentium. 7. de pact.

c l.1. de cōtrah. empt.

d d.l.2.§. creditū. 3. uerſ. item.

e §. ius aūt gētium. Inſt. de iu. nat. gent. & ci.

l. quòd ſi minor. 24.§. non ſemper. 1. de mino.

f d.l.2.§.1.

g l. Titio. de lega.2. l. ſi is cui. de ſolut.

h Conna. lib. 1. cap. 1.

Vt cùm homo aut pecus alicui datur, ut in eodem genere reſtituatur aliud. Hic contractus mutuum non eſt, ſed permutatio. Nec enim hæ res functionem recipiunt in genere: quia animal etſi ſimile eſt alijs animalibus in ſuo genere, tamen ſpecie, probitate, uſu differt: ut hîc uerum ſit, quod dicitur, nullum ſimile eſſe idem[a]. Cùm autem ea ſit natura mutui, ut idem omnino reddi debeat, neq; aliud pro alio ſolui inuito creditori poſsit[b]: apparet, quamobrem hæ res in mutuum non cadant. Sunt qui[c] paulo aliter ea I.C. uerba, QVAE RECIPIVNT FVNCTIONEM, &c. interpretantur. Nam, inquiũt, ut fungi officio aut alio munere dicitur, qui facit quod facere debet, & ad quod deſtinatus eſt[d]: ita iuris C. rem quoq; fungi aiunt, cùm conferẽ ad illum uſum, cuius gratia parata eſt: ut cùm datur, ſoluitur, &c. In rebus igitur quę pondere, numero, menſura conſtant, contrahi poteſt mutuum: quia functionem, id eſt communicationem, dationem, uſum, ſatisfactionem recipiunt, id eſt præſtant, non quidem ſpecie, id eſt in ipſo indiuiduo: quia inutiliter communicarentur, ſi eadem ſpecies eſſet reddenda, cùm illarum non ſit uſus niſi in abuſu: ſed in genere per ſolutionem, quia ſolutio eiuſdem generis facit, ut eadem res quæ data, uſuq; conſumpta eſt, creditori reddi uideatur.

Cauſa formalis eſt, ipſa mutui datio: quæ fit eo animo, ut de meo tuum 15
fiat. Vnde quia nemo dare poteſt, id eſt rem & dominium transferre[e], niſi dominus[f], fit, ut in mutui datione dominum oporteat eſſe dantem[g]. Requiritur igitur in mutuo rei datio[h], hoc eſt dominij translatio[i], & cõſenſus contrahentium[k]: deficiente uerò horum aliquo, deficit, aut pendet, aut ex poſt facto tantùm confirmatur mutuum. uerbi gratia, ſi conſenſus deeſt, aut uoluntas contrahendi mutuum: ut cum non eo animo datur, uti ſtatim ex rei præſtatione mutuum contrahatur, ſed exiſtente aliqua conditione, aut cùm ex alia cauſa datur[l]: uel cùm conſenſu caret qui dat, ut furioſus, pupillus: uel cùm error interuenit: quibus caſibus non conſiſtit initiò mutuum, ſed conſumptione rei conciliatur[m]. Ediuerſò ſi res deficit, quamuis conſenſus interueniat, mutuum non exiſtit: unde Paulus inquit, Qui pecuniam accepturus ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habet ne ei accipiendo ſe obſtringat[n]. Etſi enim uerbis credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito, ut ſtipulatione[o]: tamen niſi rei præſtatio poſtea accedat, mutuum non perficitur. Si igitur creditori futuro promittit debitor, quia ea ſtipulatio conditionem hanc habet, ſi mutuum datum fuerit, ea non exiſtente, quod fieri poteſt ſi debitor pecuniam accipere recuſet[p], ſtipulatio ad nihilum redigitur. Hinc & illud eſt, quòd ſi dedero tibi decẽ ut undecim debeas, nihil amplius quàm 10. cõdici poterũt, quia ulterius res nulla interuenit.[q] Item, ſi dominus non ſit qui dedit, nũmi accipientis nõ fiunt: ideoq; deficit etiam mutuum. ut ſi ſeruus pecuniam domini mutuò det[r], uel fur rem furto ſublatam[s], uel ſocius rem communem[t]. Sed in omnibus his, ſi pecunia conſumpta ſit, cum res quæ eſſe deſijt, uendicari nequeat, conciliatur mutuũ, ut domino condictio dari poſsit: quia æquum & bonum eſt, pecuniam domini quæ ad te ſine ipſius uoluntate peruenit, & conſumpta eſt, illi reddi[u]. Illud quoq; in forma & natura mutui eſt, ut eadẽ omninò res reddatur, non modò in genere, ſed etiam bonitate & ualore[x]. nam creditori inuito aliud pro alio ſolui nequit[y]. Hinc & illud fit, ut huius contractus actio ſtricti ſit iuris, non bonæ fidei[z]. Nec enim in ea licet iudici ex bono & æquo arbitrari, quid quo modo ſit reſtituendũ: ſed omnia ſunt ipſius cõtractus natura atq; regulis metienda, quæ exigunt rerum ultrò citroq; æqualitatem, ut cuius generis ac qualitatis res mutuò data eſt, illiuſmodi

a Dd. in l. quod Nerua. 32. depoſiti.
b l. 2. §. 1.
c Duar. diſp. lib. 1. cap. 14.
d l. in metallũ. 22. de pœ. l. prætoriæ. de prætor. ſtipul. l. 3. de coll. dotis. cum ſimil.
e l. fin. de condict. cauſa data. l. non uidentur. 128. de regu. iu.
f l. nemo plus iuris. 54. de reg. iu. l. mater. C. de rei uendi.
g d. l. 2. §. fin.
h d. l. 2. §. creditum. 3. l. certi. 9. §. numeraui. 3.
i l. fin. de cond. cau. da.
k l. ſi me & Titium. 32.
l l. proinde. 8. l. non omnis. 19. hoc tit.
m l. ſi à furioſo. 12. d. l. non omnis. §. ſi pupillus. 1. d. l. ſi me & Tit. 32.
n l. qui pecuniã. 30. hoc tit.
o d. l. 2. §. fin. h. t. l. ſi pœnam. 68. de uerb. obli.
p l. pen. j. quæ res pigno.
q l. rogaſti. 11. §. pen. hoc tit.
r d. l. rogaſti. §. fin.
s l. nam etſi fur. 13. hoc tit.
t l. ſi ſocius. 16.
u d. l. ſi me & Titium.
x l. 3. hoc tit.
y l. 2. §. 1. h. t.
z l. aut ſi mutua. 6. de eo quod cer. lo.

modi omnimodo reddatur. Quanquam illud uideo non abſurdè quibuſ-
dam placuiſſe, ſi æſtimationem offerat rei creditę debitor, nullaq; captio ſit
creditoris, æquum eſſe hanc ſolutionem admitti [a]. Nec enim affectionem
ullam probabilem his in rebus fungibilibus creditor prętendere poteſt,
quando pecunia quæ uice rerum fungitur [b], facilè parentur, & extingui ne-
queant [c]. Id quoq; naturæ mutui conſentaneum eſt, ut periculum pertineat
ad eum qui mutuò accepit [d], cùm quia ipſius gratia contractus initur [e], tum
quòd dominus eſt cui res perire ſolet [f]: poſtremò, quoniam res in genere
conſiſtentes, ut ſunt quæ pondere, numero, menſura conſtant, perire ne-
14 queunt, neq; debitorem interitu liberant [g]: Cauſa finalis mutui eſt, ut res ad
neceſsitatem uitæ opportunæ, quarum in cõſumptione uſus eſt, inter homi
nes communicentur, aliiq; aliorum beneficiis atque auxilio benignè gau-
deant & fruantur. Illud quoq; ad cauſam mutui finalem pertinet, quòd eo
animo datur accipiturq;, ut aliquãdiu re credita fruatur debitor [h]. non enim
debet creditor cum ſacco, ut aiunt, uenire paratus [i]: ſed ſpacium aliquod re-
linquendum eſt debitori, intra quod re commodè utatur. Deinde ut eo ſpa
cio elapſo, quod aut exprimitur in contractu, aut intelligitur, debitor rem
in eadem bonitate eodemq; genere reddat, quantumuis id expreſsè non ſit
actum [k]. Nunc de ultima parte huius tituli, uidelicet de condictione, aga-
15 mus. Condictionis generali nomine omnes actiones perſonales ueniunt:
quòd iis acturi non in ius ducere aut rapere debitorem ſolent, more iudi-
ciorum olim ſolenni: ſed coram teſtibus condicere, id eſt denunciare diem,
ac conuenire cum reo qua die iudicio ſiſteretur [l]. Ex omni autem contra-
ctu aut certum petitur, aut incertum [m]. Ad incertum petendum, actio ex
ſtipulatu, & aliæ condictiones pro uarietate obligationum competunt, de
quibus ſuo loco. Illæ uerò actiones perſonales, quibus certi quid compre-
henſum eſt, quod quale quantumq; ſit apparet, uocantur generali nomine
certi condictiones: ex quacunq; tandem cauſa & obligatione deſcendant,
ſiue ex certo aliquo, id eſt (quantum arbitror) nominato contractu, uel qui
certum continet: ſiue ex incerto & innominato [n], aut in quo initiò certum
non fuit, ſed ex pòſt facto fit certum. Propriè tamen & ſpecialiter illa appel
latur certi condictio, quæ uel ex mutuo, uel ex ſtipulatione certæ ſummæ
datur [o]. Neque enim certior fieri deſignatio poteſt, quàm cùm res fungi-
bilis certo pondere, numero, menſura circumſcribitur, quod fit in actione
mutui: uel qualis quantaq; ſit certis obligationis uerbis deſignatur, quod
fit in ſtipulatione. Hinc fit, ut cùm cæterę condictiones in proprium ferè no
men tranſeãt, ſolæ hæ actiones nullo alio ſpeciali nomine quàm condictio-
nis certi appellentur. Cùm autem hoc in titulo non modò de condictione
certi ex mutuo, ſed etiam ex ſtipulatu agatur, propterea quòd olim, cùm
non gratuitò darent mutuò, ſed utplurimùm fœneratò, magis uerborum
obligatione creditores ſibi cauebant, qua ſortem & uſuras ſtipulabantur [p],
quàm ſolo contractu mutui, ex quo nihil amplius deberi poteſt quàm da-
tum eſt [q]: rectius inſcriptio facta eſt De certi condictione, quæ ex utraque
obligatione deſcendit, quàm de mutuo, uel mutui actione.

*a l. uinum. 22. hoc tit. l. fin. de condict. triti. l. quoties in diem, 59. de uerb. obl.*
*b l. 1. de contrah. empt.*
*c l. in ratione. 30. §. incertæ. ad l. Falcidiam.*
*d §. item is. Inſt. quib. mo. re. contra. oblig.*
*e l. 5. §. nunc uidendum. 2. commodati.*
*f l. pignus. C. de pignora. act.*
*g l. incendium. C. ſi cert. petatur.*
*h l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. ff. commo.*
*i l. quod dicimus. 105. de ſolut.*
*k l. 3. hoc tit.*
*l §. appellamus. Inſt. de actio.*
*m d. l. ſtipulationum.*
*n l. cert. condictio. 9. in princ. hoc tit.*
*o in princ. Inſt. de uerb. obliga.*
*p l. 2. §. fi. l. lecta. 40. l. pen. hoc tit. d. l. ſi pœnam. 68. de uerbor. obligat.*
*q d. l. rogaſti, §. ſi tibi. hoc tit.*

## DE IVREIVRANDO, SIVE VOLVNTARIO, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali. Tit. II.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid ſit iuſiurandum.*
3 *Quot eius partes.*

Cauſa

4 *Cauſa efficiens.*
5 *Materia, & non eſſe temerè iurandum.*
6 *Forma & finis.*
7 *Species.*
8 *De iureiurando uoluntario.*
9 *De iudiciali.*
10 *De neceſſario.*
11 *Explicatio l. admonendi.*
12 *Edictum prætoris.*
13 *Effectus iuriſiurandi.*

SAepenumerò dixi, Pandectas ad formam & uſum forenſem eſſe compoſitas: ac continuam titulorum ſeriem interdum noua aliqua materia interſecari, iudiciorum ordine ac praxi id requirente. Cùm itaque in mutui & rerum creditarum ambiguitatibus decidendis, maximus ſit iuriſiurandi uſus, & ad id deficientibus in hoc genere probationibus, authore Iulio Paulo, perueniri ſoleat, adeò ut quidam non inuenuſtè dixerit [a], emplaſtrum æris alieni eſſe iuſiurandum: meritò ad materiam mutui & condictionis certi, hic titulus de iureiurando, quo condictionum ambiguitates expediri ſolent, adiungitur: quemadmodum & in Codice, uno titulo & res creditas, & iuſiurandũ pertractari, uidere licet. IVSIVRANDVM EST, ut inquit Baldus in rub. huius tituli, aſſumptio nominis diuini, ad cõfirmandam iurantis fidem: uel potius eſt inuocatio Dei, qua petimus ut ſit teſtis noſtræ aſſeuerationis [b], & puniat fallentes. Ex quo liquet, duas eſſe iuriſiurãdi partes. altera eſt inuocatio Dei, ut ipſe καρδιογνώστης, teſtis ſit nos uera dicere: altera imprecatio noſtri, qua deuouemus nos pœnis & uindictæ diuinæ, ſi fallamus. De ſpeciebus paulo pòſt opportunius dicetur, ſi prius cauſas iuriſiurandi expoſuerimus. Cauſa efficiens iuriſiurandi eſt, uel pactio ipſorum litigatorum, qui deficientibus probationibus, ut iureiurando res dirimatur, conueniunt: uel authoritas iudicis, qui in defectum uel ſupplementum probationis, neceſsitatem iurandi alterutri litigatorum imponit [c]. Videtur autem cõſuetudine quadam in uſum ueniſſe, authore Gaio [d], iuriſiurandi religio, in remedium expediendarum litium, ut ueritas quæ humano ingenio erui non poteſt, ad Deum omnium rerum conſcium referatur: eoq; teſte atq; iudice obſcura cauſarum explicentur. Poſtea Prætor ſuo edicto eiuſcemodi religionem confirmauit, & ſanctam eſſe uoluit. 1 2 3 4

Materia circa quam, ſunt res honeſtæ & licitæ. Nec enim obligatorium eſt, ut aiunt, iniquitatis iuramentum [e]. Ad quatuor autem ferè iuſiurandum adhiberi ſolet. Primò ad fidei promiſsionem, ut cùm uaſallus domino fidem iureiurando addicit [f], aut magiſtratus Reipub. & alij alijs [g]. Secundò ad obligationem producendam, cùm aliquis iurat ſe quid daturum facturumúe: quod iuſiurandum non obligare, Dd. [h] impiè docent: cùm omne iuſiurandum rei licitæ ſit ſeruandum [i], nec minus iureiurando alicui promitti poſsit quàm nudis uerbis [k]. Cui non obſtat d. l. ſi quis pro eo. ex qua generalem regulam extruxerunt, iuſiurandum non eſſe modum inducendæ obligationis. Loquitur enim in caſu ſpeciali, cùm ingenuus homo operas officiales promittit, tanquam libertus. Quod quia ingenuitati planè cõtrarium eſt, & Ll. improbatum [l]: non mirum eſt, eo caſu iuſiurandum iure Romanorum nullam producere obligationem [m]. Tertiò adhibetur ad contractuum confirmationem [n]. Quartò ad litis deciſionem, in ſupplementum uel defectum probationis; de quo iureiurando hìc propriè agitur. De reliquis 5

*a Gell. lib. 16. cap. 7.*
*b Cice. lib. 3. Off.*
*c l. 1. hoc tit.*
*d in d. l. 1.*
*e c. non eſt obligatoriũ. de re. iur. in. 6. c. ubi. c. cum cõtingit. de elect. c. 2. de rebus Eccleſiaſ. non alienandis. c. quanto. 18. de iureiur.*
*f tot. tit. de forma fidelitatis. in uſib. feud.*
*g l. de creationibus. 20. C. de epiſco. audi. l. fi. C. de curat. furio. cum ſimil.*
*h in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib.*
*i c. cum contingat. de iureiu. c. quãuis. de pact. in 6. l. 1. cum auth. C. ſi aduerſus uendit. l. ſi quis maior. 41. C. de tranſ.*
*k c. iuramenti. 22. q. 1.*
*l l. ut iuriſiurã di. 7. de oper. libert. l. pen. ſi à paren. quis fue. manu. l. nullum. de obſequi. à libe. et lib. præſt.*
*m l. iuriſgẽtiũ. 7. §. ſi paciſcar. 16. in fi. de pac. l. ſi quis inquilinos. 112. §. fin. de legat. 1.*
*n d. l. ſi quis maior. C. de tranſ. l. 1. C. ſi aduer. uend. cum auth. ſeq. d. c. cũ contingat. d. c. quãuis.*

liquis ſuo loco dicemus. Sed excepto primo & hoc ultimo caſu, haud temere ad ineundam confirmandamúe obligationem eſt iurandum. Neque enim uiri boni eſt, ut dicebat Socrates, Deum ſuorum negociorum teſtem facilè accerſere. Et extat apud Vlp.[a] dicterium in periuros iactitatū, προπετῶς μὴ ὄμνυε. Quid quòd ſacræ literæ & diuina præcepta temerariam iurandi facilitatem in primis damnant[b]? Sed ut ad iuſiurandum hoc noſtrum iudiciale reuertamur, illud præſtari inquit I. C. quacunq; quis actione conueniatur: ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue pœnalis actione, uel quauis alia[c]. Et in ſumma, ad pecunias & ad omnes res locum habet[d].

6 Forma iurandi ueteri Romanorum more duplex fuit. Aut enim teſtis inuocabatur Deus, ut apud Virgilium:

*Eſt nunc Sol quoq; teſtis, & hæc mihi terra precanti,*
*Et pater omnipotens: & tu Saturnia Iuno.* Item:
*Audiat hæc genitor, qui ſidera fulmine ſancit:*
*Tango aras, mediosq; ignes, & numina teſtor.*

Aut iurans ſibi malè precabatur, ſi fefelliſſet uerbis illis ſolēnibus: Si ſciēs fallo, ita me Dieſpiter, ſalua urbe arceq;, bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Silicem enim lapidem manu tenens imprecabatur, quē poſtea qua poterat ui proijciebat: ut eſt apud Plaut. Cic. Liuium, & alios paſsim. Sed prior forma, uti plenior & melior (nam & is qui Deum teſtem inuocat, ſimul ſe pœnæ periurij obſtringit) iure noſtro recepta eſt, neque aliter quàm per nomen Dei iurari ſolet. Vnde qui per ſalutem ſuam iurat, aut per caput, licet per Deum iurare uideatur (reſpectu enim diuini numinis ita iurat, ut nolit ſaluum ſe, ſi fefellerit) attamen ſi non ita ſpecialiter ei delatum eſt, ut hoc modo iuraret (iurari enim oportet, ut delatum eſt[e]) minimè iuraſſe uidetur[f]. Sed de forma iuriſiurandi uolūtarij partes inter ſe cōueniunt, omneq; iuſiurandum licitæ, nec improbatæ religionis, prætor tuetur[g]. In iudicio autem, ſi inter litigatores de qualitate iuramenti fuerit dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis eſt, qui formam illam ſequi ſolet, ut per Deum iuretur[h]. Et ita quidem apud ueteres fuit obſeruatum. Poſtea uerò quàm Auguſti Chriſtianam religionem profeſsi ſunt, moribus receptum fuiſſe uidetur, ut tactis ſacroſanctis Euangelijs iuſiurandum daretur[i]: per nomen tamen ſolius Dei, ut eſt in diuinis literis expreſſum, Deut. 6. Cùm enim iuſiurandum ſit inuocatio, quæ ſoli Deo καρδιογνώστῃ & omnipotenti debetur: efficitur, & per huius quoque ſolius nomen iurandum eſſe. Reliquæ per creaturas iurandi formæ, ſunt, ut loquitur Chriſtus Matth. 5. ἐκ τοῦ πονηροῦ. Cauſa finalis iuriſiurandi, de quo nos loquimur, eſt, ut lites expediantur[k], & probationis defectus ſuppleatur[l].

7 Species huius iuriſiurandi, quod ad remedium expediendarum litium pertinet, ſunt tres, quemadmodum & inſcriptio iſtius tituli indicat. I. Voluntarium ſiue conuentionale, quod ex conuentione per modum tranſactionis extra iudicium defertur[m]: ita appellatum, quod ex uoluntate & ſponte ſuſcipiatur. II. Iudiciale, quod à parte parti in iudicio defertur. III. Neceſſarium, quod inopia probationis à iudice litigatori imponitur. Id quia recuſari ſine iuſtiſsima cauſa non poteſt[n], neceſſarium noſtris appellatur, Græcis ἐπακτόν. Sunt autem inter has ſpecies quædam differētiæ.

8 Iuſiurandum uoluntarium nemo cogitur initiò ſuſcipere: poſtquam autem ſemel ex conuentione ſuſceptum eſt, preſtari omnino debet, neque referri deferenti poteſt[o]. Sicut enim initiò libera poteſtas eſt unicuique habendi uel non habendi contractus: ita renunciare conſtitutæ ſemel obligationi, aduerſario non conſentiente, nemo poteſt[p]. Quod autem ad uim &

a l. ſi duo. 13. §. fin. hoc tit.
b c. etſi Chriſtus de iureiur. Matth. cap. 5.
c l. 3. §. quacūque. hoc tit.
d l. iuſiurandū. 34. hoc tit.
e l. 3. §. fin.
f l. qui per ſalutem. 33. l. fin. l. 4. & 5.
g d. l. 5. in prin. & §. ſed ſi quis. 3. hoc tit.
h l. iuſiurandū. 34. §. 4. hoc tit.
i in aut. de ſanctiſs. Epiſ. l. rem non nouam. 12. §. patroni. C. de iudi. d. l. de creationibus. cum ſimil.
k l. 1. hoc tit.
l l. cum qui. 30. hoc tit.
m l. iuſiurandū quod. 17. l. ſi quis 39. hoc tit.
n l. generaliter. §. ſin autem. C. de reb. cred. c. fi. in princ. extra eo.
o d. l. iuſiurandum. 17.
p l. ſicut. C. de act. l. in commodato. 17. §. ſicut commodatu.

effectum attinet,hoc iuſiurandum ſpeciem continet tranſactionis, maioremq; habet authoritatẽ quàm res iudicata[a], & loco ſolutionis cedit[b]:adeò quidem,ut negocium iſto iureiurando deciſum, detecto etiã periurio, aut nouis repertis inſtrumẽtis,non retractetur[c]:quẽadmodum nec alia quęuis tranſactio[d]. Porrò iudiciale iuſiurandũ nemo precisè cõpellitur ſuſcipere: ſed ſi uult, poteſt id parti deferenti referre[e].Alterutrũ tamẽ facere cogitur, niſi ſoluere malit[f]:cùm manifeſtæ ſit turpitudinis,nolle iurare,aut nõ referre[g]. Quod tamen ita uerũ eſt, ſi iudex delationẽ iuriſiurandi approbarit[h]. Qui autẽ iuſiurandũ hoc defert,prius debet iurare,ſi exigatur, ſe nõ calumniandi animo iuſiurandũ deferre[i]:& ſi ei referatur,iurare omnino cogetur: aut denegabitur illi actio,cùm non debeat ei diſplicere conditio iuriſiurandi,quam primus detulit[k]. Sed nec iuſiurandũ de calũnia referenti dabitur, quia nõ eſt ferẽdus actor, ſi cõditionis nomine,quã ipſe detulit, de calũnia uelit ſibi iurari[l].Quomodo enim iuſtè inſimulet reũ calumniæ, quãdo non ab illo,ſed ab ipſomet actore neceſsitas iurãdi ſit profecta? Sanè ſi parato aduerſario iurare,is qui detulit,remittat iuſiurandũ:id eſt gratiã eius faciat, cõtentus uolũtate ſuſcepti iuriſiurandi,perinde habebitur atq; ſi iuratũ eſſet[m]. Quod ad effectũ attinet, nihil uideo hoc iudiciale iuſiurandũ differre à ſuperiore:cùm ex cõuentione quodãmodo deſcẽdat,eiq; ſtare litigatores uelint[n]:adeò ut arbitrer,ſententiã poſt eiuſcemodi iuſiurandũ ciuili iure nõ requiri. nã moribus aliter obſeruari ſcio. Actionẽ enim denegari poſtquã ita iuratũ eſt,imò actionem & exceptionẽ ex eiuſcemodi iureiurando oriri Iuriſc.teſtantur[o], & nihil amplius poſt iuſiurandum quæri aiunt[p]. Ex quibus omnibus ſatis apparet,poſt datũ hoc iuſiurandũ, litigatores quaſi trãſactione aut ſolutione facta[q], à limine iudicij remoueri: pręſertim cùm ulteriorẽ quęſtionẽ prætor edicto inhibeat. Neceſſariũ iuſiurandũ præſtare omninò cogitur is cui delatũ eſt. nã parendũ eſt uoci iudicis[r], qui eiuſcemodi iuſiurandum in defectũ uel ſupplementũ legitimarum probationũ defert[s], ubi neq; nihil,neq; plenê probatũ eſt: quãquã indiſtinctè in iudiciali iureiurando delata conditione omnino aut iurandũ aut referendũ eſt[t],ut diximus, & uſu obſeruatur.Nã ſi nihil probatũ fuerit,reus debet abſolui,etiãſi nihil præſtet[u]:ſi plenê,condẽnari[x].Cùm autẽ ſuſpicionibus tantũ oneratus eſt reus, deferre illi iuſiurandũ poteſt iudex in defectũ probationis,ut ſeſe purget[y]. Sin actor ſemiplenè probarit,per unũ teſtem, aut priuatã ſcripturã, aut alijs modis, ita ut iudicis animus ijs penè perſuaſus, in cauſam actoris propendeat,huic potius in ſupplementũ probationis iuſiurãdũ in cauſis ciuilibus (nã in criminalibus & alijs grauioribus,cùm probationes iuſtæ & luce meridiana clariores requirantur[z],huic iuriiurãdo locus non eſt[aa]) erit deferendum,ut cõmuni cõſenſu traditur à doctoribus[bb].Etſi autẽ iudices in dubijs cauſis exacto ita iureiurãdo,ſecundũ eum qui iurauit iudicare ſolent (ſententia enim hîc opus eſt,cùm hoc iuſiurandũ fungatur nõ uice trãſactionis uel ſolutionis,utpote inuitis partibus extortũ,ſed tantummodo probationis[cc]) tamen admonendi ſumus, interdũ ex integro cauſam agi, ſi quis noua inſtrumẽta ſe inueniſſe dicat,quibus nũc uſurus ſit, & probaturus falſum eſſe iuratum.Nam quod dicitur, ſententiã quę tranſiuit in rem iudicatã,inſtrumentis nouè repertis nõ retractari[dd],nõ obtinet in ſentẽtia quę ex probationibus priuilegiatis,ut loquũtur,lata eſt[ee]: præſertim falſis ac doloſis[ff],ut cõſtitutiones etiam principũ oſtendunt[gg]: quarũ mentionem facit Caius in d.l. admonendi.Iuſiurandũ autem neceſſariũ,eſt probatio priuilegiata &

a l.2.hoc titul.
b l.qui iuraſſe.§.fin.cum l.ſeq. hoc tit.
c l.1.C. de reb. credi.l.admonẽdi.in fi.h.t.l.4 ſi deferẽte.cum l.ſeq.de do.ma.
d l.ſub prætextu.1.& 2.C. de tranſact.
e l.iuſiurandũ.34.§.ait prætor hoc titul.
f d.§.ait prætor.l.delata.C.cod.
g l.manifeſtæ.hoc tit.
h d.l.generaliter.§.ſed iuramento.
i d.l.iuſiurãdũ.§.qui iuſiurãdũ.
k d.l.iuſiurandũ.§.ait prætor.
l d.§.ait præt.
m l.4.§.fin.l.5.l.nã poſtea.§.1.hoc tit.l.actori.C.eo.
n l.qui iuraſſe.26.§.fi.hoc tit.
o d.l.nã poſtea.in princ.& §.1.
p l.5.§.dato.hoc tit.l.poſt rẽ.de re iudi.
q l.iuſiurandũ.27.
r c.fi.extra eo.
s l.in bonæ fidei.C.de rebus credi.
t l.delata.C.de reb.cred.
u d.c.fin.l.qui accuſare.C.de eden.
x l.cum reis.C.de pœn.
y d.c.fi.tot.tit.de purga.cano.
z l.final.C.de probat.
aa Dd.in d.l.3.hoc titul.
bb Dd.in l.admonendi.31.hoc tit.in l.in bonæ fidei.C.eo.in c.fin.extra eo.
cc d.l.eum qui.30.
dd l.ſub ſpecie.C.de re iudi.l.Imperatores.ff.eo.
ee l.ſi qui adulterij.C.ad l.Iul.de adult.
ff l.ſi prætor.75.§.Marcellus.1.de iudi.
gg l.1.2.3.C.ſi ex fal.alleg.

gtata & ſingularis,quia iurans ſibi ipſi dat teſtimoniū,contra communes iuris regulas,quibus traditur,neminem in propria cauſa idoneū eſſe teſtem[a]. Si igitur ſententia ſecundum iuſiurandū data ſit,poterit denuò ex nouis inſtrumentis agi, & ſacramenti falſitas oſtendi. Quod non obtinet,ſi inter partes iureiurando,ſiue uoluntario ſiue iudiciali,tranſactum ſit negociū: quia quod ſemel conuentione mutua ſopitū tranſactumq́ eſt,non debet iterum ſub ſpecie inſtrumentorū poſt repertorum retractari: præſertim accedente iuriſiurandi religione[b]. Et hæc quidē breuiter dicta ſint de ſpeciebus iuriſiurandi: & effectu uniuſcuiuſq́. nunc ipſum prætoris edictū de iureiurando
12 proponamus: EVM A QVO IVSIVRANDVM PETITVR (abs alterutro nimirum litigatore. nam de iudiciali iureiurandō pretoris edictum loquitur) SOLVERE AVT IVRARE COGAM[c]. (Datur tamen ex humanitate facultas reo,ut ſi malit,referat iuſiurandum.) SI IS CVM QVO AGETVR,CONDITIONE DELATA (nam qui nemine deferēte iurat, hunc Prætor nō tuetur: ſibi enim, nō aduerſario iurauit[d].) IVRAVERIT, EIVS REI DE QVA IVSIVRANDVM DELATVM FVERIT, NEQVE IN IPSVM, (qui iurauit) NEQVE IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET,(ut ſucceſſorē,aut alium, ad quem aliquod emolumentum ex iureiurādo redit. uerbū enim Pertinere latiſsimè patet[e].) ACTIO-
13 NEM DABO[f]. Hactenus prætor. Sed & hoc per interpretationē placuit, ut non modò aduerſus iuſiurandū denegetur actio,ſed ex ipſo iureiurando actio in factum,& exceptio detur[g],perinde atq́ ex re iudicata[h]. Nam cùm apud omnes populos,tum præſertim Romanos, magna ſemper uis, magnus effectus & religio fuit iuriſiurandi. Nullum,inquit Cicero[i],uinculum ad adſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt. Id indicant leges XII. Tabularū,indicant ſacra, indicant fœdera, quibus etiā cum hoſte deuincitur fides,indicāt notiones animaduerſionesq́ cenſorum, qui nulla de re diligentius quā de iureiurando iudicabant. Et meritò quidem. exempla enim teſtantur,ueriſsimū eſſe quod dicitur, ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀρείων: contrà, religionem iuriſiurandi contemptam Deum habere ultorem[k], & grauibus pœnis uindicari, ut non iniurià dixerit Heſiodus:

*ὅρκον θ', ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους*
*πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.*

a l.nullus.de teſtibus. l. omnibus.C.eo.tit.
b l.ſub prætextu.1.& 2. iunc. l.ſi quis minor. C. de tranſact. d.l. quod ſi deferente.cum l.ſeq. ff.de do.ma.
c d.l.iuſiurandum.34. §.ait prætor.
d l.3.in princ. hoc titul.
e l.uerbum illud.181.de uerbo.ſignif.l.1. §. in propria.quā. appell.ſit, &c.
f l.3.in princ. l.ait prætor.7. hoc tit.
g d.l. nam poſtea.§.1. hoc tit.
h l.actori.C.de reb.credi.
i In offic.l.b.3.
k l.2.C.de reb. credi. Herod. lib.1.

## DE IN LITEM IVRANDO.
## Titul. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid ſit iuſiurandum in litem.*
3 *Quòd à iudice tantum deferatur.*
4 *Ex qua cauſa deferatur.*
5 *Ratio quare deferri poſsit.*
6 *Quibus in actionibus deferatur.*
7 *Quomodo iuretur.*
8 *Quis ſit effectus iuramenti huius.*

1 CVm in ſuperiore titulo tractatum ſit de tribus ſpeciebus iuriſiurandi, quod ad lites definiendas pertinet: ne quid hac in materia intactū inexplicatumq́ relinquatur: conſequenter nunc hîc exponitur & alia ſpecies
2 iuriſiurandi neceſſarij, uidelicet iuſiurandū in litem. EST AVTEM IVSIVRANDVM IN LITEM, quod ex delatione iudicis præſtatur, cùm ab

aduerſario contumaciter & dolo malo res uel non exhibetur, uel non reſtituitur, aut dolo eius factum eſt quo minus exhiberi uel reſtitui poſsit. Quo iureiurando permittitur illi, æſtimationem ipſius rei, ac eius quod intereſt, etiam in infinitum facere. Dico hoc iuſiurandum ex delatione iudicis da- 3
ri [a]. Nam ſi alius detulerit, aut eo non à iudice delato, iuratum ſit, nulla erit
religio, nec ullum iuſiurandum [b]. Sed non aliter defertur, quàm ſi aduerſa- 4
rius contumaciter & dolo malo ex arbitrio iudicis exhibere aut reſtituere rem, quam actor ſuam eſſe intendit, aut nolit, aut non poſsit [c]. Nam propter culpam non eſſe hoc iuſiurandum deferendum, conſtat. quia non ſine magna cauſa permittendum eſt actori, ut pro ſuo arbitrio & affectione litem æſtimet, ac iudex quodammodo in cauſa propria fiat. Cùm igitur in culpa tantum hæret poſſeſſor, nõ in dolo, æſtimatio litis minimè ab actore iuxta ſuam affectionem, ſed à iudice ex ueritate facienda eſt [d]. Locum autem tum demum habet hoc iuſiurandum, & deferri ſolet, cum iuſſus exhibere uel reſtituere rem quam actor ſuam eſſe intendit, poſſeſſor contuma-
citer negligit. Etenim ratio quamobrem uſus huius iuriſiurandi in foro in- 5
ualuerit, non eſt inopia probationum, ut ſuperioris iuriſiurandi, ſed locum illi facit à parte quidem rei contumacia uel dolus, quem puniri oportet, à parte uerò actoris cui defertur, præſumptum dominium Huic enim ſi res ſua à poſſeſſore contumaci non reſtituatur, aut eius dolo malo reſtitui nequeat, atque ita quaſi neceſsitas uendendi domino imponatur, meritò rem æſtimandi ſuam, & precium pro arbitrio ſtatuendi, facultas eſt permitten-
da [e]. Porrò cum actio ad exhibendum propter uendicationes ſit com- 6
parata [f], & qui exhibere ſuperſedet, impedimentum præſtat, quò minus uendicare & reſtitutionem rei ſuæ petere quis poſsit, meritò & in hac actione in litem iuratur [g]. Perinde autem eſt qualiſcunque ſit actio, dummodo ad rem reſtituendam agatur, ſiue ſit in rem [h]: ſiue perſonalis in rem ſcripta, ut ad exhibendum: ſiue bonæ fidei, ut depoſiti, commodati [i], &c. In ſtricti autem iudicij actionibus in litem iurari non ſolet (exceptis arbitrarijs, ut ea quod metus cauſa, de dolo [k], &c.) niſi propter difficultatem probationis, re poſt moram extincta [l], cùm quia his actionibus non ad reſtituendum agitur, ſed petitur dari aut fieri: tum quod ſtricta eſt & anguſta in his iudicis poteſtas, qui à formula iudicãdi ſibi preſcripta, in qua nõ inuenitur expreſſum eiuſmodi deferẽdi iuriſiurandi arbitriũ, credere nõ poteſt. permittitur autem actori planè pro ſuo arbitrio æſtimationẽ facere, ac etiã in infinitum iurare [m]. Ne tamen arrepta hac occaſione in immenſum iuretur, poteſt iu-
dex modum ſtatuere iuriiurando, ut intra certã quantitatẽ iuretur [n]. Quin 7
& poſtquam iuratũ fuerit, licebit iudici uel abſoluere, uel minoris condẽna- 8
re [o]. Cum enim ex affectione tantũ iuretur, poteſt iudex affectionem iurantis ad æquum bonumq́ redigere. Sed quia de periurio cuiuſquã facilè quęri non debet, etiam cum ex neceſsitate iuratur [p], meritò non niſi ex magna cauſa & poſtea repertis probationibus, à iureiurando eſt recedendum [q]: ac uix etiam ex magna cauſa hodie, propter conſtitutionem Iuſtiniani [r].

a l. in actionibus. 5. hoc tit.
b l. 4. §. deferre. 2.
c l. qui reſtituere. 68. de rei uendicat.
d l. 4. in fi. h. t.
e l. tutor. 8. hoc tit. l. ſi cum dos. §. fi. cum l. ſeq. ff. rerum amotarum.
f l. 1. ad exhibendum.
g d. l. in actionibus. hoc tit.
h d. l. qui reſtituere.
i d. l. in actionibus.
k l. arbitrio. 18. in princ. de do. ma.
l d. l. in actionibus. cũ l. ſeq.
m d. l. 4. §. iurare.
n d. §. iurare.
o d. l. in actionibus. l. ſancimus. 13. C. de iud.
p l. fin. hoc tit.
q d. l. 4. §. fin.
r §. oportet. Nouel. de iudic. authe. poſt iuſiurãdũ. C. de iudic.

## DE CONDICTIONE CAVSA, DATA cauſa non ſecuta. Tit. IIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Cauſa ex qua detur condictio, & nu. 3.*
3 *Ratio contractuum nominatorum & innominatorum.*
4 *Quare in his pœnitere liceat, & ratio l. 3. §. 1. & l. 5. hoc tit.*

POſtquam de condictione certi dictum eſt, ſequitur ut exponamus cæ- 1
teras huic ſimiles condictiones, quæ non quidem ex mutuo, ſed quaſi mutuo

mutuo oriuntur[a]: uidelicet cum aliquid datum eſt, aut ob rem uel hone-
ſtam uel turpem, aut ob cauſam, aut ſine cauſa. nam ſi ob rem honeſtam da-
ta ſit pecunia, puta dotis nomine, uel ut filius manciparetur, uel à lite diſce-
deretur, cauſa quidem ſecuta, ut ſecutis nuptijs, emancipato filio &c. re-
petitio ceſſat, perfecto nimirum & abſoluto contractu[b]. Sin autem res
ſecuta non eſt, propter quam dedi, quia affinitas fortè non contrahitur, à
lite non receditur: æquiſsimum eſt, condictionem ad repetendum id quod
a datum eſt, mihi dari. Etſi enim negocium hoc in alium contractum cer-
tum non tranſit, neque ui ſua parit obligationem, ſubeſt tamen cauſa &
res: ac eleganter Celſo Ariſto reſpondit, eſſe συνάλλαγμα, unde ciuilis
obligatio naſcatur,[c]. Cum enim tibi dederim rem meam propter cauſam,
ut aliquid des uel facias, certè ex æquitate naturali obligatus es, ut aut im-
pleas cauſam, cuius reſpectu tibi dedi: aut ſi nolis, reddas mihi, quod
propter cauſam accepiſti, ne re mea iniuſtè, contra uoluntatem meam, lo-
cupletere: qua ex æquitatis obligatione datur mihi iure ciuili condictio
cauſa, id eſt, ob cauſam dati, cauſa non ſecuta[d]: ſi uidelicet non ſtes con-
uentioni, & moram facias[e]. Nam ſi in nulla mora exiſtas, inhibenda erit re-
petitio, donec conſtet te ſatisfacere aut nolle, aut non poſſe[f]. At cur imple-
re contractum præciſè non cogitur is qui accepit ob cauſam, curùe condi-
ctio competit ad repetendum quod datum eſt, reſcindendúmque contra-
ctum, contra communes regulas quibus traditur, non ad diſtractum, ſed
5 implementum contractus eſſe agendum[g]? Id eò fit, quia iure ciuili cer-
tę tantum conuentiones iuris gentium receptæ roboratæq; ſunt: quibus
quoniam utiliter communicari res inter homines uidebantur, nomen ſpe-
ciale inditum, uisq; attributa eſt obligationis, ex qua poſtquam conuen-
tum eſſet, agi rectè poſſet, ut conuentionis fides impleretur. Reliquæ con-
uentiones receptæ non ſunt, neque ulla prodita eſt actio, qua ad earum
implementum agatur: cùm ne in immenſum ſeges diſcordiarum ac litium
ad perniciem ciuilis conſociationis excreſcat, tum quia nulla iuſta ſubeſſe
uidetur obligationis cauſa[h]. Vnde & hi contractus innominati, Do ut fa-
cias, & ſimiles, nullo nomine, nulla certa contractus ſpecie induti firma-
tiq; ſunt, & proinde nullam producunt ex ui ſolius conuentionis obliga-
tionem aut actionem: ſed cum iure naturæ, quatenus συνάλλαγμα contra-
ctum eſt, & res interuenit, eatenus obligatio ſemper contrahatur, pro-
pterea quòd iuſta ſubeſt obligationis cauſa. Aequum enim eſt, neminem
locupletari cum alieno damno: nec pecuniam alienam, ob cauſam acce-
ptam nullo contrà præſtito et ſine cauſa retineri. Meritò ius ciuile, ſecũdum
hanc naturæ rationem, etiam hos contractus, quamuis per ſeſe inualidos,
eatenus ualere, ac ciuilem párere obligationem uoluit, quatenus res inter-
ueniſſet: ut qui ob cauſam quid accepiſſet, accipiendo obligaretur, uel ad
implendam cauſam, uel ad reddendum quod accepiſſet. Neque enim ne-
ceſsitatem implendi hi contractus obtinent, cum non ex conuentione, ſed
ſola rei contrectatione, accipiens obligetur: quam ſi reſtituat iam deficien-
te cõtractus æquitate, & obligationis ſubſtantia, cum illo amplius agi non
4 poterit. Et adeò quidem nulla ineſt his contractibus extra rẽ obligatio, aut
implendi neceſsitas, ut ſi tibi dedero uti quid facias, antequã facias, pœnite
re & repetere quod dedi poſsim[i]. Etſi enim tu mihi obligatus es, quia rem
meam habes: tamen ego tibi nulla ęquitatis ratione ſum obſtrictus, cum ni-
hil à te mihi ſit præſtitum, quo æquũ ſit me tibi obligari. Nulla ergo tibi fit
iniuria, ſi rem meam repetam quæ apud te eſt ſine cauſa, quum nullum
inde damnum facias. Quòd ſi tu aliquid præſtiteris, non modò facto im-

a §. item is cui. in fi. Inſt. de oblig. quæ ex qua. contrac.

b l. 1. hoc tit.

c d. l. iuriſgentium. 7. in prin. de ead.

d l. 1. 2. 3. 4. 5. & tot. hoc tit.

e l. 3. §. 1. h. t.

f l. quod Seruius. 8. in princ. hoc titul.

g l. ea quæ. C. de reſcind. uendit. l. uendita. 6. C. de actio. empti. cum ſimil.

h d. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ſ. de pactis.

i l. 3. §. 1. l. 5. in princ. & §. 1. hoc tit.

pleto,ſed etiam affecto aut inchoato,iam quia res non eſt integra, neq; ſine tuo damno pœnitere poſſum,inhibenda erit repetitio: niſi indemnitas tibi præſtetur eius quod impendiſti [a]. Quod & in transactione, quę & ipſa contractus eſt innominatus,obtinet [b], in qua tum demum pœnitere non licet, cum ab utraque parte impleta eſt, & per utriuſque traditionem præſtationemq; rerum abſoluta & conſtabilita transactio [c].

*a d.l.5.in prin. & §.1.*
*b l. ſiue apud acta. l. ubi pactum.C.de tranſact.*
*c l.quamuis.C. de tranſac. uide S.de tranſact.*

## DE CONDICTIONE OB TVRPEM uel iniuſtam cauſam. Tit. V.

1 *Quid ſit ob rem uel ob cauſam dare.*
2 *In turpi cauſa quando dantis eſt turpitudo,ceſſare condictionem.*
3 *Cum accipientis eſt turpitudo,ſemper condictioni locum eſſe.*
4 *Cum utriuſq; eſt turpitudo,ceſſare condictionem.*

OMne quod datur,inquit Paulus [a], aut ob rem datur, aut ob cauſam. 1
Ob rem dari dicitur,cum in hoc datur ut aliquid conſequatur, & accipiens uiciſsim rem det, uel quid faciat. Ob cauſam damus,utplurimùm præteritam: ueluti cum ideo do,quòd aliquid à te ſim conſecutus,uel quòd à te quid factum eſt [b]. Quanquam poteſt & in futurum ob cauſam dari, ut ſub aliqua conditione. Cum ob rem datur,re ſecuta cõtrahitur συνάλλαγμα: cum ob cauſam,non ſemper,ſi uel cauſa ſit præterita, uel futura, quæ non eſt in poteſtate accipientis,neque ab ipſo proficiſcitur, uel ſi fuerit falſa. Et hæc quidem inſpecta propria uerborum ſignificatione ita ſe habent: alioquin qui ob rem dat, dare ob cauſam dicitur, ut ex ſuperiore titul. apparet. Datur autem ob rem aut honeſtam,aut turpem. Ob rem honeſtam datum ita repeti poteſt, ſi res propter quam datum eſt,ſecuta non fuerit:ut paulo ante diximus. Ob turpem ita datur,ut aut dantis ſit turpitudo,non acci- 2
pientis:aut accipientis duntaxat,non dantis: aut utriuſq;. Cum ſolius dantis turpitudo uerſatur,repetitio ceſſat, quæ non conceditur ſuam alleganti turpitudinem [c]: ut ſi meretrici quid detur. etenim hic non utriuſque,ſed dantis tantum turpitudo eminet. Nam quod ad accipientem attinet, etſi meretrix turpiter facit, quòd ſit meretrix: turpiter tamen non accipit, cum ſit meretrix [d]. Vnde uerius eſt donationem ualere [e], & repeti non poſſe [f].
Quòd ſi turpis cauſa accipientis fuerit, etiamſi res ſecuta ſit propter quam 3
datum eſt, repeti poteſt. In quo differt hæc condictio à præcedenti, quæ cauſa ſecuta ceſſat. Exempli gratia: Si dedi tibi ne furtum facias, neue hominem occidas, uel ut reddas mihi depoſitum, aut in bona cauſa pro me pronuncies. Cum enim turpiter accipias,qui quod gratuitò uirtutis amore & officij legúmque reuerentia adductus præſtare debueras, precio nundinaris [g]: meritò, quod datum eſt, condici poterit [h]. nemo enim ex ſua turpitudine ac iniuſticia lucrum ſperare & facere debet [i]. Quanquam quod ad eum attinet qui in bona cauſa aliquid iudici dedit,etſi turpiter dare non uideatur, quoniam dat ob id quod ius faſq; eſt conſequendum: tamen ne uenum proſtent ſententiæ, & ad corruptelam iudicum animi malo munerum exemplo aſſuefiant, atque adeò quia is qui dat, quantum in ſe eſt iudicem corrumpit: ab Imperatore Antonino conſtitutum eſt, ut is litem perdat, qui diffidentia iuſtæ ſententiæ, in pecuniæ corruptela ſpem negocij repoſuerit [k]. Vbi autem & dantis & acci- 4
pientis turpitudo uerſatur, non poſſe repeti dicimus. l.3. hoc titul. ut ſi propter ſtuprum aut lenocinium quid detur [l]; uel ſi quis deprehenſus in flagitio,

*a q.1.*
*b l.damus.52. ſ.tit.1.*
*c l. mercalem. C.eo.tit.*
*d ſac.l. quæ adulterium.C.ad l. iul.de adult.*
*e l. affectionis. de donat.*
*f l. 4. uerſ.ſed & quod meretrici.hoc tit.*
*g l.fin.hoc tit.*
*h l.2.hoc tit. l. 3.l.4.l.pen. & fin.C.eo.*
*i l.miles.§.1.ad l. iul. de adulte.*
*k l. 1. cũ auth. ſeq. C. de pœn. iudi.qui ma.iudi.d.l.2.hoc tit.*
*l l.2.l.4.l.mercalem.C.eo.*

in flagitio, ſe mercede ab indicio redimat[a]. Cum enim & dantis & accipientis turpis ſit cauſa, iuxta communes iuris regulas, in pari re potior debet eſſe accipientis & poſſeſſoris conditio[b]. Quod autem de turpi cauſa dictum eſt, idem etiam in omni iniuſta cauſa obtinet. Quicquid enim iniuſtè datur aut fit, quando iniuſticia nihil ſit tetrius, id turpiter dari aut fieri neceſſe eſt.

## DE CONDICTIONE INDEBITI. Titul. VI.

1 *Ex qua cauſa detur hæc condictio.*
2 *Regula generalis de indebiti condictione.*
3 *Ratio condictionis.*
4 *Quid nam ſit indebitum.*
5 *Intellectus & ratio L. repetitio.*
6 *Condictio nulla eſt debiti naturalis.*
7 *Alij caſus in quibus ceſſat condictio.*
8 *Quando perſona locum faciat condictioni.*
9 *Condictio non datur ſcienti, quamuis erranti & dubitanti detur.*
10 *Quare, contra quem, ad quid condictio hoc caſu detur, non rei uendicatio.*

1 NVnc uidendum de indebito ſoluto. Nam qui indebitum ſoluit, quãuis in hoc dare uideatur, ut diſtrahat potius negocium quàm contrahat: quia tamen qui non debitam pecuniam ſoluit, hoc ipſo aliquid contrahit[a], quaſi ex mutuo is qui accipit ad reddẽdum, aut id quod datum eſt, aut ſimile obligatur, & ideo condictione indebiti tenetur[b]. De qua quidem
2 condictione generalis hæc ab Vlp.[c] traditur regula: Si quis indebitũ ignorans ſoluit, per hanc actionem condicere poterit. Hæc condictio ex bono
3 & æquo introducta eſt[d]. Aequum enim eſt quod alterius apud alterũ ſine cauſa deprehenditur, ut repeti poſſit[e], ne quis cum alieno damno locupletetur[f]. Sine cauſa autẽ apud eũ res eſt, cui indebitum per errorem ſoluitur.
4 Indebitum porrò eſt, quod omnino non debetur[g]. ut quod nullo iure, uel ſaltem non iure naturæ, aut gentium debetur[h]: uel ſub conditione aut incerta omnino die debetur[i]. Incertam autem diem accipimus, quæ an extitura ſit, dubium adhuc eſt. nam hæc conditioni comparatur. Vt ſi quis ita promittat, eo die quo nuptias contrahes, dabo tibi centum[k]: uel ſi quid ſupra debitum eſt ſolutum[l]. Sed & quod alij debetur, alij ſoluitur, indebitum eſt: uel ſi quid non debitum, pro eo quod debitum eſt, ſoluatur[m]. Item ſi quod alius debebat, alius quaſi ipſe debeat ſuo nomine ſoluat[n]. nam & tunc con-
5 dictio competit, cum non liberetur uerus debitor[o]. Quo tamen ultimo caſu interdũ condictio ceſſat, ſi uidelicet res ſua alicui quamuis à non debitore ſoluta ſit[p]: cũ quia uerus debitor ea ſolutione liberatur. nec enim qui accepit, amplius rem quam habet petere poterit[q]: tũ quia res ſua domino auferri non poteſt, cui ſi eam amiſſam uendicare à quocũq; licet, certè & retinere quocunq; modo recuperatã permiſſum eſſe dicendum eſt. Nam cui damus actionẽ, eidem exceptionẽ competere multo magis quis dixerit[r]. Indebitũ illud quoq; accipimus, quod propter aliquã perpetuã exceptionẽ peti non poteſt. nam & hoc condictionẽ parit[s]: quando tamen in odiũ eius cui debe-
6 tur exceptio datur, ut in Macedoniano, perperã ſolutũ nõ repetitur[t]. Planè cũ hęc cõdictio naturalis ſit[u], & ex ęquo & bono detur, ſi quid naturali ęquitate debitũ ſoluatur, repeti nõ poteſt, quãuis iure ciuili nõ debeatur. Vnde ſi operas officiales libertus patrono ſoluat, quas nõ debet niſi promiſſas[x], condicere non poteſt[y]: quia natura qua obligatur ad ἀντίδωρα[z], patrono omne obſequium & officium debet. Idem iuris erit, ſi debitum cum ſeruo

contractum

a d. l. 4. h. t. b l. pœna. h. t. d. l. 2. d. l. mercatẽ. C. eo. §. cõmodum. Inſt. de inter. l. 2. C. de probat. l. fin. C. de rei uend. l. fauorabiliores. de reg. iur. c. cum ſunt. extrà eo. l. arrianus. de actio. cum ſimil.

a l. 2. l. ſi in arua. 33. hoc tit. b §. item is cui. Inſt. de obligat. quæ ex contr. c in l. 1. d l. in ſumma. 65. §. ꝗ ob rem. e l. hæc condictio. 66. f l. nam hoc natura. 14. g d. l. in ſumma. §. fin. h l. indebitam. 47. i l. ſub conditione. 16. k l. unica. §. ſin autem. C. de cadu. tollen. l. dies incertus. de condit. & demõſtr. l l. ſi is qui. 45. m l. ſi pœnæ. 19. §. ſi putẽ. h. t. n d. l. in ſumma. §. fi. l. ſi pœnæ. §. 1. hoc tit. o d. §. 1. l. ſi quid poſſeſſor. 34. de petitio. hæredi. l. ſi à patre. C. de cõdict. inde. p l. repetitio. 44. hoc titul. q §. ſic itaque. Inſtit. de act. §. ſed ſi rem. Inſt. de lega. r l. 1. uerſ. nam cui damus. de ſuperficiebus. s l. ſi non ſortẽ. 26. §. indebitũ. 3. & §. adeo. 7. t l. qui exceptionis. 40. hoc tit. u l. indebiti. 15. hoc tit. x l. operis. de operis libert. y l. ſi non ſortẽ. 26. §. libertus. h. t. z l. ſed etſi lege. 25. §. cõſuluit. 8. de petiti. hæred.

contractum manumiſsione ſubſecuta[a], aut debitum inter patrem & filiũfa.
uel duos fratres in eiuſdem poteſtate conſtitutos, diſſoluta poteſtate ſol-
uatur. Ceſſat enim repetitio, niſi quatenus naturalis obligatio uel per aditio
nem hæreditatis paternæ, uel per peculij perceptionem fuerit extincta[b].
Item ſi quis pœnæ eius cui debetur cauſa, liberatus ſoluat[c], aut uſuras ſorti
naturaliter ex pacto debitas[d]: aut ſi quis male abſolutus ſua ſponte ſoluerit,
repetere non poteſt[e], quia uerum eſt hunc natura debitorem manere[f]. Sed 7
& quod pro dote datur, ad quam qui dat obligatum ſe credit, non repeti-
tur propter pietatis cauſam qua dotibus mulierum fauetur[g]. Atque etiam
quæ per inficiationem in lite creſcunt, ſi per errorem indebitè ſoluantur, re-
peti non poſſunt[h]: quia cauſa tranſactionis ſolui uidentur. Quod autem ob
tranſactionem datur, repeti non poteſt[i]: ut nec illud quod ex cauſa iudica-
ri preſtatur, propter rerum iudicatarum authoritatem[k]. Sed & quod in
diem debetur, cum uerè debeatur, quamuis nondũ uenerit dies[l], ante diem
ſolutum repeti non poteſt[m], etiãſi incerta ſit dies[n], nõ quidem an, ſed quan-
do ſit extitura. Vt ſi cum moriar, dare promiſero. certum enim eſt me ali-
quando moriturum, etſi quando, ſit incertum[o]. Interdum & perſona lo- 8
cum facit repetitioni, quamuis debitum ſoluatur: utputa ſi pupillus uel fu-
rioſus, uel is cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. nam in his perſonis genera-
liter repetitioni locum eſſe non ambigitur. Et ſiquidem extant nummi, uen
dicabuntur, pro conſumptis uerò condictio locum habebit[p]: ſi uidelicet
utilius ſit pupillo aut alijs eiuſcemodi perſonis, condici pecuniam, quàm ſo
lutionem ratificari: ut cum ſolutum eſt naturale debitum. Quòd ſi nulla ſit
captio pupilli, ut quia omni iure debitũ fuit quod ſolutum eſt, cum fruſtra
ſit exacturus quod ſtatim reſtituere debeat, ratificata ſolutione pupillus li-
berabitur[q]. Additum eſt in regula, Si quis ignorans ſoluit. Nam ſi ſciens ſe 9
non debere, ſoluerit, ceſſat repetitio[r], etiamſi eo animo dedit ut repetat[s],
quia donare uidetur[t]. Quòd ſi errore ſoluit, quia error nullum habet con-
ſenſum[u], perinde eſt ac ſi ignorans ſoluiſſet[x], etiamſi in iure erretur[y]. Error
enim iuris in dãno uitando nocere non ſolet[z]. Quod tamen diſtinctionem
recipit. nec enim per errorem iuris ſolutum repeti ſolet, ſi iuſta aliqua ſub-
ſit cauſa quamobrem repetitio inhibeatur[aa]. Pari ratione cum is qui dubi-
tat pro ignorante habeatur[bb], ſi quis incertus an debeat, ſoluerit, repetitio-
nem habebit[cc]. Poſtremò dicitur in regula, Per hanc actionẽ condicere
poterit. At cur datur condictio potius quàm rei uendicatio? Quia quod 10
tollendæ obligationis gratia ſoluitur, eo datur & accipitur animo, ut domi-
nium trãsferatur. Nec enim uera ſolutio fit, niſi translato dominio[dd]. Vnde
cum concurrente utriuſq; affectu translatũ ſit dominium[ee], non poteſt uen
dicari quod eſt alienatum: ſed condici tãtum actione perſonali, qua petitur
dari tanquam debitum quod indebitè eſt ſolutum[ff]. Illud porrò notãdum
eſt, his ſolis pecuniã cõdici, quibus quoquo modo ſoluta eſt, nõ quibus pro
ficit[gg]: & quidem condici omni cõpetenti loco, quãuis qui ſoluit certo loco
ſe debere exiſtimarit[hh]. Ac quia condictio naturalis eſt, ideo etiã quod rei
ſolutæ acceſsit, alluuione aut alio modo, uel ex ea prouenit, ut fructus, par-
tus, &c. uenire in condictionem[ii]: deducta tamen impenſa[kk]: poſtremò,
quoniam condictio rei perſecutoria eſt, tranſire eam in hæredem[ll].

*a l. naturaliter. 13. l. ſi id quod. 64. hoc tit. b l. frater à fratre. 38. hoc tit. c l. ſi pœnæ. 19. in princ. hoc tit. d d. l. ſi nõ ſortem. in princ. e l. iudex. 28. hoc titul. f l. Iulianus. 60. hoc titul. g l. cum is. 32. §. pen. hoc titul. h l. eã q. C. eo. i l. in ſumma. in princ. hoc tit. l. 2. C. eo. k l. 1. C. eo. l l. cedere diẽ. 213. de uer. ſign. m l. in diẽ. 10. hoc tit. n l. nam etſi. 17. hoc titul. o l. 1. de condit. & demonſt. p l. interdum. 29. hoc tit. q l. quod ſi fortè. 14. §. fi. de ſolut. l. non omnis. 19. §. ſi pupillus. 1. ſi cert. petatur. r d. l. 1. in fi. h. t. l. indebitũ. C. eo. s l. quod quis. 50. hoc titul. t l. cuius per errorẽ. 53. de re. iu. u l. ſi per errorẽ. de iuriſdict. omnium iud. x l. eleganter. 23. in princ. l. ſed etſi me putem. 22. hoc tit. y l. qui exceptionẽ. 40. l. ſi fideiuſſor. 59. h. t. z l. iuris. l. error. l. reg. de iur. & fac. igno. aa l. error. C. ad l. Falcid. l. cũ in debitum. ubi Dd. C. de iur. & fac. ignor. bb l. fi. §. ſin autẽ dubius. C. de fur. l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſ. cc l. fi. C. de condict. indebi. dd l. qui ſibi. 33. de ſolut. l. 2. §. ſi quis ſeruum. de ſtatu. lib. ee l. in omnibus. de actio. ff l. dominus. 53. h. t. gg l. his ſolis. 49. hoc tit. l. non aduerſus. C. ſi cert. petatur. l. penul. C. de actio. hh l. qui loco. 27. hoc tit. ii l. indebiti. 15. hoc tit. kk l. in ſumma. 65. §. ei qui. ll l. ſi fundi. 12. hoc titul.*

## DE CONDICTIONE SINE CAVSA. TIT. VII.

1 *Latiſsimè patere hanc condictionem, & quibus caſibus detur per tot.*

2 *Quomodo concurrat cum condictione indebiti.*

Quomodo

3 *Quomodo cum condictione cauſa dati,&c.*
4 *Generalem eſſe hanc condictionem,& plerunq; in ſubſidium dari.*

1 EST & hæc ſpecies cōdictionis,ſi quis ſine cauſa promiſerit : quæ quidē
condictio latiſsimè patet. Nam ſiue quis ſine cauſa promiſerit, ſiue
ſoluerit indebitum, rectè condictioni ſine cauſa locum eſſe dicemus. Hoc
2 tamen intereſt,quod ubi indebitum ſolutum repetitur, condici ſoleat quan
titas,non hac generali cōdictione (cui tamē locus eſſe poteſt, quia ſine cau
ſa ſolutum eſt)ſed magis ſpeciali indebiti condictione, quando in toto iure
generi per ſpeciem derogetur [a].Qui autem ſine cauſa promiſit certā quan-
titatem, quam nondum ſoluit,condicere non poteſt quaſi indebitā:ſed hac
incerti condictione ſine cauſa ipſam obligationem condicit, ut ab illa per
acceptilationem liberetur [b]. Sed etſi ob cauſam promiſit quis, cauſa ta-
men ſecuta nō ſit, hac cōdictione rectè utetur.Siue enim ab initio ſine cau-
ſa promiſſum eſt,ſiue fuit cauſa promittendi quæ finita eſt, ita ut ſequi am-
plius non poſsit,uel ſecuta non eſt, dicendum erit condictioni locū fore [c].
Nihil enim refert, inquit I. C. utrum ab initio ſine cauſa quid detur: an cau-
3 ſa propter quam datum eſt,ſecuta non ſit [d]. Vbi tamen ob cauſam quid da-
tum eſt,ſolet agi condictione cauſa dati cauſa non ſecuta,de qua antea dixi-
mus: cum uero promiſſum tantum ob cauſam, hac generali ſine cauſa agi-
tur.Deinde cōſtat,id quoq; hac actione condici,quod ex cauſa ad aliquem
4 peruenit,ſed quæ pro nulla habetur [e],uel redit ad non iuſtam cauſam [f]. Ex
quibus omnibus apparet,hanc condictionis ſpeciem eſſe generalem, quæ
cæteras complectatur:& dari ſolere,ubi nulla ex ſpecialibus competit, ui-
delicet cum aliquid tantum promiſſum eſt ſine cauſa, aut ob cauſam quæ
ſecuta non eſt:uel cum quid datum eſt ob cauſam ueram & iuſtam, quæ ta-
men ad cauſam nullam reducitur [g].

*a l. in toto. de reg. Iur. cum ſimil.*
*b l.1. in princ. l. 3. hoc tit. l. is qui. ſ. tit. 1.*
*c d. l. 1. hoc tit.*
*d l. 4. hoc tit.*
*e l. fin. hoc tit.*
*f ut in l. 2. h. t. l. 2. C. de cond. ex lex.*
*g in d. l. 2. d. l. fin. hoc tit.*

# DIGEST. LIBER XIII.

## DE CONDICTIONE furtiua. Tit. I.

1 *Ratio huius condictionis.*
2 *Quomodo concurrat cum actionibus rei perſecutorijs.*
3 *Quomodo cum pœnalibus.*
4 *Quare non tranſlato dominio detur hæc condictio.*
5 *Quid ſit condictio.*
6 *Cui detur.*
7 *Aduerſus quos.*
8 *Ad quid, & quæ in eam ueniant.*

1 ANnumeratur meritò reliquis condictionibus, de quibus hacte-
nus actum eſt, condictio furtiua, quæ ad rem furto ſublatam
repetendam datur. Odio enim furum, quò pluribus tenerentur
actionibus, non modò furti actione pœnali: ſed etiam ad exhi-
2 bendum & rei uendicatione & condictione furtiua cū his agi poteſt [a]. Ha-
rum tamen perſecutoriarum rei actionum, altera alteram tollit [b]: quia bona
3 fides non patitur bis idem exigi. Pœnalis autem furti condictionem non
impedit,& contrà:quia ad diuerſa hæ actiones tendunt [c].Sed cum rei furti-
uæ dominium non amittatur, quamobrem ad eam perſequendā datur do-
mino cōdictio, id eſt perſonalis actio, qua actor intēdat ſibi dari oportere,
cū res quæ ipſius eſt,amplius eius fieri non poſsit?Reſpōdet Iuſtinianus [d],
4 odio furū eſſe factū,ut hac actione etiā teneatur, ſi apparet eos dare oporte
re [e],Nā hęc actio aliquāto utilior eſt, quàm rei uendicatio, ut ibidē notatur:
quippe

*a l. ſi pro fure. 7. §. 1. hoc tit. §. ſic itaq. uerſ. planè. Inſt. de act.*
*b l. ancillæ. C. de furt. l. fin. C. de noxal. actio.*
*c d. l. 1. in prin. hoc tit.*
*d in d. §. ſic itaque.*
*e l. fi. uſufruc. quem. caue.*

quippe in qua nec dominij probatione oneretur actor, cui ſufficit oſten-
dere rem furto eſſe ſublatam[a]:& quomodocunq; re extincta,aut perdita,
aut deteriore reddita, non liberetur reus[b]: quod in rei uendicatione non
uſq; quaq; obſeruatur[c]. Eſt igitur condictio furtiua,actio perſonalis ciui 5
lis,qua dominus intendit à fure,aut eius hærede,rem furto ſublatam,ſibi da
ri oportere. Hæc datur ei cuius res fuit cum ſubtraheretur, nempe domi- 6
no[d], etiamſi illi ſurrepta non ſit[e]: cui uerò poſt furtum factum dominium
rei acquiritur,condictionem is non habet:quia res illi ſubtracta non eſt, nec
initio obligationis,nempe tempore cōmiſsi furti,quod eſt inſpiciendum[f],
dominus fuit. non autem domino hæc condictio haudquaquam datur[g]:
nec enim petere poteſt ſibi dari,cui nec dominium neq; ius dominij conſe-
quendi competit. Vnde & creditor cui res pignori data eſt,hanc intentare
nequit:incerti tamen condictione Ariſto exiſtimat eum acturum, ad poſ-
ſeſsionem recuperandam, ſi res illi ſurrepta fuerit[h]: quod & in commoda-
tario placuit[i]. Planè cum hæc actio ſit rei perſecutoria,hæredibus domini
eam competere conſtat[k]. Datur autem condictio aduerſus uerum furem[l], 7
qui uidelicet furtū fecit,& rem contrectauit[m].Nam qui ope tantū & conſi-
lio furtum adiuuat, quamuis furti actione rectè conueniatur, tamen quia
rem non contrectauit,condictione non tenetur[n]. Itē datur aduerſus ui bo-
norum raptorem[o]. Nam & hic fur eſt: & quoniam eſt actio rei perſecuto-
ria,aduerſus horum hæredes cæteroſq; ſucceſſores datur[p], non quidem
quatenus ſunt locupletiores ex re furtiua, ſed quatenus ſuccedunt, adeò ut
qui ex aſſe ſucceſsit,in ſolidum teneatur,etiamſi ad eum res furtiua nō per-
uenit[q]. quod eſt in hac condictione, quæ ex delicto deſcendit[r], ſpecialiter
odio furum introductum: alio quin hæres regulariter ex delicto defuncti
non tenetur. niſi quatenus ad eum peruenit[s], etiamſi actio ſit rei perſecu-
toria[t], dum tamen ex delicto,non etiam ex contractu agatur[u].

In re furtiua condictio ipſorum corporum competit[x], etiamſi in aliam 8
ſpeciem ſint immutata[y]: ſed utrum tamdiu, quamdiu extant, an uerò & ſi
deſierint eſſe in rebus humanis, aut alioqui perierint: Et ſiquidem obtulit
fur,aut moram alioqui purgauit, nouata obligatione, aut alio modo, ſine
dubio nulla erit cōdictio[z].Si non obtulit,quamuis paratus fuerit excipere
condictionem,& per me ſteterit dum in rebus humanis res fuit condicere,
æſtimationis condictio nihilominus durat[aa]: quoniam fur ſemper moram
facere in re reſtituenda,quā auferre non debuit, intelligitur[bb]. Qui autē in
mora eſt,illius periculo res ſemper perit[cc].Sed cuius tēporis ęſtimatio fiat,
queritur:& placet id tempus ſpectari,quo res unquam plurimi fuit.Nam ſi
reſtituta ut oportebat fuiſſet, illud habuiſſet[dd] dominus: nec deteriorem
rem dando fur liberatur, quia ſemper moram facere uidetur[ee]. Deniq; non
modò quanti plurimi, ſed omne id quod intereſt, agentis rem ſurreptam
non fuiſſe,& fructus partuſq; ac quicquid ex re quæſtus haberi potuit, in
condictionem uenire certum eſt[ff].

a Dd. in l. 1. hoc tit. b l. in re furtiua. l. qui furtū. l. fin. hoc tit. c l. itē. §. fin. cū l. ſeq. ubi Dd. l. itē ſi uerberatū. de rei uendic. d l. 1. l. quoniā. 18. e l. & ideo. 12. in princ. l. quoniam. 18. h. t. f l. ſi procuratorem. 8. mād. g l. ſed nec legatarius. 11. h. t. h d. l. & ideo. in fin. i l. fi. §. ſed cū. C. de furt. k l. ſed nec. 11. l l. ex furtiua. 5. l. ſiue. 10. l. qui furtum. 16. h. t. m d. l. 5. l. ſi ſeruus. §. fin. n l. proinde. 6. hoc tit. o d. l. ſiue. verſ. ei quoque. p d. l. 5. d. l. ſi pro fune. 7. §. fi. q l. in cōdictione. 9. hoc tit. r l. ſi ambo. §. quoties de compēſat. l. Græcè. §. ſed etſi ex delicto. de fideiuſ. s l. 1. de priua. delict. l. ſi plures. §. 1. l. in hæredū. de do. ma. t l. ſi in rē. 43. l. ſi in rem. 52. cum l. ſeq. de rei uendic. u l. ex contractibus. 48. l. ex depoſiti. 11. de actio. x l. in re furtiua. 8. y l. ex argento. 13. hoc tit. z d. l. in re furtiua. l. parui refert. 17. hoc tit. aa d. l. in re furtiua. d. l. fin. hoc tit. l. fi. C. eo. tit. bb d. l. fin. l. ſubtracta. C. de fur. l. pen. ff. de ui & ui arm. cc l. quod te. 5. ſi cert. pet. l. ſi in Aſia. 12. §. fin. ff. depoſ. l. cum res. 47. §. fin. ff. de lega. 1. dd l. ſi ſterilis. 21. §. cum per uenditorem. 3. de act. emp. ee d. l. in re furtiua. ff l. 3. l. in re. §. fin. hoc tit.

## DE CONDICTIONE EX LEGE, TIT. II.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quando detur condictio ex lege.*
3 *Contra quem detur.*
4 *Ex quibus obligationibus detur, aut non.*
5 *Vſus & exempla huius condictionis.*

Poſt expo-

1 Poſt expoſitas condictiones magis ſpeciales, ſubijciuntur nunc ad ultimum duæ generales: quarum altera condictio ex lege, altera triticiaria
2 nominatur. De priore ita loquitur Paulus[a]: SI OBLIGATIO NOVA
,, LEGE INTRODVCTA SIT, NEC CAVTVM SIT EADEM LEGE
,, QVO GENERE ACTIONIS EXPERIAMVR, EX LEGE AGEN-
,, DVM EST. Vt igitur detur condictio ex lege, oportet ſubeſſe obligationẽ. Condictio enim cum ſit perſonalis actio, nũ poteſt dari niſi aduerſus eum,
3 qui aliquo iure nobis obligatus eſt[b]. Vnde ſi legis uerba non introducant diſertè obligationem, ſed dirigantur tantum ad iudicem, ex illis non datur
4 condictio, aut ulla actio, ſed ſolummodo imploratio officij iudicis[c]. Eiuſmodi autem obligatio ſit neceſſe eſt, quæ non ſatis materiæ & uirium habeat, ut per ſeſe ſubſiſtat, ſed lege ipſa contrahatur[d]: uelut eſt exemplum in obligatione donationis[e]. Deinde oportet legem eſſe ciuilem, nam ex iure prætorio actio in factum oritur, non condictio[f]: & quidem nouam legem, id eſt poſt leges 12. Tabularum, easq; quæ ad interpretationem XII. poſtea latæ ſunt, conſtitutam. Nam ex illis legibus uetuſtioribus actiones
5 ciuiles & ordinariæ dantur[g]. Exempla autem condictionum ex lege, paſsim in iure ſunt obuia, quæ hic gloſſa & Dd. cumulant[h]. Et harum plurimus eſt etiã hodie uſus, cum ex nouis principum conſtitutionibus & mãdatis agit.

a l. unic.
b §. 1. Inſt. de actio.
c l. §. quod ſi minor. 24. §. ult. de mino.
d l. obligamur. 51. §. leg. de acti.
e l. ſi quis argentum. §. fi. l. de donat.
f l. quia. de præſcri. uerbis.
g l. 2. §. deinde ex his. ſ. de orig. iu.
h d. l. ſi quis argentum. 2. ſi poſtulauerit. §. fi. de adulter. l. extat. 7. de eo quod met. cau. l. 1. C. de ſuffra. l. fi. §. ſin autẽ. C. de petit. hær. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib.

## DE CONDICTIONE TRITICIARIA. Tit. III.

1 *Ex quibus cauſis ad quas res detur hæc condictio.*
2 *Explicatio L. I. & 3.*

1 Condictio triticiaria à tritico nomen habet, quo uerbo omnes fruges uetuſtas appellabat[a], per quam condictionem, ſicuti pecunia numerata mutuò data condictiône certi: ita preter pecuniam, aliẹ res omnes, ſiue pondere, ſiue menſura conſtent, ſiue mobiles ſint, ſiue ſoli, petuntur[b]. Neq; uerò huius condictionis ſuperuacaneus eſt uſus. Nam etſi condictio certi latius extra numeratam pecuniam progreſſu temporis porrecta eſt ad omnes res quæ pondere, numero, menſura conſtant petendas, quę & uerbo pecuniæ comprehenduntur[c]: tamen non aliter datur, niſi in obligatione certum ſit: neq; ultra res fungibiles in ſuo genere extenditur. Vnde utilitatis gratia uiſum fuit, & hanc condictionem dari, qua non ſolùm ex mutuo, ſed ex omnibus contractibus[d], & nonmodò ad certam, ſed etiam incertã rem qualemcunq;, excepta tamen pecunia numerata (ad quam petendam condictio certi ſufficit) agi poſsit: ut in hac non habeat opus actor euidenti deſignatione circumſcribere rem, & demonſtrare eam eſſe certam ac fungibi-
2 lem, quod in condictione certi eſt neceſſarium. In hac autem actione ſi quęratur, res quæ petita eſt, cuius temporis æſtimationem recipiat: uerius eſt quod Seruius ait, condemnationis tempus ſpectandum, cum uidelicet is qui conuenitur, non eſt in mora, ſed iuſtam litigandi cauſam habet. Si uerò deſierit res eſſe in rebus humanis, & æſtimatio ineunda ſit, ac debeatur, ut ſemper debetur in rebus fungibilibus[e] (in ſpeciebus autem poſt moram[f]) mortis tempus conſiderandum, quod non de puncto temporis quo extinguitur res, accipiendũ eſt (nam ſic ad exiguum precium reduceretur æſtimatio) ſed ſecundum Celſum ἐν πλάτει & latiori quadam ęquitatis adhibita interpretatione. Quòd ſi uerò poſt moram facta ſit res deterior, ad tempus moræ reducenda erit æſtimatio[g]. Quòd ſi de die aut loco quo dari debuit, eſt conuentum, tanti lis erit æſtimanda, quanti eo die aut loco fuit[h]: ſi nihil conuenit, quanti tunc cum iudicium accipitur. Nam hoc tempus in ſtricti iuris actionibus regulariter ſpectari ſolet[i].

a l. triticũ. ubi Dd. de uer. obli.
b l. 1. hoc tit.
c l. 2. cir. fi. C. de conſtit. pecu.
d l. 2. hoc tit.
e l. incendium. l. ſi cer. pet.
f l. 5. ſi cert pet.
g l. pen. hoc tit.
h l. ſi calendis. 11. de re iudi. l. cum quis. 21. de actio.
i l. uinum. 22. ſi cert. pe. l. 3. §. in hac. comodati.

# DE EO QVOD CERTO LOCO dari oportet. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Ex qua cauſa inducta ſit actio arbitraria.*
3 *Forma actionis arbitrariæ.*
4 *Quid ſignificet arbitrium.*
5 *Quamobrē dicatur arbitraria,nec eſſe nouam actionis ſpeciē, & quàm latè pateat iudicis in hac poteſtas.*
6 *Quomodo in hac intereſſe tam actoris quàm rei æſtimetur:noua ratio.*
7 *L. centum Capuæ.*
8 *Cur in bonæ fidei iudiciis ceſſet arbitraria.*

HActenus expoſitum eſt,quemadmodum genus rerum creditarum ex 1
mutuo, uel quaſi mutuo, iure ciuili cōdictionibus repetatur.Sed quia
interdum crediti ſolutio in certum locum confertur:fit,ut ratione loci adie-
cti alteretur natura condictionum:fiantq́ ex ſtricti iuris actionibus arbitra
riæ,hoc eſt arbitrio iudicis diſceptandæ, finiendæq́ ex bono & æquo relin-
quantur:quod quomodo fiat,priuſquam ad alias ſpecies rerum creditarum
tranſeamus,paucis eſt exponendum. Ac uidebatur,cum in mutuo aut ſtipu 2
latu conuentum eſſet ut certo loco pecunia daretur,facultatem alio loco a-
gendi non competere: quòd actor plus loco petere intelligatur, qui pura
intentione alio quàm de quo cōuenit loco, pecuniā petit.Aufert enim pro-
miſſori utilitatem quam haberet,ſi loco conuento ſolueret[a]. Qui autē plus
quàm debetur quoquo modo petit, is non modò olim agens non audieba-
tur, uerumetiam cauſa cadebat[b]. Sed quia iniquum erat, ſi promiſſor uel
data opera,uel alibi neceſſariò diſtrictus, ad eum locum in quem daturum
ſe promiſiſſet,nunquam accederet,non poſſe ſtipulatorem ad ſuum perue-
nire: atque ita facto debitoris eludi obligationem, non data poteſtate alibi
conueniendi[c]: ideo uiſum eſt, contra ſubtilitatem ſtricti iuris,ex ęquitate
utilem & idoneam actionem in eam rem comparare, qua alio loco rectè
agi poſſet[d]. Quæ impetratur concediturq́ à prætore, adiecta ea clauſula, 3
ut ex arbitrio iudex condemnet reum, æſtimetq́ quanti uel actoris uel rei
interſit,ſolutionem nō loco conuento,ſed alio ubi uidelicet petitur fieri.Ad
hunc modum inſtituta actione,non poteſt actor repelli,tanquam plus loco
petens,cum non adimat utilitatem loci reo, neq́ purè intendat, ſed arbi-
trio iudicis rem committat ex bono & æquo diiudicandam: ut is rationem
habeat utilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret,
quo ſe ſoluturum ſpopondit. Arbitrium enim nihil aliud ſignificat quàm 4
iudicium æquo & bono conſentaneum, quale à uiro bono expectari pro-
ferriq́ oporteat[e]: propter hanc arbitrandi poteſtatem, quæ in formula a-
gendi adiiciebatur condictioni,alioqui ſtricti iuris formulis obnoxiæ ita,ut
cum purè intenditur,non liceat iudici à uerbis & natura contractus, pręſcri
ptoq́ iudicii à prætore modo in iudicando recedere[f].Actio hæc cum alio
quàm de quo conuentum eſt loco agitur,arbitraria uocatur: quòd arbitrio
iudicis tanquam boni arbitri contra naturam ſtrictorum iudiciorum, eius
diiudicatio ex bono & æquo committatur: adeò ut quantitati contractus
ſeruire non cogatur, ſed uel excedere uel minuere quantitatem poſsit, pro
ratione eius quod intereſt uel actoris uel rei, cōuento loco ſolutum fuiſſe[g].
Quò alludit Seneca lib. 3. de benef. Melior, inquit, uidetur conditio cauſæ
bonæ,ſi ad iudicem quàm ad arbitrum mittatur: quia illum formula inclu-
dit, & certos quos non excedat terminos ponit:huius libera & nullius con-

ſtricta

a §.plus autē. uerſ.loco. Inſti. de actio.
b §.ſi quis agēs. Inſt. de actio. Cic. li.1. de Orat. & lib.2.de Inuent. cap. 4. Quint.lib.7.
c l.continuus. 137.§.illud.l.inter. 83.§. 1.de uerb.oblig.
d l.1.hoc tit.
e l.in perſonā. 22. §. generaliter.1.de regu.iu. l.hæc uenditio. 7. de contrah. empt. l. 1.de lega.2.
f l.quicquid.99. l.ſi ita ſtipulatus fuerim. 126. §. Chryſogonus.in fi.de uerb.obli.
g l.2.in princ. §.fi. cum l.ſeq. hoc tit.

ſtricta uinculis religio eſt. Item lib. 2. de Clemen. Clementia liberum arbitrium habet: nec ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. Quin & ideo arbitraria dicitur, quòd & hoc arbitrio iudicantis permiſſum eſt, ut interdũ reum abſoluat, cautione ab eo exacta, de pecunia ibi ſoluenda, ubi promiſſa eſt: ſi uel oblata ibi pecunia, uel ex facili ſoluenda dicatur [a]. Ex his facile apparet, hanc non eſſe ſpecialem aliquam actionem: ſed uſitatas ſtricti iuris condictiones, hoc appellari arbitrariæ nomine, quando contra ſtricti iudicij naturam additur à prætore clauſula, ut ex arbitrio iudicare liceat: ut in ſimili exercitoria inſtitoria, de peculio noxalis, &c. actiones dicuntur.
6 Porrò quòd diximus, tam id quod intereſt actoris quàm rei in hac actione conſiderari, diſtinctionem recipit. Nam rei quidem quod intereſt, indiſtinctè & ſemper eius habenda erit ratio: alioqui ſi actor purè intendat, plus loco petere intelligetur. Actoris autem non ſemper. Quid enim, ſi debitor obtulit loco conuento pecuniam, aut depoſuit, aut alioqui difficultate iuſta (quæ à mora excuſat [b]) impeditus fuerit, quo minus accederet? abſoluendus utique erit [c], aut in ſolam contractus quantitatem condemnandus, non in id quod intereſt actoris, quod cum pœna ſit [d], exigi ab illo qui culpa uacat, fuerit iniuriũ [e]. Tum igitur ſolum ratio eius quod intereſt actoris inibitur, cum culpa aut mora debitoris factum eſt, ut plerunque fit (etſi enim debitor impediatur, poteſt tamen per alium ſoluere [f]) quo minus loco conuento ſolutio explicaretur [g]. Cui & illud argumento eſt, quòd ne fideiuſſoris quidem obligatio augeatur, ſi non per eum, ſed debitorem ſteterit, quo minus ſuo loco ſolueretur [h]: niſi in omnem con-
7 tractus bonæ fidei cauſam ſeſe obligarit [i]. Quòd ſi fideiuſſoris culpa carentis non augetur obligatio, ratione eius quod intereſſe poteſt actoris: ne principalis quidem debitoris augebitur, ſi nullius moræ argui poteſt. Et hęc quidem ita ſe habent, cum actio ſtricti iuris, puta ex mutuo uel ſtipulatu, alio loco proponitur.
8 Nam ſi bonæ fidei actione agatur, cum illa ſuapte natura propter clauſulam ex bona fide adijci ſolitam contineat, ut ex bono & æquo arbitretur iudex, qui alterum alteri præſtare conueniat [k]: & proinde ſine ulla proprię naturæ mutatione alia'ue externa clauſula conuenienter alio etiam loco purè proponatur, non induit nomen arbitrariæ actionis, qua eius qualitas non immutatur, etiamſi aliò quàm de quo pactum eſt loco agatur [l].

*a l. quod ſi Epheſi. 4. §. 1. h.*
*b l. ſciendum cum ll. ſeq. d. uſur. Dd. in l. quod te. § ſi cer pet.*
*c d. l. quòd ſi Epheſi. §. 1.*
*d l. unica in fi. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*
*e C. ſine culpa. de regu. iu. in 6.*
*f l. continuus. 137. §. unica. de uer. oblig.*
*g d. l. 2. §. fi. in uerb. interdum. &, commiſſa mora tua. h. t.*
*h l. centum Capuæ. 8. h. t.*
*i l. quæro. 54. in princ. ff. loca.*
*k §. in bonæ. Inſt. de actio. l. ex empto. de actio. empti.*
*l l. in bonæ fidei. 7. h. t.*

## DE PECVNIA CONSTITVTA.
## Tit. V.

1 *Continuatio, unde & qualis ſit hæc actio.*
2 *Quid ſit conſtituere.*
3 *Actionem hanc prætoriam & ſubſidiariam eſſe.*
4 *Cur hoc caſu ex nudo pacto detur actio.*
5 *Edictum de conſtituta pecunia.*
6 *Eius explicatio, & quæ res hac actione petantur.*
7 *De receptitia actione.*
8 *Neceſſum eſt debitum fuiſſe, quod conſtituitur.*
9 *Quomodo debitum accipiatur tam in perſonis quàm rebus.*
10 *Forma conſtituendi.*
11 *Quare purè non rectè conſtituatur.*
12 *Explicatio edicti.*
13 *Cuiuſmodi ſit iudicium, & quomodo cum alijs concurrat.*

ET his quidem modis iure ciuili pecunia ex mutuo uel quaſi mutuo cõ 1
dicitur. Sed eſt & iure Prætorio introducta actio, quę uocatur de con-
ſtituta pecunia, aut de conſtituta [a], aut conſtitutoria [b], quam prætor dat
aduerſus eos qui pecuniam ex priore aliqua obligatione, ſiue ualida iure ci
uili, ſiue inualida, ſoluturos ſe conſtituerunt. Conſtituere autem inter alia 2
ſignificat, cùm ordinare aliquid non ſimpliciter, ſed ſtabiliendo ac firmãdo
quod antè erat imbecillum, ſicuti latinè dicitur conſtituere Rempublicam:
tum de certo aliquo die, quo quid fiat, conuenire. ut apud Terentiũ: Nam
conſtitui cum quodam hoſpite, me illum conuenturam. Hinc cõſtituere pe-
cuniam eſt, denuò paciſci, & ſine ſolennitate ſtatuere ac conuenire, de pecu
nia certo tempore ſoluenda, quæ antea ex aliqua obligatione debebatur.
Dico, ſine ſolennitate: nam ſi ſolennitas ſtipulationis fuerit adhibita, non 3
opus erit prętoria actione, cum iure ciuili promiſſor teneatur [c]. Deficiente
porrò ſolennitate ciuili, cum eo quoq; iure deficiat in nudis pactis obligati-
onis efficacia, ſuccurrit hoc caſu prætor: ea de cauſa, quod uidebatur graue
& contra naturalem æquitatem, geminatam contractus fidem fallere [d].
Vnde ſi ſtatuatur, cõueniatq; de pecunia ſoluenda, quæ quoquo modo de- 4
beť, hanc conuentionẽ retrorſum agit, & ad priorẽ obligationem adiungit,
eiuſq; ui atq; robore confirmat [e]: atq; ita ex utraq; conuentione quaſi ex cõ
tractu nominato dat actionẽ de cõſtituta pecunia. Edictũ aũt prætoris hoc
eſt: QVI PECVNIAM DEBITAM CONSTITVIT, SI APPAREAT 5
EVM QVI CONSTITVIT, NEQVE SOLVISSE, NEQVE FECIS-
SE, NEQVE PER ACTOREM STETISSE, QVO MINVS FIE-
RET QVOD CONSTITVTVM EST, EAM'QVE PECVNIAM
CVM CONSTITVEBATVR DEBITAM FVISSE, IVDICIVM DA
BO [f]. Quis, accipe, uel quæ: nam & mulieres de cõſtituto tenenť, ſi nõ in- 6
terceſſerint [g]. Pecunię uerbũ hoc in edicto cõprehendit tantũ res, quę pon-
dere, numero, menſura cõſtant: non reliquas ſpecies, quibus applicari actio
nem de cõſtituta rectè nõ poſſe ueteres arbitrabanť, propterea quòd & ſi-
militudinem quandam cum cõdictionibus certi ex mutuò, in quas alię res
non cadunt, hęc actio habeat, & in edicto mentio fiat tantũ pecuniæ: quòd
uerbũ ijs rebus propriè non conuenit, quæ neq; pondere nec menſura neq;
numero conſtant. Itaq; conſtituta ſpecierũ ſolutione non hanc actionẽ, ſed 7
recepticiam quandã (à recipiẽdo, id eſt promittendo fortè ſic dictã) ſolen-
nibus uerbis compoſitam dabant. Sed hoc poſtea Iuſtinianus immutauit,
uoluitq; ad omnem omnino rem conſtitutam perſequendam, dari actio-
nem conſtitutoriã [h], ut uerbũ pecunię in hac materia nunc latiſsimè pateat [i]
ex conſtitutione Iuſtiniani. Oportet aũt, quòd conſtituiť, eſſe debitum ex 8
priore aliqua obligatione, ad quam conſtitutũ referať: cęteroqui nudũ eſſet
pactũ. Vnde quòd aut ſuprà aut extrà debitum conſtituiť, exigi hac actione
non poteſt [k]. An igitur aliud cõſtitui poſsit, quàm quòd debetur, quæſitũ 9
eſt. Sed cùm placuerit rem pro re poſſe ſolui uolẽti creditori, nihil prohibet
& aliud pro debito uolũtate creditoris cõſtitui [l]. Debitum aũt ex quacun-
que cauſa poteſt cõſtitui, id eſt ex quocunq; cõtractu, & uel natura debitũ
ſufficit. Nam prętor naturalẽ ſolum æquitatem in hoc edicto attendit [m], ex
qua ſufficit deberi. Sed & qui honoraria actione, nõ iure ciuili obligatus eſt,
conſtituendo tenetur [n]. Si quis aũt conſtituat, quòd iure duntaxat ciuili de-
bet, non aũt prætorio, an cõſtituendo teneať, queritur: & uerius eſt, eum nõ
teneri, quia debita iuribus (uidelicet naturali & prętorio) non eſt pecunia,
nec habet naturalẽ in ſe æquitatis obligationem, qua conſtitutum nititur [o]:
perinde aũt eſt, ſiue purum ſit debitũ, ſiue ſub conditione debeať, aut etiam

in diem

*a l. num quis. 5. §. 1. hoc tit.*
*b l. neq; enim 20. hoc tit.*
*c §. de conſtituta. Inſt. de act.*
*d l. 1. hoc tit.*
*e l. item illa. 18. §. 1. in uerbo retrorſum, &c.*
*f l. 1. §. 1. l. ſi duo. 16. §. ait prætor. l. itẽ illa uerba. 18. in princ. & §. 1. h. t.*
*g l. 1. §. 1.*
*h l. 2. C. eo. tit.*
*i ut & in l. pecuniæ. 1. 2. 3. de uer. ſig. Cic. de inuent. lib. 2. cap. 5.*
*k l. hactenus. 11. cum ll. ſeq. hoc tit.*
*l d. l. 1. §. an poſſit. 3.*
*m d. l. 1. in princ.*
*n d. l. 1. §. fi.*
*o l. quod ſi maritus. 3. §. 1. h. t.*

in diem. Nam propter has potiſsimũ pecunias, quæ nondum peti poſſunt,
conſtituta ſunt introducta [a]. Quod tamen ſub cõditione debet, ſiue purè
certo die cõſtituatur, eandem cõditionẽ nihilominus habet: nã alioqui non
debitũ uideretur cõſtitutũ [b]. Quòd aũt exigimus, ut ſit debitũ quod conſti
tuitur, in rem exactũ eſt: non utiq; ut is cui conſtituitur, creditor ſit. Nam &
quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis, & quod tibi debetur, ſi mihi cõ
10 ſtitutum ſit, poterit exigi [c]. Conſtituitur aũt quibuſcunq; uerbis, ut ſatisfa-
ciam tibi, & ſimilibus quæ uoluntatẽ conſtituendi iudicant [d], & per nunciũ
aut per epiſtolã [e]. Sed & certo loco & tẽpore conſtituere quis poteſt, nec
ſolùm eo loco petere ubi ei cõſtitutum eſt, ſed exemplo arbitrariæ actionis,
11 ubiq; ubi debitor forũ ſortitur [f]. Certo etiam tẽpore rectè conſtituit [g], adeò
quidem ut ſine illo uix poſsit [h]: quia neq; nomẽ nec natura conſtituti pati-
tur ſine die conſtitui. Nomen ideo, quia cõſtituere, ut dixi, eſt de certo tem-
pore conuenire. Natura conſtituti non admittit, quoniã ſi purè conſtitutũ
factum ualeat, ſequetur confeſtim agi poſſe aduerſus eum qui ſe ſoluturum
promiſit, quod eſſet iniuſtũ [i]. Vtilitatis tamen gratia placuit, etiã purè cõſti
tui poſſe, & modicũ tempus, nõ minus tamẽ dierũ decem ſtatui, ut exactio
12 celebret [k]. Addit Prætor: SI APPAREAT EVM QVI CONSTITV-
,, IT, NEQVE SOLVISSE, NEQVE FECISSE QVOD DARE FA-
,, CERE'VE CONSTITVIT, NEQVE PER ACTOREM STETISSE
,, QVO MINVS FIERET QVOD CONSTITVTVM EST. Si enim is in
mora accipiendi fuerit, uel eo die quo ſolutio facienda erat, uel poſtea, aut
etiam caſu aliquo impeditus fuerit, denegat prętor iudicium [l]. EAM'QVE
,, PECVNIAM CVM CONSTITVEBATVR, DEBITAM FVISSE. O-
portet enim deberi quod conſtituitur, ut dictũ eſt. Sufficit aũt tempore cõ-
ſtituti, cuius mentionẽ prętor facit, debitum fuiſſe, quantumuis poſtea deſi-
13 erit deberi [m]. IVDICIVM DABO. At cuiuſmodi? Et magis eſt, ut hæc
actio non pœnã, ſed rei perſecutionem contineat [n]. Agetur igitur in hoc, ut
quod conſtitutũ eſt fiat [o], aut in id quod intereſt, promiſſor condemnetur [p].
Hoc aũt iudiciũ non conſumit ciuilem actionẽ, ſi qua ex priore obligatione
cui ſubiectum eſt conſtitutum competebat, nec ecõtrariò. Solutione enim
magis utraq; actio tollitur quàm litis conteſtatione, cum ex diuerſis cauſis
& obligationibus oriantur [q].

*a d. l. quòd ſi maritus. in fi.*
*b l. id quod ſub conditione. 19. hoc tit.*
*c l. eum qui. 5. §. quod exigimus. 2. l. ubi quis. 28. hoc tit.*
*d Auth. ſi quando. C. eo. tit.*
*e d. l. num qui. §. Iulianus. l. qui aũt. 14. §. fi. cũ l. ſeq.*
*f l. ſi duo. §. 1. hoc tit.*
*g d. l. ſi duo. 16. §. 1.*
*h l. promiſſor. 21. §. ſi ſine.*
*i l. quod dicimus. 105. de ſolut.*
*k d. l. promiſſor. § ſi ſine.*
*l l. ſi duo. 16. §. fi. cum ll. ſeq. hoc tit.*
*m d. l. item illa. §. 1. hoc tit.*
*n d. l. item illa. §. penult.*
*o d. l. qui aũt. §. 1. l. promiſſor ſi cubi. 21. §. fi. h. t.*
*p d. l. qui aũt. §. 1. in uerbis æquũ eſt teneri eum uel in id quod intereſt, &c.*
*q d. l. item illa. §. fin.*

## COMMODATI, VEL CONTRA. TIT. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Commodatum unde, & quid ſit.*
3 *Cauſa efficiens commodati.*
4 *Materia, & quæ res commodari poſſint.*
5 *Forma, & quid ſit dicis cauſa commodare.*
6 *Finis.*
7 *Quinq; differentiæ inter commodatum & mutuum.*
8 *Ad quam culpam & cuſtodiam teneatur commodatarius.*
9 *Actio cõmodati ciuilis, quamuis prætor edictũ propoſuit, & quotuplex ſit.*
10 *Cuiuſmodi ſit actio directa, cui, ad quid, aduerſus quem detur.*
11 *Cuiuſmodi ſit actio contraria, cui, ad quid detur.*

1 QVemadmodum genus creditum, resq; translato dominio ex mutuo
aut quaſi mutuo, per certi aliasq; condictiones repetantur, ſuprà di-
ctum eſt: nunc uideamus, quibus actionibus ſpecies eædẽ quæ creditæ ſunt
nõ amiſſo dominio repeti poſsint. Quo in genere prima occurrit actio cõ-
2 modati, uel contrà. Commodatũ dictum eſt, quaſi cum modo, id eſt, cer-
ta forma præſcriptoq; utendi modo datum. Commodare enim nihil aliud

eſt quàm rem ad aliquem uſum determinatum utendam dare, eo animo ut poſtquam uſus fueris, eandem bona fide reddas [a]. Cauſa efficiens com- 3
modati eſt, primò contrahentium conſenſus: unde qui iuſtum conſenſum præſtare non poſſunt, nequaquam commodati tenentur, niſi quatenus facti ſunt locupletiores. Vt pupillus, furioſus, [b] &c. Secundò interuentus rei, quo cum præcipuè perficiatur, re contrahi commodatum dicitur [c]. nam & nomen ipſum indicat rei dationem requiri. Materia circa quam, ſunt 4
res omnes tam mobiles quàm ſoli, quæ in commodatum cadunt [d], etiamſi ſint alienæ [e]: exceptis ijs quæ uſu conſumuntur, in quibus non commodatum, quod tantum uſum rerum ſalua ſubſtantia communicat: ſed mutuum locum habet, niſi fortè quis ad pompam uel ad oſtẽtationem. exempli cauſa, pecuniam dicis gratia, id eſt ſimulatè ſine uoluntate abutẽdi, accipiat, tantum ut fucum oſtentando faciat, ut de eo aliquid dicatur [f].

Forma commodati eſt, rem utendam gratuitò tradere, præſcripto fine 5
& modo uſus, per tempus expreſſum uel tacitè. Cauſa finalis, ut mutuis of- 6
ficijs alij alios adiuuemus, & communicato rerum uſu, communibus uitæ neceſsitatibus in hac ciuili ſocietate ſubueniamus. Vt enim res quarum uſus in abuſu eſt per mutuum, ita quibus ſalua ſubſtantia uti licet, eæ res commodatò rectè communicantur. Vtroque autem modo gratuitò [g].

Sed inter mutuum & commodatum interest: Primò, quòd mutuum tan 7
tum in rebus fungibilibus, quæ pondere, numero, menſura conſtant, uertitur commodatum, in ijs quæ utendo non conſumũtur. Secundò, quòd in mutuo transferatur dominium [h]: rei uerò commodatæ poſſeſsionem & proprietatem retineamus [i]. Tertiò, rem mutuò damus, ut non eandem ſed aliam eiuſdem generis conſequamur: commodatò, ut eandẽ. Quartò, mutuum ad quemuis uſum in genere datur, ut: utare fruare pro tuo arbitrio, ſicut dominus [k]: commodatum, ad certum præſcripum'que uſum [l]. extra quem qui aliter utitur, furtum committit [m]. Quintò, ei qui mutuum accipit, res perit, quia dominus eſt [n]: nec caſu fortuito liberatur [o]. Commodatarius uim maiorem quam Greci θεοῦ βίαν appellant [p], non præſtat, nec interitum aut damnum rei caſu fortuito accidens [q]: dummodò non ipſius culpa caſus interuenit. Nam dolum & culpam, diligentiam & cuſtodiam, 8
qualem à uigilantiſsimo patrefamiliâs requirimus (quæ leuiſsimæ culpæ opponitur) commodatarius prẹſtat [r]. Vnde ſi res culpa eius, uel abuſu aut negligentia in caſum interitus aut damni incidat, tenetur [s]. Ideo autem leuiſsima etiam culpa obligatur, & diligentiam ac cuſtodiam prẹſtare debet, cùm quòd ipſius gratia contractus initur [t], (nam ſi commodantis gratia, dolum tantum præſtabit [u]: ſi utriuſq;, dolum & culpam, non cuſtodiam [x]) tum quia bona fide res illi creditur, tanquam diligentiſsimo attentoq; patrifamiliâs, ut ſalua cuſtoditaq; rei ſubſtantia utatur. Ex hoc contractu o- 9
ritur actio commodati, quæ ciuilis eſt, utpote ex contractu nominato, & iure ciuili recepto, originem habens: quamuis prætor tuendi iuris ciuilis cauſa etiam edictum propoſuit, quo pollicetur ſe actione ex iure ciuili data de commodato ius dicturum. Sic enim inquit: QVOD QVIS COMMODASSE DICETVR, DE EO IVDICIVM DABO [y]. Eſt autem a- 10
ctio tam directa quàm contraria. Directa commodanti datur, aduerſus commodatarium & eius hẹredem [z]: qua uſu in quem res data eſt, finito, commodans agit, ut ſibi ea ſalua & integra reſtituatur. Nam ſi deterior

reddatur

a fac. l. 1. §. 1. hoc tit.
b l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. hoc tit.
c §. itẽ is. Inſt. quibus more cõtrah. obligat.
d d. l. 1. §. 1.
e l. commodare. 15. hoc tit.
f l. 3. §. fin. l. 4. hoc tit.
g d. §. item is cui. in fin. Inſt. quib. mo. re contra. oblig.
h l. 2. §. appellata. ſ̄. ſi cert. petatur.
i l. rei commodatæ. 8. cum l. ſeq. hoc tit.
k l. in re mandata. C. mãdati.
l l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. hoc tit.
m l. 5. §. quinimò. 6. hoc tit. §. placuit. Inſt. de obligat. quæ ex delicto.
n l. pignus. C. de pignor. acti.
o l. incendium. C. ſi cert. petat. d. §. 1. itẽ is cui.
p l. ſi merces. §. uis maior. locat.
q l. ſi ut certo. 5. §. nunc uidendũ. 9. uerſ. quod uerò. l. eum qui. 10. in princ. l. ad eos. 19. l. argentum. 20. l. fi. h. t.
r d. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. §. uſque adeò. & §. penult. l. in rebus. 18. in princ. h. t.
s d. l. ſi ut certo. §. nunc uidẽdum. uerſ. quod uerò. d. l. eum qui. §. fin. cum l. ſeq. d. l. in reb. in princ.
t d. l. 5. §. nunc uidendum. d. l. in rebus.
u d. l. ſi ut certo. §. interdum. d. l. eum qui. §. 1.
x d. l. in reb. in fin. principij.
y l. 1. in princ.
z l. 1. 2. 3. commodare. d. l. in commodato. §. ſi ex facto. l. ſed mihi. 3. l. hære. s

reddatur, reddi non uidetur[a]: quo caſu etiam in litem iurabitur, ut in cæteris bonæ fidei iudicijs[b]: nec ſolùm petitur res, ſed etiam omnia acceſſoria, & quicquid ex re fructus quocunq; tempore utilitatiſq; obuenit[c]. Nec enim rem quæſtui commodatario eſſe oportet, quæ eius periculo non eſt[d].

11 Contraria actio commodatario datur ad petendum, quod ſua intereſt. Si res commodata ante uſum expletum auferatur[e], aut uitio rei, quod uitium ſciens celarit commodator, damnum fecerit[f]. Item ad petendos ſumptus in rem commodatam factos, extra cibaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui re utitur pertinent[g]. Quod autem contrario iudicio conſequi quiſque poteſt, id etiam recto iudicio qui conuenitur, poterit ſaluum habere, iure compenſationis[h]: nam cui damus actionem, ei multo magis exceptionem competere dicendum eſt[i].

## DE PIGNORATICIA ACTIONE, VEL contrà. Tit. VII.

1 *Vnde dictum pignus, & quare hæc pignoraticia appelletur actio, & quid pignus ab hypotheca diſtet.*
2 *Quid ſit pignus.*
3 *Cauſa efficiens, & quomodo contrahatur.*
4 *Species pignorum cauſis diſtinguuntur.*
5 *Materia, quæ res pignorari poſſunt.*
6 *Forma & finis.*
7 *Directa actio pignoraticia qualis ſit, cui, quādo, aduerſus quē, ad quid detur.*
8 *Contraria actio qualis ſit, cui, quando, aduerſus quem, ad quid detur.*
9 *Quare ex quibuſdam contractibus utrinque æquales, ex nonnullis directæ & contrariæ actiones naſcantur.*

1 PErtinet huc etiam pignoraticia actio, qua pignus repetitur. Pignus à pugno appellatur: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur[a]. Vnde propriè in mobilibus, & quorum poſſeſsio ad creditorem tranſit, conſiſtit[b]: recteq; hæc actio pignoraticia non hypothecaria dicitur, cum pro pignore quod traditur ſolùm competat, non ad hypothecam petēdam, quæ nequaquam tranſit ad creditorem. Quanquam quod ad hypothecariam actionē attinet, quę creditori datur ad rem ſibi obligatā, tantiſper dum debetur perſe-
2 quendam, nihil inter pignus & hypothecā intereſt[c]. Pignus autē eſt quod datur in ſecuritatem rei creditæ, ut creditor obligatum illud habeat, donec quod debetur ſit exolutum. Græci hypothecam uocant, quaſi rem obliga-
3 tioni ſuppoſitam. Cauſa efficiens pignoris eſt, aut uoluntas hominum, aut lex, aut magiſtratus. Voluntate conſtituitur pignus, aut expreſſa, aut tacita. Expreſſa quidem uoluntate, uel duorum, ut pacto. Nec enim ſolum traditione, ſed etiam nuda conuentione pignus contrahitur[d]: quia contractus eſt nominatus[e], quod genus conſenſu nudo obligationem producit[f]: uel etiam unius, ut teſtamento, cum teſtator alicui prædia ſua obligat[g]. Tacita uoluntate ſimiliter uel plurium, ut ex pacto tacito & præſumpto[h], uel unius uoluntate teſtatoris, qui res ſuas legatarijs tacitè obligare creditur[i]. Lege introducuntur uarijs in ſpeciebus pignora, ut dotis cauſa[k], fauore pupilli[l], fiſci[m], refectionis, &c.[n] prætor uel magiſtratus pignus conſtituit cum uice cautionis, ut loquitur I. C.[o] ex quacunq; cauſa in bonorum poſſeſsionem aliquem mittit[p].

4 Eſt igitur pignus aut uoluntariū, aut neceſſarium: illud autē expreſſum, aut tacitum: hoc, aut legale, aut prætorium. Materia in qua pignus cōſtitui-

a l.3.§.1.h.t.
b d.l.3.§.in hac.2.
c d.l. ſi ut certo.§. uſq; adeò.
d l. ſi is qui.§.1.hoc tit.
e d.l. in cōmodato. §. ſicut.in fi.l. rem mihi. 21.in princ. h.t.
f d.l. in rebus. §.itē qui ſciens.
g d.l. in rebus. §.poſſunt.
h d. l. in rebus. uerſ. quod autē.
i l. 1. uerſ. nam cui damus. de ſuperfici.

a l.plebs. 237. §. pignus. de uerbo. ſignif.
b §.item Seruiana. in fin. Inſt. de actio. l. ſi rē. 9.h.t.
c l.5.§.ul. ǂ.de pignor. d. §. itē Seruiana. uerſ. inter pignus.
d l. 1. in princ. h.t.l. iuſto. 44. §. non mutat. de uſucap.
e l.1.§.fi. ǂ.de pactis.
f l. 1. in fin. de uer. permut.
g l.non eſt mirum. 26. h. t. l. fundus. 9.l. Gaius. 12. de annu. lega.
h l.4.in princ. ǂ.de pact.
i l.1.C. cōmunia de lega. in uerb. ex eius uoluntate.
k l.unic. §. & ut plenius. C. de rei uxor. actio.
l l.pro officio. C. de adminiſt. tuto. l. ult. in quibus cau. pignus, &c.

m l.4.C. in quib. cau. pignus. n l.1.ǂ. in quib. cau. pignus. o l. ſi finita.15.§. ſi quis damni. de dam inf. p l.non eſt mirū. 26.h.t.l. ſi & iure.10.ǂ. qui potio. in pig.

tur, ſunt res omnes, tam mobiles quàm ſoli, etiam nomina quæ pignori ob-
ligari poſſunt, dummodo pertineant ad obligantem [a]. Nam res aliena ni-
ſi uolente aut ratum habente domino, obligari nequit [b]. Cauſa formalis eſt 5
ipſa conuentionis & traditionis forma, uel obligationis in teſtamento aut
authoritate legis magiſtratus'ue inductæ modus. Cauſa finalis, ut credito-
rem de credito faciamus ſecurum datis pignoribus, quibus tutius eſt incũ-
bere quàm perſonæ [c]. Hac igitur pignoris obligatione durante, durat actio
ſeruiana & quaſi ſeruiana, id eſt hypothecaria, qua creditor pignus ſuum
perſequitur. Soluto uerò debito, ſolutaq́ pignoris obligatione, competit
actio pignoraticia debitori directa, creditori uerò contraria: de quibus dua-
bus actionibus hoc in tit. agitur. Directa eſt, qua debitor qui rem pignori
oppoſuit, ſoluta pecunia agit aduerſus creditorem, ut rem reddat, & dam- 6
num in eo dolo culpâue eius datum, reſarciat. Quamuis enim ſublata ſit pi-
gnoris obligatio per ſolutionem, tamen re ipſa obligatus eſt creditor ad re-
ſtituendũ, quoniã res aliena ſine cauſa apud ipſum inuenitur exoluto debi-
to [d]. Licet enim ſuprà diximus, pignus cõſenſu cõtrahi, re tamẽ creditor ad
reſtituendũ obligat̃, quę obligatio ſeparata eſt à pignoris iure. Dico dari illi
qui rẽ pignori oppoſuit, & quidẽ etiãſi res ſit aliena [e], quę uel à prędone fue-
rit opignorata [f]. Eſt em̃ perſonalis actio, quę datur ꝓpter obligationẽ, inter
dantẽ accipientẽq́ contractã. Addo, ſoluta pecunia: quia omnis pecunia ex
oluta eſſe debet, aut eo nomine uoluntate creditoris ſatisfactũ, ut naſcat̃ pi-
gnoraticia actio [g], aut certè per creditorẽ ſtetiſſe, q̃ minus pecunia ſoluat̃ [h].
Veruntamẽ qui ante ſolutionem agit pignoraticiã, licet nõ rectè agat, tamẽ
ſi offerat in iudicio pecuniã, debet & rẽ pignoratã & quod ſua intereſt, cõſe
qui [i]. Sed & nec dũ ſoluta pecunia agi interdũ poteſt, ſi fortè ea abutat̃ cre
ditor, & dolo debitorẽ impediat, quo minus iure ſuo uti queat. Quo caſu in
id quod intereſt aget̃ [k]. Agitur aũt aduerſus creditorẽ, qui cum eſt cõtractũ,
aut eius hæredem, non aũt aduerſus aliũ rei poſſeſſorẽ [l]. Et in hoc agitur ut
res reſtituatur [m] unà cùm fructibus, quos creditor nõ lucratur: ſed uel reſti-
tuere uolente debitore cogit̃, uel imputare in ſortẽ [n]: & præſtatione damni,
quòd creditor in re pignorata, dolo uel culpa dedit [o]. Dolum enim & cul-
pam creditor pręſtare debet, itẽ cuſtodiã propemodũ, ut in cõmodato. Nã
ut uigilantiſsimi patrisfamiliâs diligentiã rei commodatæ adhibere cõmo-
datarium oportet, quia eius gratia contrahitur: ita creditor, cuius potiſsimũ
cauſa pignus conſtituitur, nempe uti ſecurus ſit, non liberatur, ſi perinde in
pignoris uerſetur cura atq́ in rebus ſuis, ſed ea quę diligens paterfamiliâs
præſtare ſolet, ab illo exiguntur [p]. Vim tamen maiorem & caſum non præ-
ſtat: cuſtodia enim aduerſus uim parum proficit [q]. Itaq́ ad dominum peri-
culum rei pertinebit [r]. Quin & peti poteſt ut repromittat creditor, rem eius
dolo non factam deteriorem, & talem reſtitui, qualis tempore obligationis
fuit [s]. Quòd ſi uenditum ſit pignus, ut uendi ceſſante debitore poſsit [t], a-
gitur ut reſiduum precij cum uſuris creditor reſtituat [u]. Contraria pigno 7
raticia datur creditori, qui in conuentione pignoris deceptus eſt, aut quid
damni ſumptúſue eius rei gratia fecit. Vt ſi æs pro auro ab affirmante au-
rũ eſſe pignori, oppoſitũ ſit [x], aut res aliena [y], aut alio uitio laborãs, ut inutile
creditori pignus exiſtat [z], uel ſi falſa ſolutionis ſpe oſtenſa pignus debitor
recuperarit [aa]. Si deniq́ malitioſè in pignore uerſatus ſit [bb], ſi creditor neceſ
ſarias impenſas fecit [cc], ac in ſimilibus caſibus [dd]: in quibus æquitas ſuadet,
indemnem creditorẽ præſtari [ee]. Vnde & illud placuit, ſi Titio qui rẽ meam 8
ignorante

*a l.tutor.16.§.fin. cum l. ſeq. hoc tit.*
*b l. aliena.20. hoc tit. tot. tit. C. ſi res aliena, &c.*
*c l. plus cautionis. 25. de regu.iu.*
*d §.fi.Inſt.quibus mo.re contrahi.obliga.*
*e l.ſi rem. 9.§.pen.hoc tit.*
*f l.ſi pignore. 22.§.ſi prædo. hoc tit.*
*g d.l.ſi rem.§.omnis.l.quod ſi. l.ſolutum. l.eleganter. §.1.l.ſi pecuniam. h. t.*
*h l.aliena. 20. §.1.*
*i d.l.ſi rẽ. §.fi.*
*k l.ſi.in princ. uerſ. operã. h.t.*
*l l.petenti.27. hoc tit.l.fi.C.de diſtract.pignor.*
*m l. debitor. 40.§.fin.*
*n d.l.ſi pignore.§.ſi prædo. l. 1.C.de diſtr.pigno.l.ſi dominiũ C.de pigno.*
*o l.ſi rem alienam. §. ult. l.ſi ſeruos. hoc tit.l. pignoris. C. eo.*
*p l.ſi cum uenderet. 13. §. fin. cum l.ſeq.l.ſi pignore.22. §.fin. l. ſi ſeruos 25. hoc tit.*
*q l.ſi ea res. 32. ʃ. de actio. empti.*
*r l. qui rationis. 32.l. fin. §. fin. h.t.l. pignus.C. eodem.*
*s l.creditor.15. hoc tit.*
*t l.ſi cũ uenerit. 4. hoc tit.* *u l.eleganter.§.ſi uendiderit in fi.l.creditor.42.hoc tit.* *x l. 1. in fi. l. ſi quis. 36. hoc tit.*
*y l.ſi rem. 9. l. cum debitore.32.h.t.* *z l.tutor.16.§.1.hoc.tit.* *aa l.3.h.t.* *bb d.l.ſi rem.* *cc l.ſi neceſſarias.8.l. ſi ſeruos.25.h.t.* *dd l.ſi pignore.22.§.pen.cum l.ſeq.* *ee l.ſi ſeruus.31.hoc tit.*

ignorante me creditori ſuo pignori obligauerat, hæres extitero, ex pôſt facto pignus non conualeſcere, & quia non conualeſcit, pignoris perſecutionem denegandam eſſe creditori: cui quomodo hypothecaria detur, nõ conſiſtente pignoris obligatione? Nec enim ſufficit ad pignus conſtituendum, eundẽ nunc eſſe dominum, qui etiã pecuniam debet: ſed præterea requirit̃, eundem eſſe qui pignus contraxerit, quem creditori agenti certum eſt improbè reſiſtere, dicendo rem alienam fuiſſe obligatam, cum ex ſuo mendacio qui rem alienam pro ſua dedit, arguatur [a]: quam fraudem alleganti prodeſſe non oportet [b]. Perſecutio igitur pignoris non datur hoc caſu creditori, quia pignus directò non conualeſcit [c]. Vtilis tamen pignoratícia contraria dabitur, ut in heredem creditor agat, (ſicuti & aduerſus defunctum, qui rem alienam obligaſſet, agere poterat) ut à defuncto obligatam ſibi rem nexu teneri patiatur, cum defuncti facta præſtare & approbare debeat [d]. Eoq; modo per indirectum conualeſcit pignus, coacto hærede pignoris cõſtitutionem à teſtatore factam, ratificare. Atq; ita accipiendum eſt quod dicit̃ in L. ſi Titio. 22. infrà de pignor. Dubitet porrò hic aliquis, quare ex hoc & ſuperiore contractu diſpares oriant̃ actiones, cùm ex reliquis obligationibus, ut empto, uendito, locato, conducto, æqualis utrinq; exiſtat actio. Id hac ex regula dijudicari poteſt. Quotieſcunq; par eſt utriuſq; contrahentis in obligatione cõſtituenda ratio, tum utrinq; par & æqualis naſcitur actio: quando uerò potior eſt alterutrius cauſa, in quẽ præcipuus contractus finis reſpiciat, & ad quẽ maximè totum negociũ referatur, hoc caſu ſolet huic tanquam principali, præcipua & directa dari actio, alteri uerò contraria: ut in cõmodato, pignore, mandato, negocijs geſtis, depoſito, tutela [e]. Quidã uolunt, quãdo utriuſq; gratia contrahitur, tum utriq; directam actionẽ tribui, cùm alterutrius: ei dari directam cuius gratia contractũ eſt, alteri uerò contrariam. Id falſò dici tunc intelligi licet, quòd in commodato ei cuius gratia non contrahitur, directa det̃: id quod & in depoſito uſu uenire poteſt, & mãdato: qui cõtractus interdũ eorum gratia ineunt̃, quibus cõtrarię duntaxat actiones cõpetunt. Quid quòd pignus utriuſq; gratia contrahat̃ [f], in quo tamẽ diſpares eſſe actiones, & directam debitori cõpetere diximus, cuius tamen gratia potiſsimùm pignus nõ conſtituitur? Quid quòd mandatum, depoſitum utriuſq; gratia aliquando contrahunt̃? Prior itaq; regula uerior eſt. Nam in præſenti materia debitori datur directa pignoratícia actio, licet creditoris gratia pignus precipuè contrahat̃. In hac enim obligatione, qua creditor ad reſtituendã debitori rem debito exoluto tenetur, & ex qua exiſtit hęc actio, præcipua eſt debitoris perſona, & ad eum obligatio principaliter tanquam dominum rei ſpectat.

*a l. rem alienã. 41. hoc tit.*
*b l. tranſactione. C. de tranſactio. l. mercalẽ. C. de condict. ob turpem cauſam.*
*c d. l. rem alienam.*
*d l. cum à matre. C. de rer. uendicat.*
*e §. actionũ quædam. Inſt. de acti.*
*f d. §. fi. Inſt. quib. iur. re. cõt.*

# DIGEST. LIBER XIIII.

## DE EXERCITORIA ACTIONE.

### Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio & cauſa actionis exercitoriæ.*
3 *Quis dicatur magiſter nauis.*
4 *Quis exercitor.*
5 *Cui, aduerſus quos, ad quid detur hæc actio: & quid ſit per auerſionem conducere.*
6 *Quomodo conſulatur domino aduerſus contrahentes cum magiſtro nauis.*
7 *Exercitoriam non dari ex contractu nautarum.*

Hactenus

HActenus expoſitum eſt, quemadmodum ij quibus res creditæ 1
ſunt, ex ſuo contractu conueniri poſſint. Sed quia ſępenumero
etiam per alias perſonas negocia geruntur, uſuq; uenit interdũ
ut cum alio contrahamus, alij uero credamus: cõſequenter nũc
uidendum eſt, quibus actionib. aduerſus quos agi poſſit, quan
do perſonæ quę ex alijs pendẽt, alienaq; fide nituntur in cõtrahendo inter-
uenerunt. Nam eiuſmodi perſonas in negocijs terra mariq; gerẽdis uerſari,
uita quotidiana oſtendit, dum homines periculorũ metu, uel laborũ tædio
ſibi alios ſubſtituũt, quibus cum ſuo nomine contrahat̃. Ac de maritimis 2
quidem negocijs actio prodita eſt exercitoria, quam prętor uectorum gra-
tia propoſuit [a]. Nam cũ interdũ ignari cuius ſint cõditionis, uel quales, cum
magiſtris nauis propter nauigãdi neceſſitatẽ contrahamus, æquũ fuit, eum
qui magiſtrũ nauis prępoſuit, teneri, quaſi eius fidem qui cum ignoto forte
nauta cõtrahit, potiſſimũ ſequat̃ [b]. Quòd cõtra ſubtilitatẽ iuris ciuilis à præ
tore inductũ eſt. Eo namq; iure alter alteri actionẽ aut obligationẽ non ac-
quirit, ſed quęcunq; gerimus, ex noſtra perſona initiũ obligationis capiant
oportet [c]. Verùm cùm arbitraret̃ prætor, eum cuius reſpectu potiſſimũ eſ-
ſet cõtractum, meritò conueniendũ [d]: uiſum illi fuit faciendum, ut uectores,
qui cum magiſtro nauis quid egiſſent ſecuti exercitoris fidẽ, aduerſus hunc
ſuo edicto adiuuaret. Magiſtrũ aũt nauis accipere debemus eum, cui totius 3
nauis anchora, id eſt gubernatio mãdata eſt, uel ab ipſo exercitore, uel à pri
mo nauis magiſtro [e]. Imponunt̃ autẽ magiſtri, uel locandis nauibus, uel ad
merces emendas, uendẽdas'ue, aut uectoribus cõducendis, armamẽtis'ue
emendis [f]. Exercitorẽ aũt eum dicimus, ad quẽ obuentiones & reditus om 4
nes perueniũt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino per auerſionẽ (id eſt, 5
nõ ad numerũ certarũ amphorarũ, ſic enim omnes reditus ad eum nõ perue
niret, ſed integrã nauim ſuo periculo una mercede cõduxerit, auerſo in ſe à
locatore omni lucro & damno [g]) cõduxit, uel ad tẽpus, uel in perpetuum [h].
Parui aũt refert, qui exercet, maſculus ſit an mulier, paterfamiliâs an filiuſfa-
miliâs, an etiam ſeruus. Pupillus aũt ſi nauim exerceat, tutoris exigemus au
thoritatẽ [i]. In hunc igitur exercitorem datur actio, ſi quid cum magiſtro na-
uis contractũ ſit: in eam tamen rem, cui præpoſitus eſt [k]. (Præpoſitio enim
legem dat contrahentibus: extra quam ſi contrahant, æquum eſt exercito-
rem non teneri [l]) idq; propter utilitatem nauigantiũ, ne facilè decipiant̃ [m],
& quidem datur in ſolidum, adeò ut ſi plures nauim exerceant, cum quo-
libet eorũ in ſolidum agi poſſit, ne in plures aduerſarios diſtringatur qui
cum uno contraxit [n]. Hoc autem ſolidum rei perſecutionem cõtinet. Vnde
& perpetuò & hæredibus, inq; hæredes hæc actio datur [o]. Eſt tamen nobis
electio, utrum exercitorem an magiſtrum nauis conuenire uelimus. Nam
ut exercitor prætoria, ita magiſter ex ſuo contractu directa ciuili tenetur [p].
Si tamen ab altero exactũ erit, cum altero agi non poterit, cum ſit actio rei
perſecutoria, unaq; ſolutione omnis tollatur obligatio [q]. Sed econtrariò 6
exercenti nauim aduerſus eos qui cum magiſtro contraxerunt, actionẽ prę
tor non pollicetur: quia non eodem auxilio indiget, cum ciuilibus actioni-
bus, aut ex locato ſi merces interuenit, aut mãdati ſi non interuenit [r], aduer-
ſus magiſtrũ agere poſſit. Solent tamẽ pręfecti urbis ad quos cura annonæ
pertinet [s], poteſtaſq; iuriſdictionis prętorię ſub Auguſtis deuoluta eſt [t], &
in prouincijs pręſides, propter miniſteriũ annonę, quę potiſſimũ mari adue-
hit, quo plures in prõptu ſint exercitores, eos extra ordinẽ iuuare, & cõtra-
ctu magiſtrorum, aduerſus cõtrahentes, ſi forte magiſter ſoluendo non ſit [u]:
idq; ad exemplum inſtitoriæ [x]. Et hęc quidem ita ſe habẽt, ſi quãdo cum 7
magiſtro

*a l.ſi eam.5.§.1.hoc tit.*
*b l.1.in princ. h.t.l.ſi inſtitorẽ. ſi cert.pet.*
*c l.quicũq;.10. de actio.*
*d l.1.§.idẽ Põponius.10.depoſiti.*
*e l.1.§.magiſtrum.1 & 3. hoc tit.*
*f d.l.1.§.1.uerſ. magiſtri.*
*g l.fin.§.fin.ĩ.tit.1.l.opus quod 36. infrà, locati.*
*h l.1.§.exercitorum.7.h.t.*
*i d.§.exercitorem.*
*k l.1.§.non autẽ.5.l.fi.h.t.*
*l d.l.1.§.ideo.*
*m d.l.1.§.magiſtrũ. cum ſeq.*
*n d.l.fi.§.1.cum l.ſeq.*
*o l.ſi tamen.4.§.fin.hoc tit.*
*p l.1.§.eſt aũt. hoc tit.*
*q l.1.§.pen.h.t.*
*r l.1.in fin.mãdati.*
*s l.1.§.fin.s̃.de offi.præfecti urbis.*
*t l.3.C.de off.præf.urb.*
*u d.l.1.§.eſt autem.8.*
*u l.1.in fin.ĩ.de inſtitor acti.*

magiſtro nauis contractum eſt: quòd ſi cum aliquo nautarum contrahatur, non competit actio in exercitorem. Etſi enim ex delicto cuiuſuis eorũ qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt, conueniatur exercitor [a]: alia tamen eſt contrahendi cauſa, alia delinquendi. Siquidem qui magiſtrũ præponit locandis nauibus uel emendis mercibus, contrahi cum eo permittit. Qui uerò nautas quaſi inſtrumenta nauis adhibet, non contrahi cum eis permittit, ſed culpa & dolo carere eos curare debet [b]: culpæ ſuę imputaturus, ſi minus idoneos quaſi uitioſa inſtrumenta adhibuerit [c].

*a l.1. §. 1. l. fin. in fi. ſ. nautæ, caup. ſtabul.*
*b d. l.1. §. magiſtrum. h. t.*
*c d. l. fi. in fi. ſ. nau. caup. ſtab.*

## DE LEGE RHODIA DE IACTV. Tit. II.

1 *Origo & diſpoſitio L. Rhodiæ.*
2 *Exemplum contributionis, & quæ in contributionem ueniant.*
3 *Qua actione ad contribuendum agatur.*
4 *Ratio ineundæ contributionis, & quomodo res æſtimentur.*
5 *Quando ceſſat contributio.*

1 AD maritimam negociationem pertinet & lex Rhodia de iactu, quæ à potentibus olim & peritis maris inſulæ Rhodi habitatoribus, quorũ diſciplinam naualem ad ſuam uſq; ætatẽ duraſſe teſtatur Cic. pro L. Manil. introducta primùm, obſeruataq; propter ſummam æquitatem ab omnibus nauigantibus, uſurpari deinceps pro lege maris cœpit, lexq; Rhodiorũ nautica appellatur [a]. Qua quidem lege cauetur, ut ſi leuandę nauis gratia iactus mercium factus ſit, omnium cõtributione ſarciatur, quod pro omnibus datum iactumq; eſt [b]. Aequiſsimum enim eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſsas aliorum res, conſecuti ſunt, ut merces ſuas ha-
2 berẽt ſaluas [c]. Quod quo fiat dilucidius, exemplo declaremus. Cum in eadẽ naui uaria mercium genera complures mercatores coegiſſent, prætereaq; multi uectores, ſerui & liberi, nauigarent in ea, tempeſtate graui coorta, neceſſariò iactura facta erat. Quæſita deinde ſunt hæc, an omnes iacturã præſtare oporteat: & ſi qui tales merces impoſuiſſent, quibus nauis non oneraretur, ueluti gemmas aut margaritas: & quę portio pręſtanda eſſet, & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat, & qua actione ea res expediri poſſit. Placuit ex interpretatione legis Rhodiæ, omnes quorum quid interfuiſſet mercium cauſa ſeruatarum iacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum ex lege ob res ſeruatas deberẽt. Itaque dominum etiã nauis pro portione, quòd nauim habeat ſaluam, obligatum eſſe. Nam & ecõtrariò ſi quid ipſe nauis leuandæ cauſa abijciat, ut trabem, &c. contributio locum habet [d]. Agitatum etiã eſt, an ueſtimentorum cuiuſq; & annulorum æſtimationem fieri oporteat. Et omnium uiſum eſt, niſi ſi qua conſumendi cauſa impoſita forent: quo in numero ſunt cibaria. Nec enim hæc unius, ſed omnium gratia imponi uidentur: eo magis, quòd ſi quando ea deficiant, quod quiſque habet in commune, conferre debeat [e]. Corporum autem ſeruorum fit æſti-
3 matio, non etiam liberorũ. nam ne poteſt quidẽ [f]. Ex conducto igitũ (nã in hanc actionem bonæ fidei uenit, quicquid ex bono & æquo uenire oportet) domini rerũ amiſſarũ cum nauta, id eſt, magiſtro agẽt, ut cęterorũ merces retineat, donec portionem damni pręſtẽt: magiſter deinde cũ reliquis, quorum merces ſaluę ſunt. Et quidẽ etiamſi merces nõ retineat, agere tamẽ poteſt ad contributionẽ. Quid enĩ ſi uectores ſint, qui cũ nullas ſarcinas maiores habeãt, annulorũ tantũ ueſtimentorũ'ue nomine cõtribuere debeãt [g].
4 Portio aũt ꝓ ęſtimatione ac precio rerum quę ſaluę, quæq; amiſſæ ſunt, pręſtari ſolet: nec ad rẽ pertinet, ſi eę quę amiſſę ſunt, pluris uenire poterãt, quoniã detrimẽti, nõ lucri fit pręſtatio [h]. Sed in his reb. quãtũ nomine cõferendũ eſt, ęſtimatio debet haberi, nõ quãti emptę ſint, ſed quãti uenire poſsint [i].

*a l. pen. h. t.*
*b l.1. hoc tit.*
*c l. 2. in princ. uerſ. æquiſsimũ.*
*d l. amiſſæ. 5. in fin. hoc tit.*
*e l. 2. §. cum in eadẽ. 2. hoc tit.*
*f l. liber habet. ſ. ad l. Aquil.*
*g l. 2. in princ. hoc tit.*
*h d. l. 2. §. ſi nauis. 4. uerſ. portio.*
*i d. §. ſi nauis. uerſ. ſed in his.*

Ac pre-

Ac precio rerum præſente,ne nimium grauentur cõtributores.Quid enim
ſi aſpergine deteriores factæ ſint, an non iniquum eſſet & hoc dãno & col-
lationis onere quaſi rebus integris dominum onerari [a]? Contributionis au
tem ita ſubducere rationem poſſumus: Finge me & te ſingulos habuiſſe in
naui merces,quæ ualerent centum: Titium uerò,quæ ducenta. Titius coor
ta tempeſtate,ſuas proiecit,qua exoneratione noſtræ ſeruatæ ſunt.Apparet
damnum ducentorum factum,& Titium tantundem habuiſſe in naui quan
tum nos duos. Tantundem igitur damni ſuſtinebit, nempe centum:nos il-
li ſinguli quinquaginta contribuemus. Pone contrà, Titius quæ proiecit
ualuiſſe quinquaginta,nos habere ſingulos ſaluas res in naui ad ualorẽ cen
tum.In collatione duplum præſtare nos oportere, æquitas oſtendit. Con-
feremus igitur quiſq; uiginti, Titius 10.ſuſtinebit. Eodem modo facilè in ſi-
milibus iniri poteſt contributionis ratio. Sed hæc tum demum locum ha- 5
bet,cum ſeruandæ nauis cauſa iactum eſt:id eſt, ubi iactus naue ſalua in tri-
butum uenit [b]. Nam huius æquitatem tunc admitti placuit, cùm iactus re-
medio, cæteris in communi periculo, ſalua naui, conſultum eſt [c]. Quòd ſi
ante iactum uel in ipſo iactu naufragium fiat,quod quiſq; ex eo ſeruare po-
teſt ſibi,ſeruat, tanquam ex incendio: nec amiſſæ nauis mercium'ue dam-
num collationis cõſortio ſarcitur [d].Quia etſi iactu nauis leuata,poſtea tamẽ
tempeſtate pereat,nihil contribuendum eſt, niſi merces perditæ extrahan-
tur.Contributio enim iniri,niſi ſaluis rebus,non poteſt:quibus perditis, per
inde ab obligatione iactus liberantur uectores, atq; debitores interitu ſpe-
ciei [e]. Quid autem ſi antẽnæ armamentáue nauis deuſta aut corrupta ſint,a-
liaq; parare magiſter nauis cogatur? nihil utiq; cõtribui debet, cum hic ſum
ptus inſtruendæ nauis magis quàm ſeruandarum merciũ cauſa fiat: ut nec
fabro,cui locatum opus eſt,ſi malleum fregerit:neque aurigæ, cuius currus
conductus eſt, ſi equum currum'ue ruperit, quippiam eo nomine debe-
tur [f]. Illud ultimò notandum,res iactas domini manere, nec fieri apprehen-
dentis, quia pro derelicto non habentur [g]. Vnde ſi quę res iactæ apparue-
rint, reſtituentur domino, & collatio exonerabitur [h].

*a l.4.§.fi.h.t.*
*b l.4.in princ. & §.1.hoc.tit.*
*c d.l.amiſſæ. hoc tit.*
*d l.cum depreſſa.7.l.amiſſæ.5.l.4.hoc tit.*
*e l.ſi ex legati cauſa.23.de uer. obligat.*
*f l.nauis.6.h.t.*
*g d.l.2.§.fi.l.qui leuandæ.8.h.t.*
*h d.l.2.in fin. uerſ.ſi res.*

## DE INSTITORIA ACTIONE.
### Tit. III.

1 *Quis ſit inſtitor.*
2 *Quæ actio,contra quos ex contractu inſtitorum detur.*
3 *Ex quibus contractibus,& quando detur.*
4 *Quandiu dominus obligatus ſit ex contractu inſtitoris.*
5 *Quaſi inſtitoria actio.*
6 *An cum inſtitore agi poſſit.*
7 *An domino,& quomodo ſuccurratur.*
8 *Perpetuas eſſe has actiones & directas.*

TErreſtres negociationes per inſtitores exerceri ſolent, quos nũc facto- 1
res uocant.Inſtitor autem appellatus eſt ex eo,quòd negocio gerendo
inſiſtet [a]: eſtq; is, qui tabernæ locóue ad emendum uendendum'ue, quiue ſi-
ne loco ad eundem actum præponitur [b]. Nec enim mutat cauſam actionis
locus uendendi emendiue [c]:ſed cuicunq; negociationi quis prępoſitus eſt,
rectè inſtitor appellabitur.Ex inſtitorum contractibus, puta emptione,uen 2
ditione,permutatione, mutuo,dantur actiones empti, uenditi, præſcriptis
uerbis,certi condictionis, &c. in præponentem: quæ uocantur Inſtitoriæ,
quòd ex inſtitorum contractu non directo,& iure ciuili ( quo iure conue-
niri nequit perſonali actione qui ſe nõ obligauit [d] ) ſed ex edicto prætoris
in præpo-

*a l.3.hoc tit.*
*b l.inſtitor.18.hoc tit.*
*c l.4.hoc tit.*
*d §.1.Inſt.de actio.*

in proponentem, qui cum non eſt contractum, competant [a], & quidem in
ſolidum [b], etiamſi ſint plures qui præpoſuerint [c]: quia æquum prætori ui-
ſum eſt, ſicuti commoda ſentimus ex contractu inſtitorum, ita etiam obli-
gari nos ex ipſorum contractibus & conueniri [d]. Nec enim contrahentes
3 decipi debent [e], qui fidem præponentis ſequi uidetur [f]. Non tamen omne
quod cum inſtitore geritur, obligat eum qui prępoſuit: ſed ita, ſi eius rei gra
tia cui præpoſitus fuerat, contractum eſt [g]. Conditio enim præpoſitionis
ſeruanda eſt [h], quæ certam legem dat cōtrahentibus [i]. Vnde ſi contractum
ſit cum eo, de quo palàm proſcriptum eſt ne contrahatur, aut extra formam
præſcriptionis: ut ſi præpoſitus ſoli uenditioni mutuo acceperit, dominus
4 conueniri non poteſt [k], & exceptionem habet aduerſus agentem [l]. Tamdiu
autem tenetur dominus, quoad præpoſitio durat, quę morte domini non
finitur ut cætera mandata [m]: ſed propter utilitatem promiſcui uſus, & peri-
5 culi cauſa, ut inquit I. C. [n], durat in hæredem, etiam pupillum, donec inſti-
torum mandatum expreſsè reuocetur [o]. Datur autem ad ſimilitudinem in-
ſtitoriæ, utilis interdum actio [p], & quaſi actio inſtitoria, cum ex contractu
delictoue quaſi inſtitoris agitur [q], quaſi inſtitor rectè dici poteſt, qui nō pro
priè ad negociandū præpoſitus eſt, ſed uni alicui negocio, aut certo facto [r].
6 Quamuis autem ita cum præponente agi poſsit, tamen & cum inſtitore re-
ctè quoq; agi uolunt Dd. durante uidelicet prępoſitione [s], quemadmodum
7 cum magiſtro nauis agi poteſt [t]. Domino autem qui præpoſuit aduerſus
contrahentes, cum inſtitore nulla prodita eſt iure prætoria actio [u], idq; ad
exemplum exercitoris [x]: quia ſecurus eſt remedijs legitimis quibus inſtito-
rem conueniri poteſt, aut acquiſitis ſibi actionibus, ſi inſtitor in eius ſit po-
teſtate, aut ceſsis [y], ut extraordinarijs non habeat opus. Planè ſi aliter rem
ſeruare nequeat, Marcellus ait, dandam actionem ei qui inſtitorem prępo-
ſuit, in eos qui cum illo contraxerunt [z]. Tum autem ſeruare nequit, cum in-
ſtitor cedere actiones non poteſt, uel quia abſens, uel latitans, uel mortuus
ſine hærede ſit. Hoc enim caſu neceſsitas eos eò perducit, ut præponenti
utiles actiones, perinde atq; ſi ipſe contraxiſſet, concedamus [aa]. alioqui etſi
ſoluendo non ſit inſtitor, tamen ſi cedere poteſt actiones, ſicuti debet, qui-
bus dominus rectè experiatur [bb], minimè intelligitur rem ſeruare non po-
8 tuiſſe. Nouiſsimè autem ſciendum eſt, haſce actiones eſſe perpetuas, &
& dari hæredibus, atq; in hæredes [cc]: ſunt enim rei perſecutoriæ illæq; ipſę,
quæ ex contractibus directò dantur: puta ex mutuo, empto, conducto, per
mutatione, &c. uocantur tamen exercitoriæ, inſtitoriæ, de peculio, & aliàs
aliter, proter nouam à prætore qualitatem ijs attributam.

*a l. ſi quis man cipijs. 17. in princ. hoc tit. b l. 5. in princ. c l. habebat. 13. §. fi. l. cum ſeq. d l. 1. in princ. hoc titul. e l. ſed ſi pupil lus. 11. §. item ſi plures. 3. hoc ti. f l. fi. ꝟ. pro ſo cio. l. ſi inſtitutū. ſ. ſi cert. pet. g l. 5. §. non tā men. 4. l. pen §. fi. h. t. l. 3. C. eo. h d. l. ſed ſi pu pillus. §. condi tio. 3. hoc tit. i l. 1. §. igitur. ſ. de exerci. actio. k d. l. ſed ſi pu pillus. 11. §. de quo palàm. 1. d. l. 5. §. nō tamen. d. l. habebat. l. ſi cum uillico. 16. l. pen. §. fin. h. t. l l. ſi quis man cipijs. §. fin. h. t. m §. rectè quo que. Inſt. de mā dato. l. inter cau ſas. in princ. ꝟ. mandati. n l. penul. §. do minus. o l. ſi quis. 17. §. 1. p l. & ideo. 12. l. habebat. 13. in princ. l. in eum. 19. hoc tit. l. pen. C. eo. q l. 5. §. item ait. 1. r d. l. in eum. ubi not. d. l. 5. §. idem ait. s l. fi. ubi not. hoc tit. Dd. in l. 1. §. eſt autem. ſ. de exercit. t l. 1. §. eſt autem. u l. 1. hoc tit. x l. 1. ſ. de exer. act. in princ. y d. l. 1. z d. l. 1. in fi. & l. 2. hoc tit. uide hoc conſ. 153. aa l. pen. §. ult. C. ad. Trebell. l. Iulianus. 13. §. ſi procurator. 21. de actio. empti. uerſ. & ſanè. ꝟ. tit. primo. l. ſi quis alicui. 27. §. fin. ꝟ. mandati. bb l. 3. §. finali. cc l. nouiſsimè. 15. hoc titul.*

## DE TRIBVTORIA ACTIONE. Titul. IIII.

1 *Quare uocetur hæc actio tributoria, & quid in eam ueniat.*
2 *Cui, de quibus rebus, aduerſus quos detur.*
3 *Edictum prætoris.*

1 EST cum non alieno nomine terra mariue negociationes exercentur,
ſed proprio, ab ijs tamen qui in aliena ſunt poteſtate: quam etiam ob-
rem uidere licet nouis qualitatibus actiones interdum uariari. In poteſta-
te autem aliena ſunt ſerui, & filijfamiliâs. De ſeruorum contractibus pro-

dita eſt actio tributoria. Nã ſi ſeruus in peculiari merce, id eſt, ea in quã do-
minus ſciens uolẽsq́ ſeruo permittit proprio nomine negociari, uerſetur,
& quid cũ eo eius rei gratia contractũ erit, ita prætor ius dicit, ut quicquid
in his mercibus exiſtet, quodq́ inde receptũ erit, id inter dominũ ſi quid ei
debebitur, & cæteros creditores pro rata portione diſtribuatur. Ideoq́ tri-
butoria uocatur hęc actio, qua eiuſcemodi diſtributio fieri petitur [a]. Permit
tit enim prætor domino poteſtatem diſtribuendi, ut merces uel precia ea- 2
rum inter creditores partiatur [b]. Quòd ſi dominus hãc ſuſcipere moleſtiam
nolit, arbitrum prætor dabit, cuius interuentu merces peculiares tribuan-
tur [c]. Sed & ſi quis ex creditoribus queratur, quaſi minus ei ſit tributũ quàm
oportuerit, hanc etiã ei actionem Prętor accõmodat, in eũ cuius id dolo ma
lo factum erit, ut quanto minus tributũ ſit quàm debuit, præſtet: quæ actio
dolum malũ domini coercet [d]. Huius autẽ edicti non minima eſt utilitas, ut
dominus qui alioqui in cõtractibus & bonis ſerui priuilegiũ habet, (quip-
pe cum de peculio duntaxat teneatur, cuius peculij æſtimatio deducto eo
quod domino debetur, fieri ſolet [e]) tamen ſi ſciat ſeruũ in peculiari merce
negociari, uelut extraneus creditor, nulla deductione facta ex hoc edicto
in tributũ uocetur. Quæ de ſeruo dicta ſunt, obtinent & in filiofamilias [f]:
utitur enim uerbo Poteſtatis prætor, quod ad omnes qui ſunt alieni iuris
porrigitur [g]. Edictũ eiuſcemodi fuit: SI IS QVI IN ALIENA POTE- 3
STATE ERIT, EO SCIENTE IN PECVLIARI MERCE NEGO-
CIATVS DICETVR, ATQVE IS EI, IN CVIVS POTESTATE
ERIT, ET ALIIS CREDITORIBVS QVID DEBVERIT, VT QVOD
IN MERCIBVS PECVLIARIBVS ERIT, QVOD'QVE EX IIS E-
RIT RECEPTVM, PRO RATA PORTIONE SINGVLIS TRIBVA
TVR, IVDICIVM DABO. SI CVIVS DOLO MALO FACTVM ERIT
QVO' MINVS TRIBVATVR, VT QVANTO MINVS QVAM DE-
BVIT TRIBVTVM SIT, PRAESTET, IVDICIVM DABO.

*a §. introduxit. Inſt. quod cũ eo. qui in ali. poteſt.*
*b l. procuratio nis. 5. §. ſed eſt quæſitum. 3. h. t.*
*c l. illud. 7. in princ. uerſ. quid tamen. hoc tit.*
*d d. l. illud. §. ſi cum.*
*e l. ſed ſi damnum. 9. §. prætерea. ĵ. de pec.*
*f in princ. Inſt. quod cũ eo. qui in ali. pet.*
*g l. 1. uerſ. poteſtatis. hoc tit.*

## QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur. Tit. V.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Edictum.*
3 *Eius explicatio.*

SVperius edictum propriè de ſeruorũ contractibus loquitur: hoc cũ ſe- 1
quente S.C. ad filiosfa. pertinet. Qui in patria poteſtate cõſtituti con-
traxerunt, nõ ad ſeruos, qui de cõtractibus in ſeruitute geſtis liberi facti nõ
poſſunt conueniri [a]. Ait prætor: IN EVM QVI EMANCIPATVS AVT 2
EXHAEREDATVS ERIT, QVI'VE ABSTINVIT SE HAEREDI-
TATE EIVS, CVIVS IN POTESTATE CVM MORERETVR FVE
RIT, EIVS REI NOMINE QVAE CVM EO CONTRACTA ERIT,
CVM IS IN POTESTATE ESSET, SIVE SVA VOLVNTATE, SI-
VE IVSSV EIVS IN CVIVS POTESTATE ERIT CONTRAXE-
RIT, SIVE IN PECVLIVM IPSIVS, SIVE IN PATRIMONIVM
EIVS, CVIVS IN POTESTATE FVERIT, EA RES REDACTA
ERIT, ACTIONEM CAVSA COGNITA DABO IN ID QVOD FA-
CERE POTEST [b]. Huius edicti ſententia hęc eſt. Filiusfamiliâs qui in po 3
teſtate cõſtitutus contrahit, rectè cõtrahit & obligatur ſuo nomine [c]: ideoq́
etiã poſt emancipationẽ aut alio modo poteſtatẽ ſolutam, obligatus manet
& conueniri poteſt ex edicto [d]. Sed tamen ſi poſt contractum emancipetur,
aut exhæredatus fuerit, uel abſtinuerit hereditate paterna, æquũ uiſum eſt,
eum non

*a tot. tit. C. an ſeruus pro ſuo facto poſt manum teneatur.*
*b l. 2. in princ. hoc titul.*
*c l. filiusfa. 38. de actio. l. tam ex cõtractibus. de iudi.*
*d l. 2. ſ. de cap. dimi.*

eum non in ſolidū conueniri ex ea obligatione, cuius utilitas alteri, nēpe patri eſſet acquiſita, ſed ſolùm in id quod facere poſsit, ut hoc tēperamēto adhibito & creditores ſuū conſequātur[a], & nō nimis grauetur eo cōtractu filius, unde nullū emolumentū percepit. Nā cur hoc ei denegetur, cū ſi adhuc uiuo patre cuius in poteſtate eſſet, condēnatus fuiſſet, in emancipatum uel exhæredatū poſtea iudicati actio in quantū facere poſſet, tantummodo daretur[b]. Dico exhæredatū. nam ſi hæres ſit, aut bonorū poſſeſſor, uice hæredis in ſolidū conuenitur[c], ſaltē quod ad quantitatē paternorū bonorū, quæ hæreditario iure accipiuntur, pertinet. Hoc autē edicto ſoli filio ſuccurritur, non eius hæredi[d]: quia beneficiū eorū qui in quantū facere poſſunt conueniuntur, perſonale eſt[e]. In quantū autem facere poſſunt, intelligimus hic, nō deducto ære alieno, niſi priuilegiatorū creditorum, & eorū qui poſt mancipationem contraxerunt[f], ſed deducto ne egeat[g]. Quod beneficiū ad euitandam carceris moleſtiam, bonorumúe ceſsionem, quam alioqui etiam filijfamiliâs facere coguntur[h], prodeſt.

a l.1.hoc tit.
b l.5. in princ. hoc tit.
c l.5.§.1.l.pen. hoc titul.
d l.4. §.ſoli. hoc tit.
e l.ſciendū.25. de re iudi.
f l.3.hoc tit.
g l. in condēnatione.de re. iur.
h l.cum & filijfa.C.qui bon. cedere poſſunt.

## DE SENATVSCONSVLTO Macedoniano. Tit. VI.

1 *Origo S.C.*
2 *Verba S.C.*
3 *Ratio.*
4 *Quibus S.C. denegetur actio ex mutuo.*
5 *Quis filiusfa. S.C. intelligatur.*
6 *In mutuo duntaxat S.C. locum habere.*
7 *Ad quos beneficium S.C. porrigatur.*
8 *Quibus caſibus ceſſet S.C.*
9 *Actionē denegari S.C. effectu tantū, uidelicet oppoſita perpetua exceptione.*

1 SEd quod dictum eſt, filiosfamiliâs ex contractu ſuo poſſe conueniri, interdum nō obtinet, propter Senatuſconſultum Macedonianum, quod temporibus Veſpaſiani factum creditur[a], quãuis etiam antea apud Romanos[b], ex lege Solonis eius ſententia in uſu fuiſſe uidetur. uerba S.C. hæc
2 ſunt: Cum in cæteras ſceleris cauſas Macedo quas illi natura adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuiſſet, & ſepe materiā peccandi malis moribus preſtaret, qui pecuniam ne quid amplius diceretur in certis nominibus crederet (id eſt, aſſcripto ſolū nomine debitoris in Calēdario, neq; expreſſa cauſa in quam mutuum datū eſſet, ut ſic nihil amplius dici ſciriue poſsit, quam in rem pecunia eſſet mutuò data) placere ne cui qui filiofamiliâs pecuniā mutuam dediſſet, etiā poſt mortem parētis eius cuius in poteſtate fuiſſet, actio petitioq; daretur, ut ſcirent qui peſsimo exemplo fœnerarent, nullius poſſe filijfamiliâs bonum nomen expectata patris morte fieri[c].
3 Huic S.C. cauſam dedit, ut ſolent ex malis moribus bonæ oriri leges, improbus fœnerator Macedo (unde & Macedonianum appellatum) qui flagitioſe adoleſcentibus filijsfamiliâs pecuniam ad quemuis luxum incertis, ut dixi, nominibus credebat: ſic ut tandem ære alieno obruti in quoduis flagitium, ac mortis etiā paternæ cogitationem impellerentur, quo hæreditatem paternam ipſi egentes creditoribus concedere poſſent[d]. Cui malo ſalutare remedium hoc S.C. inuentum eſt. Melius eſt enim coarctari iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem ſentiant exitum, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium[e]. Qui igitur mutuam dat filiofa. pecuniam, is ne poſt mortem quidem patris illum conuenire poteſt, propter hoc S.C. cuius uerba breuiter explicando percurramus. Placere ne cui: non ſolùm ei

a Sueton. in Veſpa. cap. 11.
b Plaut. in Pſeud.
c l.1.
d §.pen. Inſtit. quod cum eo qui in al. pot.
e l.fin.§.ipſum uerſ. melius. C. de bon. quæ lib.

qui mutuam pecuniã dediſſet, ſed & ſucceſſoribus eius & ſocijs denegãda
eſt actio [a]:neq; intereſt,priuatus an ciuitas crediderit [b],dummodo creditor
ſciat aut ſcire poſsit filiũfa. eſſe cui credebat [c].Nam ſi iuſta ſimplicitate dece-
ptus ſit,aut ætatis beneficio excuſetur,ut ſi minor minori mutuò det, ceſſat
S.C.[d].Additur filiofamil.utriuſq; uidelicet ſexus [e], cuiuſuis etiã dignitatis [f]: 5
niſi forte Caſtrẽſe peculiũ habeat, in quo S.C. ceſſat, uſq; ad quantitatẽ pe-
culij,cũ in eo filijfamiliâs uice patrũfamiliâs fungãtur [g].Sequitur mutuã pe-
cuniã dediſſet.Is igitur ſolus S.C. offẽdit, qui mutuã pecuniã filio dedit,nõ 6
qui aliâs cõtraxit,puta uendidit,permutauit, &c. Pecuniæ datio enim quæ
inſtrumentũ eſt ad omnẽ luxum & nequitiã idoneũ, ac uerè,ut dicitur, irri-
tamentum malorũ,pernicioſa parẽtibus uiſa eſt [h]: ne ære alieno obruti filij,
in eorum quid necẽ machinarẽtur, & ante diẽ patrios in annos inquirerent.
Quod nõ adeò timendũ eſt in cæteris cõtractibus,quibus res cõmutantur,
nec altera pars exhauritur:quia etiã quęſtui ac lucro iſtiuſmodi permutatio-
nes filio eſſe poſſunt. Et ideo ſi uel in creditũ abij filiofa. ex cauſa tamẽ em-
ptionis,uel alio contractu, & ſtipulatus ſum,licet cœperit eſſe mutua pecu-
nia,tamen quia pecunię numeratio ex mutuo nõ cõcurrit,ceſſat S.C.[i] Ori-
go enim potius obligationis quã titulus actionis cõſiderandus eſt [k]. Quod
ita demũ erit uerũ,ſi non fraus S.C. ſit cogitata, & qui credere nõ potuit ma
gis ei uẽdidit,ut ille rei precium haberet in mutui uicẽ [l]. Proinde enim cau-
tum eſt,ne mens S.C. circũſcribi poſſet. Vnde quãuis uerba ad numeratam
pecuniam ſolũ referantur,tamẽ ſi fraus quęſita ſit, puta frumento,uino mu-
tuò dato,aut alijs rebus uẽditis,ut his deinceps diſtractis uteretur pecunia,
ſubueniendũ eſt [m].Eadẽ ratione licet filiusfa.ex ſponſione teneatur [n],tamen
ſi color quæſitus ſit,ut filiusfa. qui pecuniã accepiſſet fideiuberet alio dato
reo,fraus S.C.facta nocet, & danda eſt exceptio tam filiofa. quàm reo: qui 7
cum non acceperit pecuniã,effectu fideiuſſor eſt [o].Fideiuſſori autẽ filijfami
liâs etiã ſubuenitur: quod niſi fieret, cũ is regreſſum contra mandatorẽ ha-
beat,facilè liceret S.C. circumuenire [p]. Quin & patri ſubuenitur [q], & hære-
di [r]. Si tamen filiusfamiliâs aut uolũtate patris contrahat,aut pater ratũ con 8
tractum habeat,aut in eam rem pecuniã filius accipiat, quæ patris oneribus
incumbit,uel in ſua poteſtate cõſtitutus debitũ agnoſcat, nouando aut ſol-
uendo,ceſſat S.C.[s] unde ſi filiofamiliâs ſtudiorũ uel legationis cauſa alibi
degenti ad neceſſarios ſumptus,quos patris pietas non recuſaret, pecunia
credatur,locũ non habet S.C. quia in rẽ patris uerſa intelligitur [t].Quod ue-
rum eſt,ſi modum in mutuando nõ exceſsit:id eſt, eam quantitatem, quam
pater ſubminiſtrare ſolebat. Actio petitioq; daretur,in fine eſt additũ:quod 9
accipiendum eſt de effectu [u]. Cum enim mutuò contracta ſit obligatio [x],
certum eſt oriri iure actionem, ſed quæ exceptione S.C.elidatur [y]. Quam-
obrem actionem habere creditor non uidetur, qui perpetua exceptione
remoueri poteſt [z]. Ac uerisimile eſt,olim prætores ex S.C. actiones peti-
tionesq; hoc nomine denegaſſe, quamuis ipſo iure competerent.

*a l. item. 7. §. non ſolũ. 4. h.t.*
*b l. nihil intereſt. 15. hoc titul.*
*c l. pen. hoc tit.*
*d l. 3 h.t. l. 1. 2. C. eo. l. uerum. §. fin. de min.*
*e l. ſed ſi. 9. §. hoc S.C. hoc tit.*
*f l. 1. §. fin. h.t.*
*g l. 1. §. fin. l. 2. hoc titul.*
*h l. 3. §. is autẽ. penul.*
*i d. l. 3. §. is aũt.*
*k l. 3. C. eod.*
*l d. l. 3. §. pen.*
*m d. l. itẽ. 7. §. auitui. 2.*
*n d. l. item. 7. in princ. hoc tit.*
*o l. quamuis. §. ſi cum eſſem. ĩ. ad Velleianum.*
*p l. ſed ſi paterfa. 9. §. non ſolum. 3.*
*q l. pen. C. eo. d. §. non ſolum.*
*r d. l. 7. §. quãquam. 7.*
*s l. 2. 4. l. fin. C. eo. d. l. 7. §. interdum cum ſeq. d. l. ſed ſi paterfa. l. ſi tantũ. 12. cum ſimil. h. t.*
*t l. 5. C. eod.*
*u l. pen. C. eod.*
*x l. quia naturalis. 10. l. creditorem. 18. h. t.*
*y d. l. 7. in prin. & §. 1. cũ ſeq. l. tamen. 11. h. t. l. 40. ſ. de cond. ind.*
*z l. nihil intereſt. 112. l. non uidetur. 13. de reg. iur.*

# DIGEST. LIBER XV.

## DE PECVLIO. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Tria huius edicti capita.*
3 *Quid ſit peculium, & unde dictum.*
4 *In quos, ad quid actio de peculio competat.*
5 *Verba edicti.*

Ordina-

1 ORdinarium Prætor arbitratus eſt, prius eos contractus expone-
re eorum qui alienæ poteſtati ſubiecti ſunt, qui in ſolidum tri-
buunt actionem: ſic deinde huc peruenire, ubi de peculio datur
actio [a]. Omnia enim agit, ut qui contraxit cũ eo qui in aliena po-
teſtate eſt, etiãſi deficiant ſuperiores actiones, nihilominus tamen in quan-
2 tum ex æquo & bono res patitur, ſuum cõſequatur [b]. Eſt autem triplex hoc
edictum: aut enim de peculio, aut de in rem uerſo, aut quod iuſſu, hinc ori-
3 tur actio. Peculium & pecunia, à pecoribus in quibus ſubſtantia ueterum
omnis conſiſtebat, & quorum figura nummi ſignabantur, dicta ſunt [c]. Pecu
nia, maius patrimonium: peculium puſillam pecuniam, ſiue puſillum patri-
monium ſignificat [d]. Itaq; modicum illud, quod ſerui frugalitate de demen-
ſo comparcentes ſuo parabant, uel officio meruerãt ſibi donari, permiſſuq;
domini ſeparatum à rationibus dominicis habebant, peculium dicebatur [e].
4 Eadem ratio eſt peculij filiofamiliâs. Ex contractu igitur ſerui filijúe, qui-
buslibet actionibus inde deſcendẽtibus, dominus paterúe de peculio con-
ueniri poteſt, ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfiat: deducto ta
men ſemper eo, quod ipſi qui conuenitur à filio aut ſeruo debetur: quia præ
ueniſſe dominus paterúe creditur [f]. Nec uerìſimile eſt, dominum id conce-
dere ſeruo, in peculio habere quod ſibi debetur [g]: quo deducto, non licet il-
li per dolum & in fraudem creditorum adimere uel minuere peculium [h],
5 quamuis ſine fraude poſſet [i]. Verba edicti talia ſunt: QVOD CVM EO
„ QVI IN ALTERIVS POTESTATE ESSET, NEGOCIVM GE-
„ STVM ERIT, DE EO DVNTAXAT DE PECVLIO ADVERSVS
„ EVM, CVIVS IN POTESTATE ESSE DICETVR: ET SI QVID
„ DOLO MALO EIVS IN CVIVS POTESTATE EST, FACTVM
„ ERIT, QVÒ MINVS PECVLIVM ESSET, IVDICIVM DABO [k].

a l. 1. hoc tit.
b l. 1. §. quod cũ eo qui in al. poteſt.
c Plutar. in uit. Public.
d l. depoſiti. 5. in fin. hoc. tit.
e l. peculiũ. 4. d. l. depoſiti. l. peculium. 40. h. t.
f l. peculium. 10. in princ. h. t.
g d. l. peculiũ. §. præterea.
h d. §. præterea.
i d. l. peculium. 40. in fin.
k l. 1. §. uerba. 1. hoc titul.

## QVANDO DE PECVLIO actio annalis eſt. Tit. II.

ACtio de peculio quandiu ſeruus uel filius in poteſtate eſt, tandiu per-
petuò durat: poſt mortem uerò aut emancipationem filijſa. manu-
miſsionem uel alienationem ſerui, annalis eſſe incipit. Cum enim ſoluta &
extincta poteſtate extinguatur peculium, ſufficit ad exemplum cæterarum
Prętoriarum actionum ad annum deinceps utilem obligationem produci.
„ Prætor ait: POST MORTEM EIVS QVI IN ALTERIVS POTE-
„ STATE FVERIT, POSTEÁVE QVÁM IPSE EMANCIPATVS
„ MANVMISSVS, ALIENATVSQVE FVERIT, DVNTAXAT DE
„ PECVLIO ET SI QVID DOLO MALO EIVS IN CVIVS POTESTA
„ TE EST, FACTVM ERIT, QVO MINVS PECVLII ESSET, IN AN
„ NO QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS
„ ERIT, IVDICIVM DABO [a].

a l. 1. in princ. hoc tit.

## DE IN REM VERSO. TIT. III.

1 *Continuatio.*
2 *Vtilitas huius actionis.*
3 *Perpetuam eſſe hanc actionem.*
4 *Quando dicatur in rem uerſum.*

1 SI hi qui in poteſtate aliena ſunt, nihil in peculio habent, uel habeãt qui-
dem, non tamen in ſolidũ tenentur qui eos habẽt in poteſtate: ſi in rem
eorum quod acceptũ eſt, conuerſum ſit, quaſi cũ ipſis potius contractũ ui-
deatur, ad quos utilitas contractus peruenit. Nec uidetur fruſtra de in rem
2 uerſo actio promiſſa, quaſi ſufficeret de peculio. Rectiſsimè enim Labeo di
cit fieri poſſe, ut & in rẽ uerſum ſit, & ceſſet de peculio actio. Quid enim ſi

dominus peculium ademit ſine dolo malo? quid ſi morte ſerui extinctum
eſt peculium, & annus utilis prȩteriјt? De in rem uerſo namq; actio perpe- 3
tua eſt (nec enim æquum eſt quenquam ullo tempore cum alterius iactura
locupletari) & locum habet, ſiue peculium ademptum ſit ſine dolo malo,
ſiue actio de peculio anno finita ſit [a]. In rem autem domini uerſum intelligi 4
tur, quicquid neceſſariò utiliterq; (nam uoluptatis cauſa quod fit ſine mandato, in rem domini uerſum non uidetur, quia nec procurator hoc imputat [b]) in rem eius impenderit ſeruus, ueluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluit, àut ædificia ruentia fulſit, aut familiæ frumentum emit [c]. Et regulariter dicimus, toties de in rem uerſo actionem eſſe, quoties procurator mandati, uel qui negocium geſſit, negociorum geſtorum haberet actionem, quotiesq; aliquid ita conſumpſit ſeruus, ut aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem [d], cuius rei probatio agenti incumbit [e].

a l. 1. in princ. hoc titul.
b l. 3. §. ſed ſi mutua. 4. h. t.
c §. præterea. uerſ. in rẽ. Inſt. quod cũ eo qui in al. pot. l. 3. §. 1. hoc tit.
d d. l. 3. §. proinde. 3.
e §. cæterùm. Inſtit. quod cum eo qui in alie. poteſt.

## QVOD IVSSV. TIT. IIII.

SVperioribus actionibus locus eſt, cum uel mandato, uel ſine mandato ignorãte ſcienteúe eo, cuius eſt in poteſtate ſeruus filiusúe familiâs contraxit. Ex tertia autem huius edicti parte oritur actio, quod iuſſu, cum iuſſu patris dominiúe contractum eſt: quia enim quodammodo cum eo contrahitur qui iubet [a], cuius fidem qui contrahit ſequi uidetur [b], meritò ex iuſſu domini uel patris in ſolidum aduerſus eum iudicium datur. Iuſſui autem & ratihabitio comparatur [c], ut & aliâs [d].

a l. 1. in princ. hoc titul.
b §. 1. Inſt. quod cum eo qui in ali. poteſt.
c d. l. 1. §. 2. uerſ. ſi ratum habuerit.
d l. ſemper qui non prohibet. 60. de reg. iur. c. ratihabitionẽ eo. tit. in 6.

# DIGEST. LIBER XVI.

## AD S.C. VELLEIANVM. Titul. I.


1 *Continuatio.*
2 *Ratio huius S.C.*
3 *Verba S.C.*
4 *Deceptis non decipientibus mulieribus ſubueniri.*
5 *De quibus obligationibus S.C. loquatur.*
6 *Mulieribus in ſuo contractu non ſuccurri.*
7 *Quomodo adiuuetur mulier.*
8 *De actione reſtitutoria.*
9 *An mulier, & quando renunciare Velleiano poſſit.*


QVandóquidem de contractibus ſeruorum & filiorumfamiliâs 1
dictum eſt: uideamus nunc quemadmodum mulieres, quæ &
& ipſæ more maiorũ in manu patris, fratrum, uiri ſunt, ut refert
Cato apud Liuium Decad. 4. li. 4. ex contractibus teneantur.
Et ſciendũ eſt, mulierem ſuo nomine cõtrahentem efficaciter
obligari: alieno uerò nomine intercedentem eximi obligationi, actione in 2
priſtinum debitorem reſtituta. Quod ita Senatus cenſuit, ad opem mulieribus ferendam, quæ per ſexus imbecillitatem [a], maritalibus, atq; alijs blanditijs in fraudem, ſuſcipiendúmque ſponſionis onus, illici facile poſſe uidebantur. Nam ſpondere initiò leue uidetur, utpote cum ſolam uoluntatem ſpõſio, nullam autem pecuniæ præſtationem requirat, ut non difficulter ad id infirmus muliebris animus perduci poſſit, ſed tandem ut eſt in ueteri pro-

a l. 2. §. uerba. 1.

teri prouerbio, Noxa præſtò eſt. Mouit etiam Senatum [a], quod ſicut moribus uirilia officia ſunt adempta fœminis, propter imbecillitatem pudoremq́ ſexus [b]: ita multo magis adimendum eis eſſe uiſum eſt id officium, quod non modò uirile eſſet, (eſt enim parum uerecundiæ muliebri conſentaneum, alienas ſuſcipere defenſiones [c]) & in quo non ſola opera, nudúmque miniſterium earum, ſed etiam periculum rei familiaris uerſaretur [d]. Et primò quidem temporibus D. Auguſti, mox deinde Claudij edictis eorum interdictum fuit, ne fœminæ pro uiris ſuis intercederent. Poſtea factum eſt S.C. quo pleniſsimè fœminis in quacunque interceſsione ſubuentum eſt, cuius S.C. uerba hæc ſunt:

3 QVÒD M. SILLANVS ET VELLEIVS TVTOR COSS. VERBA FECERVNT DE OBLIGATIONIBVS FOEMINARVM, QVAE PRO ALIIS REAE FIERENT, QVID DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSVLVERVNT. QVOD AD FIDEIVSSIONES ET MVTVIDATIONES PRO ALIIS, QVIBVS INTERCESSERINT FOEMINAE, PERTINET, TAMETSI ANTE VIDETVR ITA IVS DICTVM ESSE, NE EO NOMINE AB HIS PETITIO, NE'VE IN EAS ACTIO DETVR: CVM EAS VIRILIBVS OFFICIIS FVNGI, ET EIVS GENERIS OBLIGATIONIBVS OBSTRINGI NON SIT AEQVVM, ARBITRARI SENATVM RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS, AD QVOS DE EA RE IN IVRE AEDITVM ERIT, SI DEDERINT OPERAM, VT IN EA RE SENATVS VOLVNTAS SERVETVR [e].

4 Mulieribus igitur hoc S.C. ſubuenit, deceptis tamen non decipientibus [f] (nec enim dolo mulieris ampliſsimus ordo opitulatur [g].) Ac deinceps harum fideiuſſoribus, mandatoribus procuratoribus, &c. [h]: non modò quod regreſſum ſi exigantur aduerſus mulierem habeant, ſed quia totam obligationem Senatus improbat [i].

5 Omnis etiam obligatio Senatuſconſulto comprehenditur, ſiue uerbis, ſiue re, ſiue quocunque modo interceſſerint, alienam ſuo periculo ſuſcipientes obligationem [k]: ueluti ſi altero pecuniam accipiente ipſa ſe principaliter mulier obligarit [l].

6 Quòd ſi in rem utilitatemq́ ſuam ſeſe obliget, ut ſi pro eo ſpondeat cui erat obnoxia, ceſſat Senatuſconſultum [m]. Aut ſi ipſa ſibi contrahat, puta emat, permutet, mutuum accipiat, ignorante creditore, eam alteri uelle tradere, perinde locus non erit Senatuſconſulto. Senatus enim obligatæ mulieri ſuccurrere uoluit, non donanti: cùm quia facilius ſe mulier obligat quàm donat [n] (eſt enim hic ſexus naturà reſtrictus & pecuniæ tenax [o]) tum quòd mulieri adultæ in contractibus quos ſuo nomine gerit, non ut minori ſuccurritur [p]. Et præterea ſi aliter dicemus, nemo cum fœminis contrahet, quia ignorari poteſt quid acturæ ſint [q]: ſecus ſi creditor ſciſſet eam intercedere, colorq́ quæſitus eſſet obligationis [r]. Quæcunque enim in fraudem Senatuſconſulti de interceſsionibus excogitata

7 probari poſſunt, rata haberi non oportet [s]. Ita adiuuatur autem mulier, ut ſi ex interceſsione conueniatur, excipere de Senatuſconſulto poſsit. Sin quid præſtiterit, ſoluerit, delegarit, condicere [t]: unà cum fructibus [u]. Neq́ enim hæc exceptio, quamuis omiſſa condictionem indebiti ſoluti im-

n 4 pedit, cum

*a l. 2. §. uerba, 1. hoc titul.*
*b l. 2. in reg. iu*
*c l. alienam. C. de procurator.*
*d l. 1. hoc tit.*
*l. 2.*
*e*
*f l. 2. uerſ. ſed ita demum l. ſi mulier. 23. hoc titul.*
*g l. ſi decipiendi. 30. hoc titul.*
*h l. ſi fideiuſſores. 6. hoc titul.*
*i l. ſi mulier. 16. §. fin. hoc tit.*
*k l. 2. §. final. l. quamuis. 8. §. ſi mulier. l. tutor. 19. hoc titul.*
*l l. uir uxori. 17. l. Seia. 28. §. fin. l. fin. §. item ſi mulier. h. t.*
*m l. aliquando. 13. l. ſi mulier. 16. hoc tit.*
*n l. 4. 5. l. quãuis. 8. §. 1. cum ſequent.*
*o l. ſi à ſponſo. 16. C. de donat. ante nupt. l. ſi ſtipulata. 33. §. 1. de donat. in uice & uxo.* *p l. ſi mulier. 22. in princ.* *q l. ſi mulier. 11. l. bona fide. 37. in princ. hoc titul.* *r l. imò tunc. 12. d. l. quamuis. §. ſi cum eſſet.* *s l. quidam. 29. §. final. l. final. §. pen.* *t d. l. quamuis. §. ſi mulier. 1. & §. interdum. 3.* *u l. ſi mulier. 32. §. 1.*

Pilens gewendig [illegible] Ein Zebelz Klainer furt
Mandung futter zu kauffen [illegible] Item Zu [illegible]
Mandung ad Zebelz nutzen
Ein Ledermann Wolf [illegible] von [illegible] [illegible]
It [illegible] [illegible]
It Steuern [illegible] [illegible] ad furth
[illegible] Valentini [illegible] [illegible] Colegium
[illegible]

Peccatoe grande si fiat [illegible] tru respon
[illegible] prius 93 dies appareat.

[illegible] Electionis ordo de [illegible]

pedit,cum ſit in fauorem mulierũ introducta[a]. Sed ne defraudetur hac ra-
tione creditor,actio in uerum debitorẽ redditur,ſtatim atq; mulier alienam
obligationem ſuſcepit,etiã non expectata eius uoluntate[b].Cum enim S.C. 8
mulierẽ eximat,quocunq; modo per interceſsionẽ mulieris uerus debitor
fuerit liberatus, ſiue nouatione, ſiue delegatione, priſtina cauſa reſtituitur:
perindeq; agi cũ debitore reſtituta obligatione poteſt,atq; ſi nulla interceſ-
ſio interueniſſet.Etſi enim ordo mulierẽ tuetur, tamẽ non impedit quo mi-
nus creditor ius ſuũ à uero debitore cõſequatur[c].Impetrabit igitur is à præ
tore actionẽ quã uocãt reſtitutoriã, ne inanẽ habeat obligationẽ[d]: ſic enim
ſuccurrendũ eſt deceptis mulieribus,ut ne tamẽ alius iniuſto incõmodo af-
ficiatur. Atq; hec quidẽ actio reſtitutoria,utpote rei perſecutoria, perpetua
eſt,& in hæredes hęredibusq; datur[e]. Sed an mulier renunciare Velleiano 9
poteſt, ita ut poſtea etiã inuita ab hoc beneficio excludatur? Et quãuis alij
putent poſſe, idq; cõſuetudine obſeruatur:tamẽ de iure uerius crediderim,
renunciationẽ extra iudicialẽ mulieri nõ nocere, cũ renũciationis eadẽ ſit le
uitas quę interceſsionis,& nõ in ſolius mulieris fauorẽ S.C.factũ ſit,ſed etiã
ea propter, quòd uirile ſit alienas ſuſcipere defenſiones. Nec reſpõſo Põpo
nij[f] moueor : poteſt enim mulier ſponte exceptionem Velleiani in iudicio
omittere,ut quilibet debitor[g].Ac ſi iudiciũ ſuſcipere uelit hac cõditione,ut
caueat ſe nõ uſurã exceptione, cautio ualebit:cũ quia in iure quaſi cõtrahi-
tur[h],tum ne iudicia ſint eluſoria,ac decipiatur Actor,quẽadmodũ & tutelę
nomine renũciatio facta ualet,ne fraudetur pupillus[i]. Deinde ſi poſt bien-
niũ ab interceſsione iterũ ſe mulier obſtringat,pignoraq; det,quia non põt
dici,leuitate quadã facta interceſsio:fateor S.C.ceſſare, & renũciationẽ hoc
caſu ualere[k].At hi caſus ſpeciales nõ conuincũt,renũciationẽ promiſcuè &
repẽtino animi motu à muliere ext.iudiciũ factã omnimodo eſſe ſeruãdam.

*a l. qui exceptionem.40.ſ. de cond.ind.*
*b l. debitrix.24.§.1.l.aliquãdo.13.§.fi.l. quidam.29.*
*c d.l.quamuis.§.quoties.5. & §.final. l.ſi mulier.14.*
*d d.l.quamuis.§.6. uerſ. Marcellus.*
*e l.hæ actiones.10.hoc tit.*
*f l.fin.§.fi.h.t.*
*g ut notatur C. ut quæ deſunt aduo. ubi Caſt. nu. 4. l.ſi autẽ.8.§.fin. de neg. geſt.l. ſi fideiuſſor.29. Mand.l.1. C. de iur. & fac.ig.*
*h l. 3. §. item ſcribit.ſ. de peculio.*
*i Auth. matri. C. quando mul. tut.off.*
*k l.ſi mulier.2. C.eod.tit.*

## DE COMPENSATIONIBVS. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit compenſatio.*
3 *Cauſa efficiens,unde oriatur.*
4 *In quibus debitis locum habeat.*
5 *In criminibus publicis non habere locum.*
6 *Nec in ſpeciebus,ſed in quantitate & genere.*
7 *Iuſtum & liquidum eſſe debitum oportere, cuius in compenſatione habeatur ratio.*
8 *Forma ineundæ compenſationis,& an ipſo iure fiat.*
9 *Finis compenſationum.*

EXpoſitis cõtractuũ generibus quib. re in creditũ itur,uel per ſe,uel alia- 1
rum perſonarũ interceſsione,actionibusq; indidẽ prodeũtibus ordine
propoſitis,cõmodũ nunc ſubijcitur Titulus de Cõpenſationibus,quarũ in
iſtiuſmodi iudicijs maximus eſt uſus. De actione porrò depoſiti,quãuis &
illa ortũ habeat ex obligatione,quæ re cõtrahitur[a],tamen poſtea agetur cõ
modius: quoniã illi cõpenſatio obijci nequit[b]. Eſt autẽ cõpẽſatio debiti,& 2
crediti inter ſe cõtributio ſiue collatio[c]:qua qui cõuenitur, creditorẽ ſuum,
eundẽq; debitorẽ petentẽ ſubmouet,paratus cõpẽſare[d]. Oritur cõpẽſatio 3
partim ex naturali æquitate,partim ex ciuili. Ex naturali quidẽ,quòd inter-
ſit noſtra,potius nõ ſoluere,quã ſolutũ repetere[e].Dolo etiã malo petat,qui
petit id quod reſtituere debet[f]:ac conſentaneũ ſit,Actorem qui ſibi ſatisfie
ri poſtulat,contra quod debet præſtare, ut æqualitas ſeruetur. Ex ciuili au-
tem ratione,quia compenſatio ad dirimendas lites pertinet,ne fiat per plu-
ra,quod

*a §.præterea. Inſt. quib. mod. re cõtrah.oblig.*
*b l.pen. C.depoſiti.l.fi. C. de compenſ.*
*c l.1. hoc titul.*
*d l.2.hoc titul.*
*e l.3. hoc titul.*
*f c.dolo de reg. iur. in. 6. cũ ibi alleg. concur. l. dolo. de do. ex.*

4 ra,quod confici poteſt per pauciora[a]. Compenſationi locus eſt, ſiue ex
contractu,ſiue ex maleficio agatur,dum tamē ciuiliter[b].unde uulgatū illud:
5 dolum cum dolo,delictum cum delicto cōpenſari[c]. Nam in publicis iu-
dicijs, ubi non priuatorum ius,ſed publica uindicta ad cohercenda malefi-
cia ſpectatur,non admittitur compenſatio, ſed utrunq; ſontem ſuæ pœnæ
manent[d]. Item ſiue perſonali actione, ſiue reali agatur,cōpenſatio locū ha-
6 bet[e].Quod uerum eſt,cū res in ſuo genere fungibiles ultrò citroq; debētur:
ſecus,quādo hinc ſpecies,inde uel ſpecies,uel quātitas obligationi ineſt,ni-
ſi in genere ſpecies debeātur,ut homo[f]: propterea quòd aliud pro alio ſol-
ui inuito creditori nequit[g]. Cōpenſatio autē nihil aliud eſt, quàm ſolutio[h].
Vnde cum ſpecies debētur,aliud pro alio ſolueretur, ſi cōpenſare ſpeciem
cum ſpecie liceret: quod neutiquā eſt admittendū, quia cadit in ſpeciebus
probabilis affectio,neq; uice mutua funguntur. uerbi gratia: Tu cū mihi de
beas ueſtem,petis à me aliā ſpeciem tibi debitā,puta ſciphū, aut quātitatem
ueluti 20. quæ tibi debeo,nō potero obijcere exceptionem de ueſtimento:
quia pro pecunia aut alia ſpecie, inuitus hāc ſpeciē accipere,eāq; quodam
modo emere iure cogi non potes.idēq; in conſimilibus obtinet. Quantita-
tis autem ad quantitatē ſine cuiuſquā iniuria fit cōpenſatio, uel ſpeciei cum
7 ſpecie,cum idem genus debetur,ut hominis cū homine.Huic tamen ita de-
mum locus eſt,ſi debitū quod in cōpenſationem deducitur, uerè ſubſiſtat,
uel iure ciuili,& gentiū,uel certè æquitate naturali, quāuis ciuiliter non de-
beatur[i]. Naturalis enim eſt cōpēſatio, in eamq; uenit, quicquid natura de-
betur, unde econtrariò ſi æquitatē nullam habeat obligatio,& exceptione
perimi poteſt, non uenit in cōpenſationē[k]. Deinde neceſſum eſt,purū eſſe
debitum,non ſuſpenſum cōditione, aut dilatū die[l], ac inſuper etiam liqui-
dum[m]:alioqui non ſeruaretur æqualitas, ſi puro ceſſoq; debito, & liquido,
permiſſum eſſet obijcere & cōpenſare, debitum, parū liquidum, uel con-
8 ditionale. Quānam porrò ratione ineunda ſit cōpenſatio,controuerſum
eſt.Imp.in §.in bonæ fidei Inſtitut. de actio.ait, iure ueteri ipſo iure in actio-
nibus bonę fidei fuiſſe compenſationes,in ſtricti iuris doli mali exceptione
oppoſita: hodie uerò omnibus indiſcriminatim iudicijs ex ſua conſtitutio-
ne[n], ipſo iure ineſſe. Sed hoc in quæſtionem cadit,an ſine ulla oppoſitione
compenſationis,factione hominis,ipſo iure & lege fiat cōtributio,minusq;
debeatur. Et uidetur factū hominis non requiri.quid enim aliud ſignificat,
ipſo iure fieri compenſationem? Nam & I.C.inquit,minus deberi[o]. Con-
trà tamen à pleriſq; reſpōſum eſt. Neq; aliter ipſo iure fieri aiunt cōpenſatio
nem,quàm ſi paratus ſit reus eam facere[p]: & obijciat cōpenſationem[q], atq;
opponat[r]:idq; liquere ex eo,quòd iudex poſſit reprobare cōpenſationē[s],
alijsq; multis argumentis comprobari[t]. Quòd autē dicitur minus deberi[u]:
de effectu accipiendū eſſe uolūt,ut accipi in iure uerba ſolent. uerbū etiam,
ipſo iure,ſæpe ſignificare quod ipſa lege fit,facto tamen hominis requiſito:
ut cū dicitur,ipſo iure actiones exceptioneſq; dari. Certè apud Iuſt. ea uer-
ba nihil aliud ſignificāt, quàm quod cōpēſationes,uidelicet cū opponūtur,
ita inſint ipſo iure omnibus indifferenter iudicijs,ut etiam nulla inſerta ( ut
olim) à prætore iudicij formulis cōpenſationis clauſula, poſſit iudex poſt-
quam oppoſitæ ſunt,de ijs nihilominus cognoſcere.Cui ſententiæ implaca-
biliter refragari uidetur Paulus in d.l.poſteaquā:niſi intelligas eū loqui de
ijs debitis, quæ ex una eadēq;, ultrò citroq; ſimiliter nata obligatione exi-
ſtunt, ut ſi ſocij pari negligētia uerſati ſint.Tum enim uerū eſt,deſinere inui
cē eſſe obligatos ipſo iure ſine facto hominis,& ſine ulla oppoſitione[x]: ſicu
ti & cū uſuræ debētur,ipſo iure fit cōpēſatio,ad impediēdū in concurrente

quantitate

*a l.ampliorē.§. in refutatorijs. C.de appella. l. nulli. 10. C. de iudic. l. 1. quod me cauſ.*
*b l.ſi ambo.10. in princ.hoc tit.*
*c l.ſi duo de dolo malo. l. uiro. ff.ſolut.matri.l. apud Celſum.§. Marcellus de except.dol.*
*d l.1.§.qui hoc dicit. l. ſi uxor. 13.de adulterijs.*
*e l.fin. C. eod.*
*f l. ſi debeas. 22.gl.& Dd.in l.1.hoc tit.& in d.l.fi. C. eo. & in §.in bonæ fidei. Inſt.de act.*
*g l.2.§.1.ſi certum peta.*
*h l. uel permutauit de liberali cauſa.l. ſi debitor qui potiores. in pag. l. amplius non peti. rem ratum ha.*
*i l.etiam.6.h.t.*
*k l.quicunque. 14.hoc titul.*
*l l.quod in diē. 7. hoc titul.*
*m l.fin.C. eod.*
*n l.fin.C. eod.*
*o l. 4. h. t. minusq; propter cōpenſationē peti.l.poſteaquam. 21. hoc titul.*
*p l.2.hoc titul.*
*q d.l.fi.in uerb. cōpēſati. obijci.*
*r d.§. in bonæ fidei. in uerb. opponi.*
*s l. quod in diē. 6.§.1.h.t.d.l.fi.*
*t l.1. in fi. quæ ſentētiæ ſine appel.reſ.l.ſin autē §.fi.de ne.geſ.*
*u in d. l. 4. de effectu accipiē.*
*x l.ſi ambo.10. in princ.h.t.*

quantitate uſurarum curſum[a], quoniã uſura pœna eſt[b]: debeturꝙ propriè ratione moræ[c]. quæ mora nulla eſt in ſolutione eius pecuniæ quæ cõpenſari poteſt, ut iniuſtum omnino fuerit, uſuras illius ęris alieni dependi, quod ſolui non debet. Ac omnino puto Paulum de hac uel ſimili ſpecie locutum, in qua non opus ſit obiectu compenſationis, ſed ipſo iure minuatur actio, ut uerba ipſa ultima reſponſi oſtendant: quia nihil compenſat, ſed ab initio
minus ab ipſo petitur. Finis compenſationum eſt, ut præcidantur occa- 9
ſiones litium, unoꝙ iudicio negocium, ultrò citroꝙ contributione facta tranſigatur, quod alioqui pluribus eſſet explicandum: utꝙ ſeruetur æqualitas, & ea æquitatis ratio, quam ſuprà poſuimus.

*a l.4. tit.5. C. eo. l. cũ alter. 11. l. idem iuris. 12. hoc titul.*
*b l. lecta. ſi cert. petat. l. qui ſine. in fin. de negoc. geſt.*
*c l. cum quidã. §. ſi pupillo. de uſur.*

## DEPOSITI, VEL CONTRA'. TIT. III.


1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit depoſitum.*
3 *Cauſa efficiens.*
4 *Materia, quæ res deponi poſſint.*
5 *Forma: & quomodo depoſitum contrahatur, quaſq; pactiones recipiat.*
6 *De ſequeſtratione.*
7 *Cui detur actio depoſiti.*
8 *Aduerſus quem.*
9 *Quatenus in hæredes detur.*
10 *Actionem depoſiti ciuilem eſſe.*
11 *Edictum de depoſito.*
12 *De actione in duplum depoſiti.*
13 *De actione in ſimplum, & quid in eam ueniat.*
14 *De lata culpa.*
15 *Perpetuum & famoſum eſſe iudicium.*
16 *De contraria actione depoſiti.*


PEruenimus ad finem contractuum, quibus res in genere aut ſpecie, ad 1
uſum eius qui accipit, propriè creduntur, ac ipſa re conſtituitur obligatio: earumꝙ actionum quæ inde naſcuntur, uim & naturam perſpeximus. Sed quoniam non modò ad uſum, uerũ etiam ad cuſtodiam res credi ſolent, cum nemo rerum ſuarum ſemper poſſit eſſe cuſtos, operaꝙ indigent interdum aliena ad defenſionem, quemadmodum rebus alienis ad uſum: ideo priuſquam tranſeamus ad contractus qui conſenſu perficiuntur, pauca de actione depoſiti, qua res cuſtodiæ & fidei alienæ commendatæ repetũtur, ſunt dicenda. Ac prius de ipſo contractu. nulla enim actio intelligi rectè
poteſt, niſi percepta natura obligationis unde exiſtit. Depoſitũ eſt quod 2
cuſtodiẽdum alicui datũ eſt: dictũ ex eo quòd ponitur. prępoſitio enim De auget poſitũ, ut oſtẽdat totum fidei eius eſſe cõmiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet[a]. Deponimus enim cũ fiducia cuſtodiæ, & fidei bonæ depoſitarij[b]: quã fidẽ fallere grauiſsimũ eſt, & propter neceſsitates humanas in Rep.
pernicioſum. Porrò cauſa efficiẽs depoſiti ſunt, Res & cõſenſus cõtrahen- 3
tium[c]. Deponi autẽ poſſunt omnes omnino res, quæ ſub factum cuſto- 4
diamꝙ cadunt, tã proprię, quã alienæ[d]. nec enim quicquã ex depoſito trãſfertur[e]: propriæ tamen res, apud dominũ fruſtra deponuntur, cum ex de-
poſito non obligetur[f]. quia non eſt ex bona fide, ut rem ſuam dominus 5
cuiquam reſtituere compellatur[g]. Contrahitur depoſitum, re ipſa cuſtodiæ cauſa tradita, eo fine ut ſeruetur, utꝙ eadem in ſpecie res uolenti, quandoꝙ reſtituatur[h]. Fit tamen interdum, præſertim in rebus fungibilibus, uti conueniat, ut tantundem quantum creditur, aliquando reddatur, ac inſuper etiam uſuræ repromittantur ratione uſus: quorum etſi utrunꝙ notiſsimos depoſiti

*a l. 1. hoc titul.*
*b l. 1. §. 1. in fi. l. quod ſeruus. 11. hoc tit.*
*c §. præterea. Inſt. quib. mod. re cont. ob.*
*d l. bona fides. 31. hoc titul.*
*e l. licet. 17. in fin.*
*f l. qui rem. 15. hoc titul.*
*g d. l. bona fides. in fin.*
*h l. Lucius. 24. l. 1. §. eſt. autẽ. 16. & §. penul. hoc titul.*

depoſiti terminos excedit: nam idem corpus in depoſito reddi, & gratuitus eſſe contractus debet, alioquin incidit in mutuum & locationem[a]: tamen lex contractus ſeruabitur[b]. Quoniam ex bona fide, quod geſtum conuentumq; eſt, inſpicitur[c]. Neque locatio aut mutuum contra intentionem agentium inducitur, niſi mutuum ipſi eſſe uoluerint[d]. præſertim cum bona fide negocium geſtum ſit, quæ in mutuo locum non habet. Dixi autem id agi in depoſito, ut uolenti res ex officio reddantur, ſine ulla mora aut exceptione[e]: nam inuito, neque repoſcenti, non facile contra legem depoſitionis reddi poteſt, ab eo qui ſemel officium ſuſcepit, niſi
6 grauiſſima cauſa interueniente[f]. Eſt autem conſimile depoſiti, cum apud ſequeſtrum, id eſt medium quendam, inter litigatores[g], res litigioſa deponitur[h]. Quiddam tamen intereſt: nam inprimis uel unus poteſt deponere, apud ſequeſtrum non niſi plures deponunt rem litigioſam[i]. Quis enim ſolus ſecum ipſe litiget, litiſq; cauſa rem deponat? Deinde apud ſequeſtrum unuſquiſque in ſolidum uidetur deponere, cum rem totam ſuam putet: quod aliter eſt, cum rem communem plures deponunt, qui pro parte tantum ſe norunt eſſe dominos[k]. Poſtremò rei depoſitæ poſſeſsio non tranſit ad depoſitarium: quia non poſsidendi, ſed cuſtodiendi cauſa rem tenet. ſequeſter autem poſsidet, quoniam ea depoſitione id agitur, ut neutrius litigatoris poſſeſsioni id tempus procedat[l]: niſi expreſſe cōtrà actum ſit[m]. His exceptis, uerè depoſitum eſt hæc cuſtodia, conueniturq; ſequeſter actione depoſiti, quæ tamen ad differentiam alterius uocatur ſequeſtraria[n]:
7 ſed hodie, paucis exceptis caſibus, ſequeſtratio eſt prohibita[o]. Is ergo qui depoſuit, poteſt rem ſuam alterius cuſtodiæ traditam repetere, uel ſtatim atq; depoſuit[p], etiamſi de certo tempore conuenit[q]: quia cum eius gratia contrahatur, poteſt pro arbitrio reuocare contractum, & mutare uoluntatem, ut in mādato: quod niſi res poſcenti reddatur, actionem depoſiti habet: nec refert cuiuſcunq; ſit conditionis, qui depoſuit, pater an filiusfamiliâs[r], unus an plures (quanquam hi propter te ſolū agunt, niſi aliter initio conuenit[s]) dominus an ſeruus, ex cuius depoſito rectè dominus agit, fur an prædo[t]. Quo tamen caſu, ſi dominus ueniet rem ſibi ablatā repetens, meritò illi depoſitarius reſtituere debet. Etſi enim bonæfidei eſt, ut rem recipiat qui dedit: tamē totius rei æquitate inſpecta, quæ ex omnibus perſonis quę negocio iſto contingūt impletur, domino reddēda ſunt, quę facto ſceleſtiſs. fuerunt ei adempta. Hanc enim probat cōſultus iuſticiā, quæ ſuum cuiq; ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ iuſtiore petitione[u]. Hinc & illud eſt, quòd licet ex alterius cōtractu alteri ius agendi acquiri ratio nō patitur[x]: tamen ſi conuenit in depoſito, ut alicui tertio reddatur, habeat is utilem depoſiti rationem, quia ex bona fide res illi reſtitui debet[y]: idq; reliquis etiam bonæfidei contractibus eſt conſentaneū[z]. Hæredib. quoq; hæc actio, cum ſit rei perſecutoria, cæteriſq; ſucceſſorib. datur[aa]: ſingulis tamen proportione hæreditaria, ut & reliqua iura[bb]: quod ſi res ſit indiuidua quę depoſita eſt, uni agenti reſtituenda erit, ſi ſatiſdet de eo quod ſupra eius partē eſt, moleſtiā depoſitario exhibitū non iri: quod niſi fiat, poteſt res in ædē ſacrā, ſicuti olim moris erat, deponi, eaq; ratione omni actione & periculo
8 depoſitarius liberari[cc]. Aduerſus eū datur hæc actio, apud quē res depoſita eſt[dd], uel cuius nomine tāquā cuſtodituri depoſita eſt[ee]. Contra tertiū autē depoſitarium non niſi ceſsis actionibus agi poteſt, quia cū illo contractum non eſt[ff]. Sed & aduerſus pupillum, ſi doli capax ſit, dolumq; commiſit, & quidē in ſolidū datur. Re enim obligatus eſt, & ex delicto alioqui tenetur[gg].

in quantum

a l. 1. §. ſi quis ſeruum. 7. h. t.
b d. l. Lucius. 27. l. publica. 26. §. 1. l. Quintus. 28. hoc titul.
c l. 1. §. ſi conuenit. 5. hoc tit.
d l. 1. §. ſi pecunia. 22. l. 7. §. fi. hoc titul.
e l. pen. C. eod.
f l. 5. §. fin. h. t.
g l. ſequeſter. 109. de uerb. ſignificatio. l. 6. h. t. Gellius lib. 20. cap. pen.
h l. 5. §. 1. & 2. l. 6. hoc titul.
i d. l. 6. l. licet. 17. hoc titul.
k d. l. licet l. 1. §. Sed ſi duo. 32.
l d. l. licet. in fi.
m l. intereſſe. 39. de acq. poſſ.
n l. ſi in Aſia. 12. §. penul. h. t.
o l. unica. ubi Gloſ. & Dd. C. de ſequeſt. pro.
p l. 1. §. eſt autē. 16. hoc titul.
q d. l. 1. §. pen.
r l. Iuli. 19. h. t.
s d. l. 1. §. ſed ſi duo. 32. d. l. licet. hoc tit.
t d. l. 1. §. ſi prædo. 27.
u d. l. bona fides. h. t. in fin.
x l. quæcunq;. 10. de actio.
y d. l. Publia. in princ.
z l. Iulianus. 13. §. ſi procurator. 21. de act. emp.
aa d. l. 1. §. ſi apud. 14. uerſ. hæc actio.
bb l. 2. C. de hæred. actio. l. ea quæ. 6. C. famil. hercif.
cc l. 1. §. ſi pecunia. 24. cū §. ſe.
dd l. 1. §. ſi quis ſeruum. 7.

ee d. l. 1. §. idem Pōponius. 10. ff l. ſi is apud quem. 16. h. t. gg l. auxiliū. de minor. c. 1. de homicid. & extra de del. puer.

in quantum autem locupletior factus eſt, conuenitur, etiamſi in dolo non fuerit[a]. Item in filiumfamiliâs etiam poſt emancipationem datur[b]. Ac eius patrem de peculio[c], & in dominum ſerui, ſi apud hunc ſit depoſitum[d]: in ſeruum etiam poſt manumiſsionem, licet ex cæteris cauſis præcedentibus actio in manumiſſum non competat[e]. Rem enim tenet, & reſtituere poteſt: unde remanet obligatus[f]. Et hoc Trebatio ex æquitate placuit. quamuis Marcellus ſubtilitatem iuris ſecutus, aliter exiſtimaſſe uideatur[g]. Item aduerſus fideiuſſorem: qui tamen ſi rem non habeat, in litis æſtimationē damnabitur: quo facto, depoſitarium conſtat dominum rei fieri: quia bona fides non patitur rem iterum exigi, cuius precium à fideiuſſore actor conſecutus eſt[h]. Sed hodie fideiuſſor non niſi excuſſo principali conueniri poteſt[i]. In hæredes quoque datur, & quidem in ſolidum, ex dolo defuncti[k], in ſimplum tamen: nam actio in duplum depoſiti, cum ſit pœnalis, non tranſit[l]. Quanquam autem aliâs ex dolo defuncti non ſolemus teneri, niſi pro ea quæ ad nos peruenit[m]: tamen quia hic dolus ex contractu reiq; perſecutione deſcendit, in ſolidum unus hæres tenetur, plures uerò pro ea parte qua quiſq; hæres eſt[n]. Quòd ſi ex ſuo dolo conueniantur hæredes, is qui dolum commiſit, in ſolidum tenebitur[o]. ex delicto enim quiſq; in ſolidum obligatur[p]. qui dolo caret, nequaquam, quia depoſitarius dolum tantum præſtat[q]. Si uero duo aut plures hæredes dolum commiſerint, circa rem diuiduam, ut pecuniam, & uterq; ſoluendo ſit, in partes obſtricti, tantū ſunt in iudicio depoſiti: cùm, quia ab initio ex perſona defuncti in partes ſolum tenentur, tum quod nihil amplius actoris intereſt, etiamſi in furto aliter ſe res habeat[r]. ſin autem res diuiſionem non recipiat, uerum eſt, in ſolidum quenq; teneri: quia totam rem quiſque interuertiſſe uidetur, & eſt obligatus obligatione rem reſtitui, quæ indiuidua eſt[s]. Vnde non aliter qui conuentus eſt, quàm integræ rei præſtatione liberabitur. Verùm quoniam res non reſtituitur, ſi ad æſtimationem fuerit peruentum, cum æſtimatio diuiſibilis ſit, & ex depoſiti natura plures hæredes pro parte tantum teneantur, pro portionibus hæreditarijs ex bona fide fiet condemnatio. Atq; ita accipiendum eſt Mar. reſponſum[t]. Actionem depoſiti ciuilem eſſe dubium non eſt: oritur enim ex negocio ciuili, & contractu nominato ac formato. Prætor tamen ſupplendi iuris gratia edictum propoſuit:

(Right margin numbers: 9 at "teſt. In hæredes"; 10 at "piendum eſt Mar."; 11 at "QVOD NEQVE"; 12 at "nendi ſeparauit".)

QVOD NEQVE TVMVLTVS, NEQVE INCENDII, NEQVE RVINAE, NEQVE NAVFRAGII CAVSA DEPOSITVM SIT IN SIMPLVM. EX EARVM AVTEM RERVM QVAE SVPRA COMPREHENSAE SVNT, IN IPSVM IN DVPLVM, IN HAEREDEM EIVS QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ESSE DICETVR, QVI MORTVVS SIT: IN SIMPLVM, QVOD IPSIVS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO[u]. Meritò autem prætor has cauſas deponendi ſeparauit, quæ continent fortuitam cauſam depoſitionis, non ex uoluntate, ſed neceſsitate deſcendentem. Hæc enim cauſarum ſeparatio iuſtam rationem habet. Quippe cum quis fidem elegit alicuius ſponte, nec depoſitum redditur, contentus eſſe ſimplo debet: ac ſibi imputet, qui non diligentiori commiſerit. Fuit enim in eius poteſtate non credere[x]. Cùm uerò neceſsitate incendij irruente, aut alia ſubita ui, quis deponit: quia res moram non patitur, facile euenit, ut perturbato animi iudicio, minus idoneo res commendetur, nihil ut uoluntati eius imputari poſsit, qui electionis libertatem integram non habuit. Creſcit etiam perfidię crimen, ſi quis ex tali cauſa circumuento neceſsitatibus amico, depoſitum inficietur. Quamobrem

a d.l.1.§. an in pupillum.11.
b l.ſi apud. 21. hoc titul.
c d.l.1.§. filiū-famil.39.
d l.Lucius.27. hoc titul.
e l.1.& t.t.C. an ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſsio. tenet.
f d. l.ſi apud. 21.
g d.l.1. §. ſi apud ſeruum.24.
h l.ſi fideiuſſor. 30. hoc tit.
i Authen.præſente.C.de fideiuſsor.
k l. ſi hominē. 7.§.1. hoc titul.
l l. quod tumultus.18.hoc tit.
m l. in hæredē. §. de dolo malo.
n l. ex depoſiti.11.l. ex omnibus.48.de actionib. l. hoc iure. 4.§.fin.l.ad ea. 200.§.fi.de regu.iur.
o l.in depoſiti. 9.hoc tit.
p l. ſi quis id quod. 7. in fin. de iuris.omnium iudic.
q l. nec aduerſus.10.hoc tit.
r Accurſius in l. ſi duo. 22. hoc tit. per textū in l.uulgaris.§.fin. de furtis. Bon. tex.in l. tres tutores.56. de ad. tuto.l.1.ubi Dd. C.de cond.furt. uid. Gaud. in trac.maleſ. Dd. in l.ſi familia.de iuris.om.iud.
s Dd.in l.ſtipulationes non diuidun. 72. l. in executione. 82. de uerb. obliga.
t l.ſi duo.22.hoc tit.
u l.1.§.1.hoc titul.
x §.pen.Inſt.quib.mod.re contrah.oblig.

obrem maiore odio pœnaq́; dignum eſt[a]. Quemadmodum etiam ab Ariſtotele in Problematis eſt relatum[b]. Datur igitur prętoria depoſiti actio in duplum, aduerſus inficiantem depoſitum, ex iſtis cauſis[c]. In hæredem autem eius amota pœna in ſimplum, etiam cum agitur intra annum, niſi &
13 ipſius inficiatione creſcat actio[d]. Extra has cauſas agitur ciuili in ſimplũ actione depoſiti, qua res (quæ in libello deſignanda eſt[e]) petitur reſtitui, cum fructibus & omni cauſa[f]. Vſuræ autem non pręſtantur, niſi poſt morã: ut in cæteris bonæ fidei iudicijs[g]. Eſt etiam, cum peruenitur aut ad æſtimationem, ſi uidelicet is qui cum agimus rem præſtare nequeat[h], aut ad ſacramentum in litem[i]. Super hæc, & in id quod intereſt agitur, ſi forte damnum
14 dolo depoſitarij datum ſit[k]. Nam de dolo tenetur depoſitarius, & ut Nerua uoluit, latæ etiam culpæ nomine[l]: quæ intelligitur interuenire, ſi non tãtam rebus receptis cuſtodiendis diligentiam adhibet, quantam ſuis, ſaltem quod ad hunc tractatum attinet[m]. Nam diſſoluta hæc neglig̃etia prope dolum eſt[n], cuius alia nulla cauſa fingi poteſt, præter quandam militiam. Ac niſi talem diligentiam qualem ſuis adhibet, prestare noluit depoſitarius, cur non indicauit, cur deprecatus non eſt? alij enim credi potuiſſet: ac debuit talem cauſam potius non ſuſcipere quàm decipere, ut inquit Vlpianus[o]. Diuerſum eſt, ſi quis tanquam in re ſua cauſam gerendi habeat, ut ſocius, maritus, hæres, &c. Cùm enim ipſis noceat ea negligentia, non poſsunt uideri doloſè ad ſeipſos decipiendos in re uerſari[p]. Eſt autem hæc actio bonæ
15 fidei[q], rei perſecutoria[r], perpetua[s], & quæ propter perfidiam infamat. Vertitur enim dolus, ac quidem improbiſsimus, in hoc iudicio, quo comperto non iniuria exiſtimatione mulctatur depoſitarius, qui fidem amico fefellit[t].
16 Vt autem hac actione ei qui depoſuit, ſuccurritur: ita contraria depoſitario competit, qua repetit impendia in rei depoſitę cuſtodiam facta[u]. Nec enim hæc depoſitarius præſtare debet[x], nec officium illi ſuum exiſtat damnoſum[y]. In hac tamen in litem non iuratur: quia non de fide rupta doloue agitur, ſed de refundendis impenſis[z].

# DIGEST. LIBER XVII.

## MANDATI, VEL CONTRA.

### Tit. I.

1 *Continuatio tituli, & qui contractus, quare conſenſu conſtare dicantur.*
2 *Vnde dictum mandatum, & quid ſit.*
3 *Partes, & ſpecies mandati.*
4 *Cauſa efficiens.*
5 *Materia, & quæ mandari poſſint.*
6 *Forma, & quomodo contrahatur.*
7 *Finis, & an tua gratia rectè mandem.*
8 *Effectus.*
9 *Quomodo diſſoluatur mandatum.*
10 *De directa actione mandati, cui, aduerſus quem, ad quid detur.*
11 *De contraria actione.*
12 *An ſalarium in mandato, & quando interuenire atque exigi poſsit.*

1 POſt expoſitos contractus, qui rei interuentu perficiuntur, nunc transeamus ad illos, quos conſenſu conſtare diximus. in quib. non propriè res creditur, ut in ſuperioribus: quia de eadem re in genere, aut in ſpecie reddenda non agitur. Ideoq́; rei interuentum hæ conuentiones non deſiderant: ſed ſolo conſenſu & bona fide propter utilitatem ciuilis negociationis conſummantur. His aũt



*a l.1. et tot. tit. de incendio, ruina, naufrag.*
*b Sectio.29.q.2. & 14.*
*c §. in duplum. Inſt. de actio.*
*d l. de eo quod tumultus.18.*
*e l.1. §. ſi quis argentum.28.*
*f d.l.1.§.1. & 2. & §. hãc actionem.17.*
*g l. Lucius.24. h.t. l.2. & 4. C. eodem.*
*h d. l. ſi fideiuſſori.*
*i l.1.§. hanc actio.17.*
*k l.1. §. ſi quis tabul.26. & §. apud.25. l. ſi duo.22.*
*l l. quòd Nerua.32. h.t.*
*m d. l. quòd Nerua.*
*n l. fideiuſſor. ĩ. tit.1.*
*o in l. ſi hominem.7. in prin. hoc tit.*
*p §. fi. Inſt. de ſocietate.*
*q l.1.§. hanc actio.17. l. quintus.28. h.t.*
*r d. l. ſi. hominem. §.1.*
*s d. l. quod tumultus. h.t.*
*t Ariſtotelis præallegat. ſectio. proble. quæſt.2. & 6. Cic. in Orat. pro S. Roſc.*
*u l.5. in princ. l. actio.23. h.t.*
*x d. l. ſi in Aſia. in princ. h.t.*
*y l. ſi quis ex ſigno.7. quemadmodũ teſtamẽto aperiantur.*
*z d. l.5. in prin.*

contractibus uel induſtriam operamq́ hominum ad uſum utilitatesq́ no-
ſtras adiungimus, uel res ipſas: operam quidem hominum, mandato & ſo-
cietate: res uerò emptione, uenditione, locatione, conductione: de qui-
bus ſingulis eſt uidendum. Mandare, quod à manu danda (ut in contra- 2
ctibus fideiq́ promiſsione fieri ſolet) dictum uidetur, ſignificat gerendum
aliquid expediendumq́ alteri cõmittere. Mandatum igitur nihil aliud eſt,
quàm contractus iuriſgentium nominatus, in quo conſenſu & bona fide al-
ter negocium aliquod honeſtum committit alteri gerendum efficiendum-
ue, alter uerò ſuſcipit.

Partes mandati ſunt, hinc credere rem expediendam, illinc ſuſcipere mã- 3
datum, & rem exequi. Species ſumuntur, uel à cauſa efficiente. aliud enim
eſt uoluntarium mandatum, ut cum ſponte ab aliquo ſuſcipitur, idq́ pro-
priè mandatum eſt de quo agimus. Aliud autem coactum ſiue neceſſarium,
ut cum magiſtratui mandanti parêre cogimur. uel à forma. Aliud enim eſt
gratuitum, quod propriè mandatum eſt[a]: (officia enim amicitiæ & fidei
gratis præſtanda ſunt[b]) aliud uerò mercenarium, cum remunerandi gra-
tia honor interuenit[c], aut ſalarium extra ordinem promiſſum eſt in gene-
re[d]. Nam ſi de certa mercede initiò conueniat, locatio & conductio ope-
ræ eſt, non mandatum, quod debet, ut dixi, eſſe gratuitum. Cauſa effi- 4
ciens mandati eſt conſenſus & uoluntas, quæ ab amicitia & fide proficiſci
tur: ut oſtendit Cicero pro Roſcio Amerino, & Paulus[e]. hinc quidem mã-
dantis, illinc mandatum ſuſcipientis[f]. Materia mandati ſunt res omnes fu- 5
turæ (nam factas & præteritas fruſtra fieri mandes[g]) eæq́ honeſtæ & licitæ.
turpis enim rei mandatũ nullum eſt[h], ut ſi pro adoleſcente luxurioſo apud
meretricem fideiubeas[i], uel mandatum de occidendo, &c. ſuſcipias[k]. nam
generaliter nulla rerum turpium eſt obligatio[l]. Vnde nec in generali man-
dato nunquam doli aut flagitij mandatum factum intelligitur[m]. Forma 6
mandati eſt nuda uoluntate & gratuitò impoſitũ mandatum ſuſcipere. De
uoluntate autem ſufficit quocunque modo conſtare, ſiue corãm teſtata ſit,
ſiue per epiſtolam, per nuncium, uel alio modo[n], uel etiamſi tacitè ſolum-
modo intelligatur[o], dummodo uoluntas tamen obligandi extet & appa-
reat. Nam ſi quis ſolùm commendet, cum cõmendatio uim obligandi non
habeat, ſed potius rogandi[p], non contrahitur mandati obligatio[q]. Rurſus
ſi quis non animo procuratoris interuenit, ſed ſtudij ſolùm cauſa deferat
officium, mandati non tenetur[r]. Poteſt etiam mandatum uel purè uel in
diem, uel ſub conditione contrahi[s]. Finis mandati eſt, authore Cicero- 7
ne, ut quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ uica-
ria fides amicorum ſupponatur: atq́ ita commune commodum mutuis of-
ficijs gubernetur. Neque tamen mea ſolius gratia rectè mandare poſſum,
uerumetiã aliena, uel mea & tua, uel mea & aliena[t]. Tua uerò ſolius gratia,
fruſtra tibi mandem: puta, ut pecunias in emptiones prædiorum colloces
potius quàm fœneres[u]. Nam neque ego ex conſilio non fraudulento obli-
gor[x], & tibi liberum eſt explorare, an id expediat[y]. Planè niſi mandaſſem
ſi facturus non eras, dabitur tibi contraria mandati actio[z].

Effectus mandati eſt, ut alterum alteri ſtatim obliget. Mandatarium qui- 8
dem, ut mandatum perficiat[aa], forma præſcripta[bb], ac quicquid inde con-
ſecutus ſit, præſtet[cc]: mandatorem autem, ut indemnem ſeruet mandata-
rium, ne damno afficiatur ex ſuo officio[dd]. Sed hoc uerũ eſt, tam diu quoad
mandatum durat, neq́ eſt reuocatum ſolutum'ue. Diſſoluitur autem man- 9
datum uoluntate, ſicuti contrahitur. Et quidem ſi ſolius mandantis[ee]. Cu-
ius enim eſt mandati legem dare, eius & reuocare[ff]. Et cuius in fauorem
contra-

a l.1.l.itaq; omnes.36.in prin. hoc tit.
b l.1.in fi.
c l.6.in princ.
d l.ſalarium.7. hoc tit.
e l.1.hoc tit.
f l.6.§.1.h.t.
g d.l.ſi uerò.12. §.ſi poſt.
h d.l.ſi remunerãdi.6.§.2.in fi.
i d.l.ſi uerò.12. §.ſi adoleſcens.7.
k l.ſi mandato.22. §.qui eadem.6.
l l.generaliter. de uerb.oblig.
m l.anceps.§.pen.hoc tit.
n d.l.1.l.ſi quis.27.in prin.h.t.
o l.6.§.2.l.qui patitur.18.h.t.
p l.fideicommiſſa.11.§.1.de lega.3.
q d.l.ſi uerò.12.§.cum quidã.8.
r l.idemq́.10.hoc tit.
s d.l.1.
t l.2.l.6.§.ſi tibi cum ſimil.h.t.§.1.Inſtit. de mand.
u d.l.2.in fin.
x l.cõſilij.47. de reg.iur.c.nullus.eo.tit.in.6.
y d.l.2.in fine.
z d.l.6.§.ſi tibi.4.in fine.
aa l.ſi mandauero.22.§.fin.
bb l.3.4.5.in princ.hoc tit.
cc l.ſi procuratorem.8.§.fin. l.idemq́.10.§.fi.
dd l.hæredem.14.l.ſi mandaſſem.15.hoc tit.
ee d.l.ſi uerò.§.pen.l.ſi quid.37.§.1.
ff l.quòd iuſsit. de re iud.l.cum prætor.de iud.

contrahitur, is ſuo fauori renunciare poteſt[a], ut in depoſito, precario, & ſimilibus. Sed & eius morte, quæ uoluntatem finit[b], reuocatur[c]. Quod tamen uerum eſt, re adhuc integra[d]. Quid enim ſi per ignorantiam mandatum impleatur, aut res ſit effecta[e]? Sed nec in mandato neceſſario obtinet, ut morte mandatoris liberum ſit mandatorio mandatum deſerere, ut apparet in iudicibus pedaneis[f]. Contrà à mandatorio quoque renunciari mandata poteſt, dummodo integrum ius mandatori reſeruetur, uel per ſe, uel per alium, rem commodè explicandi[g]. Actio enim mandati cum tantum ad intereſſe detur[h], ei non competit cuius non intereſt mandatum impleri, aut qui per alium exequi poteſt. Quòd ſi mandatoris interſit, non deſeri officium, ad id tenebitur mandatarius[i], niſi iuſtas cauſas habeat, quare uel implere mandatum, uel renũciare non potuerit[k]. Morte quoque eius cui mandatum eſt, ſi quis integro adhuc mandato deceſſerit, ſoluitur mandatum[l]. Nam electa intelligitur eius induſtria, quæ perſonę coheret[m]: cum inter artifices, ut aiunt, & ingenia hominum magna ſit differentia[n]. Vnde ſi hæres impleat, non habet mandati actionem[o], ſed negociorum geſtorum[p]: niſi rem à defuncto incœptam, neque iam amplius integrum exe-
10 quatur[q]. Ex hoc contractu duplex oritur actio, directa & contraria[r]. Directa datur mandatori, & eius hæredibus[s], ad id quod intereſt[t]: puta ſi mandatum non ſit impletum[u], uel perperam geſtum, aut extra fines mandati[x], uel ſi quid dolo, culpa, negligentia admiſſum ſit. Nã omnia hæc in mãdati iudicium ueniunt[y]. Bonam enim fidem agnoſcere, & pro boni uiri arbitratu uerſari[z], ac diligenter fines mandati ſeruare[aa], mandatarius debet: quod & promittere ab initio uidetur. Quod enim recipis mandatum, inquit Cicero[bb], ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es, cur mihi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis & obſtas: recede de medio, per alium tranſigam, &c. Denique in hoc agitur, ut præſtet mandatarius quicquid ex mandato aut eius occaſione ad illum peruenit[cc], unà cum fructibus & uſuris[dd]: quia bonę fidei congruit, ne ex alieno mandatarius lucrum ſentiat[ee]. Vnde & actiones cedere debet[ff], & in ſumma præſtare, quicquid ex bono & æquo præſtandum uenit[gg]. Qui autem ex hac actione condemnatur, infamiam ſubit, non modò ſi de dolo conuictus ſit, ſed etiam ſi propterea conuentus fuerit, quòd reſtituere nolit. Dolo enim facere uidetur, qui quod poteſt reſtituere, non reſtituit[hh]. Mandati, inquit Cicero pro S. Roſcio, non minus turpe eſt iudicium, quàm furti. & addit rationem: Idcirco turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſsimas uiolat, amicitiam & fidem. Nam neque mandat quiſquam ferè, niſi amico: neque credit, niſi ei quem fidelẽ putat. Perditiſsimi eſt ergo hominis ſimul, & amicitiam diſſoluere, & fallere eum qui læſus non eſſet, niſi crediſ-
11 ſet. Contrario iudicio experiuntur, qui mandatum ſuſceperunt[ii], ad repetendum quicquid ſumptus in exequendo mandato factum eſt[kk]. Et quicquid omnino intereſſe mandatarij ullo modo poteſt[ll], etiamſi negocium implere caſu aliquo nequiuerit[mm], imò antequam exequatur agere poteſt, ut ſumptus neceſſarij præſtentur[nn]. Quorum omnium hæc eſt ratio, ut ſeruetur indemnis mandatarius, ne damno afficiatur, qui officium



*a l. penult. C. de pactis.*
*b l. 4. ꝗ. locati.*
*c l. inter. 26. in princ. l. qui negocia. 34. §. fi. hoc tit.*
*d §. rectè. Inſtit. eod. l. & quia de iuriſdictio. omniũ iudi. l. ante. de procurator.*
*e l. ſi mandaſſem. 15. hoc tit. d. l. inter. 26. in princ.*
*f l. uenditor. l. iudicium. ſ. de iudi.*
*g d. l. ſi mandauero. 22. §. fi.*
*h d. l. ſi. procuratorem. §. mandati. hoc tit.*
*i l. ſi quis. 27. §. qui ſuſcepit.*
*k d. §. qui ſuſcepit. d. l. ſi mãdauero. §. fi. cũ ll. ſeq.*
*l d. l. ſi quis. §. penult.*
*m l. unica. §. ne autem. C. de caducis tollend.*
*n l. inter. de ſolutio.*
*o d. l. ſi quis. §. penult.*
*p l. nam ſeruus. §. ſi uiuo de negoc. geſto.*
*q l. hæredem. 14. hoc tit.*
*r l. ſeruus. 19. hoc tit.*
*s §. item ſi adhuc. Inſt. eo. d. l. ſi quis. §. morte.*
*t l. ad comparan. C. eod.*
*u d. l. ſi quis. §. qui ſuſcepit.*
*x l. 5. §. fi. h. t.*

*y l. 8. §. fin. hoc tit. l. à procuratore. C. eod. l. contractus. de regu. Iur.* *z l. ſi fundum. 35. hoc tit.* *aa d. l. 5.* *bb pro S. Roſcio.* *cc d. l. ſi procuratorem. §. fi. l. idemq́. 30. §. ſi mandato. hoc tit.* *dd d. l. idemq́. in princ. et §. 1.* *ee d. l. idemq́. §. ſi procurator.* *ff d. l. ſi procuratorem. §. ſi liber. & §. fin. l. qui mandatum. 43. hoc tit.* *gg l. ſi fundum, 35. l. ita ut omnes, 36. hoc tit.* *hh d. l. ſi procuratorem. 8. §. fin.* *ii l. ſi uerò. 12. §. ſi filius famil. 2.* *kk d. l. idemq́. 10. §. idem Labeo. 8. d. l. inter cauſas. 26. §. fin. d. l. ſi quis. 27. §. penul. l. ſi mandato. 45. §. ſi fideiuſſor. 5.* *ll d. l. ſi uerò. 12. §. ſi mihi. l. ſi quis mihi. 16. l. ſi mandauero. 22. §. interdum. hoc tit.* *mm l. qui mutuam. 46. in fi. h. t. l. etiamſi. C. eod.* *nn d. l. ſi uerò. 12. §. fi.*

fidei amico poſtulãti præſtitit[a], & apud quẽ nihil ex mandato remanet[b]. Sed hic quæri poteſt, an ſalarium pro executione mandati rectè petatur. In 12
quo ſciendum eſt, mandatum ſua natura eſſe gratuitum, cum pendeat ex officio atq; amicitia, cui contraria eſt merces[c]. Mercede igitur interueniente, ſine qua facturus non erat mandatarius, locatio eſt, ex eaq; agetur[d]. Sed ſi ultrò & remunerandi gratia mandatario extra conuentionem quid offeratur, honeſtè id accipitur, neque impedit mandati actionem[e]. Sin conuentum promiſſumq; ſalarium, ſine certa tamen mercede, ſuper facto quod locari non ſolet, non actione mandati petetur (eſt enim hoc mandato cõtrarium) ſed aut ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interuenit, aut ex alio contractu, aliaq; actione, puta præſcriptis uerbis, uel extra ordinem exigetur[f]. Quòd ſi in genere & incerta pollicitatione de ſalario ſit conuentum: uerbi gratia, ſi feceris, experiere apud non ingratum te potuiſſe operam: uel omnino cõuentum non ſit. Verius eſt nihil peti poſſe[g], niſi extra ordinem ab ijs qui accipere alioqui ſolent, ut ſunt aduocati & procuratores ad litem[h]. Aut niſi alicui mandata res ſit quæ locari ſolet, ut ſi ſarcinatori ueſtimenta ſarcienda tradantur, ſine mercede conuenta, eo tamen animo, ut poſtea merces exoluatur: nam actio pręſcriptis uerbis competet[i]. Quòd ſi gratis operam ſuſcepit, nec animo quæſtus faciendi negocium geſtum eſt (quod ex circumſtantijs colligi oportet) mandati agetur[k].

a l. ſi mandaſſem. 15. h. t. l. ſi quis ex ſigna. 1. ꝟ. quemadmodũ teſta. acquiren.
b l. ex mãdato. 20. h. t.
c d. l. 1. in fi. h. t. l. ſi tibi. de præſcript. uerb.
d §. fi. Inſt. eo.
e l. ſi remunerãdi. 6. in princ. hoc tit.
f l. 1. C. eod. l. ſalarium. h. t.
g l. ſalariũ. C. mandati. l. qui mutuam. §. ſalarium. in fin. h. t.
h d. l. ſalarium. 7. d. l. 1. in fi. C. eo. l. 1. C. de ſuffrag. l. 1. §. in honorarijs. cum ſeq. de uarijs & extra ordi. cogni.
i in princ. Inſt. de loca. & conduc. l. ſi tibi. 24. de præſcript.
k d. l. §. fin. Inſt eod.

## PRO SOCIO. TIT. II.

1 *Differentia ſocietatis, & communionis, & de uarijs ſocietatum generibus.*
2 *Quid ſit ſocietas de qua hic agitur.*
3 *Species.*
4 *Cauſa efficiens, quomodo conſtituatur.*
5 *Materia, de quibus rebus iniri poſſit.*
6 *Forma ineundæ ſocietatis, & quæ pacta recipiat.*
7 *De partibus ſocietatis conſtituendis.*
8 *Finis & effectus ſocietatis.*
9 *Quæ diuidenda ſint, aut non ſint.*
10 *Contraria ſocietati.*
11 *Quomodo ſocietas ſoluatur.*
12 *De actione pro ſocio, cui, aduerſus quos, & ad quid detur.*

AD perſonas etiam pertinet ſocietas, quippe quæ ius quoddam fraternitatis complectatur[a]. Nam quæ res ſine affectu ſocietatis, & tractatu perſonarum communes ſunt, earum non dicitur eſſe ſocietas, ſed communio[b]. Porrò, etſi ſocietas quædam utilis inter homines natura conſtituta eſt[c], ut lib. Offic. 1. docet Cicero: tamen præter illam, cùm aliæ conſociationes multo arctiores, neceſsitatibus uitæ ſic exigentibus, initę ſunt, tum propter negociationis uſum à mercatoribus quædam communicatio inuenta eſt, ut plurimorũ operis facultatibusq; in unum collatis, rectius copioſiusq; mercatura exerceretur. 1
Quæ quidem ſocietas ita definitur, ut ſit contractus iuriſgentium nominatus, in quo bona fide contrahentes ſocietatem de rebus honeſtis ineunt, eo animo, ut res operæue, earumq; rerum lucra & damna inter ipſos communicentur. Socij, inquit Cicero[d], putandi ſunt, quos inter res eſt communicata: uidelicet animo contrahendæ ſocietatis. 2
Species ſocietatis à materia ſumuntur. Alia eſt enim utilis, id eſt omnium bonorum[e]. Quæ ſemper contrahi intelligitur, niſi de particularibus negocijs actum ſit[f]. Alia particularis alicuius negociationis, uel rei[g]. Deinde alia eſt ſoci- 3

a l. uerum. 64. in princ. h. t.
b l. quib. 34. l. pro ſocio. 38. h. t. t. t. ſ̃. communi diuidundo.
c in l. 3. ſ̃. de iuſti. & iur.
d lib. 5. in Verrem.
e l. 1. in fi. cum l. ſeq.
f l. coire. 7. cũ l. ſeq. hoc tit.
g l. 5. hoc tit.

eſt ſocietas quæ fit de rebus publicis,ut de uectigalibus, alia uerò de priua-
4 tis. Cauſa efficiens eſt,conſenſus & animus contrahendæ ſocietatis [a], ſiue
5 expreſſus,ſiue etiam tacitus [b]. Materia de qua contrahitur ſocietas, ſunt
res & operæ honeſtæ omnes [c],quæquidem in commercium cadunt [d]. Rerũ
autem turpium nulla eſt ſocietas [e],ut monopolij. Vnde nec quę delicto par-
ta ſunt, ut furto, latrocinijs, iniurijs, &c. inter ſocios iure communicantur [f].

Formam ex iure ciuili nullam ſingularem ſocietas habet, utpote quæ iu-
re gentium conſenſu perficiatur,tractatu habito [g],ſiue uerbis [h], ſiue ſcriptu-
ra [i], uel per nuncium, aut epiſtolam [k].Contrahitur autem purè, uel ex tem-
pore,uel ad tempus, uel in perpetuum: hoc eſt,quoad ſocij uiuunt [l]: nam
nulla ſocietatis inæternum coitio eſt [m], uel ſub conditione [n]. Item partibus
ſocietatis aut expreſsis,aut non expreſsis:quo caſu Arithmetica proportio-
ne ſunt æquales lucri & damni partes, etiamſi quæ conferuntur inæqua-
lia exiſtant [o]. Nam cum ſocietas ſit ius fraternitatis [p],iniquum eſſet alium
plus, alium minus conſequi [q]. Et imputet ſibi,qui legem contractus non di
xit apertius [r]. Quòd arbitrio boni uiri partes conſtituantur, ad Geome-
tricam proportionem pro uniuſcuiuſque operis atque opibus, quas in ſo-
cietatem confert, à bono uiro erunt exigendæ [s]. Rectè etiam contrahitur
ſocietas, uel una tantum parte expreſſa, puta lucri, quo caſu idem ſerua-
bitur in altera: uidelicet parte damni [t], quia contrariorum eadem eſt ratio
7 & diſciplina [u].Neque tamen refert,æquales ſint partes,an inæquales.Poteſt
enim conueniri, ut alter unam, alter duas lucri damnniúe partes ſuſtineat,
uel ut nullam damni, aliquam lucri partem conſequatur: quæ inæqualitas
ita demum recepta eſt, ſi tanti opera ſocij eſt, quanti ueriſimiliter damnum
eſſe queat [x]: plerunque enim plus eſt in manus [y] precio, quàm in re. & ut
uulgò dicitur,Hoſtimentum eſt opera pro pecunia. Verùm in hoc aduer-
tendum eſt,ſi in aliqua re lucrum, in aliqua damnum allatum ſit, compen-
ſatione facta ſolum intelligi lucrum eſſe, quod ſupereſt [z]. Quòd ſi operæ
æſtimatione hæc inæqualitas non compenſetur,uerius eſt propter nimiam
inæqualitatem, ne iure quidem pacti ſocietatẽ ualere [aa]. Quemadmodum
nulla ſocietas eſt,ſi conuenerit, ut quis damnum non etiam lucrum perci-
piat [bb], quam Leoninam ſocietatem ex fabulis uocant: nam in uniuerſum
cum ſocietas contrahitur, tam lucri quàm damni communio iniri debet [cc].
Maximum enim eſt uinculum ſocietatis,utilitatum communio,authore Li-
uio [dd]: nec qui ſunt ſanę mentis, contrahere uelle in damnum duntaxat, nõ
etiam ut lucrum faciant, intelligũtur. Reſpuenda igitur pacta tam iniqua
ſunt, quæ non contrahunt, ſed diſſoluunt potius ſocietatem, ratione inę-
8 qualitatis, & pugnant cum natura, atque adeò fine huius contractus. So-
cietas enim ad utilitatem ex coniunctis operibus communicationeq́; re-
rum comparandam, & quæſtus gratia excogitata eſt [ee], unde nec donatio-
nis cauſa rectè contrahitur [ff]: quamuis etiam ſpectet ad utilitatem Reipub.
magnarumq́; negociationum exercitium, pluribus opes operamq́; confe-
rentibus. Hoc enim modo uberius res neceſſariæ importantur, earumq́;
rerum maior paratur copia atque utilitas: ut cõtrà monopolijs, charitas an-
nonę & indigentia: quæ idcirco etiam prohibita ſunt [gg].Eſt igitur hoc ſoci-
etatis proprium, ut iure quodam fraternitatis lucra & damna, periculaq́;
inter ſocios communicentur [hh].Quæ tamen ex cauſa ſocietatis non aliun-
9 de accidunt. Quid enim ſi alterutri negociatorum obuenit hæreditas? u-
tique non communicanda erit, cum de quæſtu ſolùm, qui ex opere & ne-

O 3 gociatione

a l. qui amittitur. 19. l. ut ſic. 31. cum l. ſeq. l. planè. 37. l. ſi margaritã. 44. hoc tit.
b l. ſi id quod. 59. §. fin. h. t.
c l. 5. hoc tit.
d l. uerum. 64. §. fin. h. t.
e l. quod autẽ. 54. l. nec prætermittendũ. 58. hoc tit. l. quod ſæpe. 35. §. 1. de contrah. emp.
f l. ſi fratres. 53. §. fin. cum l. ſeq. hoc tit.
g l. nam cum. 32. hoc tit.
h l. 4.
i l. duo. 12.
k d. l. 4.
l d. l. 1. hoc tit.
m l. nulla. 71. hoc tit.
n d. l. 1. d. l. 3. §. fin.
o l. 5. l. ſi non fuerint. 39. h. t.
p d. l. uerum. in princ.
q d. l. uerum. §. ſi cum tres.
r l. ueteribus. de pactis. cum ſimilibus.
s l. ſi ſocietatẽ. 6. h. t.
t §. illud. Inſtit. eodem.
u l. pen. §. fin. qui ſatisda. cog. l. 1. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.
x d. l. ſi non fuerint.
y l. mulieres. de uerb. ſignif. l. 5. hoc tit.
z §. 1. in fin. Inſtit. eod. l. Mutius. 30. hoc tit.
aa d. l. ſi non fuerint. in uniuer. quod ita demum ualebit.
bb d. l. ſi non fuerunt. §. fin.
cc l. ſi unus. 68. in princ. l. cum duobus. 52. §. pen. hoc tit.
dd De cad. 4. lib. 6.
ee arg. l. 7. in uniuerſis quæ ex quæſt. ueniunt. cum. l. ſeq.
ff l. 5. in fin. h. t.
gg d. l. unica. C. de manopal
hh l. cum duob. §. 52. damna. 2. h. t.

gociatione deſcendit, actum intelligatur [a], niſi in uniuerſum omnium bo-
norum inita ſocietas ſit [b]. Quid ſi ex cauſis prohibitis uel acquiratur quid
à ſocio, ut furto, uel amittatur, ut alea, aut ex mulctæ condemnatione?
Hæc certè in ſocietatis iudicium quòd bonæ fidei eſt, non ueniunt [c]. ut nec
illa quæ dolo aut culpa committuntur [d]. Licet econtrariò quod dolo cul-
páue damnum ſocietati illatum eſt, præſtari debeat. Sufficit tamen, talem di-
ligentiam rebus communibus adhiberi, qualem ſuis [e]: quia iure ſuo, & tan-
quam dominus in rebus communibus uerſari ſocius intelligitur [f]. Con- 10
traria ſocietati ſunt dolus malus, qui contractum nullum facit [g], inæquali-
tas nimia [h], res turpes [i], pactum ne liceat renunciare ſocietati [k]. Quanquã
hæc pactio non uitiat ſocietatem, ſed potius uitiatur. Societas ſoluitur 11
ex perſonis, ex rebus, ex uoluntate, ex actione: ideóque ſiue homines, ſiue
res interierint, ſiue uoluntas, ſiue actio mutata ſit, diſtrahitur ſocietas [l]. In-
tereunt autem homines, aut ciuili morte, id eſt maxima & media capitis di-
minutione [m], quia diſſoluit ſocietas [n]: non etiam minima [o], aut morte na-
turali. Si igitur uel unus ex pluribus ſocijs decedat, tota ſoluitur ſocietas [p].
non enim tranſit in hæredes etiam ex pacto [q]: cùm quia perſonæ electa in-
telligitur induſtria, tum ne quis inuitus ei ſocius efficiatur cui non uult [r].
quod contrarium eſſet ſocietati, quæ conſenſu conſtat [s]. Hoc in priuatis
ſocietatibus obtinet: at in ſocietate uectigalium nihilominus manet ſocie-
tas poſt mortem ſocij cum eius hæredibus [t], ſaltem effectu, ut omnia dam-
na & lucra communicentur [u]. quod propter negocij magnitudinem, & ua-
rios tractatus, ac ne diſſoluta ſocietate locatio publica damnum faciat, re-
ceptum eſt [x]. Rei quoque quæ non amplius exiſtit, uel commercio exem-
pta eſt, ſocietas nulla durare poteſt [y]. ut ſi finis negocio ſit impoſitus, cuius
gratia contractum erat [z]: eadem ratione perit ſocietas, ſi publicata ſint, aut
à creditoribus diſtracta ſocij bona, uel facta ceſsio [aa]. Voluntate etiam di-
ſtrahitur ſocietas, uidelicet cum ſocietati non fraudulenter renunciatur,
uel expreſſè [bb], uel tacitè, cum ſeparatim ſocij agere cœperint, & unuſquiſ-
que eorum ſibi negociatur [cc], ſine fraude renunciationem fieri intelligimus,
cum ſocietatis nihil intereſt eã fieri: alioqui ſi interſit, ad id tenetũ, qui renũ-
ciat, iure ſocietatis, nihilominus propter contrariam uoluntatem diſſolu-
tio [dd]. Actione diſtrahitur ſocietas, aut ſtipulatione interpoſita animo no-
uandi qua alter alteri partem ſe daturum promittit: aut iudicio, quo agi-
tur in id ut diſtrahatur ſocietas: quia mutata eſt cauſa ſocietatis, & per no-
uationem & per mutationem uoluntatis [ee]. Ex hoc igitur contractu ori- 12
tur ultrò citróque directa pro ſocio actio, quæ generalis eſt [ff] rei perſecuto-
ria [gg] bonæ fidei [hh]. Daturque utplurimùm abſoluta ſocietate, nonnullis e-
tiam in caſibus ea durante [ii]: in hoc, ut commoda lucra omnesque ſocietatis
res diuidantur [kk], & pactiones ſocietatis ſeruentur [ll]: id quod intereſt præ-
ſtetur [mm], ſi uel intempeſtiuè renunciatum ſit ſocietati [nn], uel dolo, culpa, ne-
gligentia ſocij damnum datum [oo]. Petuntur etiam hoc iudicio impenſæ
in cauſam ſocietatis factæ [pp], & ut in cæteris bonæfidei iudicijs, fructus [qq]
atque uſuræ [rr]. Datur autem actio hæc ſingulis ſocijs, contra ſingulos, cum
par ſit omnium conditio & cauſa: item horum hæredibus, & in hæredes: ut
ſocietatis iam diſſolutæ, & lucra antè percepta communicentur [ss], utque
hæres

*a l. coiri. 7. cũ multis ſeq. h. t.*
*b l. 3. §. fin. l. ſi fratres. 53. §. fi. hoc tit.*
*c l. adeò. 60. in fi. d. l. ſi fratres. §. fin.*
*d l. cum duab. 52. §. 1. cum ſeq. l. adeò. 59. §. 1. l. ſocius. 72. l. ſocium. 60. §. 1.*
*e d. l. ſocius. 72.*
*f l. meritò. 15. hoc tit.*
*g l. 3. in fi. h. t.*
*h d. l. ſi non fuerint. §. fin.*
*i l. quod autem. 54.*
*k l. nulla. 70.*
*l l. uerum. 64. §. fin. l. 4. in fin. hoc tit.*
*m l. 1. §. fin. de bono poſſeſſ. cõtra tribu.*
*n d. l. 4. l. uerum.*
*o l. ſi id quod. 59. §. 1. d. l. actione. §. morte. hoc tit.*
*p d. l. actione. §. morte. d. l. 4. l. ſi fratres. 53. §. idem reſpondit.*
*q l. nemo poteſt. 35. l. adeò. 60. h. t.*
*r d. §. morte.*
*s l. fi. C. cõmuni diuidun.*
*t d. l. adeò. 69. hoc tit.*
*u d. l. uerũ. 63. §. in hæredẽ. 6.*
*x d. l. actione. 65. §. pen.*
*y d. l. uerum. §. fi.*
*z §. penult. Inſtit. eod.*

*aa d. l. actione in prin. & §. morte. & d. l. 4. in uerb. egeſtate. §. item ius eod. bb l. ſi conuenerit. 14. cum 2. ll. ſeq. cc l. itaq;. 64. dd d. l. actione. §. manet. Inſtit. eod. ee d. l. actione in princ. ff l. pro ſocio. 36. h. t. gg l. ſed actione. 50. hh l. unde. 70. l. rei cõmunis. 45. ii d. l. actione. § pen. kk d. l. rei communis. d. l. actione. §. pen. ll l. cũ duob. 52. §. itẽ. 5. l. cũ ſocietas. 79. mm l. ſed ſi ex cauſa. 47. d. l. actione. nn d. l. ſi conuenerit. 14. oo l. ſed nihilominus. 48. cũ l. ſeq. pp l. pro ſocio. 38. d. l. cũ. duobus. 31. ſi quis. 13. qq d. l. pro ſocio. rr d. l. cum duobus. §. idem reſpondit. d. l. ſocium. 60. h. t. ss d. l. l. hæredem. d. uerum. §. in actione. §. morte.*

hæres præſtet ſi quid dolo aut culpa perperam geſsit[a]. Etſi enim morte diſ-
ſoluatur ſocietas: tamen inchoata negotia hæres abſoluere utilitatis cauſa
debet[b], ut & hæredes tutoris ac negociorum geſtoris[c].

*a l. nemo. 35. cum l. ſeq. h. t.*
*b l. hæres ſocij. 40. h. t.*
*c l. 1. l. qui hæredes. C. de hæred. tuto. l. nam & Seruius. 21. §. ſi uiuo. 2. de negoci. geſt.*

# DIGEST. LIBER XVIII.

## DE CONTRAHENDA EMPTIONE, Tit. I.

1 *Frequentia emptionum & uenditionum.*
2 *Quid ſit emptio.*
3 *Origo emptionis.*
4 *Partes & ſpecies.*
5 *Cauſa efficiens.*
6 *Conciliatio L. quid tamen, & L. cum ab eo.*
7 *Materia: & quæ res diſtrahi poßint, aut non poßint.*
8 *Quid intelligatur uenditum.*
9 *Forma, quomodo contrahatur.*
10 *Quomodo perficiatur, & de guſtu ac menſura explicata difficultas, & de pactis emptionum.*
11 *Finis.*
12 *Effectus, & an uenditor transferre teneatur dominium.*
13 *Quando traditione transferatur dominium, habita fide de precio.*
14 *Differentia inter uenditionem & locationem.*
15 *Pugnantia cum hoc contractu.*

1 RES inter homines maximè communicantur emptione & uendi-
tione, neque quicquam hoc contractu in commercijs humanis
frequentius eſt, atque etiam æquabilius: ut non immeritò olim
eum Romani tanquam iuſtiſsimum, omnibus ferè ſolennibus
familiarium mutationibus, translationibus, alienationibus: ut adoptioni-
bus, emancipationibus, teſtamentis, adhibere ſint ſoliti. Quod cum ita
ſit, erit, ut opinor, operæprecium, ſi paulo diutius, ſicuti & ipſos iuris com
pilatores feciſſe liquet, in tam uberrimæ materię enodatione commore-
2 mur. Emptio eſt contractus, iuriſgentium nominatus, conſenſu conſtans,
in quo res precio commutantur ea ratione: ut uenditor obligetur ad tra-
dendam rem, eiuſq; aut transferendum dominium, aut præſtandam eui-
ctionem: emptor contrà ad dandum precium uenditori. Dixi, eſſe contra-
ctum iuriſgentium, & conſenſu conſtare[a]. Deinde, in illo commutari res
precio: qua differentia ſecernitur emptio à permutatione, quæ ſpecies
3 ſpeciebus commutat. Ac olim quidem uſu nummi nondum inuento, nul-
lum erat inter hos contractus diſcrimen: nec aliud merx, aliud precium
uocabatur, ſed unuſquiſque ſecundum neceſsitatem temporum ac re-
rum, utilibus inutilia permutabat. Verùm quia nec ſemper, nec faci-
lè concurrebat, ut cum tu haberes quod ego deſiderarem, mihi inuicem
præſtò eſſet quod tu accipere uelles, neque res hinc inde extarent æ-
qualis precij & proportionis, ſine qua æqualitate rerum permutatio con-
ſtitui nequit neceſſum fuit inueniri medium, quod uice rerum eſſet, &
poſſet augeri ac minui[b]. Electa eſt igitur materia, cuius publica ac per-
petua æſtimatio, ut inquit Paulus[c], difficultatibus permutationum ęqua-

*a l. 1. in fin. h. t.*
*b Ariſtot. lib. 1. Politico.*
*c Paul. in. d. l. 1.*

litate quantitatis ſubueniret, eáque materia forma publica (ne quis pri-
uatim adulterare poſſet) percuſſa, uſum dominiumque non tam ex ſub-
ſtantia pręberet, quàm ex quantitate: hoc eſt, æſtimatione & forma[a], nec
ultrà merx utrunque, ſed alterum precium uocaretur. Partes emptio- 4
nis & uenditionis ſunt res, pecunia, & conſenſus, quo illa permutantur:
niſi enim hæc omnia interueniant, erit contractus imperfectus[b].

Vnum porrò eſt commune genus emptionum, niſi quis uelit à forma
diſtinguere eas quæ ſola uoluntate ſine ſcriptura fiunt, ab his quæ in ſcri-
ptis perficiuntur[c]. Emptio & uenditio conſenſu peragitur[d], ſine quo 5
conſiſtere nequit[e]: unde ſi uel in precio, uel in re contrahentes diſſentiant,
imperfectus erit contractus: puta, Si error ſit, uel in corpore, ut ſi ego 6
me fundum Cornelianum emere putem, tu Tuſculanum te uendere: uel
in ſubſtantia & materia, ut ſi acetum quod uinum fuit, pro uino, æs pro
auro ueneat. In quo diſtinxiſſe uidentur admodum ſubtiliter conſulti, ut ſi
non in totum erretur in materia rei quæ uenit, ualeat uenditio: uerbi gra-
tia, ſi æs quod eiuſdem penè eſt cum auro materiæ, mixtum auro uel in-
auratum, pro auro uendatur[f]. Sin autem planè alia materia ſit, quàm de qua
dictum eſt, non ualeat: puta, ſi menſa argento cooperta pro ſolida ueneat.
Nihil enim habet commune lignum menſæ cum argento, nec eadem eſt
horum οὐσία, neque operimentum pars eſt materiæ: hoc eſt, menſa, quam
argenteam præſtari conuenit[g]. Circa omnes autem res uerſatur uendi- 7
tio & emptio, ſiue corporales ſiue incorporales[h], quas quidem habere uel
poſsidere poſſumus[i]. nam quæ extra commercium ſunt, ut res ſacrę, pu-
blicę, liber homo, &c. earum nulla uenditio eſt[k], niſi ab ignorante emantur:
quo caſu in hoc duntaxat ualet, ut habeat actionem deceptus emptor[l].
Sed etſi res in commercium cadant, tamen nonnunquam earum impedi-
tur uenditio: nam principiò in his quæ extincta ſunt, nec præſtari poſſunt,
ut ſunt domus exuſta, equus mortuus, &c. non ualet emptio, quia ſine re
fieri nequit[m]: quamuis quæ futura probabiliter ſperantur, ut fructus futu-
ri, captura piſcationis, & ſimilia, rectè emantur[n]. Deinde domos, negoci-
andi cauſa ut deſtruantur, uendi interdictum eſt: ne ruinis deformetur
aſpectus ciuitatis[o]. Sanè, ut reficiantur atque inſtaurētur, rectè ueneunt, &
deſtruuntur[p]. Prohibitum etiam eſt, uendi uenena, niſi adiectione alterius
materiæ fieri poſsint ſalutaria[q]. Sed nec res litigioſæ in uenditionē cadunt[r],
nec ipſę lites, niſi iuxta præſcriptam formam[s]. Res autem alienæ rectè uen
duntur, quia ſufficit uenditorem pro euictione teneri[t]: quo tamen nihil
iuris inuito domino aufertur[u]. Rem uerò propriam fruſtra emit: em-
ptor[x], quia quod eius eſt, amplius illius fieri nequit[y], niſi cum poſſeſsio aut
ius aliquod, quod alteri competit, emitur[z], aut ſub conditione[aa]. Et hæc 8
quidē de rebus quę in uēditionem ueniūt, aut nō ueniunt. Cum aūt quęrit̄,
quid, quantumq́; in contractum ueniat, dicendum eſt, quicquid cohæret
rei uēditę uenditū intelligi[bb]. quod quidē tēpore cōtractus fuerit[cc]. Vnde
fundo uēdito, fructus & inſtrumēta adhærētia, quaſi pars fundi uēdita intel
ligunt̄[dd], & domū diſtractā ſequunt̄, quę terra queq́; opere ſtructili tecto-
rioue cōtinent̄. Ruta aūt & cęſa, id eſt, eruta & cęſa à terra, ut arena, lapides,
ligna, ſtatuę, &c. nō ueneūt, quāuis olim, ut oſtēdit Cic.[ee], declarationis gra
tia nominatim excipiebātur[ff]. Nunc de forma, & quomodo contrahat̄ em-
ptio,

a Duar. ann. diſp. lib. 1. cap. 6.
b l. 1. & 2. l. in uenditionibus. 9. l. cum in uenditione. 56. cum l. ſeq. l. domum. 57. hoc tit.
c l. contractus. C. de fide inſtrumen.
d d. l. in fin.
e l. in uenditionibus. 9. hoc tit.
f l. quid tamē. 14. hoc tit.
g l. cum ab eo. 41. §. fin. h. t.
h l. cum manu. 80. §. 1.
i l. ſi in emptione. 34. §. omnium.
k l. 6. l. qui officij. 62. l. liberi. 70.
l l. 4. & 5. d. l. liberi. d. l. qui officij.
m l. nec emptio. 8. l. domum. 57. hoc tit.
n d. l. nec emptio. l. ſi iactum. 13. ff. de actionibus empti.
o l. ſenatus. 52. hoc tit. l. cætera. 43. cum ll. ſeq. de lega. 1.
p l. 1. & 2. C. de ædificijs pri.
q l. quod ſæpe. 35. §. ueneni.
r l. fin. C. de litigio.
s in l. per diuerſas. cum ll. ſeq. C. mandati.
t l. rem alienā. 28. hoc tit.
u l. mater. 9. C. de rei uenditione.
x l. ſed etſi. 15. in fin. cum l. ſeq.
y §. ſi rem. Inſt. de lega. §. ſic itaq; de. C. actio.
z l. ſi in emptione. 34. §. penult.
aa l. exiſtimo. 61.
bb l. æde. 73.
cc l. rutilia. 69. l. in lege. 77.
dd l. qui fundum. 44. §. qui agrum. & §. fin. l. ſi aquæ ductus. 41. cum ll. ſeq. l. fiſtulas. 78.
ee lib. 2. de Orat.
ff l. in uēdendo. 66. hoc tit. l. fundi. 18. §. ſi uita. de actio. empt.

ptio, agamus. Ea rectè fit, etiam inter abſentes, per nuncium aut literas[a]: ne-
que enim requiritur neceſſariò, aut ſcriptura[b], niſi in ſcriptis contrahentes
perfici contractum uelint[c], aut præſentia: ſed ſufficit quoquo modo cõtra-
hentes conſentire. Deinde contrahitur emptio interim ſine arra, interim
in argumentum cõtractus, arrha interueniente[d]. Quanquam autem aliàs à
perfecta conſenſu emptione abiri fas non eſt, ne principis quidẽ reſcripto[e]:
tamẽ cum arrha interuenit, qui eam amittere, aut duplicatam quam accepit
reddere uult, impunè à cõtractu recedere poteſt[f]: propterea quòd arrabo,
ut & ipſum nomen indicat, dari uidetur in pignus & ſecuritatem cõtractus.
unde ſi quis eo carere uelit, ſatisfacere uidetur uoluntati aduerſæ partis, quę
conqueri non poteſt, cum hoc contractus pignore antea fuerit contenta[g].
Mihi tamen placet, idq́ probabilius uidetur, & quod de arrhæ amiſsione
dicitur, de contractu necdum perfecto intelligamus: de qua ſpecie loquit̃
Imperator[h]. nec abſurdum eſt, eodem modo Iuſtin[i]. interpretari, præſertim
cum diſertè addat hæc uerba: IS QVI RECVSAT ADIMPLERE CON
TRACTVM. unde intelligi poteſt, eum de contractu necdum impleto lo-
qui. Ergo re adhuc imperfecta, puta ſi uinũ ueneat ut deguſtetur, aut ſi de re
conuenit, nondũ etiam de precio[k], ſiquidem arræ datæ fuerint, ut eſſent pi
gnus perficiendi in poſterũ contractus, pœnitentię locus erit, utpote in cõ-
tractu adhuc imperfecto: arrharum tamen datio, quaſi contractus quidam
per ſe exiſtens[l], hoc operabitur, ut qui adimplere recuſat, perdat quod de-
dit: uenditor autem pœnitens, qui arrhas accipit, duplum reddere compel-
litur. At cõtractu per conſenſum omnibus partibus abſoluto, pœnitere om-
nino nõ erit integrum[m]: & arrhę nomine datum, in partẽ precij imputabit̃.
Secus tamen eſſet, ſi arrha non in argumentũ aut ſecuritatem daretur, ſed ut
pars precij cõuentus: tunc enim arrha dici nequit, ſed potius preciũ & em-
ptionem, utpote perfectam infringere non licet[n]. Idq́ hodie fieri atq́ obſer
10 uari uidemus. Perficitur autem emptio, ſtatim atq́ de precio cõuenit, & res
certa eſt. Quòd ſi de rei qualitate aut quantitate nondum conſtet, imperfe-
ctus eſt contractus. Verbi gratia: Si uinum certo precio, ad certam quãtita-
tem ematur, non prius erit emptum, quàm fuerit guſtatum & admenſum.
Idemq́ de reliquis rebus quæ numero, pondere, menſura conſtant, iudican
dum eſt, ut non aliter quàm ſi adpenſa, admenſa, adnumerata ſint, perfecta
ſit uẽditio[o]. In quibus omnibus conſuetudo regionis erit attẽdenda[p]. Alia
tamen eſt cauſa guſtãdi, quàm metiẽdi. Guſtus enim, puta uini, ad hoc profi
cit, ut improbare liceat: unde non facit uenditionem. Menſura uerò eò fit, ut
appareat quantũ ſit emptum: quocirca argumentũ eſt uẽditionis cõtractę,
à qua recedi non poteſt, quamuis ante menſurã in eo perfecta non habea-
tur uenditio, ut periculum emptor ſuſtineat[q]. Sed hęc uera ſunt cum pu-
rè eſt cõtractum, alioqui lex cõtractus ſeruãda erit, ſi fortè, ut fieri poteſt, uẽ-
ditio facta ſit ſub cõditione[r], etiã tacita[s] (non tamen legibus improbata[t])
aut in diẽ[u], uel ad diẽ[x], aut ex die[y]: quæ dies non ſuſpendit obligationem,
ſed traditionẽ, & implemẽtum contractus[z], niſi habeat admixtã conditi-
onem[aa]. Conditio autem contractum ſuſpendit, donec exiſtat[bb]: ea porrò
exiſtente, uenditio ad tẽpus contractus retrò trahit̃[cc]. Planè quãuis in arbi-
trium tertij poſsit cõferri precij ęſtimatio, aut implementum contractus[dd].
Tamen ſi in uoluntatem aut arbitrium alterutrius ex contrahentibus uen-
ditio conferatur, ut, Vendo tibi, ſi uolueris, quanti æquũ putaueris, &c. non
contrahitur emptio: quia nulla neceſsitate aſtringuntur contrahentes[ee].
11 Finis emptionis eſt, ut neceſsariæ res inter homines communicentur, &, ut
inquit

a l. 1. in fin.
b l. 2. hoc tit.
c l. contractus. C. de fid. inſtru. in prin. Inſtit. de emp. & uend.
d l quod ſæpe. 35. in princ.
e l. 3. l. ratas. C. de reſcind. uẽd.
f d. l. cõtractus. Inſt. eo. in prin. l. 2. C. quando liceat ab empt. reced.
g arg. l. 3. §. fin. de fideiuſſo. l. 1. diuo Pio. §. ſi pignora de re. iudic.
h d. l. contractus. C. de fid. inſtr.
i in princ. Inſt. eod.
k ut in l. etſi. 15. hoc tit.
l l. 3. C. de ſpõſ. & arr.
m Inſt. eod. in prin. l. ſicut. C. de actio. cum ſimil.
n d. l. 2. C. quãdo liceat, &c.
o l. quod ſæpe. 35. §. in his quæ pondere.
p l. Impp. 71. hoc tit.
q l. ſi in emptione. 34. §. penulti. h. t. l. 1. j. de periculo & commod. rei uend.
r l. hæc uenditio. 7.
s l. ſi quis fundum. 37. l. ſi debitor. 39. h. t.
t d. l. ſi in emptione. 34. §. 1.
u l. cum ab eo. 41.
x l. cum manu. 80. §. ſylua.
y l. fi. hoc tit.
z §. 1. Inſt. de uerb. obliga. l. cedere diẽ. 213. de uerb. ſignif.
aa d. l. fi.
bb d. l. hæc uenditio. 7.
cc l. neceſſariò de pericu. & commend. rei uend.
dd l. fin. C. eod. d. l. hæc uenditio. h. t.
ee l. in uendentis. C. eo. d. l. hæc uenditio. l. quod ſæpe. 35. §. 1. h. t.

inquit conſultus, perpetua pecuniæ æſtimatione difficultatibus permutati-
onum ſubueniatur. Effectus eſt, quòd à contractu perfecto recedere non 12
liceat[a], ſed emptor precium dare cogatur uenditori: hic contrà rem tradere
emptori, non ſimpliciter, ſed ſic, ut transferat ipſa traditione dominium. nã
tale ius tradere debet, quale uendit. Vendit autem dominium: non tamen
præciſe rem emptionis facere tenetur[b], cùm ne propter incertitudinem &
difficultatem probationis dominiorum[c] impediatur hic contractus, uſi-
bus quotidianis maximè neceſſarius, tum quia per euictionis prſtationem
indemnis ſeruatur emptor, perinde ac ſi dominiũ nactus eſſet. Id tamen a-
gi neceſſe eſt in emptione, ut dominium traditione transferatur: nam ſi alia
ſit contrahentium intentio, non poteſt uideri res uendita[d]. Traditiò autẽ 13
non aliter transfert dominium rei uenditæ, quàm ſi precium ſolutum ſit,
aut fides de eo habita[e]: cæteroqui non uidetur uoluiſſe rei dominium amit-
tere uenditor, qui ſpe præſentis numerationis quæ ſecuta non eſt, tradidit[f].
Quòd ſi hanc præſentis precij fiduciam præ ſe non ferat uenditor, ſed ſim-
pliciter tradat, uidetur eo ipſo fidẽ de precio habere, niſi aliud ex circũſtan
tijs appareat[g]. Et hæc quidem in genere de uenditione, ſatis: ſi paucis quæ 14
huic contractui maximè ſunt uicina, quæ aduerſaria, attigerimus. Tanta eſt
inter emptionem & uenditionem, locationem & conductionem cognatio,
ut ſæpe dubites ad utrum contractum ſpecies conuentionis ſit referenda[h],
quod tamen hac regula dijudicari ſolet: "QVOTIESCVNQVE ID A-
GITVR, VT AB EO QVI REM PRAESTAT, DOMINIVM IN E-
VM QVI DAT PECVNIAM TRANSFERATVR, EMPTIO EST:
QVANDO VERÒ NVLLA FIT DOMINII TRANSLATIO, LOCA
TIONIS GENVS EST." Verbi gratia: Dedi uietori ligna, aut aurifabro ar
gentum, ut mihi uas faceret: locatio erit, aut contractus innominatus. At ſi
conueniat, ut ex ſuis lignis, ſuóue argento uas mihi fabricet emptio eſt: nam
rei dominium transfertur[i]. Eſt & adfinis uenditioni permutatio, de qua cõ
modius ad tit. de rerum permutatione paulo pòſt dicemus. Pugnant cum 15
uenditione dolus malus[k]. qui ſi ab utraque parte interueniat, ut ſi uterque
ſciat rem furtiuam aut uitioſam eſſe, indiſtinctè uitiatur contractus[l]: ſin ab
alterutra, & dolus cauſam contractui dederit, annihilatur, eo uolente qui de
ceptus eſt[m]. Incidens dolus per actionem contractus purgatur[n]. Contra-
rius eſt & error, ut diximus, emptioni quę cõſenſu conſtat, cui nihil tam eſſe
contrarium dicitur, quàm error[o]. Item pactum de non transferendo domi-
nio[p], & donationis cauſa facta traditio, ſub ſpecie emptionis[q]: imaginaria
enim uenditio nulla eſt[r]. Et plus ualet quod agitur, quàm quod ſimulatè cõ
cipit[s]. nec uenditio ſine precio fieri ulla poteſt, ſicut dictum eſt: planè ſi do-
nationis cauſa minoris res uendatur, ualet uenditio[t].

a d. l. 3. l. ratus. C. de reſc. uend.
b l. ſi ita. 25. §. fin. hoc tit.
c Dd. in l. cum res. C. de probat.
d l. cum manu ſata. 80. §. fin. hoc tit.
e l. quòd uendit. 19. l. ut res. 53. hoc tit. §. per traditionẽ. & §. uenditæ. Inſt. de uerbo diuiſ.
f l. 3. de pigno. actio.
g l. procuratoris. §. penultim. ubi gl. & Dd. de tributoria actio.
h Inſtit. de loca. & conduc. in princ. l. 2. §. 1. ff. locati.
i l. Sabinus. 20. l. conuenit. 65. hoc. tit.
k l. ſi dolo. C. de reſcindenda uenditione.
l l. ſi in emptione. 34. § item ſi emptor. l. domũ. 57. hoc tit.
m l. et elegãter. in princ. de dolo malo. gl. in Dd. in d. l. ſi dolo.
n d. l. ſi dolo. l. dolus. cũ l. ſeq. C. de reſc. uend.
o l. nihil. 116. de reg. iur.
p l. cum manu ſata. 80. §. fin.
q l. cum in uenditione. 36. h. t.
r l. nuda. 55. hoc tit.
s t. t. C. plus ualere.
t l. ſi quis donationis. 28. in princ. h. t.

## DE IN DIEM ADDICTIONE.

### Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo contrahatur in diem addictio.*
3 *Vis & effectus huius conuentionis.*
4 *Quando dicatur melior condictio adferri.*
5 *Quid ſit addicere, unde hæc conuentio nomen habet.*

ET hæc quidem in genere de emptione & uenditione: nũc quędam ſpe- 1
cialius exequamur. Ac quia pacta recipere diximus hunc contractum,
uideamus de duabus pactionibus, quæ frequenter addi ſolent: uidelicet de
in diẽ addictione, & lege cõmiſſoria. In diem addictio ita fit: Ille fundus eſto 2
tibi

tibi centum emptus,niſi quis intra Calendas Ian. proximas meliorem con-
ditionẽ fecerit, id eſt attulerit,quo res à domino,uidelicet emptore,abeat [a]. *a l.1.hoc tit.*
3 Hæc uenditio pura eſt,niſi aliud ſit actum, quæ reſoluitur ſub conditione,
ubi melior in diem conditio allata eſt. Vnde omne lucrum & damnum in-
4 terea temporis ad emptorem,utpote dominum pertinet [b]. Melior autem *b l.2.& 3.h.t.*
conditio afferri uidetur,ſi uel precio ſit additum,uel ſolutio facilior aut ma-
turior,uel quid utilius uenditori afferatur [c]. Licet autem uenditori melio- *c l.4.§.fin.cũ ll.ſeq.h.t.*
re allata conditione,addicere poſteriori, niſi paratus ſit plus adijcere prior:
quod ut facere poſſit,neceſſe habebit uenditor priorem emptorem facere
certiorem, ut ſi quid alius adiecit,ipſe quoque adijcere, & licitando uince-
5 re poſſit [d]. Addicere autem nihil aliud eſt, quàm rem, ut ita dicam, ali- *d l.item.§.fin. cum 2.ll.ſeq.h.t.*
cui appropriare, quod mancipare Ciceroni dicitur.Quia autem in hac uen
ditionis forma res quidem traditur emptori, transferturq; dominium, ſed
non tam ſolidè quin intra certum tempus poſſit meliore conditione allata
rurſus auferri, eoq; in diem uera addictio & mancipatio differtur: ideo pa-
ctum de in diem addictione nominatur.

## DE LEGE COMMISSORIA. Tit. III.

SEd & lege Cõmiſſoria uenditiones celebrari ſolent:hoc eſt, ut niſi intra
certum diem precium exoluatur, inempta res fiat [a]: quod pactum uo- *a l.4.h.t.*
catur lex. nam pacta leges ſunt contractuum [b], & quidem commiſſoria: *b l.1.§.ſi conueniat depoſiti.*
quia niſi ſolutio ad diem fiat, propter moram & commiſſum res habetur
pro inẽpta. Cum igitur lege Commiſſoria uenditur,magis eſt ut ſub condi
tione reſolui contractus quàm ſub conditione contrahi uideatur [c]. Com- *c l.1.h.t.*
mittitur autem ſi emptor, quamuis non interpellatus precium,ſua die non
afferat [d]. Dies enim interpellat pro homine [e], niſi emptor iuſtas cauſas pro- *d d.l.4.§.fin.*
bare poſſit,quibus impeditus ſit ad diem explicare ſolutionem. Porrò cõ- *e l.magnam.C. de contrab. ſtipul.*
miſſa pactione, eſt in poteſtate uenditoris, utrum legem commiſſoriam
exercere, an precium petere uelit [f]: nam in eius commodum & fauorem *f d.l.4.§. eleganter.*
hæc pactio additur [g], cui renunciare poteſt [h]. Altera tamen uia electa am-
plius uariare nequit [i], quia electione ius queritur emptori,quod uariatione *g l.2.& 3.h.t.*
uenditoris interuerti illi nequit [k]. Commiſſaria autem electa emptor reſti- *h l.penult.l. de pact.*
ſtituere fundum,utpote iam inemptum cogitur: amittitq; quod arræ aut a-
lio nomine,puta precij,dedit:idq; in pœnam moræ, & propter ueriſimilẽ cõ *i d.§.eleganter.& l.penult. hoc tit.*
trahentium uoluntatem,niſi aliud actum appareat [l]. Quod iniquum uideri
non debet, cùm econtrariò emptor fructus interea perceptos hac caſu *k l.apud Aufidium. de optio. lega.*
lucretur [m]. *l ie.lege.inprin. d.l.4.§.ſed quod.*

## DE HAEREDITATE, VEL ACTIONE uendita. Tit. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Singulare in hac uenditione,primum quòd neceſſum ſit mortuum eſſe,de cuius rebus hæreditarijs agitur.* *m d.l.4.§.1.*
3 *Singulare 2.quòd uenditor non teneatur de euictioue*
4 *Tertium,quòd emptor uice hæredis ſit,& actiones utiles habeat.*
5 *Venditionem eiuſmodi non mutare cauſam debitorum.*
6 *De nominum & actionum uenditione.*

1 SVprà dictũ,eſt iura quoq; incorporalia,ut ſunt hæreditas & actiones,uẽ
di poſſe: ſed quia in harũ rerum uenditione quædam ſunt ſingularia,de
2 illis eſt dicendum. Atq; in primis ſi hæreditas uæneat,neceſſum eſt mortuũ
eſſe eum de cuius hęreditate agitur, alioqui nulla erit uenditio: quia in re- *a l.1.hoc tit.*
rum natura non ſit, quod uęnierit [a]. Hæreditas enim uiuentis nulla eſt [b]. *b Gloſ.in d.l.1.*

Oportet

Oportet itaq; uerè ſubſiſtere hæreditatem:nec enim alea emitur,ut in uena-
tione [a]. nam pacta de hæreditate uiuentis inita improbantur [b]. Deinde 3
uenditor hereditatis, non ſicuti reliqui uenditores,tenetur de euictione re-
rum ſingularium:quia non tanquam dominus,ſed ut hæres uendidit. Suffi-
cit igitur hæreditatem præſtari,qualem adijt, non etiam rerũ particularium
dominium [c]. Tertiò,inter emptorẽ & uenditorem hęreditatis id agi intel 4
ligitur,ut neq; plus,neq; minus iuris habeat emptor, quàm apud hæredem
futurum eſſet [d]. Itaq; omne emolumentum, omneq; periculum rerũ perfe-
cta uenditione ad emptorem pertinet [e]. Vicem enim hęredis obtinet [f], &
contrà quicquid ex hæreditate peruenit, peruenturumq; eſt,& actiones e-
arum rerum,quæ nondum peruenerunt,præſtare illi uenditor debet [g]:quã-
quam & ſuo nomine intentare utiles etiam ſine ceſsione emptor poſsit [h].
Sed quod dixi, uicem hæredis obtinere emptorem, reſpectu uenditoris 5
intelligendum eſt. Nam quod ad creditores attinet & legatarios, eorũ ius
contrahendo debitor hæres tollere aut mutare non poteſt [i], nec in aliã per-
ſonam transferre obligationem, quàm adita hæreditate ſponte ſuſcepit [k],
quaſi contrahendo [l]. Vnde rectè à creditoribus conuenitur,etiam poſt factã
uenditionẽ: emptor uerò inuitus nequaquam,quia nullum negocium cum
creditoribus geſsit [m]. Illud omnino explicandum, quod inquit Vlpianus [n]:
In hæreditate uendita, utrum ea quantitas ſpectetur, quæ fuit mortis tem-
pore:an ea quæ fuit cum adiretur hæreditas: an ea quæ fuit cum hæreditas
uenundaretur,uidendum eſt. Et uerius eſt, hoc eſſe ſeruandum quod actũ
eſt. Plerunq; autem hoc agi uidetur, ut quod ex hęreditate peruenit, in id
tempus quo uenditio fit,id uideatur ueniſſe. Hæc uerba ſecus accipiuntur
à Dd [o], quàm accipi debeant,eaq; interpretatio magnis tenebris rem inuol-
uit. Non igitur hoc uult I. C. (ut rem in pauca conferam) intelligi quanti-
tatem uenditam, qualis eſt tempore contractus, ſicut fit in cæteris emptio-
nibus [p]:ſed omne id uenditum uideri, quod ex hæreditate ad uenditorem
peruenit,in id tempus:hoc eſt, uſq; ad illud tempus quo fit uenditio. Non
enim bona qualia nunc ſunt uæneunt, ſed uenditur hæreditas: hoc eſt, ius
quod defunctus reliquit [q]. Quicquid igitur ex hoc iure peruenit ad uendi-
torem,intelligitur uenditum,& eſt præſtandum.Et hoc eſt quod poſtea in-
quit Vlp. [r] Rerum uenditarum ante uenditam hæreditatem precia deberi,
quamuis ea conſumpſerit uenditor: itemq; earum quæ ſunt donatæ. Sicut
econtrariò ſumptus etiam ante hæreditatem uenditam factos,non uendi-
tor,ſed emptor ſuſtinet,ad quem & emolumenta pertinent [s]. Et hæc quidẽ
de hæreditate uendita. Nomina quoq;,hoc eſt, debita uendi poſſunt,etiam 6
inuito debitore [t], ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione debeatur [u].
Quia in uenditione non oportere præſtari locupletem debitorem,ſed dun
taxat debitorẽ eſſe,certũ eſt [x]. Idem de actionibus tam perſonalibus quàm
realibus iudicandum [y]. Perinde enim eſt, utrum quis nomina an actiones
uendat,quæ ſunt nominum exactiones [z]. Hæ tamen non aliter quàm ante li
tem conteſtatam rectè uenduntur:litigioſas enim res diſtrahi,& tranferri iu
dicium in alium,eſt interdictum [aa]. Sed & ante cœptum iudicium actiones
cum uenduntur,uſq; ad concurrentem ſolùm precij quo uenditę ſunt quã-
titatem,exerceri à redemptore poſſunt: quod ad cohibendam ſycophanta-
rum & calumniatorum inſolentiam,qui paruo precio alienas lites,quãlibet
iniuſtas redimere ſolent, ut quo iure quáue iniuria quid extorqueant, ſalu-
tariter eſt prouiſum [bb].

a l. cum hæreditatem. 7. h. t.
b l. fi. C. de pactis. l. quædã. §. fin. de donat.
c l. 1. C. de euictionibus. l. 2. in princ. h. t.
d d. l. 2. in princ.
e d. l. 2. §. ſicuti. 8.
f d. l. 2. §. fin.
g d. l. 2. §. peruenit. 3.
h l. emptor. C. eod.
i l. debitorem. cum l. ſeq. C. de pactis. l. 3. ſ. famil. herciſc. cum ſimilibus.
k §. hæres. Inſtit. de oblig.
l §. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex qua. cont.
m l. 2. C. eod.
n l. 2. §. 1. h. t.
o Gl. in d. l. 2. §. 1. ad uerb. ueniſse.
p l. Rutilia. l. in lege. ſ. de contr. empt.
q d. l. hæreditas. 63. de regul. iur.
r l. 2. §. perueniſſe.
s d. l. 2. §. ſi quid publici.
t l. nominis. C. eod. l. 1. C. de nouat. & deleg.
u l. nomina. 17.
x l. 4. hoc tit.
y l. fi. C. eod.
z l. 3. C. eodem. l. uenditor. 23.
aa t. t. C. de litigioſis. & ſ. de aliena. iud. mutand. cauſa.
bb in l. per diuerſas. cum l. ſeq. C. mandati.

DE RE-

## DE RESCINDENDA VENDItione. Titul. V.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo reſcindatur uenditio.*
3 *Quomodo accipiendum, quòd dicitur mutuo conſenſu diſſolui uenditionem.*
4 *Quatenus liceat in contractu decipere.*
5 *Re non integra,non diſſolui mutuo conſenſu uenditionem.*

1 QVia diximus,quomodo contrahatur emptio: uideamus qua etiam
ratione diſſoluatur. Cum autem quo quidq; modo ligatum eſt, eo
2 diſſoluatur[a], ſequitur,quemadmodum emptio mutuo conſenſu contrahi-
tur, ita contrario conſenſu dum res eſt integra, eam diſtrahi[b]: ſi uel ſimpli-
citer à uenditione recedatur,uel acceptum inuicem feratur, uel noua alte-
rius precij uenditio fiat,dum tamen perinde ualida ſit atque prior[c]. Nam ſi
quod purè emi ſub conditione, rurſus emam, imperfecta hac uenditione
3 non tolli priorē conſtat[d]. Dixi,mutuo diſſolui conſenſu,non unius. nam
alterutra parte inuita abiri emptione non poteſt: quia ut ab una parte non
perficitur,ita nec reſcinditur[e]:etiamſi duplum quis reddere paratus ſit[f], uel
altera pars in implendo contractu moram faciat[g]. Aut inæquali iniuſtoq;
4 precio res uenierit[h]. Licet enim contrahentibus inuicem naturaliter,id
eſt iure gentium quadantenus (nam ultra dimidiam partem iuſti precij
captio propter nimiam inæqualitatem reuocatur[i]) decipere[k]: non qui-
dem dolo malo(is enim contractum uitiat,ſicut antea dictum eſt[l].)Sed ha-
ctenus,ut minoris pluriſue iuſtè res uēdi poſsit:alioqui quotuſquiſq; con-
tractus non eſſet calumniæ proximus,ſi ob minimam inæqualitatem in du-
bium & controuerſiam reuocari queat. Dixi ultimò,re integra mutuo con
5 ſenſu diſſolui emptionem. Nam non poterimus eadem ratione uti poſt
precium ſolutum,aut rem traditam,emptione repetita uel diſſoluta:quia ſo
luto precio & traditione facta,ſolo conſenſu recedi à contractu nequit, qui
non ſola uoluntate,ſed etiam implemento ac traditione rei eſt corrobora-
tus.itaq; opus eſt,retrò rem tradi ac redhiberi,& precium reſtitui[m].

a l.nihil tā naturale.35. de regu. iur.
b §.fin. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.
c l.2.3. & 5. hoc ti.§.fi.Inſt. quib. mod. toll. oblig.
d l.ſi id quod. 7.hoc titul.
e l.1.in fi. h. ti. l.3.4.l.ratas.C. eod.
f l. non eſt. C. eod.
g l. ea conditione. C.eod. l. in. ciuile. C. de rei uendic.
h l.4. l.ſi uolūtate.l. quiſq;.C. eod.
i l.2.C.eod.
k l. in cauſis. 17.§. pen.de minorib.
l l.& eleganter. ff. de dolo malo.
m l.2.hoc tit. l. at emptione. ubi Dd.ſ̄.de pactis.

## DE PERICVLO ET COMMODO reiuenditæ. Titul. VI.

1 *Perfecta uenditione periculum pertinere ad emptorem.*
2 *Quando intelligatur perfici uenditio.*
3 *Explicata difficultas de guſtatione uini, & menſuratione.*
4 *Cuius periculum ſit in conditionali emptione.*
5 *Quid in contractu aduerſionis.*
6 *Quid in emptione in diem.*
7 *Venditorem cuſtodiam & culpam præſtare, non caſum.*
8 *Quid ſi in mora ſit accipiendi emptor.*

1 PErfecta uenditione periculum rei ad emptorem pertinet[a]: ut & com-
modum[b].Itaq; ſi uinum uenditum acuerit,uel quid aliud uitij ſuſtinue
rit,emptoris erit damnū[c].cum enim uēditor ſit debitor ſpeciei, meritò eius
ſpeciei periculum ad emptorem cui debetur, pertinet[d],niſi in mora uendi-
2 tor fuerit[e]. neceſſariò igitur ſciendum eſt,quādo perfecta ſit emptio: tunc
enim intelligemus,cuius periculum ſit. Perfecta autem intelligitur cum

a l. neceſſariò. 8.hoc titul.
b l.id quod.7. hoc titul.
c l.1. in princ. hoc titul.
d l.ſi ex legati cauſa. 23. ubi Dd.de uerb.oblig.
e l.illud.17. h. t.l.quod te.5.ſi cert.peta.

de precio conuenit,& id quod uęnit apparet,quid,quale,quantumq; ſit,ac
purė uęnit[a]. Nec enim priuſquam uinum guſtatum fuerit,uęniſſe dicen- 3
dum eſt:quia difficile eſt,uti quiſquam ſic emat,ut non deguſtet[b],niſi aliud
actum ſit[c],& proinde uenditoris erit periculum donec guſtetur: poſt gu-
ſtationem autem emptor periculum ſuſtinet qui uinum probauit, quia
conſenſum eſt in corpore,& qualitate:niſi fortė ad certam menſuram eme-
rit,ita ut in ſingulas amphoras certum precium ſit ſtatutum. Hæc enim em-
ptio generis eſſe uidetur,non ſpeciei,& hanc habet conditionem, ut quan-
tum admenſum fuerit, tantum ſit emptum. Itaq; uſq; ad menſurationem ad
uenditorem periculum pertinet,non quidem qualitatis,puta acoris aut mu-
coris (nam illud poſt guſtationem emptori impendet, cui amplius impro-
bare non eſt integrum[d])ſed ſubſtantiæ:ut ſi uinum pereat,non emptori cui
nihil eſt admenſum,ſed uenditori pereat. Ita intelligenda cōciliandaq; ſunt
iura,quæ hac de re uariė loquuntur[e]. Porrò ſi ſub cōditione uęnit,ſiquidem 4
deficit conditione,nulla emptio eſt:quòd ſi extiterit,retrotrahitur ad tēpus
contractus. unde emptoris eſſe periculum deteriorationis hoc caſu cōſtat,
non uerò interitus:nam ſi pendente conditione res intereat, perimitur em-
ptio, cuius exiſtere conditio non poteſt: quia ut rei non exiſtentis nequit
fieri,ita nec confirmari aut conualeſcere emptio. Quare perit uenditori res,
non emptori[f]:cui necdum erat debita[g],utpote imperfecta adhuc uenditio
ne. Sanė in conditionali emptione ſi cōueniat,ut res emptoris periculo ſer-
uetur,puto pactum ualere[h]:queādmodum & contrà ualet,ſi perfecta uen-
ditione ſe periculo uenditor obſtringat[i]. Quamobrem ſi aduerſatione ui- 5
num uęnit,hoc eſt,ut qualecunq;, & quantumcunq; eſſet ſine ulla deguſta-
tione aut menſura eſſet uēditum,omne periculum in emptorem redundat,
qui ad ſe eiuſmodi emptione illud aduertit[k]. Sed quid in emptione in diem
ſeruabimus? Et ſanė ſi traditioni tantum dies adiecta ſit, cum perfecta & 6
pura ſit uenditio[l], emptoris erit periculum[m]: ſin ipſi uenditioni, ut ſi dies
deguſtationi præſtituatur, uenditoris:quia ſub conditione cōtractum eſſe
uidetur. Etſi autem periculum non ſuſtinet uenditor, ſicuti diximus, em- 7
ptione perfecta tamen cuſtodiam uſq; ad traditionē præſtare debet[n]:non
qualem ſuis rebus adhibet,ſed penė quam ij quibus res commodata eſt,aut
qui alioqui uerſantur in re aliena[o]. Fatale tamen damnū aut caſum non præ
ſtat,ne incendiū quidem,uel furtum:quamuis difficile eſt alterutrū ſine cul-
pa & negligētia admitti,dūmodo quā debent homines frugi & diligentes
cuſtodiam,ipſe præſtiterit. non enim ſi ſeruorū uegligentia quid comiſſum
eſt,continuò dominus in culpa erit[p]. Quòd ſi probetur ipſius culpa,meritò
ex bona fide tenebitur:ut ſi cū ſciret uinū nō eſſe duraturū,emptori non re-
nūciauerit,ut tolleret[q],aut ſi in mora tradēdi fuerit[r]. Quid ergo,ſi emptor in 8
mora accipiendi ſit, utputa ſi per eum ſtet,quo minus uinū menſuretur,aut
tollatur,an infinitam cuſtodiā præſtare uenditor debet? Et ſiquidē dies prę
ſtitutus ſit,poſt illum denunciabit emptori,ut tollat:quod ni faciat, licet illi
etiā uinū effundere,ſi uaſis fortė ſuis habeat opus. idēq; iuris arbitror, ſi quā
uis nulla die præſtituta,tātū tēpus effluxerit,quo tolli cōmodė uinū potuit.
Denūciabitur enim emptori, ut tollat: ꝙ ſi ceſſet, liberatur omni periculo,
etiā cuſtodię uēditor,ac ſi uelit,uel per corbes quib. olim mēſurabatur,effū
dere uinū,aut ꝙ humanius eſt,quāti ſua intereſt,uinū tolli poſtulare poteſt[s].

a d.l.neceſſar. b l.4.§.fi.uerſ. difficile. c l.ſi uina. 15. hoc titul. d l.ſi in emptio. 34.§.alia.ſ̄. de contrah. empt. e d.l.ſi in emptione. §.alia.l. quod ſæpe. §.fi. ſ̄. de contrah. empt. l.1.l.4.§. fin. l.5.l.ſi uina. 15.hoc titul. f l. neceſſario. 8.hoc titul. g l. cedere diē. de uerb.ſignificat. h l.ſi in uenditione.10.h.t. i l.1. in princ. hoc tit. k d.l.4.§.fin. d.l.ſi uino.h.t. l §.1. Inſtit.de uerb.oblig. m d.l.1. n l.1.in princ. & l.2.in fin. o d.l.2.3 & 4. p l.ſi uendita. 11.h.t.l. quod ſæpe.35.§.ſi res uēdita. ſ̄. de contrah.empt. q d.l.ſi uina.15. r d.l.4.in prin. d.l.illud. s l.1.circa finē l.4.§.fin.h.t.

## DE SERVIS EXPORTANDIS. TIT. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Quæ pacta uenditionibus ſeruorum ſoleant apponi.*
3 *Vis horum pactorum.*
4 *Cuiuſmodi pacta in hoc genere non ualuerint.*

Quia

1 QVia nihil olim erat frequentius (ut & hodie apud Turcas) uenditio-
nibus ſeruorum, earumq; uenditionum pactis: tractatus de his hoc
2 loco peculiaris eſt inſtitutus. Solent autem cum his pactionibus conditio-
nibusq;, mancipia diſtrahere quo loco morentur, ubi uenditori nocere poſ-
ſint: ut in alias terras exportentur: ut manumittantur poſt tempus, aut con-
trà: ut ne proſtituantur, &c. ac in pactis ſtetur, ut certa pendatur pœna, uel
ſit manus iniectio: id eſt, liceat priori domino iniecta manu tanquam ſuum
3 mancipium uendicare[a]. Id genus pactorum non erat improbatum, ex
ijſq; agi poterat, quòd emptionis aut precij pars eſſent[b]: adeò ut ceſſantis
uenditoris uicem fiſcus fungeretur[c]. At ſi de manumittẽdo erat cõuentum,
tantopere libertati leges fauebant, ut niſi ex pacto emptor manumitteret,
4 ſeruus conſtitutionibus ipſo iure libertatem nanciſceretur[d]. Planè illa pa-
cta in quibus ſola turpitudo aut crudelitas ineſſet, crediderim non ualuiſſe,
ut ſi quis mancipium hac cõditione uenderet, uti proſtitueretur, aut obijce
retur beſtijs, aut crudeliter ſine cauſa tractaretur[e]. Nec enim eſt malicijs ho-
minum indulgendum[f]. Et cum beneficio homines non iniurijs affici ab ho-
minibus oporteat[g], conſentaneũ non eſt, eiuſmodi pactionũ à quibus hu-
manitas & honeſti ratio abhorrent, ullã fuiſſe uim aut obligationem[h]. In eo
tamen ualuiſſe arbitror, ut licuerit petere, quanti minoris eo nomine manci
pium uenditũ fuiſſet, tanquã intereſſe pecuniarium, idq; uelle uidetur I.C.[i]

*a l.1. & t.t. C. ſi mancipiũ ità uend. & l.2. & t.t. C. ſi ſeruus exportandus ueneat. l. Titius cũ ſeq. hoc tit.*
*b l. ſi uenditor. §. fi. h.t. l. ſi fundi partem. ſ. de contrah. empt.*
*c l.1.2.3. C. ſi ſeruus exportand. uæneat.*
*d l.3. h.t. l.1. & t.t. C. ſi mancipium ita fuerit alien. ut manumittatur. l. diuus de iure patronatus.*
*e d.l. ſi uenditor. in fin.*
*f l. in fundo. ſ. de rei uend.*
*g l. ſeruus h.t.*
*h l. generaliter. 26. de uerb. obl.*
*i in d.l. ſi uenditor. in fine.*

# DIGEST. LIBER XIX.

## DE ACTIONIBVS EMPTI & uenditi. Titul. I.

1 *Actiones empti & uenditi directæ & æquales.*
2 *Quando utilis detur.*
3 *Quid ueniat in has actiones.*
4 *Ad quid ex natura contractus teneatur emptori uenditor.*
5 *Quatenus de rerum uitijs & ex commendatione teneatur.*
6 *Quando emptor agere poſſit.*
7 *Quando uenditor.*
8 *Ad quid emptor teneatur uenditori.*

1 EX empto & uendito oritur actio empti & uẽditi: quarũ illa em-
ptori, hæc uenditori cõpetit. Eſt autẽ utraq; directa, quia contra-
ctus hinc inde æqualis eſt, utpote qui gratia utriuſq; ineatur, ut
2 nõ debeat melior eſſe alterutrius cõditio: utilis tamẽ ex cõtractu
procuratoris domino cõpetit[a], nõ directa, quæ alij nõ datur quàm qui con
3 traxit[b], aut heredibus eius[c]. Venit aũt in has actiones, quidquid inter cõtra
hentes actũ eſt: quòd ſi nihil ſpecialiter cõuenit, quidquid naturaliter ineſt
4 huius iudicij poteſtati[d]. Inſunt autẽ naturaliter hæc, ut uẽditor neceſſe ha-
beat rem tradere unà cũ fructibus & reliquis acceſsionibus, à tẽpore uendi
tionis[e]. Nam neceſsitatẽ tradẽdi in ſe cõtractus habet[f]: quod & Varro li.2.
de re Ruſtica docet. quãuis etiam emptor in id quod intereſt, agere poſsit[g].
Neq; tamen ſimpliciter tradere uẽditor, ſed uacuã etiã poſſeſsionẽ debet[h],
in eaq; potiorẽ facere emptorẽ[i], ac dominiũ etiã transferre, ſi habet, uel eius
loco præſtare uſucapiendi cõditionẽ, unà cũ euictionis cautione, quę loco
5 dominij ſecurũ faciat emptorẽ[k]. quòd ſi res uitioſa tradatur, ſiquidẽ de uitio
certior factus emptor, nõ fuiſſet empturus, agit ad redhibẽdũ etiã empti iu
dicio[l]: ſin alias emiſſet, & uterq; rei uitiũ ignorarit quãto minoris emiſſet, ui
tio rei cognito petet, q̃ ſi ſciẽs uẽditor uitiũ aſtutẽ celauit, quidquid damni

*a l. Iulianus. 13. §. ſi procurator. 21. hoc titul.*
*b l. ſi per eos. C. ſi quis alteri uel ſibi.*
*c l. nõ eſt nouũ. 10. l. Lucius. 48. hoc tit.*
*d l. ex empto. 11. hoc tit.*
*e l.3. §.1. h.t. l. ex empt. §. ſi quis. 10. h.t. l. pen. C. eod.*
*f §.1. Inſtit. de donationibus.*
*g l.1. in princ. ubi Dd. l. ſi rectum. 12. h.t.*
*h l.2. §.1. d.l. exemplo. 11. h.t.*
*i d.l. ex empto. 11. §. idem Neratius. 7.*
*k d.l. ex empto in princ.*
*l d.l. ex empto. §. redhibitionem. 1.*

eius fraude accidit, præſtare cogetur[a]. Quòd ſi res non uitioſa, ſed falſa com
mendatione pluris iuſto uendita ſit, in id agetur, ut quãto pluris res empta
eſt, reddatur[b]. Nã ea quę cõmẽdãdi cauſa in uẽditionibus dicũtur, uẽditorẽ
obligant, niſi palàm ſint, ut ſi dicat, ſeruũ ſpecioſũ, aut domũ bene ędificatã.
at ſi dixerit hominẽ literatũ, uel artificẽ pręſtare debet: nã hoc ipſo pluris uẽ
didit[c]. Deniq; quidquid dolo uel culpa uẽditoris abeſt, quidquid præſtare 6
æquũ eſt, quidquid pactis cõprehẽſũ, in hoc iudiciũ uenit[d]. Verũ illud ſciẽ
dũ eſt, nõ antè ad hanc agẽdi facultatẽ admitti emptorẽ, quàm ex ſua parte
contractũ implerit, & preciũ ſoluerit, aut certè obtulerit[e]. cũ enim ab illo in
cipiat cõtractus, ab eo primũ impleri debet[f]: & iniquè petat ab alio ut cõuẽ
tionẽ impleat, qui ipſe necdũ ſatisfecit[g]. itaq; in pari cauſa erit potior uẽdi-
toris conuenti cõditio, qui rẽ uenditã quaſi pignus donec ſoluatur retinere
poteſt[h]. nã & econtrariò, ſi uenditor ad preciũ prior agat, obſtabit illi exce-
ptio rei uẽditæ, & nõ traditę, donec plenè rẽ tradat[i]. Sed nec illud prętermit 7
tendum eſt, ſolere ſtipulationes duplæ uẽditionibus interponi, ex quibus ſi
ſuũ conſecutus ſit emptor amplius agi nequit[k]: quia cõtra bonã fidẽ eſt, bis
idem exigi[l]. Ecõtrariò actione uenditi agit uẽditor, ut ſoluatur ei precium 8
unà cum uſuris, à tempore rei traditæ[m]: quod precium uenditoris facere
emptor debet. Etſi enim uenditor, ſicuti dictum eſt, præciſè non obligatur,
ut emptorem faciat rei dominum, ne uſus & facultas contractus impedia-
tur: quotuſquiſq; enim in promptu dominũ rei quam uendit probare poſ-
ſit: liberaturq; obligatione euictionis, & libera rei traditione, quæ ſuper
dominio emptorẽ faciunt ſecurũ: tamen emptor nummos facere uendito-
ris debet[n]: cũ in genere conſiſtãt, nec uſum habeãt ullũ, niſi in abuſu, qui ſo-
li domino cõceſſus eſt. Præterea agit, ut res emptas aut emptor tollat, aut id
quod intereſt pręſtet[o]: itẽ ut fiat id quod pacto nominatim eſt cõuentum[p].

LOCATI ET CONDVCTI. TIT. II.

1 *Continuatio tituli, à uicinitate contractuum.*
2 *Quid ſit locare, locator, conductor.*
3 *Quid ſit locatio.*
4 *Cauſa efficiens, conſenſus.*
5 *Materia, quæ res locari poſſint.*
6 *Forma.*
7 *An merces in pecunia conſiſtere debeat.*
8 *De temporibus locationis.*
9 *Finis.*
10 *Adiuncta & adfinia.*
11 *Differentia inter uenditionem & locationem.*
12 *De contractu emphiteutico.*
13 *Quæ actiones ex hoc contractu dentur.*
14 *Quid ueniat in actionem locati.*
15 *Quando dolum, culpam, cuſtodiam præſtet conductor.*
16 *Quid in actionem conducti ueniat.*

POſt explicatũ emptionũ & uẽditionũ tractatũ, cõſequẽs eſt, ut de actio 1
nibus locati & cõducti uideamus. Locatio enim ꝓxima eſt emptioni[a],
& quaſi quædã uſus rei emptio, adeò ut dubitari in quibuſdã ſoleat, emptio
an locatio ſit cõtracta[b]. Locare aũt ꝓpriè eſt, in aliquo loco ponere. Hinc lo 2
care dicũtur, qui in agro fundoue cõſtituũt aliquẽ, ad utendũ, uel habitãdũ:
& generaliter uſu obtinuit, ut locare diceretur qui rẽ alteri fruẽdã nõ gratis,
ſed ob aliquid cõcedũt. Hinc locare cõducere nũmos, apud Horatiũ: hoc eſt
fœnori dare, & accipere. Locator itaq; eſt, qui pro rei uſu mercedẽ accipit:
conductor

a d.l. Iulianus. in princ. h.t.
b d.l. Iulianus. §. ſi uenditor. 3.
c l. ea quæ. 43. ſ. de contrah. emp.
d l. tenetur. 6. §. 1. d.l. ex empt. in princ. h.t. l. pacta. 72. ſ. de contrah. empt.
e d.l. Iulianus. §. offerri. 7.
f l. quod uendidi. 19. ſ. de contrab. empt.
g l. ſi ſoliturus. 39. de ſolutionibus. l. cum proponas. 2. cũ ibi notat. C. de pactis.
h d.l. Iulianus. §. offerri. 7.
i l. qui pendentem. 25. h.t.
k l. ex empto. 11. §. Caßius. 8. l. prædia. 28.
l l. bona fides. 57. de reg. iur.
m d.l. Iulianus. §. ex uẽdito. 17. l. curabit. 5. C. eod. l. euictis. §. fi. quæ de uſur.
n d.l. ex ẽpto.
o l. 1. §. licet. ſ. de periculo & com. rei uendit.
p l. qui fundum de contrab. emptor. d.l. tenetur. 6. §. 1. d.l. Iulianus.

a l. 1. & 2. h.t.
b d.l. 2. §. 1.

conductor cuius ductum res ſequitur,& à quo præſtita mercede detinetur:
quod in locatione operis faciẽdi cõtra ſe habet. Is enim qui operas præſtat,
dicitur opus cõduxiſſe: quia eius ductu tota conſtructio peragitur, qui dat
3 mercedẽ locaſſe[a].Locatio eſt cõtractus nominatus,in quo perſonarũ uel re
rũ uſus ꝑ certa aliqua mercede conceditur:aut,locatio eſt perſonę uel rei ad
uſum facta cõceſsio pro certa mercede.uerbũ uſus,excludit abuſum. Nam
4 ſi res cõſumatur, ut ſi locetur pecunia,mutuũ eſt,nõ locatio. Contrahitur lo
catio cõſenſu,ſicuti emptio & uenditio:quoniã naturalis eſt,& omniũ gen-
tium[b],eoq́ non ſolũ expreſſo,ſed etiã tacito:ut ſi quis poſt elapſum locatio
nis tẽpus,patiatur inquilinũ in domo manere[c]. Requiritur autẽ conſenſus
in duobus ad implẽdũ cõtractũ:uidelicet ut primò cõueniat de re quæ fruẽ
5 da præſtetur[d],deinde ut de certa mercede[e]. Res omnis locari poteſt,ſiue
mobilis ſiue immobilis:nec intereſt propria ſit an aliena[f],quia dominiũ trãſ
ferri,neceſſe nõ eſt[g]:corporalis ſiue incorporalis,ut uſufructus[h]:prędiales
tamen ſeruitutes quæ fundo debẽtur,locari per ſe nõ poſſunt,niſi cum ipſo
fundo[i].Rem propriã cõducere nemo poteſt[k].Cũ enim proprium ſit domi
nij,poſſe re ſua uti,iniquũ eſſet eius uſus nomine cuiquam à domino merce
6 dem preſtari. Locatio & cõductio cõtrahi intelligitur, ſi de mercede cõue
niat[l]:ſed utrũ ea in pecunia numerata cõſiſtere debeat,an uerò ſufficiat alias
res fungibiles loco mercedis dari,nõ leui de cauſa addubites. Pluribus pla-
7 cuit,nũmos requiri[m]:propterea quod I.C. dicat,niſi pecunia interueniat,a-
ctionem præſcriptis uerbis dari[n]. Sed ſciendũ eſt,ibi pecuniã ſpecies quidẽ
excludere,cõplecti tamẽ res,quæ põdere,numero,mẽſura conſtant,ut ple-
rũq; ſolet[o].itaq; uerius eſt,locatiõis mercedẽ cõſtitui poſſe uel in nũmis,uel
pecunia,uel partibus. Nũmis,ut fit plerunq;:pecunia,ut ſi quis certũ frumẽ
ti aut olei numerũ polliceatur,loco mercedis[p].Partibus,cũ colonus in uicẽ
mercedis,partem fructuũ tertiam,aut dimidiã fortè promittit, qui colonus
partiarius appellatur:quod tamẽ genus cõuentionis uolũt Dd. in cõtractũ
8 innominatũ incidere[q].Poteſt autẽ locatio fieri uel in perpetuũ, uel ad tem
pus[r].ſed ubi ultra decenniũ fit locatio,tranſire ſolet in aliud contractus no-
men,ut emphyteuſin,libellũ,cẽſum,&c.[s] Poteſt etiã fieri quoad is qui loca-
uit uoluerit: quæ locatio mutatione uolũtatis,aut quod perinde eſt, morte
finitur[t].Quòd ſi nullũ tẽpus expreſſũ ſit,quãdiu durare locationẽ dicemus?
Et putauerim hoc caſu in ruſticis prædijs in annũ factã locationẽ uideri, ut
percipi fructus locationis queãt,qui ſemel tantũ quotãnis in agris naſcũtur
in urbanis tã diu,quoad alteruter cõtractui renũciet[u]:quod tamẽ cũ aliquo
interuallo & tẽperatione erit faciẽdũ, ut uſus rei cõſtare conductori poſsit,
9 neq; ſubitò migrare cogatur[x].Finis locationis eſt idẽ qui omniũ cõtractuũ:
ut rerũ uſus ſine alterutrius partis incõmodo inter homines cõmunicetur.
10 Adiũcta eſt huic cõtractui pignoris obligatio. Inuecta enim & illata in ur-
banis predijs,tacitè pro mercede oppignorantur : in ruſticis,fructus qui ex
prædio percipiũtur[y].qua de re latius dicemus inf. ad tit. in quib. cauſis pig.
uel hypo.tacitè cõtrah.Cognata huic cõtractui eſt emptio & uẽditio[z],etiãſi
11 quibuſdã differat. Nam primò in emptione trãsfertur dominiũ rei in perpe
tuũ:in locatione,uſus tãtũ:idq; ad tẽpus,dominio nõ mutato[aa],imò ne poſ-
ſeſsione quidẽ[bb].Deinde periculũ rei pertinet ad emptorẽ,nõ uerò ad con
ductorẽ[cc], Tertiò,emptio preciũ in nũmis requirit,locatio,mercede pecu-
nię cõtẽta eſt.Quartò,quędã uẽdi poſſunt,nõ locari,ut ius ſeruitutis quędã
locari,nõ uẽdi,ut res alienari ꝓhibitę.Reliquas differẽtias uidere licet apud

*a l.2.C.eo.l.qui inſulã 30.§.pen. l.ea.51.§.fi. h.t. b l.1.h.t. c l.itẽ quæritur in fin.13. cum l. ſequen. hoc tit. d l.ex cõducto. 15.§.1.in fi. h.t. e d.l.2.in prin. h.t.l.1. §.ſi quis ſeruũ. ſ̃. depoſ. f l. ſi tibi alienam. 7. hoc tit. g l.nõ ſolet.39. h in prin. Inſt. de uſu & hab. l.7.de uſufru. l. ſi quis demum. 9.§.1. i l.locare.44. hoc titul. k l.ſi quis.9.§. fi.h.t.l.neq; pignus.45.de reg. iur.l. qui rẽ propriam.C.eod. l d.l.2.in prin. m gl.& Dd.in l.1.§.ſi quis ſeruũ.ſ̃.depoſiti et in §.1.Inſt. eod. n d. §. ſi quis ſeruũ l. naturalis.5.§.at cũ do. j. de præſcript. uerb. o l.fi.C.de cõſtit. pec.l.2.§. creditũ.ut Dd. ſ̃.ſi cert.peta. p text. in l. ſi olei.C.eod. q in l.ſi paſcẽda.C. de pactis. r l.1.& 2.ſi ager uectig. s Dd.in cl.1.de rebus eccleſiæ non alienãd.& in l. codicillis.§. inſtituto.de leg. 11. facit d.l. 1.ſi ager uectig. & c. 1. §. donare. qualiter olim feudum alienari poterat in uſibus feudo. uid, Dd.in Iaſ.in l.2. C. de iur.emp. t l.4.hoc titul. u l.itẽ quæritur.13.§.fi.h.t. x l.incõmodato.17.§.ſicut.ſ̃.cõmodati. y l.ſi in lege.27.§.1.h.t. z l.1. & 2.h.t. aa l.cõuenit.65.ſ̃.de cõtrah.empt.d.l.nõ ſolet.39.h.t. bb l.cõplures.60.in fi.principij.h.t. l. 2. C. de præſcrip.30.ann. cc l.ſi quis fundum.9.§.ſi colonis.3.cum ſeq.l.ex cõducto.15.§.1.l.ſi merces.25.§.uis maior.5.hoc titul.*

Dd.in prin.Inſt.eo. Eſt etiã omnino cõſimilis huic cõtractus emphyteuti 12
cus & libellarius. Differũt tamen in paucis, ut notatur à Iaſ. & alijs [a]. Pugnat
cũ hoc contractu nimia inęqualitas mercedis, ut ſi uno nũmo fiat locatio [b],
aut ultra dimidiã iuſti precij ſit deceptio [c]: quanquã alioqui pluris, minoris-
ue locare aut cõducere licet, ut & emere [d]: itẽ error in re & mercede [e], & do-
lus malus [f]: quæ omnia cõtractũ uitiãt. Oritur aũt duplex ex hoc cõtractu 13
actio, locati, & cõducti: quarũ illa locatori, hęc cõductori cõpetit, utraq; bo
næfidei eſt [g]: & in heredẽ tranſitoria [h]: non tamẽ in ſingularẽ ſucceſſorẽ [i]. In 14
actionẽ locati uenit perſecutio mercedis. etſi enim inquilinus in ſolutione
ceſſans queat poſt biẽniũ etiãſi aliter pactũ ſit, expelli [k]: nihilo tamẽ minus
poteſt mercedẽ ſuo tẽpore locator exigere [l]: ſed quo tẽpore quæſtionis eſt.
Et quidẽ ſi nõ in annos ſingulos, ſed certo tẽpore res certa locata eſt, exacto
locationis tẽpore: quia dies ſemper pro debitore eſt [m]: ſin in annos ſingulos
exacto anno [n]. idq; ſeruatur cõſuetudine quę attẽdenda eſt [o]. Qui uerò opus
cõduxit faciẽdũ ſi pro toto opere pecuniã ſtipulatus eſt, nõ niſi opere perfe
cto & probato petere mercedẽ poteſt. Secus ſi ad mẽſurã uel in dies penſio
promiſſa ſit [p]: qua de re latius Dd. diſputãt [q]. Petitur autẽ merces unà cũ uſu
ris poſt morã [r]. Deinde & dãna hoc iudicio petũtur, quæ culpa cõductoris
cõtracta ſunt [s]. Vt ſi fortè res facta ſit deterior [t], aut incẽdio nõ fortuito cor 15
rupta [u], uti enim re ſicut bonus paterfamiliâs [x], & dolũ atq; culpã præſtare
debet [y], etiã eorũ quos induxit ſi in inducẽdis culpã admiſit [z]: atq; adeò ini-
micorũ ſuorũ, ſi eius odio rẽ fecerint deteriorẽ [aa]. In hoc iudiciũ & illud ue-
nit quod cõtra legẽ locationis factũ eſt: quia culpa eſt cõtra pacta uenire [bb].
Imperitia quoq; artificis, culpæ adnumeratur [cc]. Cuſtodia etiã & leuiſs. cul-
pa nõ ex natura locationis, ſed ratione circũſtãtiarũ aut pactionũ interdum
pręſtanda eſt: ut ab ijs qui pro cuſtodia mercedẽ accipiũt [dd], uel ſi res natura
ſua exactiſsimã diligẽtiã requirat [ee]. Itẽ à ſarcinatore, & fullõe, & cæteris, qui
tanquã artifices locãt operas, & rebus recipiẽdis, cuſtodiendis, reficiẽdisue
quęſtũ faciũt [ff]. Agitur etiã ad id q́ intereſt, ſi ante finitũ locationis tempus
ſine cauſa rerum cõductor deſerat [gg]. Itẽ in hoc, ut exacto locationis tẽpore
res reddatur [hh]. Quo caſu cõtra nõ reſtituẽtẽ iuratur in litẽ [ii]. Nõnũquã etiã
ante finitũ tẽpus, ſi uidelicet dominus noua neceſsitate coactus, re ſua opus
habeat, uel cõductor ea abutatur [kk]. Cõductor agit in hoc, ut ſibi liceat re lo 16
cata uti, aut ſoluatur id quod intereſt [ll]: ut reficiat locator domũ, aut merce-
dẽ pro rata tẽporis, quo uti nequit, remittat [mm]: ut pręſtet dãna uitio rei loca
tæ contracta, ſi facilè ſciri uitiũ potuit, & ad quẽ uſum res cõduceretur: ut ſi
uas uitioſum à uietore locetur, ſecus ſi lateat uitiũ, ita ut prudẽtiſs. fallat: ut ſi
ager cõductus herbas noxias ferat [nn]. itẽ in hoc agit ut ꝑpter interitũ rei, aut
ſterilitatẽ fructuũ labe aliqua cõtractã, uel incẽdiũ, aut aliud impedimẽtum
uſus rei, merces remittatur pro rata tẽporis, quo uſus cõductor non eſt [oo].

*a in l. 1. & 2. C. de iur. emphyteu. Dd. in prin. Inſt. eo.* *b l. ſi quis. 46. hoc tit.* *c Dd. in l. 2. C. de reſcind. uẽd.* *d l. item ſi precio. 22. §. fi. cum l. ſeq. hoc tit.* *e l. ſi decẽ. 54. hoc titul.* *f l. cum in plures. 60. §. manda. 4.* *g l. quæro. 54. hoc titul.* *h l. ſed addes. §. 19. ex conducto penul.* *i l. qui fundum. 32. hoc tit.* *k d. l. quæro. 53. §. inter. 1. l. cum domini. 56. l. penul. hoc tit.* *l l. legẽ. C. eo.* *m l. qui hoc anno. 42. de uerb. oblig. §. omnis. Inſtit. eod.* *n text. in l. 1. §. ſi penſio. in uerbis nondũ debeatur. ȷ. de migrando.* *o l. circa. C. eo.* *p l. qui inſulã. 30. §. pen. h. t.* *q in l. 3. C. eod.* *r d. l. quæro & l. præſes. C. eod.* *s l. ſi uulneraueris. 42. h. t.* *t l. uideamus. 11. §. 1.* *u d. l. ſi quis. §. ſi colonis. 3.* *x l. ſi merces. 25. §. conductor. 3.* *y d. l. ſi quis. §. 3.* *z d. l. uideamus l. qui inſulam. 30. §. final.* *aa d. l. ſi merces. §. culpæ. 4.* *bb d. l. uideamus. §. fi.* *cc d. l. ſi quis fundum. §. penul. l. item quæritur. 13. §. ſi gemma. 5. l. ea l. 51. §. locaui. 1.* *dd l. qui mercedem. 40. cum l. ſequen. h. t.* *ee d. l. ſi merces. 25. §. penul.* *ff d. l. item quæritur. §. ſi fullo. 6. d. l. ſi merces. §. pen. & fin.* *gg l. ſi in l. 24. §. ſi domus. 3. l. dominus. 55. §. fi.* *hh l. ſi quis cognitionis. C. eo. d. l. uideamus. §. pen.* *ii l. ſi cui. 48. hoc titul.* *kk d. l. quæro. §. inter l. 3. C. eo.* *ll l. 7. 8. 9. h. t.* *mm l. ex conducto. 15. l. habitatores. 27.* *nn l. ſed addes. 19. §. ſi quis dolia. 1. hoc titul.* *oo d. l. ſi quis. §. Imperator. d. l. ex conducto. §. ſi uis & §. ubicunq;. d. l. ſi merces. §. uis maior.*

## DE AESTIMATORIA. TIT. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ex duplicibus contractibus dari actionem præſcriptis uerbis.*
3 *Ex qua cauſa detur æſtimatoria.*
4 *Actionem hanc eſſe ciuilem & bonæ fidei.*
5 *Cuius ſit in hoc contractu periculum.*

Et hæc

1 ET hæc quidē de contractibus nominatis, & quæ inde prodeūt iudicijs
ordinarijs. Sed quia naturà cōparatū eſt, ut plura ſint negocia quàm re-
rum uocabula, hoc eſt agendi formulæ [a]: euenit nonnunquā ut ceſſantibus
2 proditis ac uulgaribus iudicijs, deſcēdendū ſit ad ea quę ſunt in factū gene-
ralibus uerbis præſcripta, prout cuiuſcꝫ facti natura exigit [b]. quod fit uel cū
negociū tā ambiguū & multiplex eſt, ut neſcias ad quā contractus ſpeciē ſit
referendū [c], uel cū patet quidē & apparet quale ſit, ſed redigi ad ordinē con
tractuū nominatorū nequit [d]. Prioris generis eſt, cū res æſtimata uendenda
datur. Hic enim probabiliter dubitari poteſt, utrū ex uēdito ſit actio ꝓpter
æſtimationē, quæ loco precij eſt, & uēditionē inducit [e]: an ex locato, quaſi
rem uēdendā locaſſe uideatur, an uerò mandati non interueniēte mercede.
3 Itacꝫ tollēdæ dubitationis gratia, & ne ineptā proponēdo actionē periclita
retur actor æſtimatoriā præſcriptis uerbis actionē dare uiſum eſt: quæ præ-
4 ſcriptis aptè uerbis ad quodlibet negociū accōmodaretur, ea ciuilis eſt, quia
negociū ciuile unde datur geſtū eſt, & quidē bona fide, quare omnia hic lo-
cū habebūt, quę in bonæ fidei iudicijs [f]. Hęc actio utilis eſt, etiāſi merces in-
teruenit [g]. nā etſi merces pro opera cōſtituta ſoleat locationē inducere [h]: ta-
men quia hic æſtimatio rei quæ uenditionem facit, adiuncta eſt, uiſum fuit
5 potius eſſe, ut ęſtimatoria actio proponatur. Nā hanc ſpeciem à locatione
recedere uel indè apparet, quòd æſtimatio periculū faciat eius qui ſuſcepit:
perinde atcꝫ re uendita [i], quod non eſt in locato & conducto. Si tamen res
æſtimata daretur uendenda, ita ut aut illa, aut preciū (non certū ſed iuſtum
quod nomine precij abſolutè poſito ſignificatur [k]) redderetur: hoc caſu
quia nullo certo exiſtente precio uenditio nō potuit perfici, & periculum
tranſire quaſi in emptorem, adhibenda erit alia diſtinctio [l].

a l. 4. de præſcript. rer.
b l. 1. ī. de præſcrip. uerb.
c ut in l. 1. ī. de præſcrip. uerb.
d l. 5. ī. de præſcrip. uerb.
e l. plerūq;. 11. §. ſi tamen l. quoties. ī. de iure dotium l. quoties. C. eod.
f l. 1. hoc tit.
g l. 2. h. t.
h l. 1. ſ. mandati l. rogaſti. 21. in fi. ī. de præſcrip. uer.
i l. æſtimatæ 1. ſoluto matrimo. l. quod ſi per eā ī. de iu. dotium.
k l. non dubium de lega. 111.
l l. ſi gratuitā. 18. §. ſi margaritas. 1. ī. de præſcrip. uerb.

## DE RERVM PERMVTATIONE. TIT. IIII.

1 *Permutatio quare contractus innominatus.*
2 *Affinitas huius contractus cum uenditione.*
3 *Differentia* 1. *inter hos contractus, à forma.*
4 *Differentia* 2. *ab effectu & præſtationibus.*
5 *Explicatio L.* 1.
6 *Ex permutatione propriè oriri actionem præſcriptis uerbis.*
7 *Quando detur condictio.*
8 *Differentia tertia, à cauſa efficiente: & quomodo cōtrahatur permutatio.*
9 *Explicatio uerſ. ultimi L.* 1.

1 HVius generis eſt etiam permutatio, qui cōtractus iuriſgentiū perhibe
tur uetuſtiſsimus, innominatus tamē, utpote generalis & omnes in ſe
contractus includēs. Res enim rebus permutare, omnibus cōuentionibus
tam nominatis, quā innominatis eſt cōmune, ut permutatio nequeat ad cer
2 tam ſpeciem nomēcꝫ contractus reduci: quanquam fuit apud ueteres du-
bitatum, an hic cōtractus idem cum emptione eſſet [a]. Videtur enim emptio
eſſe [b], quia pro precio res datur & id agitur ut dominiū hinc inde transfe-
ratur, aut paretur uſucapiendi cōditio [c]: & utrincꝫ debetur euictio [d], ac bo-
nę inde fidei actio exiſtit [e]: quæ omnia ſunt emptioni & uēditioni cōſenta-
nea. Et huius ſententiæ Sabinum & Caſsiū fuiſſe accepimus: ſed Nerua &
Proculus aliud eſſe permutationem, aliud emptionē exiſtimauerunt, quia
3 multis modis hos contractus inter ſe differre palàm eſt. Nam in primo
differunt forma. in uenditione enim aliud eſt uendere, aliud emere, alius
emptor, alius uenditor: aliud precium, aliud merx. At hanc formam non
habet permutatio: in qua diſcernere nequeas, quis ſit emptor, quis uēditor,
quid preciū, quid merx [f]. Secundò, effectu & præſtationibus. Emptor enim
4 cogitur facere nummos accipientis, uenditor rem dare non cogitur, ſed

a l. 1. §. 1. ſ. de contrah. empt. §. 1. Inſt. eod.
b l. 2. C. de rerum permut.
c l. ſequitur. §. ſed etſi de uſucap. ī.
d l. 1. C. de rerum permu.
e §. actionum. Inſt. de actionib.
f l. 1. §. pen. ſ. de cōtrab. emp. l. 1. in prin. h. t.

ſatisfacis tradẽdo rem cũ euictionis cautione. Itaq; ſi res euicta non ſit, nihil debet. In permutatione uerò ſi ponas, utramq; rẽ haberi pro precio, uterq; emptoris inſtar erit. unde ſequetur, rem fieri accipiẽtis utrinq; oportere: ſin pro merce, quia uterq; perſonã uenditoris repreſentabit, neutrius fieri rem neceſſe fuerit: quod quidẽ longè abhorret à natura huius contractus. itaq;
neutrum horũ eſt in permutatione. Nam cum preciũ ſit quo aliud æſtima- 5
tur, merx uerò res ipſa æſtimata: non poteſt in permutatione inueniri, quid pro merce, quid loco precij ſit habendũ. Abſurdũ autẽ foret, utranq; rẽ eſſe, aut mercẽ aut precium, cũ natura rerũ non patiatur, ut una res & uæneat, &
precium ſit emptionis. Quod cum ita ſit, non hic obtinent præſtationes, in 6
uenditione receptę: ſed ſi ea res quã acceperim poſtea euincatur, in factum agere debeo ad id quod intereſt: quæ propria eſt permutationis actio, daturq; ex contractu, quẽ ego & à mea parte perfeci, & perfectum eſſe uolo: nec poteſt obijcere aduerſarius, quaſi contractus ſit imperfectus, cũ in ipſo perfectam uim & obligationẽ acceperit, in quem dominiũ rei meæ tranſtu
li[a]. Planè quia in me perfecta non eſt permutatio (ea enim rei datione cõ- 7
pletur) cum euicta mihi res ſit tradita, poſſum iure meo uti, & rem meã repetere, quaſi cauſa non ſecuta, propter quã data eſt[b]: quia tibi eam relinquere non ſum obligatus, cũ nullius rei datione contractum à tua parte impleue-
ris, neq; me obligaris[c]. Nam etſi emptio nuda conſentientiũ uoluntate con 8
trahitur, tamen permutatio ex re tantũ tradita dataq; initiũ obligationi præbet: alioqui ſi res tradita non ſit, nudo cõſenſu conſtitui obligationem dicemus. quod in his duntaxat receptũ eſt, quæ nomen ſuum habent, ut in emptione, conductione, mandato, &c. Permutatio autem iſtiuſmodi, nomine & forma ſpeciali aut ciuili caret, & in generali contractuũ nomine cõſiſtit, ideoq; non cõſenſu, ſed rei datione perficitur: eaq; tertia eſt à cauſa efficien
te deſumpta, horũ cõtractuũ differentia. Quare rectè Pędius ait, alienã rem 9
dantem, nullã contrahere permutationẽ, in hoc ut ſibi alterũ obliget. Igitur ſi ego alienam rem tibi tradidero, & tu cõtrà rem tradere nolis, non utiq; in hoc agã, quod intereſt mea illam rem accepiſſe, de qua conuenit. Nec enim datione rei, quæ requirit dominij tranſlationẽ, te mihi obligaui, ut ex permutatione actio dari poſsit, cum rem non fecerim tuam[d]: ſed ut res tradita contrà nobis reddatur, cõdictioni locus erit, quaſi re non ſecuta[e]. Quod cũ ita ſit, liquet, ex hoc cõtractu qui nullũ habet certum nomen, nullã oriri certã actionẽ, ut ex empto, locato, &c. Sed recurrẽdũ eſſe, aut ad iudicia extraordinaria, præſcriptis uerbis, cõtractu à tua parte impleto, aut ad cõdictionem cauſa data, cauſa nõ ſecuta, ſi rei datione necdum alterũ tibi obligaſti.

*a l.1.l.rebus.l.fi.C.eod.*
*b l.1.in fi.h.t.l.4.l.pen.C.eo.*
*c l.3.C.eo.*
*d d.l.3.C.eod.*
*e d.l.1.in fin.*

## DE PRAESCRIPTIS VERBIS. TIT. V.

1 *Continuatio, & quare hi contractus ſint innominati.*
2 *Genera 4. contractuum nominatorum.*
3 *Do ut des.*
4 *Do ut facias.*
5 *Facio ut des.*
6 *Facio ut facias.*
7 *Qualis ſit hæc actio.*
8 *Actionem in factum ab hac longè abeſſe.*

SEcũdo loco dixi[a], actionẽ præſcriptis uerbis dari, quoties cõtractus exiſtunt: quorũ appellationes nullę iure ciuili ſunt proditę[b]. Hi enim, quãuis nomen & formã ſpecialẽ non habẽt: tamẽ quia nuda pacta nõ ſunt, quę nullius mutuę obligationis uinculo colligãtur, ſed habẽt in ſe συνάλλαγμα, & negociũ aliquod ciuile, ciuilẽ etiã actionẽ producãt, neceſſe, eſt[c]. Quę quia non poteſt

*a ſ. ad tit. de æſtima. act.*
*b l.3.hoc tit.*
*c l. iuriſgentiũ in prin. ſ. de pactis.*

non poteſt ad certã aliquam formã accõmodari,cũ ipſa negocia unde ori-
tur,uaria ſint & incerta,præſcriptis in factũ quodlibet uerbis à prætore in-
2 formatur. Solent autẽ iſtiuſmodi contractus ad quatuor ferè genera redigi.
aut enim do,ut des,aut do ut facias,aut facio ut des,aut facio ut facias. Si do
3 tibi rem,ut contrà rem accipiã,cum nõ placeat permutationẽ rerũ emptio-
nem eſſe,naſcitur ciuilis obligatio innominata:indeq; actio præſcriptis uer
bis oritur,qua agitur nõ in id,ut reddas quod accepiſti(cõdictio enim non
datur ex cõtractu,ad cõtractũ reſcindendũ)ſed ut dãneris mihi,quãti inter-
eſt mea illud de quo cõuenit,accipere. Sanè ex alio capite,quia antequã de-
deris,tibi,obligatus nõ ſum:ſi meũ recipere uelim, cõdicere poſſũ, quaſi re
non ſecuta.itaq; periculũ eius rei quam dare debes,ad me pertinet,quod ad
actionẽ præſcriptis uerbis attinet [a]. Quia cũ ſis debitor,ſpeciei interitu eius
liberarere [b]. Sed quoniã pœnitere poſſũ antequã ullius rei datione me tibi
obligaſti, nihilominus cõdicã meã rem quaſi ob cauſam datã,cauſa non ſe-
4 cuta [c]. At cũ do ut facias,ſi tale ſit factũ quod locari ſolet,puta ut tabulas pin
gas,pecunia data locatio erit:ſi res ſit,quæ mercedis loco datur,nõ erit loca
tio,ſed naſcetur uel ciuilis actio in id quod mea intereſt,uel ad repetẽdũ cõ-
dictio,ſicut in ſuperiore caſu:idemq; iuris eſt,etiã pecunia data, ſi tale eſt fa-
ctum quod locari nõ poteſt: quia uſum fruitionis nõ recipiat: puta,ut ſeruũ
manumittas. Sed ſi ſeruũ tibi dedi, ut tuũ manumitteres, & manumiſiſti, &
is quem dedi euictus ſit:ſi ſciẽs dedi,de dolo teneor propter fraudẽ, ut Iulia
nus uoluit:cuius ſentẽtia hac in parte meritò recepta eſt. non enim uideba-
tur ciuile eſſe negociũ q fraudulẽter geſtũ eſſet. Sin ignorans præſcriptis in
factũ uerbis,ciuilẽ putat I.C. dãdã, quia manumittẽdo,me ciuiliter ad dãdũ
obligaſti [d]. Quòd ſi dubitetur,ſciẽs an ignorãs dederim, exiſtimabat hoc ca
ſu Iulianus,nõ poſſe ciuili actione agi, quòd dubitaretur quæ'nã dãda eſſet:
utrũ pręſcriptis uerbis,an uerò de dolo prętoria:itaq; in factũ actionẽ ſubſi
diariã à prætore cõcedendã. in quo meritò reprehẽſus eſt à Martiano,cũ &
hoc caſu ſufficiat præſcriptis uerbis ex ciuili obligatione actio. Humanius
eſt enim in dubio preſumi ciuiliter, & bona fide potius quã dolo malo nego
cium eſſe geſtũ. Et ita accipiẽdus eſt Paulus [e]. Explicatus eſt articulus,do ut
5 facias. Quòd ſi faciam ut des, & poſtquã feci,ceſſes dare, nulla erit ciuilis
actio [f]: quia nulla ſubeſt obligatio,quę formam ciuilis cõtractus habeat: &
ideo de dolo ſubſidiaria dabitur. Nec enim negociũ hoc cõgruit emptioni,
ut in do ut des:nec locationi, ut in do, ut facias:nec alij cuipiã ciuili contra-
ctui ſimile eſt,ad cuius formã actio pręſcriptis uerbis accõmodetur [g]. Dein
de ex facto non perinde mihi obligaris,atq; ex datione: quia fieri poteſt, ut
ex facto meo nihil ad te perueniat. uerbi gratia, ſi ſeruum meum manumit-
tam,ut mihi des decem,hic conſtat nihil ad te commodi ex meo facto redi-
re,quo mihi ciuiliter obligeris. Quod cum ita ſit,ad euitandas has decipu-
las, & in omnem euentum placuit hoc caſu de dolo actionem dari. Etenim
6 in dolo es,qui ceſſas fraudulenter in dando,poſtquam ego feci [h]. Quòd
ſi facio ut facias,quia utrinq; æqualia præſtantur, nempe facta, formam res
habet ciuilis negocij,cùm propter ęqualitatẽ quę iuris ciuilis propria eſt,tũ
quia ſimile eſt negocium mandato.ut uerbi gratia, ſi conuenit, ut ego à tuo
debitore Carthagine, tu à meo Romæ exigas:itaq; actio oritur præſcriptis
uerbis mandati conſimilis [i]. Et ad hæc quidem quatuor genera ferè reduci
7 contractus innominati omnes poſſunt. Sed tamen quia plura ſunt ne-
gocia quàm rerum uocabula [k], fit ut exiſtant interdum contractus, qui nec
in hæc quidem genera cadant, & tamen habeant cauſam obligationis ci-
uilem propter συνάλλαγμα. Cuiuſmodi ſpecies in hoc titulo plurimas

inuenire

a l.naturalis.5. §.1. uerſ. ſed ſi Sapphos.h.t.
b l.ſi ex legati cauſa.23.de uer. oblig.
c l.fi.ſ.de cond. cauſa da. cauſa non ſec.
d d.l.naturalis. §.at cum do.
e in l.iuriſgentium.in fi.prin. ſ.de pactis.
f d.l.naturalis. §.quod ſi faciã.
g d.l.5. §.quod ſi faciam.
h l.dolus.ſ.mã dati.
i d.l.naturalis. §.ſed ſi facio.
k d.l.4.h.t.

inuenire licet, quibus ex omnibus præſcriptis uerbis eſt agendum [a]. Quæ 8
actio, utpote ex ciuili obligatione manãs, ciuilis eſt, & ſimilis ordinariarũ,
præterquam ꝙ nõ certis formulis cõcepta eſt, ſed tanquã Lesbia regula ad
quęlibet facta accõmodatur: eaq́; ſic agitur ut nullũ certum actionis genus
aut nomẽ in libello exprimatur. Ab hac autẽ longè diſtat actio in factũ Prę- 9
toria, quæ deficiente obligatione, & cauſa ciuili, aut uerbis legis, ex æquita-
te à prætore datur [b]. nã hæc planè ſubſidiaria eſt, ut alijs ciuilibus extãtibus
nequaquã detur [c]: cuiuſmodi ſunt ferè omnia prętorũ remedia [d]. Pręſcriptis
autem uerbis actio cum ſit ciuilis, etiam ciuili ordinariæ actioni adiungi, &
cum ea concurrere poteſt, ut multis ll. apertiſsimè comprobatur [e].

*a l.1. hoc tit. b l. quia actionũ. 11. l. quoties. 21. hoc titulo. c d. l. quoties. d l. & eleganter. §. nõ ſolùm. cum ſeq. ſ. de dolo malo. l. in cauſis. 2. ſ. de minoribus. e l. Labeo. ſ. de contrab. emp. l. ſi conuenerit. ſ. communi diuidundo. l. ſi cõuenerit. ſ. de reſcin. uenditio.*

# DIGESTORVM
## Pars quarta.
## LIBER XX.
### DE PIGNORIBVS. TIT. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Diuiſio materiæ de pignoribus.*
3 *Quid inter pignus & hypothecam interſit.*
4 *Quomodo contrahatur.*
5 *De pactis pignorum & antichreſi.*

EXpoſitis cõtractuum omniũ, quibus in creditum itur, generi- 1
bus, & actionibus quæ inde proficiſcuntur abſolutis: uidendũ
nunc eſt de his quæ contractibus accedere, adiungiq́; ſolent.
Ea autem pertinent aut ad ſecuritatẽ contractus, ut pignora:
aut ad implementũ, ut Aedilitiũ edictum, euictio uſuræ: aut ad
probationem, ut teſtes & inſtrumenta: de quibus ſingulis reſtat, ut deſpi-
ciamus. De pignoribus hęc iuſto ordine tractantur: 2

*Quomodo contrahantur.*
*Quibus in rebus.*
*Quem habeant effectum.*
*Quomodo ſoluantur.*

Inter pignus & hypothecã, quod ad uſum attinet, tantum nominis ſonus 3
differt [a]: alterum enim Græcũ, alterum Latinum uocabulum eſt. Sed ſi pro-
prietates uerborũ exactè limare uolumus, pignus à pugno Latinis dicitur,
quòd traditur quaſi de manu in manũ creditori: hypotheca uerò quicquid
ſupponitur obligationi, manente apud debitorẽ poſſeſsione [b]. Loquimur
autem hic de pignore cõuentionali, quod contractibus accedit, nec modò
rei traditione, uerũ etiã conſenſu & nuda uolũtate contrahitur [c]. Neq; ad rẽ 4
pertinet quibus uerbis fiat, ſicuti tralaticium eſt, in his obligationibus quæ
cõſenſu cõtrahũtur: & ideo etiã ſine ſcriptura, ſi probari poteſt cõueniſſe, ut
hypotheca ſit, res erit obligata [d]: pactiones etiã, dieq́; ac cõditionẽ, hic cõtra
ctus recipit [e]. Vt cũ conuenit, uti creditor fructus quos alioqui nõ lucratur, 5
ſed ſorti imputat [f], pro uſu pecunię quã debitori promittit, percipiat [g]. Quę
ſpecies Αντίχρησις uocatur [h]: & proculdubio uſuraria eſt. Sanè pactum legis
commiſſoriæ in pignoribus improbatur: tale ſcilicet ut niſi certa die pecu-
nia ſoluatur, res oppignorata in cõmiſſum cadat, addicaturq́; creditori. Cũ
enim id oneris egentibus, & neceſsitate circũuentis debitoribus multo gra
uius ac pernicioſius accidat quàm ulla uſura, meritò eſt damnatum [i].

*a l.5. in fin. b §. item Seruiana. in fin. Inſtit. de actio. l. ſi rẽ. §. 1. de pignor. actio. l. plebs eſt. 237. §. fi. de uerbo. ſigni. c l.1. ſ. de pig. actio. d l.4. hoc tit. e l. ſi cõuenerit. 4. ſ. de pignor. actio. f l. 1. C. de diſtract. pigno. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. l. ſi dominum. C. de pignor. g l.1. §. pacto. hoc tit. l. ſi ea lege. C. de uſuris. h l. ſi is. 11. §. 1. hoc tit. l. ſi pecuniam. 33. ſ. de pignorat. actio. i l. fi. C. de pact. pignor.*

## IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS VEL hypotheca tacitè contrahatur. Tit. II.

1 *Tacitum pignus contrahit in mutuo refectionis.*
2 *In inuectis & illatis in prædium urbanum, non ruſticum.*
3 *In renouata locatione.*
4 *Ratione perſonæ creditoris, ut pupilli, fiſci, &c.*
5 *Ciuitates & inferiores principes non habere ius fiſci.*
6 *Differentia inter expreſſam hypothecam & tacitam.*

QVia uerò etiam tacito conſenſu conuentiones fiunt[a], fit ut non mo-
dò expreſſa uoluntate, ſed in quibuſdam cauſis tacitè etiam pignus
1 contrahatur. Nam in primis quo plures eſſent, qui ad refectionem ædium
quas refici publicè intereſt, mutuò darent, S.C. pignus inſulæ, ei qui ad eam
2 ędificandam credidiſſet, datum eſt[b]. Sed & inuecta & illata in prædium ur-
banum, propenſione tacitè obligantur: quod primò moris fuit, poſtea ius
factum eſt[c]. In ruſticis prędijs contrà obſeruatur[d], quia ſufficit in ijs fructus
teneri[e], niſi uoluntate, hoc eſt ex conuentione pignoris iure inferantur,
3 quod alibi uoluit Imperator[f]. Sed & tacitæ locationi cohæret pignoris re-
nouatio[g]. Item & rei impignoratæ fructus extantes, quamuis id apertè
4 non ſit expreſſum, tacita pactione pignori ineſſe creduntur[h]. Fauor etiam
creditoris facit nonnunquam locum tacito pignori. Sic pupillus hypothe-
cam habet in bonis tutoris[i], uxor in mariti, dotis nomine[k]: fiſcus in debi-
5 torum[l]. Ciuitates non habent, niſi ex priuilegio principis[m]; quia loco pri
uatorum ſunt[n], unde arguũt quidam. Duces, Marchiones, & Comites Im-
peratori ſubiectos priuilegia Fiſci imperatorij non habere, niſi præſcripſe-
rint, aut à Cæſare impetrarint. Eſt autem differentia taciti pignoris & ex-
6 preſsi. Res ex conuentione obligatæ alienari nequeunt, niſi cum ſuo one-
re[o]. Quæ uerò tacito nexu tenentur, liberè alienari poſſunt antequam per-
cluduntur, hoc eſt, ut uulgò nunc dicunt, areſtantur[p]: tacitum enim pi-
gnus generale eſt, & complectitur omnia bona. Generalis autem pignoris
obligatio, alienationem non impedit[q].

*a l. 2. & 3. ſ. de pactis.*
*b l.1.h.tit. l. ſi uenter. 8. §. 1. de priuil. Credito. l. creditor. 25. ſ. ſi certũ petatur.*
*c l. 2. cum multis ſeq. h.t. l. 4. ſ. de pactis. l. ultima. C. eod.*
*d l. 4. hoc tit.*
*e l. in prædijs. hoc tit.*
*f l. certi iuris. C. de locat. & cond.*
*g l. item. 13. §. qui impleto. 10. ſ. loca.*
*h l. 3. C. eod.*
*i l. pen. C. eo. l. pro officio. C. de admin. tuto.*
*k l. unica. §. 1. C. de rei uxoriæ actio.*
*l l. 1. & 2. C. eod. uidelicet fiſcus principis.*
*m l. ſimile. 10. ad municipalẽ.*
*n l. eum qui. 16. de uerbo. ſignificatio.*
*o l. ſi debitor. C. de diſtractione pigno.*
*p l. pen. h.t.*
*q l. cum tabernam. 34. ſ. tit. 1.*

## QVAE RES PIGNORI VEL HYPOTHEcæ datæ obligari non poſſunt. Titul. III.

1 *Quicquid non prohibetur, poteſt oppignorari.*
2 *Res quæ ſua natura non poſſunt oppignorari.*
3 *Quæ perſonæ oppignorare nequeant.*
4 *Quando non idoneè res oppignoretur.*

1 SEcundò, uideamus quæ oppignorari non poſsint: eo enim cognito fa
cile apparebit, quæ nam rectè & utiliter nectantur[a]. Res oppignorari
nequeunt, uel quia ſua natura nexũ non recipiunt, uel quia à non idoneis,
2 aut non idoneè nectuntur. Res ſua natura oppignorationem reſpuunt
quæ ſunt extra commercium, quia nec emi poſſunt[b]: ut res ſacræ, religioſæ,
publicæ[c], liber homo, quamuis filiusfamiliâs[d]. Qui tamen ab hoſtibus redi
mitur, loco pignoris eſt apud redemptorem, donec precium reddat[e]. Item
quæ lege prohibentur alienari, ut res litigioſæ[f], res minorum, fundus dota-
3 lis, &c. Nam oppignoratio quædam alienatio eſt[g]. Deinde fit, ut res non
idoneè nectantur, uel quia poteſtatem nectendi, qui dedit non habet: ut ſi
res aliena pignori detur[h], aut pupillus ſine uoluntate tutoris & decreto,

*a Inſtit. de his qui ſunt ſui uel al. iu. in princ.*
*b l. 1. §. cũ rem. hoc titul.*
*c l. 3. C. eod.*
*d l. qui filios. C. eo. l. fin. hoc tit.*
*e l. ſi patre de captiuis poſtli. reuert. l. 2. C. eo. tit. l. Senatus. §. ult. de legat. j.*
*f l. 1. §. fin. h.t.*
*g l. ulti. C. de reb. alie. nõ alienand.*
*h t. t. C. ſi res aliena.*

ſeruus ſine domini, filius ſine patris, de his quidem rebus quæ patri quærun
tur, oppignoret [a]: uel quod de rei obligatione actum non uideatur, ut cum 4
ſecundus creditor in prioris locum ſuccedit, non intelligitur pignus reno-
uari, niſi expreſsè conueniat [b]. Sic & in generali obligatione, non ueniunt
quæ credibile non ſit quempiam ſpecialiter obligaturum [c].

a l.1 in princ. & §. 1. hoc tit. b l. ariſto. 3. cũ l. ſequent. h. t. c l. 1. C. eod. l. obligationes. cũ ll. ſeq. ſ. de pig.

## QVI POTIORES IN PIGNORE VEL HYpotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. Titul. IIII.

1 *Effectus pignoris, ut creditor habeat ius perſequendi & diſtrahendi.*
2 *Regula Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.*
3 *Fallit in pupillo & muliere.*
4 *In eo qui credidit in pignoris conſeruationem.*
5 *In redemptore captiui ſerui.*
6 *In eo qui paratus eſt priori ſoluere.*
7 *In eo qui in locum primi creditoris ſuccedit.*
8 *Quomodo priuilegiati concurrentes alij alijs præferantur.*

TErtiò de effectu pignoris eſt dicendum. Ex obligatione autem pigno- 1
ris conſequitur creditor poteſtatem, & perſequendi pignoris [a], & niſi
ſolutio principalis debiti fiat, diſtrahendi [b]. Sed quia eadem res pluribus
nonnunquam obligatur, fit ut diſceptari in perſecutione diſtractioneq́; pi-
gnoris ſoleat, uter alteri ſit præferendus. In quo regula generalis tenenda 2
eſt, potiorē eſſe in iure pignoris cui prius eſt res obligata [c]. Nec enim uſpiã
uerius eſt quod uulgò uſurpatur: Qui prior eſt tempore, potior eſt iure [d].
Neq; uerò intereſt, pignus conuentionale ſit an prætorium, an iudiciale [e],
res ſpecialiter obligetur, an generaliter [f], an etiam tacitè [g]. Si tamen ex alijs
bonis poſsit creditum redigere, cui generaliter bona ſunt obligata, non de-
bet interim ſecundo creditori ſuum ſpeciale pignus auferre [h]. nihil autem
intereſt, priuati ſint creditores omnes, an cum his concurrant ciuitas, fiſcus,
princeps [i]. Nam generaliter primus ſecundo, ſecundus tertio, atq; ita dein-
ceps potior eſt [k]. Pupillus tamen, quamuis poſterior propter fauorem per- 3
ſonæ, ut rem ſaluam habeat, præfertur prioribus [l], & mulier fauore dotis [m]:
non tamen expreſſam hypothecam habentibus, ut uolunt Gloſſ. & Dd. [n]:
meo tamen iudicio non rectè. loquitur enim textus generaliter, & conſtat
mulierem præferri priuilegiatis ijs qui expreſſam habentibus hypothecam
præferuntur [o]. Sed & qui credidit in rei ipſius oppignoratæ conſeruatio- 4
nem, puta, ut domus hypothecata fulciatur, eum æquum eſt præferri prio-
ribus, cuius pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam [p]. Cui ſimile, quòd 5
qui ſeruum ab hoſtibus redemit, omnibus omnino creditoribus, quamuis
prioribus, in pignore præferatur [q]. Sed etſi paratus ſit poſterior priori credi 6
tori ſoluere (habet enim ius offerendi [r]) meritò deneganda eſt huic pigno-
rantia actio, cum per eum ſtet quo minus ei pecunia ſoluatur [s]. Idem iuris
erit, ſi uoluntate prioris ſecundo res ſit oblata: qui ſi recuſet accipere, intel-
ligitur pignus ſponte remiſiſſe [t]. Sed & qui in locum primi creditoris ſucce 7
dit, cui ſub iure pignoris ſoluit, meritò præfertur ſecundo [u]. Quomodo au- 8
tem priuilegiati hi ſi concurrant, alij alijs præferantur, longum nunc eſſet di
ſputare, & alib i tractant gloſſ. & Dd. [x].

a l. pignoris. 17. ſ. de pignorib. b j. tit. 1. c l. ſi pignus. 8. l. ſi ex iure. 10. hoc tit. l. 3. l. 2. l. licet. C. eo. l. 4. C. ad Macedonianum. d C. qui prior. de reg. iur. in 6. e l. 2. C. eod. f l. 2. 3. §. 1. h. t. d. l. 2. C. eod. g l. unica. C. rem alienã geren. d. l. ſi pignus ubi Dd. hoc tit. Dynus in d. c. qui prior. nu. 12. Neguſan. in tractatu pignor. in 6. parte, mẽbro 2. num. 9. h l. 2. C. de pignorib. i d. l. ſi pignus. l. fin. §. fin. h. t. k l. creditor. 12. §. ſi ſimpliciter. 7. hoc titul. l l. idemq́; 7. m l. aſsiduis. cũ auth. ſeq. C. eo. n in d. l. aſsiduis. o §. his conſequens in Auth. de æqualitate dotis. Auth. quo iure C. eod. hoc titul. p l. 5. & 6. q l. in bello. 12. §. ſi pignori de captiuis & poſt l. reuerſis. r l. mulier cum l. ſequent. hoc titul. s l. potiorem. 11. §. fin. l. quærebatur. 20. hoc titul. t l. 3. §. pen. h. t. u l. creditor. 12. §. à Titio. 8. cum l. Dyn. in c. qui prior de reg. iur. in 6. Neguſ. in tract. pign. in 5. parte. x in d. l. aſsiduis ad uerb. licet. cum Auth. ſequen. & in d. l. ſi pignus. in tit. de priuil. cre.

DE DISTRA-

## DE DISTRACTIONE PIGNORVM uel hypothecarum. Tit. V.

1 *Effectus pignoris præcipuus, quòd poſſit diſtrahi pignus, & eius ratio.*
2 *Quomodo diſtrahatur, ſi pactum de diſtrahendo ſit appoſitum.*
3 *Quid ſi pactum nullum interuenit?*
4 *Quid ſi pactum de non diſtrahendo interuenit?*
5 *Quid ſi pactum ſit, ne debitor diſtrahat?*
6 *Creditorem non obſtante denunciatione rectè diſtrahere.*
7 *Quid creditor iuris diſtrahendo transferat.*
8 *Creditorem de euictione non teneri.*
9 *De iure dominij impetrando.*
10 *Quomodo creditori ſuccurratur, ſi debitor hypothecam teneat.*

1 PRecipuus pignoris effectus in eo uertit, quòd licet creditori debitore
non ſoluente (antequam enim ſolutionis dies uenit, pignus diſtrahi ne
quit[a]) illud uendere, & ſibi de precio ſatisfacere. Nec enim magna eſſet
huius obligationis utilitas, ſi creditor perpetuò ſeruare debitori, quamuis
moroſo, inutile pignus (nam fructus nõ lucratur) teneretur. Ac ſciendum
eſt, ſolenne olim fuiſſe, ut pactum de diſtrahẽdo pignore apponeretur[b].
quod ita poſtea in mores abijt, ut quamuis non eſſet appoſitum, pro conuẽ-
2 to haberetur: eoq́; iure utimur[c]. Si igitur pactio adiecta ſit, poteſt credi-
tor ex conuentione tanquam ex uoluntate debitoris diſtrahere[d]: quod ta-
men ex bona fide facere ſolenniter, commonefacto prius debitore, ut poſsit
3 offerre precium, debet: alioqui pignoraticia tenetur[e]. Si nullum pactum
interuenit, denunciabit creditor debitori, ſe uelle diſtrahere, ni fiat ſolutio:
poſt quam denunciationem expectandum eſt ex lege Iuſtiniani biennium,
4 antequam uendi poſsit[f]. Quòd ſi pactum de non diſtrahendo interuene-
rit, quæſtionis eſt quid ſeruari oporteat: & ſanè diſtinguendum uidetur, cre-
ditori an debitori alienationis adempta ſit facultas. Si conuenit, ne creditor
diſtrahere poſsit, furti uidetur obligari, ſi uendad, quia inuito domino rem
contrectat alienam[g]. Sed quia hęc pactio tacitam habet conditionem, ſi de-
bitor interpellatus ſoluat[h] poſt ternam denunciationem, & elapſo, ut uo-
lunt Dd. biennio: æquum eſt, ut creditori uenditio permittatur[i]: neq; tene-
5 atur debitori conuentionibus ſtare, qui ipſe promiſſa non impleat[k]. Quòd
ſi contra pactum ſit, ne liceat debitori uendere, quæritur an alienandi po-
teſtas illi ſit adempta. Et quamuis improbatum eſt legibus, ſine cauſa aufer-
re domino poteſtatem rei ſuæ alienandæ[l]: tamen quoniam multum inter-
eſt creditoris, non alium ſibi ſubſtitui duriorem aduerſarium, reſponſum
eſt, nullam fore uenditionem, ut pactioni ſtetur[m]. Pacto enim quod iuſtam
6 habet cauſam, rectè domino interdici poteſt rei ſuæ alienatio[n]. Porrò cre-
ditorem pignus uendentem fruſtra denunciationibus impedit debitor,
aut ſecundus creditor, niſi quod debetur offerat[o]: in quo ſciendum eſt, re-
ferre, uendat creditor ius ſuum, uidelicet ius pignoris, an uerò ipſam rem.
7 Nam priore caſu tãtundem transfert, quãtum ipſe habet, nempe ius pigno-
ris, quod poſtea ſolutione diſſolui poteſt: in ſecundo autẽ transfert ius, qua-
le habuit debitor, qui pignori dedit, aut dominij, aut quaſi dominij, ſic ut a-
8 uocari amplius ab emptore res non poſsit[p]. Quòd ſi tertius aliquis iure do-
minij rem euincat, creditor qui uendidit, de euictione non tenetur: utpote
cum non ſua, ſed aliena, id eſt debitoris fide diſtraxerit. debitor tamen ne ex
aliena iactura locupletetur, utili actione conueniri poterit ad precium, aut
iure poſtulabit emptor cedi ſibi pignorantiam contrariam à creditore acti-

a l.4. hoc. tit.
b l.3. C. de pignor. actio.
c l.3. ſ. de pigno. actio. l. creditoris. 8. h.t. l. ſi mandator. 59. §. creditor. ſ. mandati.
d §. contra aũt. Inſtit. quib. aliẽ. licet. l. ſi. §. 1. C. de iure dom. impetrandi.
e l. 4. l. quæ ſpecialiter. C. eod. & t.t. C. ſi uendito. pig. aga.
f d. l. fin. §. ſin autem.
g l. ſi is qui pignori. 65. de furtis.
h l. quæro. 56. §. inter. ſ. loca. c. 3. de iureiu.
i d. l. 4. de pignorati. actio.
k l. cum proponas. 2. C. de pactis.
l l. pen. ſ. de pactis. l. filiusfamiliâs. 114. §. diui. 11. de legatis. 1.
m l. ſi creditor. 7. §. fi. h. t.
n l. fi. C. de pactis inter emptorem, &c. d. l. filiusfamiliâs. §. diui. Dd. in. l. 3. C. de condictio. ob cauſam. et in l. ſi ita quis. 135. §. ea lege. de uerbo oblig.
o l. 1. & 2. C. de bitorem uenditio. pig. imped. non poſſe.
p l. 2. h. t. l. ſi à creditore. C. eo. d. l. 4. ſ. de pigno. actio. l. 1. 2. 3. C. ſi antiquior creditor.

onem, quã in id quod intereſt, debitorem conueniet, qui rem alienam cõtra
bonam fidem obligarit[a]. Illud ultimò ſciendum eſt, nemine pignus emente, 9
creditorem ius dominij à principe impetrare poſſe, iuxta formam à Iuſtini-
ano alibi traditam[b]. Et hęc quidem obtinent, cum creditor eſt in poſſeſ- 10
ſione pignoris: quòd ſi ipſe debitor hypothecam teneat, & ſoluere ceſſet,
poteſt agere creditor ad poſſeſsionem hypothecæ conſequendam, auferen-
damq́ debitori: ut deinceps ſuo iure, de quo iam dictum eſt, utatur[c].

a l. reſcriptũ. 12. §. 1. h. t. l. ſi pignora.. 60. l. ſi plus. 64. ĩ. de euictionib. l. ſi ob cauſam. C. eod.
b in l. fin. C. de Iur. dom. imp.
c l. ſi cum uenditor. in princ. de euict. l. fundus. §. creditor. de pigno. Papien. in for. lib. in actio. hypoth.

## QVIBVS MODIS PIGNVS VEL HYPOtheca ſoluitur. Tit. VI.

1 *Solutione eius quod debetur, pignus ſoluitur, uera uel ficta.*
2 *Voluntate creditoris.*
3 *Rei interitu.*
4 *Tempore.*
5 *Mutatione perſonæ debitoris.*
6 *Sententia, uel iureiurando.*

PIgnoris nexus uarijs modis diſſoluitur. Primò, ſolutione eius quod de- 1
betur[a], & oblatione[b], ac ſolutione etiam ficta: ut ſi creditor quod de-
betur donet debitori[c], aut paciſcatur, ne petat[d], aut obligationẽ nouet[e],
aut debiti nomine ſatisfieri ſibi permittat[f]. unde ſi cõuenerit, ut fideiuſſor
pro hypotheca detur, ſatisfactũ intelligit̃, & pignoris obligatio euaneſcet,
niſi aliud ſit actum[g], aut niſi pro certa pecunia non omni debito ſatisfiat[h].
Secundò, uoluntate creditoris pignus ſoluitur, uel expreſſa, ut per pactio- 2
nem qua conuenit, ut ab hypotheca diſcedatur[i]: uel tacita, ut ſi creditor cõ-
ſentiat uenditioni pignoris: hoc eſt, omni alienationi[k], aut nouę obligatio-
ni pignoris[l]. Nam & hęc uerbo alienationis uenit[m]: ſi tamen eò conſentit,
ut ſalua maneat pignoris cauſa, uel ut ſibi de precio uenditionis ſatisfiat, nõ
ſecuta ſolutione, ius ſuũ retinet[n]. Non aũt uidetur conſentiſſe creditor, e-
tiamſi ſciat rem diſtrahi, niſi cum agitur de libertate[o], aut refiſci[p], aut alijs
cauſis, de quibus Neguſantius in ſuo tractatu[q]. Sed neceſſe eſt, alicũde ap-
parere eius cõſenſum: puta ex uerbis, aut ex ſubſcriptione contractus[r], aut
ſi reddat chirographum, quo pignus erat obligatum[s]. Tertiò, finitur rei 3
interitu, nõ modò ſi corporalis ſit res, ſed etiã incorporalis: ut ſi uſusfructus
obligatus extinguat̃[t]. Sed hoc accipiendũ eſt de interitu, quo tota res abſu-
mitur, non aliqua eius pars. Nam ſi, uerbi gratia, domus oppignorata com-
buratur, area nihilominus manebit obligata, & quidquid illi deinceps inæ-
dificatur[u]: nam cũ mutatur tantũ rei qualitas, dubium non eſt, hypothecam
durare[x]. Quartò, tempore[y]: ut ſi de tempore conuenit, quo uel principalis 4
obligatio duraret, uel hypothecaria. Etſi enim non placet, tẽpus modũ eſſe
finiendę obligationis: tamẽ finito tempore conuento debitor exceptione
rectè utetur[z]. Item ſi pręſcriptio obijci poteſt. Etſi enim uſucapio proprie-
tatis nõ extinguit pignus[aa], quia aliud eſt ius pignoris, aliud dominij quod
uſucapitur: longo tamen tẽpore qui rem bona fide poſsedit, etiã hypothe-
cariæ actioni, propter diuturnum creditoris ſilentium pręſcribit[bb]. Pręter-
quam ſi debitor, aut eius hæres poſſideat, quos patientia creditoris abuti
eſſet iniquiſsimum[cc]. Sed hoc tempus poſtea prorogatum eſt, in extraneo
quidem poſſeſſore ad 30. annos[dd]: in debitore & eius ſucceſſoribus, ad 40.[ee].
Quintò, mutatione perſonę debitoris[ff]. Sextò, ſententia, uel iureiurando, ſi 5
iudicatum iuratum'ue ſit nihil deberi, aut pignus non eſſe obligatum[gg]. 6

a l. 1. in princ. l. 5. §. 1. h. t.
b l. 6. §. 1. h. t.
c d. l. 1. §. 1.
d d. l. 5. in prin.
e l. nouatione. 18. de nouationib. l. ſolutũ de pigno. actio.
f l. idem. 6. in princ. & §. 1. hoc tit.
g d. l. 5. §. 1. l. pen. hoc tit. l. ſi rem. §. omnis de pigno. actio.
h d. l. item. in fi.
i d. l. 5.
k l. 4. §. 1. l. ſicut. 8. §. ſi uolũtate. 4. & ſequen. h. t.
l l. Paulus. 12. hoc tit.
m l. fi. C. de rebus alien. non alienan.
n d. l. ſicut. §. illud. 6.
o l. 1. C. d remiſſ. pignor.
p l. antepe. C. eod.
q de pign. par. 6. memb. 3.
r d. l. ſicut. §. non uidetur. 10.
s l. creditricẽ. C. de remiſſ. pignor.
t d. l. ſicut. in princ. uel aliud ius quod debitor in re habuit. l. 3. h. t.
u l. domo. 21. de pigno. actio. l. Paulus. 19. §. domus pen. l. fin. de pignoribus.
x l. fundus. 16. §. ſi res de pigno.
y d. l. item liberatur. 6. h. t.
z l. obligationum ferè. 43. §. placet. 1. de actionib.
aa l. uſucapio. 7. C. de pignorib.
bb l. creditor. 12. de diuerſis & tempore præſcriptis.
cc l. 1. & 2. C. ſi aduerſus credi. præſcrip.
dd l. 3. C. de præſcri. 30. uel 40. an.
ee l. ſicut. §. 1. C. eod. tit.
ff l. 1. §. fi. h. t.
gg l. ſoluitur. 5. §. fin. l. ſi deferente. 13. hoc tit.

# DIGEST. LIBER XXI.

## DE AEDILICIO EDICTO ET REDHIBITIONE, & quanti minoris. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Summa & finis edicti.*
3 *Prima pars edicti.*
4 *Secunda.*
5 *Tertia.*
6 *Explicatio primæ partis.*
7 *Quid ſit redhibitio, & quid in eam ueniat.*
8 *Explicatio ſecundæ partis.*
9 *De actione redhibitoria, & quanti minoris.*
10 *Differentia inter hanc actionem, & eam quæ ex empto datur.*
11 *Vltimæ partis explicatio.*

1 AD implendos bonæ fidei contractus ſpectat edictum Aedilium
2 Curulium, de redhibitione, & quanti minoris actione. Aediles
enim penes quos erat, non modò ludorum, ædium, & uiarum,
ſed etiã annonæ[a], & propter annonam contractuũ cura: edictũ
propoſuerunt, quod partim ad extirpandas fraudes, coercendaſq; uẽdito-
rum fallacias pertinet[b], partim liberum uiarum commeatum tuetur[c]. Ex
quo edicto ius poſtea dici agiq; cœptũ eſt. Quod quidem ius pars appella
tur iuris prætorij[d]: quia non ex lege ſcripta, ſed ex iuriſdictione magiſtra-
3 tus uenit. Eius pluribus locis fit mentio[e]. Aiunt Aediles: Qui mancipia
,, uendunt, certiores faciant emptores, quid morbi uitij'ue cuiq; ſit: quis fugi
,, tiuus erroue ſit, noxáue ſolutus nõ ſit: eademq; omnia, cum ea mancipia ue
,, nibũt, palàm rectè pronũtianto. Quòd ſi mancipiũ aduerſus ea ueniſſet, ſiue
,, aduerſus quòd dictum promiſſum'ue fuerit cum ueniret, fuiſſet: quod eius
,, præſtari oportere dicetur, emptori, omnibuſq; ad quos ea res pertinet, iudi
,, cium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. Si quid aũt poſt uenditionem
,, traditionemq; deterius emptoris opera, familiæ, procuratoris'ue eius factũ
,, erit, ſiue quid ex eo poſt uenditionem natum adquiſitum fuerit: & ſi quid
,, aliud in uenditione ei acceſſerit, ſiue quid ex ea re fructus peruenerit ad em
,, ptorem, ut ea omnia reſtituat. Item: Si quod mancipiũ capitalem fraudẽ ad-
,, miſerit, mortis conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit, inire arenam depugnan
,, di cauſa, ad beſtias intromiſſus fuerit, ea omnia in uenditione pronunciãto:
,, ex his enim cauſis iudicium dabimus. Hoc amplius, ſi quis aduerſus ea ſciẽs
,, dolo malo uendidiſſe dicetur, iudicium dabimus[f]. Deinde Aediles aiunt:
4 Qui iumenta uendunt palàm, rectè dicunto, quid in quoq; eorum morbi ui
,, tijq; ſit: utiq; optimè ornata uendẽdi cauſa fuerint, ita emptoribus tradãtur.
,, Si quid ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis iumẽtis'ue ornamẽ
,, torum nomine redhibẽdis, in diebus ſexaginta: morbi aũt, uitij'ue cauſa in-
,, emptis faciendis, in ſex menſibus: uel quo minoris cum uenirent, fuerint, in
,, anno iudicium dabimus. Si iumenta parca ſimul uenierint, & alterum in ea
,, cauſa fuerit, ut redhibere debeat, iudicium dabimus, quo utrunq; redhibea
5 tur[g]. Poſtremò aiunt Aediles: Ne quis canem, uerrem, uel minorem aprum,
,, lupum, urſum, pantheram, leonem, aliudúe quod noceret animal, ſiue ſolu-
,, ta ſint, ſiue alligata, ut contineri uinculis, quominus damnum inferant, non
,, poſsint, quà uulgò iter fiet, ita habuiſſe uelit, ut cuiq; nocere dãnumúe dare

a Cic. lib. 3. de Leg.
b l. 1. §. cauſa. 1. hoc tit.
c l. hi enim. 40. cum ll. ſeq. §
d § prætorum, Inſtit. de iur. natu. gentium, & ciui.
e l. paciſti. 32. ff. de pac. Plaut. in Moſtell. Cic. lib. 3. Off. Gell. lib. 4. cap. 2.
f l. 1.
g l. ædiles. 38.

poſsit, ſi aduerſus ea factũ erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi ducen ti: ſi nocitum homini libero eſſe dicetur, quanti bonum æquum iudici ui debitur, condemnetur. Cęterarum rerum quantum damni datum factumúe ſit, dupli[a]. Huius edicti tria ſunt capita, aut certè ſunt numero tria edicta. In primo agitur de ſeruis, ut ſi ſeruus morbo, uitióue, aut noxæ obnoxius, 6
aut fugitiuus, uel erro, uenditus ſit, quòd uitium clam emptorẽ uenditor ha buerit, redhibere liceat[b]. Bonæ enim fidei eſſet contrarium, ſi emptor coge retur retinere rem uitio affectam, de quo ſi fuiſſet factus certior, nunquam emiſſet. De corporalibus uitijs loquuntur Aediles: nam propter animi uitia non redhibetur ſeruus, ut ſi iracundus ſit, aut uinarius, aut mendax, aut auarus. Nam hæc uſum ſerui non impediunt[c]. Et ſanè uitia animi, quæ mul tis ſimulationum inuolucris plerunq; conteguntur, præſtare uenditorem iniquiſsimum eſſet. Itaq; hoc caſu ceſſante redhibitione ex empto, quanti minoris erit agendum[d]. Excipitur fugę erroriſq; uitium. Etſi enim hæc uitia animi ſunt, tamen quia corpus quoq; domino reddunt inutile, & ſub trahunt[e], edicto diſertè comprehenduntur[f]. Fugitiuus eſt, qui fugę cauſa, & ea mente diſcedit, ne ad dominum redeat[g]. Erronem ſic definimus, qui nunquam fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius domum redit[h]. Redhibere eſt facere ut rur- 7
ſus habeat uenditor, quod habuerat: & quia reddendo id fiebat: idcirco red hibitio eſt appellata, quaſi redditio[i]: quod tum propriè fit, authore Feſto, cum redditur quod improbatum eſt, & qui dedit, idem rurſus habere cogitur, quod antè habuit. Redhibitio igitur eſt uenditionis reſolutio[k], qua omnia in integrum reſtituantur, perinde ac ſi neque emptio, neque uenditio interceſsiſſet[l]. Itaque & emptori reſtituere debet uenditor precium unà cum uſuris, & quod intereſt precio non caruiſſe[m], & contrà huic emptorẽ, cum omnibus acceſsionibus & emolumentis, præſtationeq; damni, ſi quod culpa emptoris accidit, redhibere cogitur. Nam ſi quid caſu dam ni factum ſit, emptori non nocet: unde & extinctum corpus poteſt redhibe re[n]. Illud quoque ſciendum eſt, ſi falsò affirmauit quid uenditor, ut equum non eſſe calcitroſum, cum eſſet, ad hunc quoque caſum redhibitionem pertinere, ex primo huius edicti capite, quo tenetur qui aduerſus dictum promiſſumúe uendidit[o]. In ſecunda edicti parte agunt Aediles, de iumentis 8
redhibendis, uel ornamentorum detractorum cauſa, in 60. diebus, uel ob uitium corporis intra ſemeſtre: quo ſpacio omnes Aediliciæ actiones finiun tur[p], niſi aliud ſit actum[q]. Quòd ſi redhibere nolit emptor, utpote alias etiã empturus, actionem, quanto minoris res cum ueniret fuerit, illi pollicetur[r]. Cauſa huius edicti eadem eſt, quæ & mancipiorum redhibendorum: & ferè eadem ſunt in his rebus, quæ in mancipijs. Quicquid igitur illic diximus, huc erit transferendum[s]: quæ autem de iumentis hîc edicuntur, in omni pecude obtinẽt[t], & denique ex benigna interpretatione ad omnẽ rem tam ſoli, quàm mobilem producta ſunt: ſi fortè ſint eiuſmodi res, quas propter uitium habere emptas, non expediat. Etſi enim in illis corporis animiue uitiũ intelligi aut diſtingui nequit, tamen cum eadẽ ratio extet, meritò etiam idem in his ius obſeruabitur[u]. Ex prioribus his edicti par- 9
tibus, duæ oriuntur actiones: altera redhibitoria, qua agit emptor aduerſus uenditorem, in hoc, ut rem uitio affectam, aut non talem, qualem uenditor eſſe affirmarit, recipiat reſtituto precio. Quòd ſi uitium nec dum appareat, ſed ſuſpicio ſit ſubeſſe, ad hoc agi poteſt, ut uel caueat de uitio, uel redhiberi patiatur[x]. E contrariò datur uenditori in emptorem hæc actio, ut præter rem, fructus & acceſsiones reſtituat[y], & quicquid facto emptoris uel ſuorũ damni

a l. ſi enim. 40. cum ll. ſeq.
b l. 1. & 2. h. t.
c l. 4. h. t.
d d. l. 1. in fine.
e l. 1. C. de ſer. fugit.
f d. l. 1. §. fin. cũ ll. ſeq. l. 4. cum ſeq. h. t.
g l. quid ſit. 17. hoc tit.
h d. l. quis ſit. §. erronem. 13.
i l. redhibere. 21. h. t.
k l. Pomponius. 12. §. præterea.
l l. facta. 60. hoc tit.
m l. debet autẽ. 27. l. illud ſciendum. 29. h. t.
n l. Aediles. 38. l. ſi hominẽ. 47. in fin. h. t.
o d. l. 1. §. 1.
p l. ſciendum. 19. §. fin. l. cum ſex menſes. 55.
q l. quòd ſi noluit. 31. ſi quid ita. 20.
r l. Aediles. 38. in princ.
s d. l. Aediles. §. cauſa.
t d. l. Aediles. §. iumentorum.
u l. 1. in princ. l. etiã in fundo. 49. h. t. l. ſi prædium. C. eod.
x l. ſi uenditor. 28. l. quòd ſi noluit. 31. §. qui mãcipia. 19.
y d. l. quòd ſi noluit. §. reſtitui. 17. & §. ult. l. proinde. 33. h. t.

damni, in re datum eſt reſarciat [a], quanquam & ex uendito his caſibus agi poſsit [b]. Illud in uniuerſum ſciendum eſt, redhibitoriæ locum non eſſe, niſi tale ſit uitium, quod uſum rei impediat [c]. Altera actione quæ ex hoc edicto deſcendit, uocaturq; quanti minoris, petit emptor non reſcindi contractũ, ſed ſibi reſtitui de precio, quanti minoris res ualuit, cum emeretur.

10 Quorſum autem, inquies, opus erat hac actione, cum eadem exemplo competat [d]? Reſpondeo, ad ædiles cum cura contractuum pertineat, non mirum eſſe, eos ex edictis ſuis ſpeciales actiones proponere [e]. Deinde ab actione empti hæc quanti minoris, in non paucis differt, ut nullo modo debeat uideri ſuperuacanea. Nam illa ciuilis, hæc prætorij iuris eſt: illa petit quanto minoris res empta ab agente eſſet, hæc quanto minoris fuerit, unde & æſtimatoria uocatur actio, quia rem ipſam æſtimat [f]: illa in ſimplũ rei perſecutoria, hæc ex contumacia nonnunquam in duplum condemnationem facit [g]: illa perpetua eſt, hæc annalis [h]: interdum etiam duorum menſium, ſiue dierum ſexaginta [i].
11 Vltimò edicunt Aediles, ne quis ullũ, quod nocere poſſet animal, ſolutum ligatumúe, quà uulgò iter fit, habeat, ita ut damnum dare poſsit [k]: ſi aduerſus ea factũ erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi 200. qui ualent Ioachimicos circiter 300. præſtabuntur: ſi nocitum libero homini eſſe dicetur, quanti bonum æquum iudici eſſe uidebitur, reus condemnatur. Cæterarum rerum quantum damni datum factumúe ſit, dupli. Et in id actione in factum ex hoc edicto agetur [l]. Huc etiã pertinent edicta de pauperie [m], & de ijs qui deiecerunt uel effuderunt, à prętore propoſita: de quibus ſuo loco diximus.

*a l. cum autẽ. 33. in princ. d. l. Aediles etiã. §. 1. d. l. redhibere. §. 1. d. l. quòd ſi. §. mancipiũ. 10.*
*b d. l. cum aũt. l. Iulianus. ſ̃. de actionib. empti.*
*c d. l. 5. h. t.*
*d d. l. Iulianus. in princ.*
*e l. 3. ſ̃. nautæ, caupo. ſtab.*
*f l. ſi quid. 18. l. iuſtißimè. 44. hoc tit.*
*g l. redhibitoria. 45.*
*h d. l. ſciendũ. §. fin. d. l. Aediles. 38.*
*i l. ſi uenditor. 28. d. l. Aediles.*
*k l. ſi enim. 40. cum l. ſeq. h. t. §. fin. Inſti. ſi quadru. pau. fe. di.*
*l l. qua uulgo. 42. h. t.*
*m d. §. fin. Inſti. ſi qua pau.*

## DE EVICTIONIBVS, ET DVPLAE STIPVLATIONIBVS. TIT. II.

1 *Quid ſit euictio.*
2 *Quomodo caueatur de euictione.*
3 *De ſtipulatione ſimplæ.*
4 *De ſtipulatione duplæ.*
5 *Quando committatur ſtipulatio.*
6 *Triplex de euictione actio.*
7 *Duo capita euictionis in actione ſimpla.*
8 *De actione duplæ.*

1 EVictio eſt rei noſtrę, quam aduerſarius legitimo titulo acquiſierat, per
2 iudicem recuperatio [a]. De hac euictione præſtanda, quamuis ex natura contractus teneatur uenditor [b]: tamẽ plerunq; per ſtipulationem ſine ſatiſdatione [c] caueri ſolebat: idq; dupliciter, uel promiſsione ſimplæ, uel du-
3 plę. In ſtipulationæ ſimplæ promittebat uenditor, ſi res emptori euicta eſſet, ſimplum reſtituere [d]: hoc eſt ſimplum preciũ, & ex natura actionis ex empto quod emptoris intereſſet [e]. Quæ ſtipulatio cum congrua ſit naturæ uenditionis (ad hoc enim ex ipſo contractu tenetur uenditor [f]) ſemper in-
4 eſt effectu contractui, niſi aliud ſit actum [g]. Duplex ſtipulatio continet, ut re euicta uenditor duplum, non quidem bonitatis rei, ſed precij conuenti [h] præſtet [i]. Duplum uenditor inuitus repromittere cogitur, duntaxat in mãcipiorum uenditione, ex conſuetudine, & edicto ædilium [k]: item cum res aliqua non contemptibilis uenit [l]. Committuntur hæ ſtipulationes, cum aut res euincenti iudicio reſtituta eſt, aut æſtimationẽ præſtare coactus emptor, aut poſſeſſor ab emptore cõuentus abſolutus eſt [m]: in quo neceſſe eſt, ut maturè uenditori denunciet dictatũ eſſe iudiciũ, cui cuimodi illud ſit: alioqui

*a l. non tamen. 24. hoc tit.*
*b l. non dubitatur. 6. C. de euictio. l. ex empto. 11. ſ̃. de actio. empt.*
*c l. ſi dictum. 56. h. t.*
*d l. euicta. 16. hoc tit.*
*e l. ſi in uenditione. 60. l. euicta. 70. h. t.*
*f d. l. exemto. de actio empt.*
*g d. l. ſi in uenditione.*
*h l. ſi fundo. 53. l. cum fundus. 48. h. t.*
*i l. uendicantẽ. 17. h. t.*
*k l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. 18. ſ̃. tit. 1.*
*l l. emptori. 37. l. 2. h. t.*
*m l. euicta. 16. §. 1. l. ſi ſeruus. 21. l. ſi mancipium. 34. §. 1. hoc tit.*

non habet regreſſum aduerſus eum emptor [a]. His aũt obſeruatis, ſi euictio 6
ſequatur aduerſus uenditorẽ, triplex datur de euictione actio: uel ex ẽpto,
uel ex ſtipulatione ſimplę, uel ex ſtipulatione duplę, ſi hęc interuenit [b]. Etſi
aũt liberum eſt actori, quam uelit actionem proponere [c]: tamen aliquid in-
ter eas intereſt. Actio ex empto, uel ex ſtipulatione ſimplæ (quę naturalis
eſt, & propria in euictione actio) duo habet capita [d]: quorum primo con- 7
tinetur & petitur datale intereſſe, hoc eſt æſtimatio rei, ſiue preciũ, quo res
æſtimata eſt [e]. Itaq; meritò in hoc capite refertur æſtimatio ad tempus quo
res empta eſt [f]. Altero capite petitur intereſſe particulare, id eſt quãti inter-
eſt rem euictam non eſſe [g]: quod recipit augmentum & diminutionẽ, pro-
ut quandoq; plus minus'ue interfuit [h]: & horum capitum diſtinctio ad mul
tarum ll. quæ pugnare uidentur intelligentiam, diligenter retinenda eſt.
Actio duplę non recipit augmentũ aut diminutionẽ: quippe in illa nõ con 8
ſiderat intereſſe, ſed eius loco duplicatum precium ex ſtipulatione exigit [i].

a l. ſi rem quã. 29. §. 2. l. empt. 37. l. ſi fundo. 53. l. ſi ideo. 55. l. Herennius. 63. h. t. l. emptor fundi. C. eod.
b l. hoc iure. 27. h. t.
c l. ſed etſi. 28. hoc tit.
d l. ex empto. 11. §. fi. l. Titius. 43. in fin. de actio. empt. l. ſi in uenditione. 60. l. euicta. 70. l. ſi plus. 74. Vid. Molin. in tract. de no. quod inter.
e Dd. in l. 1. de actio. emp. d. l. ſi in uenditione. d. l. euicta. d. l. ſi plus.
f l. 1. l. bonitatis. 13. h. t.
g d. l. ſi in uenditione.
h d. l. Titius. de actio. empt. l. uẽditor hominis. 8. l. ſed ſi quid. 15. l. euicta. 17. in prin. & §. fin. d. l. ſi cum uend.
i l. ex mille. §. ſi totus. h. t. l. cũ & ſorte. 45. de actio. emp. fact. l. fin. de prætoriȷ ſtipul. §. fin. Inſt. de uerb. oblig.

DE EXCEPTIONE REI VENDITAE. TIT III.

1 *Quibus contra quos detur hæc exceptio.*
2 *Quem de euictione tenet actio, &c.*
3 *Hæres eodem iure utitur, quo defunctus.*

Accidit interdum, ut non tertius aliquis, ſed ipſe uenditor, aut eius ſuc 1
ceſſor euictionẽ intentet. Cum aũt is eiuſq; hęres teneãtur de euicti-
one, ſicuti dictũ eſt: meritò, ſi euincere rem uenditam uelint, obſtabit excep
tio rei uenditę & traditę. Quem enim de euictione tenet actio, eundẽ mul 2
to magis agentẽ repellit exceptio [a]. Itaq; ſi fundũ alienũ uendideris, & tuũ
poſtea factũ petas, exceptione repelleris [b]. Idemq; iuris eſt in omnibus ſuc-
ceſſoribus ab utraq; parte: unde & uenditoris hæredi, aut ſucceſſori cuicun
que, exceptio obſtabit, & ſecundus emptor eandem exceptionẽ habebit [c].
Nam hæredes ſucceſſoresq;, eadem omnino ſunt cõditione, qua perſonæ 3
principales [d]. Quare ſi domũ filiȷ mater uendiderit, ac tradiderit, uendicãti
poſtea filio qui ei ſucceſsit, obſtabit hęc rei uenditę & traditæ exceptio [e].

a d. l. uendicantem. 5. tit. 1. Dd. in l. cum à matre. C. de rei uend.
b l. 1. hoc tit.
c l. fi. iſto. t.
d l. ſiue poſſeſſio. l. cum ſucceſſores. C. de euictio.
e d. l. cum à matre. C. de rei uenditione.

# DIGEST. LIBER XXII.

## DE VSVRIS.

1 *Quid ſignificet uſura.*
2 *Vſuram largè ſumptam pro omni acceſſione capi, & quatenus acceſſiones debeantur.*
3 *Mora, quomodo fiat.*
4 *Vſura ſtrictè accepta quid ſit.*
5 *Species uſuræ.*
6 *Vſuræ lucratoriæ quare illicitæ & turpes.*
7 *Vſura compenſatoria permiſſa.*
8 *Ratio quare uſuræ quadantenus tolerentur.*
9 *Punitoriæ uſuræ licitæ.*
10 *Taxatio uſurarum.*
11 *Vſuræ Saxonicæ.*
12 *Vſuræ centeſimæ.*
13 *Differentia inter uſuram & intereſſe.*
14 *Differentia inter uſuram & reditus.*
15 *De emptionibus uſurariȷs.*
16 *De fructibus, cauſa, & aliȷs acceſſionibus.*

Videamus nunc de uſuris & fructibus, aliȷſq; quæ accedere implemẽto
contractus ſolent. Vſura nihil aliud Latinis propriè ſignificat, quàm 1
uſum,

uſum:ut cum uſurã uitæ Cicero dicit, & Plautus uſurã corporis, uxoremq́ uſurariã, quę ſui corporis uſum prębet. Poſtea accipi cœpit pro uſus precio, uel mercede uſurę, ſecundũ Feſtũ. In hac ſignificatione rurſus bifariã accipitur. Interdũ pro omni rei debitę acceſsione & augmẽto, ex quacunq; cauſa,
2 ut pro fructib.[a], &c. Quæ quidẽ acceſsiones quãdo, & ex quo tẽpore pręſtãdę ſint, eleganter & dilucidè explicat I.C.[b] cuius in ſumma hæc eſt ſentẽtia: In bonæ fidei iudicijs, & quę his ſunt ſimilia, fructus & omnẽ acceſsionem,
3 à tempore morę deberi[c]: in his, & uſuras locũ fructuum obtinere[d]. Moram autẽ fieri non ex re, hoc eſt eius rei quę debet dilata ſolutione, ſed ex perſona: ſi uidelicet interpellatus debitor opportuno loco & tẽpore non ſoluat[e]. In ſtricti uerò iuris actionib. à tempore litis conteſtatę, duntaxat acceſsiones omnes deberi[f]: ſi quis tamen quod ſuum eſt, petat ſibi reſtitui, huic in-
4 diſtinctè omnẽ cauſam reſtituendã eſſe[g]. Crebrius, & propriè uſura capit, pro eo quod accedit ſorti in mutuo: ut toto hoc titulo[h]. quod ſic definit, ut
5 ſit lucrum, ſupra ſortẽ ex mutuo exactũ. Huius tres ſunt ſpecies: lucratoria, compenſatoria, & punitoria[i]. Lucratoria eſt, quę ex mero mutuationis officio, cõtra naturã contractus lucrum facit. Compenſatoria, quæ præſtatur, ut compenſet iuſtũ intereſſe, quod habet creditor, eo quòd pecunia caret. Punitoria eſt, quę non propter lucrũ petentium, ſed propter morã nõ
6 ſoluentium pro pœna, aut à lege, aut ab homine infligitur[k]. Prioris generis uſuræ ſuo genere improbæ illicitæq́ ſunt[l]: primùm, quia prohibitę pręcepto diuino, quo Deus uoluntatẽ ſuã, & odium aduerſus has exactiones declarauit[m]. Secundò, quoniam eſt contra officium, pro eo quod gratis erat pręſtandum, exigere mercedẽ. Tertiò, quia fœnus nõ eſt legitimus modus, iure gentiũ, aut ciuili aprobatus acquirendi dominij, ſed planè improbatũ conſenſione omniũ artificium: ſicuti & lenociniũ. Quartò, quoniam pugnat cum natura mutui, quod debet eſſe gratuitũ, & paria paribus reddere[n]. Quintò: nam uſuræ aduerſant naturę promiſcui uſus nummi, qui inuentus eſt ad ſubleuandas permutationũ difficultates[o], nõ ut fructũ faciat, aut mercede locetur[p]. Vltimò, quia quęrendũ non eſt lucrũ ex ea re, cuius dãnum aut periculũ ad nos non ſpectat[q]. Pecunię autẽ creditæ periculũ pertinet ad debitorem. Huic igitur, ut domino debet afferre fructum, non creditori, quem uelut ignauum fucum alieno periculo & labore parta deuorare, iniuſtiſsimum eſt. Vſuram compenſatoriã interdictam in uniuerſum,
7 aut turpem eſſe, dici non poteſt: quia non eſt lucrum ſupra ſortem exactum, propter officium mutuationis, ſed precium uel æſtimatio uſus ſortis, conſumptæ cum damno creditoris. Neq; uerò officio contrariũ eſt, ſic aliũ iuuare, ut te ſerues indemnẽ. Itaq; ſi quęſtũ certũ facere potuiſti pecu-
8 nia, quam mutuò das, aut ea propter damnum incurris, non eſt iniquum eius rationem haberi, cum nemo alteri ſuo cum detrimento benignè facere cogatur[r]. Ne ipſe quidem Apoſtolus uult ſic nos alij commodare, ut nobis ſit afflictio. Atq; hæc cauſa potiſsimùm uſuras ſuſtinet. Nam quia unuſquiſque intelligitur ſua pecunia, aut in emptiones agrorum uel redituum permiſſorum, aut in negociationem collocata lucrum facere poſſe[s]: factum eſt, ut uel ocioſam pecuniam ad aliquem modum fœneratodare, etiam Chriſtianorum imperatorum conſtitutionibus ſit permiſſum[t]. Quod quidem ius partim ueritas ſuaſit, ut iſtis auariſsimis temporibus, & in hac naturæ deprauatione inueniantur, qui illecti lucello egentibus mutuò dent: partim utilitas negociationum, quas ſine argentariarum menſarũ uſu conſiſtere non poſſe, res ipſa docet[u]. Sed ne hac licentia in immenſum

*a l. Iulianus. 13. §. ex uendito. de actionib. empt. l. curabit. l. fructus. C. eod. tit. l. 2. C. de uſuris. l. cum poſt. 70. §. uſuras. & §. in domũ. de iur. doti. l. qui ſolidũ. 80. §. etiã. de legat. 2. l. mora. 32. h. t. c. ſalubriter. extra eod.*

*b in l. uideamus. 38. h. t.*

*c l. mora. 32. §. 1. l. 3. in princ. hoc tit.*

*d l. uſuræ. 24. hoc tit.*

*e d. l. mora. in princ.*

*f l. 3. §. in his quidem. l. lite. 15. h. t. l. cũ fundus. 31. in princ. ſi cer. peta.*

*g d. l. uideamus. l. certũ. 22. C. de rei uend.*

*h l. ſi tibi decẽ. 18. in princ. de pact. l. rogaſti. 11. §. ſi tibi de rebus creditis.*

*i uid. Molin. in tract. uſurar.*

*k l. cum quidã. 17. §. ſi pupillo. hoc tit.*

*l l. improbum. C. ex quib. cauſ. inf. uid. Plutar. in lib. de non fœnerando.*

*m Leuit. 25. Pſal. 15. Ezec. 18. Luc. 6.*

*n d. l. ſi. tibi. d. l. rogaſti.*

*o l. 1. de contra. empt.*

*p Ariſto. Pol. lib. 1.*

*q l. ſi unus. 67. §. 1. l. ſi igitur. 55. §. pro ſocio.*

*r l. 1. §. de opere. §. idem aiũt. cum ſeq. de aq. plu. arc.*

*s l. tutor. 8. §. ſi poſt di. ad tuto.*

*t l. qui ſemiſſes. 13. §. quæſitum. h. t. l. ſi fundus legatus. 42. de legat. 111. l. præſidis, 54. §. ſi cert. peta. l. eos. 26. & hoc t. t. C. de uſuris.*

*u l. quod priuilegium. 8. §. depoſiti.*

propagetur effrenata habendi cupiditas, & uſurarum tabes Rerump. ac ci-
uium præſertim egentium, facultates ad uiuum depaſcat: cuiuſmodi multa
in hiſtorijs exempla extant. unde illud tritum ſermone prouerbium: Ἐςὶ τό-
κος τοῦ τόκοιο, τόκος γε μὲν ἐςὶ καὶ ἄλλος: certus modus legibus definitus eſt, in-
*a d. l. eos. §. 1. C. eod.*
tra quem fœnerari duntaxat liceret [a]. Neq; tamen minus, cum lex ciuilis
non approbet, ſed propter communem neceſsitatem permittat quadan-
tenus uſuras, qui fœnebrem exercent, & quęſtum hunc ſolum norunt, in re
*b lib. 1. de re Ruſtica.*
turpi & odioſa uerſantur: quos meritò Cato [b] homicidis comparat, & pœ-
na quadrupli multandos iudicauit antiquitas. Itaq; uero uerius eſt, toto ſuo
genere has uſuras, improbas turpesq́; eſſe, niſi de indubitato & propinquo
creditoris damno, uel lucro propter mutuationē ceſſante, appareat. Quod
quidem, quo minus compenſetur, nulla ratio prohibet. Multo autem mi- 9
nus punitoriæ uſuræ improbari poſſunt. Duæ enim cauſę has ſuſtinent, à
parte creditoris præſumptum damnum (intereſſe uulgò nominant) quod
*c l. dolus. ubi gl. fin. ſ. mãda.*
facit, quia ſua de pecunia non ſoluitur: à parte debitoris mora, quæ cum de-
lictũ [c] ſit, meritò punitur. Itaque uel creditor in eum caſum ſibi pœnali, aut
uſurarũ ſtipulatione licitè proſpicit, quę ſuccedit loco eius quod [d] intereſt:
*d l. fin. ſ. de prætorijs ſtipu.*
uel ipſa lex ſuccurrit, quę à tempore morę legitimas, hoc eſt, ſemiſſes uſuras
iubet præſtari, iuxta cuiuſq; contractus naturam. Et hæc in genere de uſuris
dicta ſint: in quo id pręcipuè aduertendum eſt, leges admittere quadante-
nus uſuras, quia præſumunt tanti creditoris intereſſe, pecunia non carere:
nã ſi mutuò nõ dediſſet, aliter ea lucrari potuiſſet. Itaq; cũ in certis cõiectu
*e l. continuus. 137. §. cum ita. uerb. oblig.*
ra locum non habeat [e], ſi creditoris nihil intereſt, ſciat ſe contra officium fa-
cere, & abuti indulgentia legum, ſi ex officio mutuationis lucrum aucupe-
tur. Cuiuſmodi autem legum ſit taxatio, & moderatio circa uſuras, tempus
eſt, ut paucis exponamus. Varietas hac in re apud ueteres fuit mirifica, 10
*f in l. eos. C. de uſu.*
pro uarietate temporum, & rerũ neceſsitate. Verùm Iuſtinianus [f] rem ad æ-
quiſsimam proportionem tandem reduxit: permiſitq; nobilioribus & illu-
ſtribus perſonis, duntaxat trientales uſuras exercere, id eſt tertiam centeſi-
mæ, quę quolibet menſe, trecenteſimam partem ſortis repręſentat: eamq́;
tercentum menſibus æquat, pariens annua quatuor in centum, ut nunc ra-
*g l. nobiliores. C. de conuer. & mer.*
tionē ſubducimus. Cum enim his negociationes ſint interdictę [g], multo ma
gis fœnus prohiberi par erat: quod utinam ſic moribus uſurparetur. Merca
toribus autem qui alioqui quæſtum pecunię facere ſolent, neq; uſu fœno-
ris, & argentariarum menſarum carere poſſunt, duplicatę conceduntur, uide-
licet beſſales: quæ ſunt duę quadrãtales centeſimæ partes, centeſimã quin
quageſimã portionē ſortis ſingulis menſib. efficiẽtes, & centũ quinquagin-
ta mẽſib. ſiue duodecim annis, & ſemeſtri æquantes ſortē: ac quolibet anno
octo in centũ producunt. Cęteris hominib. ſemiſſem: hoc eſt dimidiã tan-
tummodo centeſimæ uſurarũ nomine ſtipulari permiſſum eſt, puta ducen-
teſimam partē ſortis, in ſingulos mẽſes: quę uſurę quolibet anno, ſex in cen
tum reddunt, æquantq́; ſortē annis decē & ſex & octo menſibus. His ferè
æquatę ſunt uſitatę harũ regionum uſurę, & reditus. Quanquã exiſtant 11
paulo leuiores. Solent enim annuatim nomine uſurarũ, aut redituum pendi
quinq; in centum, quæ quincũces ſunt uſurę, & ſorti æquantur annis uigin
ti: quibus licitè omnes utuntur, cùm leues ſint, & inter uſuriũ, ſiue iuſtũ in-
tereſſe, quod quis probabiliter habet, nõ excedãt. Dubiũ enim nõ eſt, quin
tantundē lucri ex emptione redituũ uel agrorũ, quis cõſequi facillimè poſ-
ſit. Centeſimę aũt uſurę, quę quolibet menſe centeſimã ſortis, anno duode- 12
cim in centũ reddunt, non niſi in traiecticijs contractib. de quib in titulo ſe
quente agitur, ſunt permiſſæ. Neq; enim iniuria habentur pro grauiſsimis, quæ
octo annis ac quatuor menſib. ſortem ęquãt. Sciendum aũt eſt, intereſſe 13
inter

interuſuram, & id quod intereſt. illa ſimpliciter lucrum eſt, & proinde non aliter, quàm ex ſtipulatione debetur, ſine reſpectu eius quod intereſt: hoc, lucrum ceſſans, aut damnum emergens, propter moram debitoris, & ut inquit I. C. quantum mihi abeſt, quantũq; lucrari potui [a]. Itaque non opus eſt ſtipulatione, ſed debetur ex æquitate officio iudicis [b]: quia iniquum foret,
14 moram debitoris damno eſſe creditori. Longius diſtant emptiones redituũ ab uſuris. Nam uſura ſoluitur ſupra ſortem, & unà cum ſorte reddenda eſt. At in uenditione redditus, neq; ſors redditur. Eſt enim uera uenditio, & precium tranſit perpetuò in uenditorem, ut emptor illud repetere nequeat: neq; quid ſupra ſortẽ ſoluit, ſed aliud pro ſorte, nempe reditus, qui eſt merx in hoc cõtractu. Hos igitur reditus emere aut uẽdere, nihil prohibet [c], etiam cum pacto de retrouendendo, dummodo moderatio legum ſeruetũ.
15 Nam ſciendum eſt, interdum etiam emptiones eſſe uſurarias, & damnatas, ut cum termini moderationis & æqualitatis nimis exceduntur: puta, ſi quis centũ aureis, uiginti aureos annui reditus emat: aut cum propter tẽporis ſolutioni præſtituti dilationem arctationem'ue, uel enormiter intẽduntur, uel minuuntur precia [d]. Et hæc de uſuris. Quoniam autem de fructibus, &
16 cauſa ſimul in hoc tit. tractatur, paucis & hæc definiamus. FRVCTVS cum à ferendo, authore Varrone, dictus ſit: omne id quod fertur, dummodo renaſciturum propriè ſignificat [e]: ſic fructus arborum ſunt, poma, fundi, fruges, &c. [f] ἐν πλάτει tamẽ nomine fructus quęlibet rei fruitio & utilitas uenit [g]. Fructus autem ſunt, aut naturales, qui ſine hominis facto ex ipſo rei corpore natura producunt̃, ut pomum [h]: aut induſtriales, qui induſtriam & factũ hominis requirunt, ut fruges [i]: aut ciuiles, qui non ex ipſo corpore naſcunt̃, ſed ratione rei percipiuntur iure ciuili: ac proinde propriè fructus non ſunt, ſed eorum loco habentur, ut uſura, penſio, &c. [k] Cauſa capitur pro omni acceſſione, quæ cauſatur & proficiſcitur, uel ex ipſa re, uel eius uſu: & generaliter quidquid actor habiturus eſſet, ſi tempore debito res ſoluta fuiſſet, hoc uerbo comprehenditur [l].

## DE NAVTICO FOENORE. TIT. II.

1 *Quare ex nudo pacto uſuræ non debeantur.*
2 *De pecunia traiectitia.*
3 *Quare uſura ex pacto in traiectitia debeatur, quamuis grauiſſima.*

1 VSuræ cum ſint odioſæ, non niſi ex ſolennibus ſtipulationibus debentur [a]. Itaque nudo pacto fruſtra de ijs cõuenit [b]: eo magis quòd actionem hoc caſu pactum producere nequeat, cum in uſurarum conuentione nullum ſit συνάλλαγμα, quod obligationem iuſtã ac ciuilem efficere poſsit [c]. In quibuſdam tamen contractibus, etiam ex ſola conuentione uſuræ debentur, quemadmodum per ſtipulationem [d]: ut in pecunia traiectitia.
2 Traiectitia autem dicitur, quæ trans mare periculo creditoris uehit̃ [e]. Quę quidem periculi ſuſceptio facit, ut creditor paciſci poſsit uſuras ſortis, ſi ea
3 ſalua peruenerit, nonmodò legitimas, ſed etiam centeſimas [f]. Quæ uſura uocatur fœnus nauticum: quia ratione nauigationis, & periculorum maris permittit̃. Vnde etiã ex nudo pacto debetur, cum habeat in ſe συνάλλαγμα. Non enim pro nudo mutuationis officio uſura creditori promittitur, ſed propterea quòd periculũ in ſe ſortis ſuſcipit: ita ut naue ſubmerſa, amiſſaq; pecunia, nihil omnino debeatur. Qua etiam ratione fit, ut hoc caſu centeſimæ uſurę ſint permiſſæ: quia, ut inquit I. C. ſunt precium periculi [g], quod contra naturam mutui creditor ſuſcipit [h].

a *l. ſi commiſſa rem ratã hab.*
b *l. centum Capuæ. de eo quod cert. loc. l. 4. C. de poſi.*
c *c. 1. & 2. de empt. & uendi. in extra.*
d *c. in ciuitate. & c. fin. de uſu. c. ad noſtrã. de empt. & uend.* Bald. in rub. C. eod. Hoſtien. *extrà eod.*
e *l. diuortio. 7. §. ſi uir ſolu. matri.*
f *l. 1. de glan. leg. l. item de uſufr.*
g *l. fructus. 72. de reg. iur. l. ſi quis. 24. l. agri. 18. l. arboribus. 12. de uſufr. l. uſuræ. 34. l. prædiorum. 26. h. t.*
h *l. fructus. 45. in fin. h. t. l. ſi nauis. 62. uerſ. nã etſi. de rei uẽdic.*
i *d. l. fructus. l. qui ſcit. 25. §. in alieno. h. t.*
k *d. l. ſi nauis. l. uſura pecuniæ. 121. de uerb. ſignifica. l. uſuræ. hoc tit.*
l *l. reſtituere. 35. de uerb. ſign. l.* Iulianus. *17. §. 1. l. præterea. 20. d. l. ſi nauis. de rei uend. d. l. cum fundus. ſi cert. peta. l. uideamus. 38. §. ſi actionem. h. t.*

a *l. 3. C. de uſu.*
b *l. Titius. §. de præſcrip. uerbis.*
c *d. l. ſi tibi. in princ. de pac.*
d *l. in quibuſdam. hoc tit.*
e *l. 1. hoc tit.* contrah. oblig. *[continued from bottom line]*

f *l. 7. l. fin. C. eod. tit. d. l. eos. §. in traiectitijs.* g *l. periculi. hoc tit.* h *§. item is cui. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig.*

DE PRO-

## DE PROBATIONIBVS ET PRAEſumptionibus. Tit. III.


1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit probare.*
3 *Species probationis.*
4 *Quis probare debeat.*
5 *De tribus præſumptionum ſpeciebus.*
6 *De his quæ uim probationis habent.*


REſtat, ut ultimo loco uideamus de contractuū probationibus. parum 1
enim eſt ſcire, quomodo cōtrahatur, niſi & illud conſtet, quemadmo-
dum res geſta iudici probari debeat. Eſt aūt probare nihil aliud, quàm pro- 2
bam cauſam oſtendere, id eſt iudici fidē facere, de eo quod in diſceptationē
uenit. Probatio aūt, iuxta Ariſtotelē, aut eſt artificialis, quę ex ipſa cauſa ar 3
gumētis & iudicijs trahit̄, de qua agit̄ in Topicis: aut inartificialis, quę ex-
tra cauſam accipit̄ à teſtibus, tabulis, iureiurādo, &c. de qua in iſtis titulis I.
CC. tractant, ſtatuuntq; hanc regulā: PROBATIONIS ONVS EI QVI 4
DICIT AVT AGIT, NON QVI NEGAT AVT DEFENDIT, IN-
CVMBERE [a]: niſi in exceptionibus, in quibus dicendum eſt, reum partib.
actoris fungi, & exceptionē uelut intētionē implere oportere [b], aut niſi præ
ſumptio aliqua actorē iuuet, quæ onus probandi transferat in reum [c]. Effe- 5
ctu enim par eſt probationi præſumptio, quamobrē & de illa hoc in titulo
traditur. Præſumptio eſt propriè legis opinio, qua lex aliquid pro uero præ
ſumit, & antè capit quàm probet̄. Hæc dicitur eſſe triplex. Prima appellat̄
præſumptio iuris, & de iure, quæ eſt diſpoſitio iuris aliquid præſumētis, &
ſuperpræſumptio, tanquam comperto ſtatuentis, non admiſſa in contrariū
probatione [d]. Secunda præſumptio iuris dicitur, quæ eſt probabilis conie-
ctura, ex certo ſigno proueniens, quam alio non oſtenſo pro ueritate lex ha
bet [e]. Tertia prę ſumptio appellatur modica, quam uerius dixeris iudicium,
aut ſuſpicionem, aut opinionē [f]: eſtq; ueriſimilis coniectura, ſed quę ſine a-
lijs adminiculis fidem ſolidè non facit [g]. Quo pertinent pleręq; etiam pro-
bationes, quæ nominant̄ artificiales. Etſi autem probationis loco ſunt prę- 6
ſumptio iuris, iuſiurandum, confeſsio, euidentia facti, notoriū [h]: tamen quia
magis à probationis onere releuant litigatorem quàm probent [i], non ſunt
uerę probationis ſpecies. Sed propriè ac precipuè duobus modis fit proba-
tio, uidelicet tabulis ſeu inſtrumētis, & teſtib. De utroq; igitur eſt uidendū.

a l. 1. 2. l. ab ea parte. 5. l. empto rem. 4. l. quidā. 15. l. eum qui 22. l. uerius. 21. h. t.
b l. in exceptionib. 19. h. t. l. 1. & 2. de except.
c l. ſiue poſſidetis. C. eod. l. 3. l. ſi filius. 8. l. quingenta. 12. l. cum de indebito. 25. hoc tit.
d ut in c. 1. c. is qui fidem de ſpōſal. l. antiquæ. C. ad Velleia. l. fin. in fin. C. ad Macedo. l. fin. C. arbitrium tutelæ. l. à Diuo Pio. §. ſi pignora de re iudic.
e c. 2. 3. 6. c. quia uериſſimile. c. literis. & t. t. extra, de præſumpt.
f l. 3. §. eiuſdē. ī. de teſtibus.
g l. inſtrumenta. C. eod. l. indicio. C. de rei uendi. l. abſentem de pœnis.
h Dd. in l. admonendi. 5. de iureiurando.
i l. eum qui. de iureiur.

## DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET amiſsione eorum. Tit. IIII.


1 *Inſtrumenta quid ſint.*
2 *De fide inſtrumenti coram magiſtratu facti.*
3 *De fide inſtrumenti à notario confecti.*
4 *De fide inſtrumenti priuati.*
5 *De inſtrumentorum amiſsione.*


QVamuis inſtrumentorum nomine ea omnia largè accipiuntur, quib. 1
cauſa inſtrui poſt, quoniam ab inſtruendo dicta ſunt, & ideo tam te
ſtimonia quàm perſonę inſtrumentorum loco habentur [a]: tamē propriè tā-
tum illa comprehendunt̄, quę ſcriptura & literis conſtāt, nō quibuſuis, ſed
publicis: hoc eſt, quæ à perſona publica, ut ſcriba aut tabellione conſcripta
ſunt [b]. Quæ inſtrumēta à ſcriba publico ſcripta ſunt, & cognitioni magiſtra 2
tus inſinuata, ea pleniſsimā fidem faciunt, atq; adeò præſcribunt teſtibus [c].
Quæ uerò à notario conficiunt̄, non tantā, ſed perinde magnam atq; teſtes 3
fidem faciūt [d]: nam hęc inſtrumenta teſtiū pręſentia & fide nitunt̄ [e]. Neceſ-
ſum aūt eſt ad fidem faciendam, ipſum authenticū inſtrumentū, non exem
plum

a l. 1. hoc tit. l. notionem. 99. §. inſtrumentorū. de uerb. ſignifi.
b §. ſed etſi. in Auth. de inſtru. caute. & fid.
c l. cenſus. 10. ſ. t. 1. l. in donationibus. C. de donat.
d l. in exercendis. C. eod. tit.
e d. §. ſed etſi.

plum duntaxat exhiberi [a]. Porrò priuatę ſcripturæ literę potius uocandę
ſunt [b], uel ſcripturę, quàm inſtrumenta [c]. Nam hę per ſe fidem non faciunt,
ſi non alijs quoq; adminiculis adiuuent̃, puta teſtibus, &c. [d] pręterquā ad-
5 uerſus illū, qui ſcripſiſſe prohibet̃ [e]. Quod ad amiſsionē inſtrumēti attinet,
nihil ea nocet, modò aliæ probationes ſuppetant [f]. Qui aūt amiſsionem in-
ſtrumēti allegat, eam probare debet: qua de re alibi tractatur [g].

a l.2. h.t. Authen. ſi quis in aliquo. C. de edē. b l.1. C. de iureiur. propter calumn. c l. ſcripturæ. C. eod. l. optimā. C. de contrah. ſtipu. d l. inſtrumēta. cum Auth. ſeq. l. exemplo. C. de probat. e Dd. in d. l. inſtrumen. l. comparationes. C. eod. l. Publia. ſ. depoſiti. f l.4. h.t. l. ſtatu. cum ſimilib. C. eod. g l. fin. C. eod. l. ſi quis. §. fin. ſ. de edendo.

## DE TESTIBVS. TIT. V.

1 *Teſtimoniorum fides unde æſtimetur.*
2 *Omnes ad teſtimonium admitti, niſi prohibeantur.*
3 *Qui prohibeantur.*
4 *Mulieres & minores quando teſtimonium dicere poſſint.*
5 *Quorum fides in totum reprobetur.*
6 *Quorum fides uacillet.*
7 *Qui inuiti teſtimonium dicere non cogantur.*

1 TEſtimoniorum uſus frequens tam in ciuilibus, quàm criminalibus cau
ſis, ac neceſſarius eſt, & ab his præcipuè exigendus, quorum fides non
uacillat [a]. Quid ex teſtis dignitate, fide, moribus, teſtimonij dictione exiſti-
2 mandum, iudici relinquitur [b]. Qua in re illud generaliter ſciendum eſt, quib.
aut non interdicta eſt lege teſtimonij dictio, aut quorum fides non iure re-
probatur, eos rectè teſtimonium dicere [c], & fidem regulariter facere ple-
nam, ſi duo de eadem re conſonent [d]. Videndum itaq; eſt de ijs qui pro
hibentur teſtimonium dicere, & quorum fides dubia atq; improbata eſt: ſic
enim ſciri poterit, quibus teſtimonijs dictio ſine exceptione ſit permiſſa.
3 Interdicta eſt legibus teſtimonij dictio, in famibus, iudicio publico cōdem-
4 natis [e], ſeruis [f]. Mulieribus in teſtamento duntaxat [g], nō etiam in reliquis
cauſis ciuilibus aut criminalib. [h] pupillis, furioſis [i]. Et in criminali iudicio mi
5 noribus 20. annis [k]. Repudiat̃ aūt fides teſtiū domeſticorū [l], cuiuſmodi ſunt
parentes, uxor, liberi, & reliqui de familia [m], eorū qui in ſua cauſa teſtant̃ [n],
qui ſine iureiurādo teſtimoniū perhibent [o], qui obſcurè & uariè teſtantur [p],
qui inimicitias cum litigatoribus exercēt [q], qui extra articulos & interroga-
ta deponunt [r], uel de auditu tantū [s], qui cauſam dicti nō reddunt [t], qui pecu-
niā ob dicendū teſtimoniū acceperunt [u], qui ſingulares ſunt, aut cōtrarij [x],
qui in peccato mortali notoriè hęrent, ut ſunt adulteri, excommunicati, hæ
6 retici, Iudęi [y]. Quorundam fides, & ſi non in totum reprobatur, tamē ſuſpe-
cta eſt, ut non ſint teſtes omni exceptione maiores: puta ratione pauperta-
tis, & utilitatis [z], aut conſanguinitatis, aut affinitatis [aa], aut amicitiæ [bb]. Item
7 ſi non apta & ueriſimilia adferat [cc]. Sunt etiam, quorum teſtimonium nō im
probatur, ſed qui inuiti non coguntur ad teſtificandum, quos recēſet I. C. [dd]
Reliquis denunciari etiam inuitis teſtimonium poteſt [ee].

a l.1. h.t. b l.2. l.3. §.1. cū ſimilib. h.t. c l.1. h.t. d l. ubi numerus. h.t. e l.3. §. lege Iulianus. l. ob carmen. hoc tit. f l. ſeruos. l. eos. C. eod. g l. ex eo. h.t. h Alex. conſ. 11. nu. 11. uol. 1. & conſ. 115. nu. 4. uol. 4. i l.3. §. pen. l. inuiti. 19. h.t. k l. in teſtimonio. a. h.t. l l. pen. h.t. l.2. C. eod. m l. parentes. C. eod. Dd. in d. l.2. n l. nullus. h.t. l. omnibus. C. eod. o l. iuriſiurandi. C. eod. p c.3. §. qui falſo. 4. q.2. q c. quoties. extra, eod. ſpecu. in tit. de teſte. §.1. in princ. r gl. & Dd. in l. ſi quis libertatē. in fin. de petit hæred. Caſtran. poſt Barto. in l. ſi duo. § idem Iulianus. de iureiu. s c. licet extra, eod. ſpecu. in d. § .1. nō. 54. t l. ſolum. C. de teſtib. u l. ſi quis teſtibus. C. eod. x c. licet de proba. c. cum dilectus. extra, de electione. y c. ex parte. c. ſuper. c. Iudæi ex. eod. c. pen. de ſent. ex. c. Spec. in tit. de teſt. §.1. z l.3. in princ. h.t. §. ſancimus. in Auth. de teſtib. aa l. magis puto. in princ. ſ. de reb. eorum. bb Specu. de teſte. §.1. non.1. arg. d. c. quoties. cc l. ob carmen. h. t. dd in l. 4. l. inuiti. 8. & 19. h.t. ee t.t. extra, de teſtibus cogen.

## DE IVRIS ET FACTI IGNORANrantia. Tit. VI.

1 *Ignorantiam facti alieni præſumi, & excuſare.*
2 *Secus eſſe in ignorantia iuris aut facti proprij.*

1 EſT etiam inſtar probationis, præſumptio ſcientiæ aut ignorantiæ. Igno
rantia ſemper pręſumitur, niſi probet̃ ſcientia [a], quòd uerū eſt in igno-

a l. uerius. 21. ſ. de probatio.

rantia

a l. iniquiſsimum. 5. h. t.
b l. peregrè. 44. de acquirẽ. poſſeſſ.
c l. regula. 9. §. ſed facti. h. t.
d l. leges. C. de ll.
e l. error. 8. l. regula. h. t.
f l. nec ſupina. d. l. regula. §. ſed facti.
g d. l. regula. l. 2. h. t.
h l. iuris. 7. h. t.
i d. l. regula. §. 1. & §. ſed iuris. l. fin. C. eod.

rantia facti alieni[a]. Id enim probabiliter ignorare poſſumus: ſecus, in pro- 2
prio[b], aut notorio[c], aut in iuris ignorantia, quod nemo neſcire præſumi-
tur[d]. Hinc illæ regulæ: ignorantiam, uel errorem facti nemini nocere[e], niſi
ſit ſupina, & non ferenda ignorantia[f]: errorẽ uerò iuris nocere[g], niſi quis
certet de damno uitando (ut loquuntur[h]) aut ſit minor, miles, fœmina,
ruſticus[i]. Et hæc quidem de rebus creditis, earum'que rerum acceſſorijs
hactenus.

# DIGEST. LIBER XXIII.

## DE SPONSALIBVS. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Sponſalia unde dicta.*
3 *Quid ſint.*
4 *Quorum conſenſus in ſponſalibus requiratur.*
5 *Quomodo rectè contrahantur, & qua ætate.*
6 *A quibus.*
7 *Quomodo diſſoluantur, & de effectu ſponſaliorum.*

a l. ſponſio. 7. de uerb. ſignificatio.
b l. 2. & 3. h. t. Gellius lib. 4. c. 4.
c l. 1. hoc tit.
d l. ſi pœnam. 68. de uerb. obli. Gl. & Dd. in l. in bonæ fidei. de eo quod cert. lo.
e Gell. lib. 4. cap. 4.
f l. 4. hoc tit.
g l. in ſponſalibus. 7. l. ſponſalia. 11. l. filiofamiliâs. 13. h. t.
h d. l. in ſponſalibus. l. ſed ea. 12. hoc tit.
i d. l. ſed ea.
k Cano. in c. 1. de deſponſa. impu. ubi gl. allegans c. cum locum de ſponſa.
l l. 4. l. fin. h. t.
m d. l. in ſponſalibus. 1.
n l. in ſponſalibus. 14. h. t.
o l. quæſitum. 9. hoc tit.
p l. oratione. 16. hoc tit.
q l. 1. C. eod.

POſtquam expoſuimus, quomodo ex cõtractibus res debean- 1
tur, & peti poſsint: conſequens eſt, reliquis ex actionibus hu-
manis, quemadmodum inter uiuos obligationes, petitionesq;
conſtituantur, ut uideamus. Qua in parte præcipuũ locum ma
trimonia & tutelæ obtinent. nam & hæc quædam contractuũ
inter uiuos ſpecies ſunt: nec ſecundum res creditas, plures aliunde oriuntur
obligationes, unde res debeantur, & peti poſsint, quàm ex coniugijs & ad-
miniſtrationibus tutelarum. Porrò de coniugijs pactiones fieri ſolẽt ante- 2
quã contrahantur, quæ ſponſalia appellantur à ſpondendo, uel ſtipulando.
Spõnſio enim nihil aliud eſt, quàm ſtipulatio, promiſsioq;[a]. Moris autem
fuit ueteribus, ut ſibi uxorẽ futuram ſtipularentur, & is qui habebat eam in
poteſtate deſponderet: ut in Aulularia Plauti Megadorus ſtipulatur Eucli-
ronis filiam uxorem, pater deſpondet: unde & ſponſi ſponſæq; appellatio
nata eſt[b]. Sponſalia igitur nihil aliud ſunt, quàm mentio & repromiſsio fu- 3
turarum nuptiarum[c]: quantumq; intereſt inter pactiones de futuro cõtra-
ctu, & ipſum contractum, ut certè multum intereſt[d], tantum ferè diſtant
ſponſalia à nuptijs. Etſi autem olim ſtipulationibus conficiebãtur, ut no- 4
men indicat[e]: tamen hodie ſufficit nudus conſenſus[f], tam contrahentium,
quàm eorũ quorum ſunt in poteſtate[g]. Filia tamen conſentire uidetur, quę
non euidenter à patre diſſentit[h]. Tunc autem ſolùm poteſtas diſſentiendi
eſt, cum indignum moribus, uel turpem, ſponſum pater ei eligit[i]: quod ta-
mẽ canones improbãt, qui omnino libera uolũt eſſe matrimonia[k]. Cũ ergo 5
conſenſu contrahantur, ſequitur etiã inter abſentes per internuncium ſpõ-
ſalia fieri poſſe[l], & ſine ſcriptura[m]. Porrò ætas contrahentium in ſponſalib.
definita non eſt, ut in matrimonijs. itaq; à primordio ętatis confici poſſunt,
ſi modò id fieri ab utraq; perſona intelligat: id eſt, ſi non ſint minores, quàm
ſeptem annorum[n]. In nuptijs contrà eſt: nam ſi ante legitimum tempus, in
id uidelicet quod eſt ante pubertatem conferãtur, matrimonium non ſubſi-
ſtit, ac ne ſponſalia quidem intelliguntur celebrata: niſi illa uerè alioquin in-
interuenerint[o]. Illud ſciendum eſt, quæ perſonæ nuptias contrahere nõ 6
poſſunt, ijs etiam ſponſalibus interdici[p]. Etſi autem ſponſalia requirũt mu- 7
tuum utriuſque perſonæ conſenſum, tamẽ alterutrius uoluntate diſſoluũ-
tur[q]. Voluit enim uetuſtas, libera eſſe omnino matrimonia, unde ut renũ-
ciari

ciari poſsit ſponſalibus (etiam à ſolo patre) permiſſum [a]: adeò quidem im pune, ut ne pœna quidem quamuis promiſſa debeatur [b]: etiamſi olim ex ſponſo agi poterat, pecuniaq; lis æſtimabatur, authore Gellio, præall. loco. Sanè qui renunciat ſi arrhas dedit, eas amittit: ſi accepit, reddere cogitur du plicatas, niſi iuſtam renunciationis habeat cauſam [c]. Et hæc quidem iuris ci uilis ſunt. Canones maiorem uoluerunt ſponſaliorum eſſe uim, & effectum. Itaq; iure Canonico, quod in hac materia ferè ſequimur, cogũtur ad coniugium, qui ſponſalia contraxerunt [d]: niſi mutuo conſenſu diſſoluantur [e], aut iuſtiſsima cauſa impedimenti ſuperueniat: puta morbus contagioſus, uel inſignis deformitas [f], aut deſertio [g]: uel ſi deprehendatur inter contrahentes affinitas, aut aliud impedimentum, quod etiam matrimonio obſtet [h]. Sed & hoc iure ſponſalia in nuptias tranſeunt, ſi ſubſequatur concubitus [i].

## DE RITV NVPTIARVM. TIT. II.

1 *Nuptiæ unde dictæ.*
2 *Quid ſint nuptiæ.*
3 *De uaria contrahendarum olim nuptiarum forma.*
4 *Solennitas deducendi in domum.*
5 *Nudo conſenſu hodie nuptias contrahi.*
6 *Propter quas cauſas nuptiæ inter certas perſonas prohibeantur.*
7 *Pœna eorum qui illicitas nuptias contrahunt.*

SPonſalia conſequuntur nuptiæ: quas à nuptu, id eſt opertione & uela-
1 mẽto dictas eſſe, Varro autor eſt. Mulier enim olim nupta, id eſt obuolu
ta & tecta uelamine lutei coloris, ut eſt apud Pliniũ, ducebatur in domum
mariti. Sunt autem nuptiæ, legitima coniunctio maris & fœminæ, conſor-
2 tium omnis uitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio [a]. Harum contrahen-
3 darum uarij fuerunt olim ritus, ut ex Ciceronis Topicis, eiuſq; interprete
Boetio, Catullo, Plinio, Plutarcho, Lactantio, Feſto, Pompeio, & nouiſsi-
mè Alexandro ab Alexandro intelligi poteſt.

Tribus autem modis uxor habebatur: aut farre, quod erat Põtificum: aut
uſu, quod genus habebatur uſurpatiſsimum: aut coemptione, quo modo
uxor efficiebatur materfamiliâs, trãſibatq; in familiam mariti. ſed hi omnes
temporibus aboliti ſunt. Licet ſolennitatem deducendę in domum mari-
4 ti ſponſæ (unde & ducere, pro in uxorem accipere) appareat temporibus
iuriſconſultorum fuiſſe ad huc à quibuſdam uſurpatam [b]: quę tamen & ipſa
paulatim exoleuit [c], cœperuntq; nudo conſenſu eorum qui coeunt, quorũq;
5 ſunt in poteſtate, matrimonia perfici, ſine ulla ſolennitate aut concubitu [d].
Vnde & per procuratorem rectè contrahuntur [e]. Pro ſolenni tamen dedu-
ctione in domum mariti inſtituta eſt à Chriſtianis in eccleſiam deductio, ut
ibi à ſacerdote ſanciantur coniugia, teſte ipſa eccleſia: citra quam ſolennita-
tem non intelliguntur hodie eſſe aut perfici nuptiæ [f]. Etſi autem iuſtas nu-
6 ptias ciues Romani inter ſe contrahunt [g], tamen inter quaſdam perſonas
interdictæ illicitæq; ſunt: uel propter coniunctionem ſanguinis, ut inter
aſcendentes & deſcendentes in infinitum [h], inter collaterales, ſiue ex latere
ad quartum uſq; gradum iure Pontificio, quod ſequimur [i]: uel propter affi-
nitatem [k], ad eundem uſq; gradum [l]. Incæſtę enim inter tam cõiunctas per-
ſonas iudicantur eſſe nuptiæ [m]. Nam & lege diuina [n] ſancitũ eſt, ne quis pa-
rentis aut propinquæ ſuæ turpitudinem reuelet: cuius prohibitionis fun-
damenta, iacta ſunt in antiquiſsimo illo præcepto [o]: Propter hoc relinquet

a l. in poteſtate. 10. h. t.
b l. Titia. 134. de uerb. oblig.
c l. fi. C. eod.
d c. ex literis. extra, eod.
e c. 2. extra eo.
f c. ult. de coniugio leproſorũ. c. quemadmodũ de iureiurand.
g c. de illis. de ſponſal. l. 2. de diuort. l. pen. h. t.
h c. 4. c. ex literis. 2. extra eo. c. fraternitati de eo qui conſangui.
i c. is qui fidem. c. pen. & fi. extra eod. c. 1. de ſponſa. duorum.

a l. 1. hoc tit. in prin. Inſt. de patria poteſt.
b l. mulierem. 5. hoc tit.
c l. pen. de donat. inter uir. et uxo. l. ſi donationem. C. de nup.
d l. 2. h. tit. in princ. Inſt. eo. l. nuptias. 31. de reg. iur.
e l. deniq;. 6. l. generali. 34. h. tit. c. fi. de procur. in 6.
f c. 1. 30. q. 1. c. 2. & 3. & t. t. de clandeſt. deſpon.
g Inſt. de nupt. in princ.
h l. nuptiæ. 53. l. fi. hoc tit.
i C. non debet. c. fin. de cõſang.
k d. l. fi. l. adoptiuus. 14. §. fin. h. t. §. affinitatis. Inſt. eod.
l d. c. non debet.
m t. t. C. de inceſt. nupt.
n Leuit. cap. 20.
o Geneſ. 2.

homo patrem & matrem. quo iam inde ab initio oſtendit Deus parentum coniunctione eſſe abſtinendum: uult enim eiuſmodi perſonas in cōnubijs relinqui. Etiam prohibentur propter cognationem legalem, nempe adoptionem[a], uel propter ætatem impuberem[b], aut ob præſumptam fraudem: ut inter tutorem, curatorem, horumq; liberos, & pupillam, uel curæ ſubiectam[c]: aut præſumptam uim, ut inter præſidē & mulierem prouincialem[d], inter raptorem & raptam[e]. Aut ratione ordinis, aut dignitatis: nam ampliſſimi humiles ducere prohibentur[f]. Quod & Iulia lege de maritandis ordinibus, & alijs ſenatuſconſultis ſancitum fuit[g]: ne, ut inquit Liuius, pollueretur ordo Senatorius per matrimonia plebeiorum. In his tamen IIII. ultimis caſibus, quorum prohibitio rationem tantum ciuilem habet, non in natura, aut lege diuina poſitam, Canones matrimonium admittunt[h]. Sed & coniugatus aliam ducere uxorem non poteſt, priore ſuperſtite[i]. Quemadmodum nec ſponſalia cum duabus habere licet[k]: eſt enim æterna & immutabilis lex iam inde ab initio inſtituti matrimonij uerè diuina ſancita: ERVNT DVO IN CARNEM VNAM. Sanè diſſolutis per mortem nuptijs, dubium non eſt, quin ſecundis, tertijs, & deinceps ſit locus[l]. Eſt etiam à pontificibus prohibitio propter cognationem ſpiritualem in baptiſmo contractam facta[m]: quæ licet ex iure ciuili originem habeat[n], tamen in his terris non obſeruatur. Sanè prohibitio Canonica, de eo qui in matrimonium duxit quam adulterio polluit, meritò etiam nunc durat[o]. Si quis igitur ex his perſonis aduerſus leges contraxerit, nullum eſt matrimonium: neq; dos, neque donatio ulla debetur: liberi etiam procreati pro illegitimis & ſpurijs habentur[p]. Quòd ſi non modò prohibitas à lege ciuili, ſed etiam iure naturæ incæſtas nuptias contra ius ſanguinis quis attentet, ignominia, confiſcatione bonorum, & exilio, nonnunquam etiam uerberibus pœnas luit[q].

*a* *§. inter uerſ. ſed ſi qua. Inſt. de nuptijs. dicta l. adoptium. 14. hoc tit.* *b* *l. 4. hoc tit.* *c* *l. libertū. 37. l. Senatuſconſulto. 59. cum l. ſeq. hoc tit. t. t. C. de interdic. ma. inter pupil. & tuto.* *d* *l. ſi quis officium. 38. l. qui in prouincia. 57. hoc titul.* *e* *in Authe. de raptis mulier. quæ rapto. nub. l. unic. C. de rap.* *f* *l. humilem. C. de incæſtis nup.* *g* *l. lege Iulia. 44. l. oratione. 16. l. Senatores. 47. cum multis ſimilibus. h. t.* *h* *Panorm. & Dd. in rubr. de cognatione lega. & in c. pen. ubi latè Hoſtien. de ſecundis nup. c. raptor. 28. q. 2. & 36. q. 1. per tot.* *i* *l. 1. de his qui not. inf. l. 2. C. de incæſtis nup. l. eum qui. C. de adulter.* *k* *d. l. 1. in fin. de his qui not. inf.* *l* *c. fin. 21. q. 1. c. pen. & fi. de ſecund. nupt.* *m* *extra t. t. de cognat. ſpiritua.* *n* *l. ſi quis baptiſ. C. de nupt.* *o* *t. t. de eo qui in ma. dux. quam per ad pol.* *p* *§. ſi aduerſus. Inſtit. de nup. l. qui contra legē. C. de incæſt. nupt.* *q* *Auth. incæſtas. C. de incæſt. nup. §. ſancimus. in Auth. eodē*

## DE IVRE DOTIVM. TIT. III.


1 *Dotes nuptias ſequi, & ſine his non eſſe.*
2 *Quid ſit dos, & unde dicta.*
3 *A quibus rectè detur.*
4 *Quomodo conſtituatur, & an nudo pacto.*
5 *An ſine certa quantitate conſtitui poſſit.*
6 *Maritum dominum eſſe dotis, conſtante matrimonio.*
7 *Sed eo ſoluto ad reſtitutionem compelli.*
8 *Differentia inter res æſtimatas, & non æſtimatas.*
9 *Caſus, quo conſtante matrimonio dos exigi poteſt.*


MAtrimonij cauſam ſequuntur iura dotium, quæ ad ſuſtinenda coniu- 1
gij onera dari maritis ſolent[a]. Etſi enim nuptiæ ſine dotibus eſſe poſ-
ſunt[b]: tamen conſtat, dotis cauſam ita matrimonijs eſſe coniunctam, ut nul-
la dos ſine coniugio intelligatur[c]. unde & Varro ita dotem definit: Dos eſt 2
pecunia nuptiarum cauſa data. & Acron Horatij interpres: Dos (inquit) eſt
donum puellarum nubentium. qui & etymologiam uerbi indicare uidetur:
ueriſimile enim eſt, dotem à dando, ſicut & donum eſſe dictam. Perinde au- 3
tem eſt, ſiue mulier dotē det, ſiue quis alius eius nomine: ut pater, cuius offi-
cium eſt dotare filiam[d], quæ dos perfecticia appellatur[e]. Conſtituitur au- 4
tem dos, aut ſtipulatione, aut etiā ſolo pacto: quòd hoc caſu actionem con-

*a* *l. ſi quis filia. 20. ubi Dd. ſ. famil. herciſcū. l. pro oneribus. 20. C. eo. l. dotis fructu. 7. h. t.* *b* *l. fi. C. de donatio. ante nupt. l. fi. C. de repud.* *c* *l. 3. h. t. d. l. fi. C. de donat. ante nupt.* *d* *l. qui liberos. 19. ſ. tit. 1.* *e* *l. perfecticia. 5. iſto titul.*

tractis

tractis nuptijs parit, quia nudum non eſt, ſed habet in ſe συνάλλαγμα[a], nem-
5 pe ipſas nuptias, quarum gratia conuentio fit. Nec refert, certa dos promit-
tatur, an quantum quis arbitratus fuerit[b]. nam tunc in arbitrium boni uiri
collata dotis cōſtitutio uidetur[c]. Quòd ſi ſine mentione arbitrij ſimpliciter
dos promittatur, patrem quidem ea promiſsio obſtringit, quia pro modo
facultatum ſuarum, & mariti dignitate dotare filiam debet[d]: reliquos non
item, quando incerta ſit promiſsio & minimum puta nummum dando de-
6 bitor liberetur[e]. Porrò dotis iam conſtitutę & traditæ dominus iuris inter-
pretatione fit maritus, propter utilitatem, quo liberius & commodius uti
7 frui ea poſsit[f]: quod uerū eſt, conſtante matrimonio[g]. Nam eo ſoluto, dos
quæ ſine cauſa apud maritum aut eius hæredem eſt, repeti poteſt[h]. qua in
8 parte refert æſtimatæ res in dotem datæ ſint an non: nam inæſtimatæ reſti-
tuuntur, quatenus præſtari per rerum naturam poſſunt. Neq; enim pericu-
lum, & interitus fortuitus maritum debitorē obligat. At rerum æſtimata-
rum etiam quæ interierunt, precium reddendum eſt, quia uenditæ quo-
9 dammodo uidentur[i]. Eſt etiam, quando conſtante matrimonio dos repeti
poteſt, cum uidelicet uergente ad inopiam marito periculum eſt, ne mulie-
ri ad dotem ſoluto matrimonio petendam inanis relinquatur actio[k].

a l. ad exactionem. 6. C. de dotis promiſſ.
b l. 3. C. de dotis promiſſione.
c l. in perſonā. 23. §. generaliter. de regu. iur. l. 1. de lega. 11.
d l. cum poſt. 69. §. gener. 4. hoc titul.
e l. 1. C. de dotis pro.
f l. in rebus. 30. C. de iure dotiū. l. dote ancillam. 9. C. de rei uēd.
g l. Lucius. 23. ad municipalē.
h t. t. ĵ. ſoluto matri.
i l. plerunq;. 11. cum ll. ſeq. h. t. l. ex conuentione C. de pactis.
k l. ubi adhuc. 29. C. de iur. do.

## DE PACTIS DOTALIBVS. TIT. IIII.

1 *Pacta dotalia ſeruanda.*
2 *Quæ pacta non ualeant.*
3 *Aequalitatem iure nouiſſimo requiri.*

1 ET hæc quidem ita ſe habent, niſi aliter pactionibus fuerit conuentum:
2 quæ in hac materia ualent, & ſeruandæ ſunt[a]: dum ne aut repugnent le-
gibus, aut bonis moribus, aut occaſionem delictis præbeant[b], aut indota-
tas reddant mulieres adhuc ſuperſtites[c]: (nam ut poſt mortem mulieris do-
tem maritus lucretur, conuenire poteſt[d]) uel conditionem dotis faciant de-
3 teriorem[e]. Quin & nouiſsimum ius in iſtiuſmodi pactis æqualitatem requi-
rit, ut dotis & donationis nuptialis pares utrinq; ſint conditiones[f].

a l. in traditionibus. 49. cum ibi notat. de pactis.
b l. 5. l. Pomponius. 6. h. t. l. hæreditas. 5. C. de pactis conuen.
c l. 2. & 4. h. t.
d l. 2. h. t.
e d. l. Pomponius. l. de die. 14. cum l. ſeq. h. t.
f Auth. æqualitas. C. de pact. conuen.

## DE FVNDO DOTALI. TIT. V.

1 *Maritum quamuis dominium non tamen poſſe res dotales alienare.*
2 *Sententia legis Iuliæ.*
3 *De quibus rebus L. Iulia loquatur.*
4 *Fundum Italicum & dotalem duntaxat L. Iulia prohiberi: & quis ſit dotalis.*
5 *De qua alienatione L. loquatur, & quid hoc uerbo ueniat.*
6 *An conſentire mulier alienationi ualidè poſſit.*
7 *De oppignoratione rei dotalis.*

1 ETſi maritus conſtante matrimonio ſubtili quadam ratione dominus
rei dotalis efficitur[a], dominij autem proprius ſit fructus, ut res alienari
poſsit[b]: tamen fundum dotalem lege Iulia alienare prohibetur. cuius legis
2 hæc erat ſententia: Fundum Italicum dotalem maritus ne alienet inuita
uxore, ac ne ipſa quidem conſentiente obliget. Fundum inquit, id eſt res
3 ſoli. Nam mobiles quæ minoris reputantur[c], qui ſoluendo eſt maritus, alie-
nare poteſt[d]. Italicum, id eſt iuris Italici, cuiuſmodi ſunt prædia, quæ olim

a d. l. in rebus.
b l. fructus rei. 72. de reg. iur. l. pen. de pact.
c l. ſi rem mobilem. 47. de acquir. poſſ.
d l. 1. C. de ſeruo pig. dato. l. 3. C. de iur. dotiū. l. res in dotem. 43. ſ. de iur. dot.

ſola erant mancipi, & plenè alienari poterant: ut & Cicero pro L. Flacco oſtendit. Sed hoc Iuſtinianus ad prouinciales etiam fundos produxit [a], dotalem, id eſt, in dotem datum [b], non tamen æſtimatum [c]. Dotalis autem etiam is uidetur, qui ex pecunia dotali comparatus eſt [d]. Maritus idem ius 5
obtinet quoque in ſponſo [e]. Ne alienet. uerbum alienationis latè patet [f]. Itaq; omnis actus prohibetur non modò transferendi dominij [g], ſed etiam diminuendi: ut ſeruitutis impoſitio uel ademptio [h], uſucapionis patientia, & conſimilia [i]. Sed hoc de alienatione uoluntaria, non neceſſaria, eſt accipiendum [k]. Quid enim ſi æs alienum, non quidem mariti (nam hoc de ſuo diſſoluere debet [l]) ſed uxoris, alio modo quàm uenditione prædiorum
explicari nequit? Additur inuita, ac ne ipſa quidem conſentiente, iure 6
nouiſsimo: idq; propter fragilitatem ſexus, maritorum ſuaſionibus aut minis facilè obnoxij & cedentis, Iuſtiniano placuit [m]: niſi acceſſerit iure Pontificio iuſiurandum [n]. Vltimò ait lex: Ac ne ipſa quidem conſentiente obli-
get. Noluit enim lex, etiam conſenſu mulieris poſſe fundum eius obligari: quia facilius oppignorationi quàm alienationi aſſenſura credebatur [o]: cum ſit reſtrictum & tenax fœminarum genus, nec perinde rerum ſuarum diſtractionem facilè admittat, atq; obligationem [p]. 7

a l. unica. §. & cum lex Iulia. C. de rei ux. actio. Inſt. quibus alie. licet uel non. b l. dotale. 13. & l. ſi maritus. hoc tit. c l. 2. §. eod. d l. res quæ. 55. §. tit. 2. e l. lex Iulia. 4. f l. fi. C. de rebus alien. non alien. g l. 1. C. eod. h l. 5. 6. 7. i l. alienationis de uerb. ſignificat. k l. 1. hoc titul. l. 2. C. eod. l l. aſsiduis. C. qui potio. in pign. t. t. C. ne uxor. pro mar. m d. l. unica. §. & cum lex Iulia. Inſtit. quibus al. di. uel non. in prin. n c. cum contingat de iure iur. o Theoph. Inſtit. in princ. quibus alie. lib. p l. ſi à ſponſo. 16. ubi gloſ. in uerbo, raro accidit. C. de donat. ante nupt.

# DIGEST. LIBER XXIIII.

## DE DONATIONIBVS INTER uirum & uxorem. Tit. I.

1 *Quare prohibitæ inter coniuges donationes.*
2 *Oratio Antonini.*
3 *Ad quas donationes hæc prohibitio non ſpectet.*
4 *Quatenus reuocentur donationes.*
5 *De confirmatione tacita & expreſſa.*

QVamuis dari in dotem marito poteſt, ſicuti hactenus dictum eſt: quia ea donatio non ob nullam fit cauſam, ſed ad toleranda coniugij onera: tamen reliquæ donationes, quas ſine cauſa faciunt inter ſe coniuges, contracto iam matrimonio, pro-
hibitæ ſunt. Quod primò moribus ita inductum receptumq; 1
fuit [a], quia indignum uidebatur concordiam maritalem precio, ſicuti adulteria, conciliari, & ſe inuicem nimia largitatis profuſione ſpoliare coniuges. Vnde & illud mali ſequebatur, ut melior liberaliorq; in paupertatem decideret, deterior locupletaretur. Itaque ut appareret, amorem coniugalem ſine precio ſtare, & omnia eſſe inter coniuges iure indiuiduæ ſocietatis citra peculiarem liberalitatem communia, deſitum eſt moribus facere in matrimonio donationes [b]: ut pulchrè Plutarchus [c] explicat. Qua ex uſur-
patione ius poſtea ortum eſt: eaq; de re nouiſsimè orationem Antoninus 2
Baſsianus in ſenatu habuit. cuius duo ſunt capita: alterum de donationis
inter coniuges prohibitione [d], alterum de eius confirmatione [e]. Prohibi- 3
tio autem hæc ad ſponſos non pertinet [f], nec ad illas donationes refertur, quæ neque donantem pauperiorem reddunt, ut ſi res aliena detur [g]: neque accipientem locupletiorem: puta ſi uxori detur ad mundum, uel ſepulturam, uel

a l. 1. hoc titul. b l. 1. 2. 3. h. t. c in Proble. d l. 3. in princ. e l. cum hic ſtatus. 32. f l. ſi ſponſus. 5. l. inter eos. 27. hoc titul. l. ſi à ſponſo. C. de donat. ante nuptias. g . ſed etſi conſtante. 26.

ram, uel eleemoſynam aut manumiſsionem aut emptionem, pro neceſsitate rei familiaris faciendam, &c[a]. Nam & eatenus tantum hæc donatio,
4 reuocatur, quatenus inuenitur accipiens factus locupletior[b]: ſed nec ad illas prohibitio pertinet, quæ referuntur in tempus ſoluti coniugij, puta in caſum diuortij uel mortis[c].
5 Qua ratione etiam tacitè confirmatur inter coniuges facta donatio, ſi ea nondum reuocata donator deceſſerit[d]. Quæ tamen quingentos aureos excedit, nõ aliter confirmationẽ meretur, quàm ſi expreſſa morientis cõteſtatione, uel facta in actis inſinuatione ſit ſtabilita[e].

## DE DIVORTIIS ET REPVDIJS. Titul. II.


1 *Continuatio.*
2 *Matrimonium ſoluitur morte.*
3 *Captiuitate & diuturna abſentia.*
4 *Seruitute.*
5 *Diuortio.*
6 *Quid ſit diuortium, quid repudium.*
7 *Quomodo fiat diuortium.*
8 *Diuortium hodie non concedi.*
9 *Niſi ex cauſa adulterij, inſidiarum, deſertionis.*
10 *Pœna iniuſtè diuertentis.*
11 *Diſputatio de thori ſeparatione, iure Pontificio inducta.*


1 HActenus quomodo contrahãtur, nunc qua ratione diſſoluantur coniugia uideamus. Dirimitur, inquit Paulus[a], matrimonium, morte, captiuitate, uel alia contingente ſeruitute alterutrius eorum, uel diuortio.
2 Dubium non eſt, quin morte dirimatur coniugium, permittaturq́ ſuperſtiti perſonæ, nouam conditionem quærere[b]: niſi quòd mulier intra annum luctus nubere prohibetur[c]: quod poſtea Pontifices antiquarunt[d].

3 Captiuitate ſoluitur, ſi alteruter in hoſtium poteſtatẽ uenerit[e]. hæc enim ſeruitus mors ciuilis eſt[f]: ei tamen qui remanſit ſecundis nuptijs altero uiuente, interdicitur, ſi conſtet captiuum uiuere. Quòd ſi incertum ſit, exacto quinquennio facultas nubendi redit perſonæ relictæ[g], etiamſi pontifices nuncium mortis certum requirant[h]. Is uerò qui in militiam profectus eſt, & utrum captus, an mortuus, aut ubi ſit ignoratur, quãdiu expectari debeat, etſi uariatum eſt conſtitutionibus[i]: tandem tamen Iuſtiniano placuit, expectari abſentem oportere, quoad de eius morte aut captiuitate conſtaret[k]. Sed ſciendum eſt, Iuſtianũ de legitima & neceſſaria militia ibi agere, quam ſubire olim Romana iuuentus cogebatur, nõ de erronibus noſtri temporis loqui, qui deſertioni iniuſtæ prætextum militiæ non neceſſariæ obducunt: in quibus ſolent pij magiſtratus diſpoſitionem d. legis uxor, & §. nouimus:
4 retinere. Seruitute ſoluitur, ut ſi quis ob ingratitudinem redigatur in ſeruitutem[l], aut propter crimen ſeruus fiat pœnæ[m]. quod hodie correctum eſt:
5 pœna enim non dirimit coniugia[n]. Poſtremo dirimitur diuortio, & repu-
6 dijs. Diuortium à diuerſitate mentium dictum uult Caius, uel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. Repudium uerò à pudore, autore Feſto, appellatum eſt: quòd ſine aliqua pudoris reiectione ſiue iactura, tam arcta honeſtaq́ inter coniuges coniunctio diſſolui nequeat. Inter hæc uerba autem hoc intereſt, quòd repudiari futurũ etiam matrimonium poſ-
7 ſit, ſponſa autem non rectè diuertiſſe dicitur[o]. Diuortium fit, aut mutua uo-

r 3 luntate

a d.l. ſi ſponſus. §. conceſſa. l. quid autem. 7. §. ſi maritus. cũ ſimilibus.
b d.l. quod autem. §. ſi maritus.
c l. ſi eum. 9. §. fin. cum l. ſeq. l. ſed interim. 17. §. fi. l. uitricus. 60. l. inter. 43. cum ſimil. h. t.
d d.l. cum hic ſtatus.
e l. donationes. C. eod.

a l. 1. hoc tit.
b c. fin. 31. q. 1.
c l. liberorum. de his qui nota. infa. l. 1. C. de ſecund. nupt.
d c. ult. de ſecund. nup.
e l. non ut à patre. 8. l. in bello. 12. §. medio de capt. & poſtli. reuer. l. ſi quis ſic ſtipuletur. 57. ĵ. tit. 11.
f l. 4. cũ ibi notat. ẽ. qui ſatiſda. cog. gl. in l. uni. §. ſin autẽ. ad uerb. ſuperſtite. C. de cad. toll.
g l. uxores. h. t. §. ſed etiam. in auth. de nuptijs.
h c. in præſentia. de ſponſa.
i l. uxor. 7. C. de repud. §. nouimus. in auth. de nuptijs.
k §. quod autẽ nobis. Nouell. ut lic. ma. & auiæ auth. hodie. C. de repudijs.
l §. ſi uerò decretum in auth. de nuptijs.
m l. res uxoris. 24. C. de donat. inter uir. & uxor.
n §. quod autẽ. in auth. de nuptijs.
o l. inter diuortium. 10. de uerb. ſignificat.

luntate, aut alterutrius. Mutua uoluntate, & conſenſu apud ueteres diſſolui
poterat coniugium [a]: quia ſecundum naturam putabant, ut quo quid colli-
gatum eſſet, eodem modo ſolueretur [b]. Cõtrahitur autẽ matrimoniũ con-
ſenſu: ergo contrario conſenſu rectè ſolui poſſe ratiocinabantur. Sed hoc 8
Iuſtinianus tantum ex cauſa caſtitatis, & amore cælibis uitæ conceſsit [c]. Ca
nones indiſtinctè ſuſtulerunt [d]. & meritò quidem, ut maneat immota &
æterna regula. Quod Deus cõiunxit, homo ne ſeparet [e]. Alterutrius uolun
tate diuortium fit, non ſolo quidem animi impetu [f], ſed certa forma adhibi-
ta [g], & hodie ex cognitione magiſtratus, propter certas duntaxat cauſas iu-
re expreſſas [h]; quarum præcipuè ſunt, adulterium inſidiæ, & inimicitiæ ca- 9
pitales, ut maius euitetur malum [i]: ſicuti & Moſes propter σκληροκαρδίαν Iu
dęorum conniuente Deo diuortiũ ijs cõceſsit [k]. Item deſertio, de qua Pau-
lus 1. Corinth. 7. Si incredulus, inquit, diſcedit, diſcedat, non eſt ſeruitu-
ti ſubiectus frater, aut ſoror in eiuſmodi [l]. Porrò qui ſine cauſa diuertit, do- 10
tem donationemúe amittit [m]: qui aliud etiam matrimonium contrahit, uel
ex Chriſti ſententia [n], reus adulterij eſt [o]. Porrò Canones ob unã duntaxat 11
adulterij cauſam permittunt diuortium: idq; non re, ſed nomine tantũ. con
cedunt enim ſeparationem thori, ſine ſpe alterius coniugij, utriq; perſonę
fomitem peccati, & laqueum ſubijcientes [p]. quo iure in his terris nõ utimur:
quia Deus non homo ſeparat, autoritate magiſtratus, quãdo ob iuſtas &
legitimas cauſas publico iudicio ſoluitur coniugiũ [q]. Neq; uerò canonibus
ſuffragatur illud dictum Chriſti [r]: Quicunq; repudiauerit uxorem niſi pro-
pter fornicationẽ, &c. Non enim ijs uerbis prohibentur in caſu ueri diuor-
tij nouæ nuptiæ, imò permittuntur potius innocenti perſonæ, nec excludit
Dominus delicta adulterio grauiora. Nam & nomen πορνείας, quo uſus eſt,
latius patet, præſertim apud Hebræos, qui omne crimen quo ab alienamus
nos ab eo cui obedientia debetur, uerbo πορνείας, ſiue fornicationis cõpre
hendunt: ut cum Deut. 31. populus dicitur fornicari poſt deos alienos: & Iu-
dicum 19. fornicata aduerſus maritum uxor, quæ ab illo diuertit ſine adulte
rio. Nec aliter acceptum fuiſſe illud Chriſti dictũ in ueteri eccleſia, cùm ex
Auguſtino, Ambroſio, alijsq; perſpici licet, tum conſtitutiones Chriſtiano
rum imperatorum, prĕſertim Iuſtiniani [s], euidenter declarant. nam quod ad
locum Pauli, quo Canoniſtæ nituntur 1. Corinth. 7. attinet. Quòd ſi deceſſe
rit, maneat innupta, &c. conſtat eum non de legitimis diuortijs, ſed de diſ-
ceſſione iniuſta, quam Corinthi homines alioqui leues, & luxurioſi, ſine le-
gitima cauſa temerè faciebant, eſſe accipiendũ. Nam cum ex legitima cauſa
puta adulterio, diuortium exiſtebat, perſona nocens ex l. Iulia, etiam in pro
uincijs capite plectebatur: ut fruſtraneum planè fuiſſet, innocenti perſonæ
hoc caſu continentiam præcipere.

a l. ſi conſtante. 9. C. eod.
b l. ab emptione. 59. de pact. l. nihil. 36. de regul. iur.
c §. quia uerò ex conſenſu ut liceat matri & auiæ, &c. Authen. quod hodie. C. de repud.
d C. ſi. cum ibi not. de trãſact.
e c. quos Deus. 33. q. 2.
f l. 3. hoc tit.
g l. 2. l. nullũ. 9. l. ſi pœnituit. 7.
h l. cõſenſu. 8. l. in cauſis. 10. l. ulti. C. eod.
i d. l. conſenſu. C. eod.
k Matth. 19. Mar. 10.
l d. l. uxor. d. §. nouimus.
m d. l. cõſenſu.
n Luc. 16. Matthæi 19.
o Auth. hodie. C. de repudijs.
p c. 2. de coniu. leproſo. c. dixit dominus. 32. q. 1. c. ſi uxorem. 32. q. 5. c. 1. 32. q. 7.
q d. c. quos Deus.
r Matth. 5. 19. Luc. 16.
s in titul. C. de repud. l. uxo. 7. cum Auth. ſeq. l. conſenſu. 8. in uerb. nec intra quinquennium nubendi. cũ ſeq. & in Auth. de nupt.

## SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMODUM dos petatur. Titul. III.

1 *Continuatio.*
2 *Dominium rei dotalis ad mulierem redire ipſo iure, non poſſeſsionem.*
3 *Cui, aduerſus quos, detur actio repetendæ dotis nomine.*
4 *Quid ueniat in hanc actionem.*
5 *Quæ cauſæ exactionem dotis impediant.*
6 *Quo die res dotales ſint reſtituendæ.*

POſtquam dictum eſt, quomodo diſſoluatur matrimonium: uideamus 1
nunc eo diſſoluto, quemadmodũ dos repetatur. Etſi enim dominium 2
rei dotalis ipſo iure ad mulierem redit, ſoluto matrimonio: non tamen poſ-
ſeſsio

ſeſsio quæ facti eſt, transfertur [a]: eoq; iure & legibus repetenda eſt, non uio
lenter auferenda [b]. Siue itaq; morte, ſiue diuortio dirimatur coniugiũ (neq;
3 enim intereſt [c]) competit ſtatim actio mulieri, & eius patri cuius in poteſta
te eſt [d]: nonnunquam etiam extraneo, ſi dotem quam dedit ſibi reddi ſtipu-
latus eſt [e], aduerſus maritum aut eius hæredem [f]: uel patrem mariti, ſi dotem
4 accepit [g]. Hæc actio eſt ex ſtipulatu, quam Iuſtinianus ſubſtituit actioni rei
uxoriæ [h]: eaq; petitur dos reſtitui, unà cũ fructibus, pro portione anni, quo
diuortium factum eſt [i], & reparatione damni, ſi quod dolo, culpa, negligen
5 tia mariti rebus dotalibus accidit [k]. Huic quidem actioni ſolidè ſatisfacien
dum eſt [l], niſi maritus ex aliqua cauſa dotem retinere iure queat, uel propter
liberos ſuſceptos ex muliere quæ dotem attulit, ut uolunt Dd. [m]. quorum
opinio recepta eſt iure Saxonum [n]: uel propter adulterium, aut aliud mulie-
ris delictum, quod diuortio cauſam dedit [o]: uel ratione pacti [p]: uel quia ma-
ritus ſoluendo non eſt [q], ita ut reddita dote egeſtatem ſit paſſurus [r]: uel quia
ſine culpa mariti aut poſt moram mulieris res dotales perierunt [s]. Exceptis
6 his atq; alijs caſibus dos reddi debet [t]: & quidem res immobiles ſtatim. Mo
biles uerò quæ difficilius conquiri colligiq; ſubitò poſſunt, olim quidem
annua, bima, trima die [u], hodie intra annum [x].

*a l. cum hæredes. 23. de acq. poſſ. b l. dotis. 9. C. eod. c l. cum quærebatur. 240. de uerb. ſignificatio. d l. 2. 3. 4. l. ſi ab hoſtibus. 11. hoc tit. l. unica. §. uideamus. & §. ex hoc. C. de rei uxor. actio. e d. l. unica. §. accedit. l. auia. C. de iur. doti. f l. 2. l. 13. cum l. ſeq. l. etiam. 19. hoc tit. g l. rei iudicatæ. 15. §. fin. hoc tit. h in l. unica in prin. C. de rei uxoriæ actio. i l. 2. l. fructus. 7. l. ſi alienam. 11. l. ſi marito. 31. §. fi. k l. penult. l. fin. hoc titul. l l. 2. in princ. hoc titul. m in d. l. dos à patre. C. ſoluto matri. n ar. 31. & 37. lib. 1. o l. Lucius. 38. l. cum mulier. 47. h. t. d. l. conſenſu. d. l. fi. p l. ſi dotali. 48. h. t. l. ſi pater. 12. de pactis dotalib. q l. maritũ. 12. cũ mult. ſeq. r l. in condemnatione. 134. de reg. iur. s l. ſemel mora. l. Mæuia. 49. hoc tit. t d. l. 2. u l. iuris gentium. 7. §. utputa. l. ſi unus. §. pactus de pactis. x d. l. unica. §. autem. C. de rei uxoriæ actio.*

# DIGEST. LIBER XXV.

## DE IMPENSIS IN RES DOTALES FACTIS. TITUL. I.

1 *Cuiuſmodi impenſæ dotem minuant.*
2 *De neceſſarijs impenſis.*
3 *De utilibus.*
4 *De uoluptarijs.*

1 QVin & impenſæ non in fructus, aut culturã agri (tales enim cum
fructibus compenſantur [a]) ſed ad perpetuam rei dotalis utilita-
tem factæ, actionem dotis aut tollunt, aut minuunt [b]. Earum au-
tem tres ſunt ſpecies: nam quædam ſunt neceſſariæ, quædam uti-
2 les, quædam uoluptuariæ [c]. Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ in ſe habent neceſ
ſitatem impendendi: quibus non factis dos minuitur, & deterior futura eſt:
ut ſunt, refectiones, inſtaurationesq; rerũ, propagationes uitium: item quæ
curandæ ualetudini, & ad conſequendas res dotales litibus impenduntur [d].
Hæ impenſæ ipſo iure dotem minuunt, adeò ut dote integra ſoluta condi-
ctio indebiti concedatur [e]: uel actio mandati aut negociorum geſtorum [f].
3 Vtiles ſunt, quas maritus utiliter facit, quibúsque non factis deterior
quidem dos non fieret, factis autem fructuoſior effecta eſt: ueluti ſi no-
uelletum fecerit, aut tabernam ædibus adiecerit [g]. Harum autem nomine
fit deductio, ſi uoluntate mulieris factæ ſint, & aliunde ſolutio explicari
poſsit. Nam iniquum eſſet, eam compelli rem uendere, ut impenſas in rem
factas ſoluat [h]. Quanquam Iuſtinianus fauore dotis, ne ea mulier diutius
carere cogatur, ob has impenſas retineri aut imminui dotem prohibuit: ſed

*a l. 3. l. neq; 13. l. fin. h. t. l. diuortio. §. fi. ſ. tit. 1. b l. 1. l. 5. l. quod dicitur. 15. h. t. c l. 1. hoc titul. d l. 1. 2. 3. 4. ubi Bart. l. impẽſæ. 14. h. t. e d. l. 5. in prin. & §. fin. h. t. f l. fructus. §. fin. ſ. tit. 1. g l. 5. in fi. l. 6. l. impenſæ. 14. §. utiles. h l. utilium. 8. hoc titul.*

ea reſtituta marito actionem mandati (ſi uoluntate uxoris factæ ſint) aut ne-
gociorum geſtorum ad eas repetendas conceſsit[a]. Voluptuariæ ſunt, qui- 4
bus neq; omiſsis deterior fieret, neq; factis fructuoſior res effecta eſt: quæ
ſpeciem quidem ornant, fructum autem non augent[b]. Cuiuſmodi ſunt, bal-
nea non neceſſaria[c], picturæ[d], tectorium, incruſtationes, pauimenta[e], uiri-
daria, aquæ ſalientes in hortis, &c.[f] Pro his niſi parata ſit mulier pati mari-
tum tollentem, patitur exactionem compenſationis, exceptione oppoſita.
Nam ſi uult habere rem mulier, æquum eſt ut reddat quæ impenſa ſunt à
marito: aut ſi non uult, pati debet tollentem: ſimodò recipiāt ſeparationem.
Cæterùm ſi non recipiant, relinquēda ſunt. Ita enim permittendum eſt ma-
rito auferre ornamentum, ſi profuturum eſt ei quod abſtulerit[g]. neq; enim
ſic eſt malicijs hominum indulgēdum, ut cuiquam ſine ſuo commodo alijs
officere liceat: puta teſtoria inducere, picturas corradere, conſcindere uiri-
daria, nullo fructu, &c.[h]. Quòd ſi dos integrè ſoluta ſit, non habita harū im-
penſarum ratione, condici non poſſunt[i]: quia nullo obligationis iure de-
bentur, etiamſi uoluntate mulieris factæ ſint[k]. Itaq; principali extincta per
ſolutionem obligatione, unà intereunt[l].

*a l.unica.§.taceat.in fin.C.de rei uxoriæ acti. b l.impenſæ.79.de uerb.ſignificatio. c l.impenſæ.14.hoc tit. d l.utiles.uerſ.uideamus.de petit.hæred. e l.hactenus.de uſufructu. f d.l.impenſæ.de uerb.ſignif. g l.pro uoluptuarijs.9.h.t. d.l.unica.§.3.in fin. h l.in fundo.de rei uendica. i d.l.utiles.uerſ.uideamus.de petit.hæred. k d.l.in uoluptuarijs.11.h.t. d.l.unica.§.taceat.in fi. l.ſi nō ſortem.26.ubi.Dd.de cōdi.ind. l l.4.C.depo. l.centum.l.ſi.de eo quod cert.lo.*

## DE ACTIONE RERVM AMOTArum. Titul. II.

1 *Continuatio.*
2 *Res amotæ quæ dicantur.*
3 *Quando locus ſit huic actioni.*
4 *Eius ratio & cauſa: & quibus contra quos detur.*
5 *Quid in hanc actionem ueniat.*

OBijci actioni dotis & exceptio rerum amotarum ſolet: quanquam 1
eo nomine etiam actio competit tam marito, quàm uxori[a]. Amotæ 2
res dicuntur cælatæ, abſconditæ, aſportatæ, conſumptæ, dolo malo[b]: hoc
eſt cogitatione diuortij, quod poſtea ſecutum eſt, interuerſæ[c]. Sed etſi ſpe 3
mortis ſurreptum quid eſt, utiliter agi poteſt[d]. Atq; etiam hæreditatis peti-
tionem ſimul & ad exhibendū actionem hoc nomine hæres habet[e]. Vt au-
tem huic rerum amotarum actioni locus ſit, neceſſe eſt conſtanti matrimo-
nio amotas res eſſe: nam eo ſoluto ſi quid ſubtrahatur, furti eſt actio[f]. Eſt 4
enim hoc iudicium ſingulare, introductum aduerſus eam quæ uxor fuit:
quia non placuit cum ea furti agi poſſe, quibuſdam exiſtimantibus ne fur-
tum quidem eam facere, quòd uitæ ſocietas quodammodo dominam
eam faciat: alijs furtum quidem eam facere, ſicuti filia patri facit[g], ſed non
eſſe turpem furti actionem in honorem matrimonij aduerſus uxorem[h]: ut
nec econtrariò aduerſus maritum[i], aut ſocerum[k]. Itaque ignominioſa a-
ctione ceſſante ab his perſonis, res ablatæ aut uendicantur[l], aut condicun-
tur hac actione ex iure gentium, & æquitate naturali[m]. Nam & hæc nemi-
nem uult cum alterius damno locupletari[n], & iure gentium, quo diſtin-
cta ſancitaq; ſunt dominia: quod etiam pro iure naturali habetur. Furto
ac malis artibus alienarum rerum dominia conſequi, fas non eſt[o]. Quam-
obrem ſicuti reliquæ condictiones ex naturali æquitate manant[p], ita hoc
quoque caſu cùm naturalis ratio, tum ius gentium actionem domino
ſuppeditat perſonalem. Quæ ex delicto furti oritur: quod etſi diſsimu- 5
latur, tamen diſsimulanter oſtenditur, propoſita rerum amotarum pe-
titione

*a l.contra.6.§.item cum l.mulier.7.l.Marcellus.11.h.t. b l.3.§.pen.l.ſi cōcubina.17.§.2.&3.h.t. c l.rerum quidem.25.h.t. d l.ſi mulier.21.hoc tit. e l.ſi propter.22.§.fin. f d.l.3.d.l.ſi cōcubina.47. g l.ſerui.de furtis.§.hi qui.Inſt.de oblig.quæ ex debit. h l.1.&2.h.t. i d.l.contra.§.item. k l.nihil.15.§.final. l l.ob res amotas.24. m l.rerum.25.hoc tit. n l.natura hoc nam.14.de condictio.ind. o l.1.in fi.de furt. p l.indebiti.15 de cōdi.inde.*

titione (nam in hac & allegari, & probari debet, res dolo malo amotas eſſe) quæ nihil aliud eſt quàm condictio rei perſecutoria [a]: eóque & in hæredes tranſit [b]. Non enim uenit in hoc iudicium ulla pœna, ſed id duntaxat, ut res reſtituantur: quanquam reſpectu rei pœna eſſe poteſt. Tenetur enim etiam de ijs, quæ ad ipſum non peruenerũt [c], neq; in ueram æſtimationem, ſed quanti in litem actor iurauit interdum condemnatur [d]. Etſi autem hæc actio, quæ delictum non arguit, notam infamiæ non inurit, ut nec cæteræ condictiones [e]: tamen quia ex delicto oritur, quod excuſationem non habet, & ſolidè obligat [f], in ſolidum datur: etiam ſi aliàs hæ perſonæ tantum in id quod facere poſsint conueniantur [g].

*a l. rerum. 26. hoc titul. b d. l. contra. §. fin. c l. ſed etſi. 19. hoc tit. d l. 8. §. fi. cum l. ſeq. hoc titul. e l. ceſſat. de actionibus. f l. ſi quis. 7. cũ ſeq. de iur. om. iud. g l. ſi mulier. 21. §. fin.*

## DE AGNOSCENDIS ET ALENDIS liberis, uel parentibus, uel patronis, uel libertis. Titul. III.

1 *Continuatio.*
2 *Senatuſconſulta de liberis agnoſcendis.*
3 *Partum ſubijcientem de falſo teneri.*
4 *Patrem intelligi quem nuptiæ demonſtrant.*

1 HActenus de matrimonijs, & iure dotium: nunc uideamus de liberis, qui fructus ſunt coniugij. De his autem tractari ſolet, uel iam natis, uel adhuc in utero exiſtentibus. De natis agitur, ut agnoſcantur, & alantur: de non natis, ut in poſſeſsionem miſsi nutriantur. De agnoſcendis liberis duo Senatuſconſulta ſunt facta. Primò Plautianum, quod duas habet ſpe-
2 cies, hoc eſt partes. In prima, cauetur debere mulierem, facto diuortio, intra triginta dies nunciare marito, ſe eſſe prægantem: maritum autem cuſtodes ad uentrem ſeruandum mittere, aut renunciare, quòd ex ſe non ſit prægnans: alioqui partum cogitur agnoſcere, & alere [a].
3 In ſecunda parte, de ijs quæ falſum partum ſubijciunt, agitur: quod Senatuſconſulti caput non extat: conſtat tamen has pœna falſi teneri [b]. Alterum Senatuſconſultũ quod temporibus Adriani factũ eſt, pertinet ad partum, qui conſtante matrimonio editur, ut is agnoſcatur [c].
Sciendum autem eſt, patrem intelligi, quem nuptiæ demonſtrant [d], co-
4 giq; & ut agnoſcat partum: niſi euidentiſsimis rationibus oſtendat, ex ſe procreatum non eſſe [e]: & ut etiam alat. Naturalis enim ratio ſuadet, ut pater educet liberos pro modo facultatum [f], præſertim triennio maiores [g]. Imò necare, inquit Iuriſconſultus uidetur, qui non alit [h]. Alimentorum autem nomine non modò uictus, ſed cætera quoque onera, omnéſque uitæ neceſsitates comprehenduntur [i]. Quòd ſi pater ipſe egeat, neceſsitas facit, ut mater & reliqui parentes idonei alimenta præſtare cogantur [k]: ſicut econtrariò liberi parentibus ἀντιπελαργίαν debent, eóſque egenos alere coguntur [l]: Non etiam æs eorum alienum diſſoluere [m]. Hoc alimentorum onus in hæredes in ſubſidium tranſit [n]: & cum deſcendat ex iure naturæ [o] charitatéque ſanguinis [p], nullo pacto aut ſtatuto tolli poteſt [q]. Ac qui illud detrectat & refugit, etiam pignoribus captis, aut alio modo, per officium iudicis cogitur [r]: niſi is qui alimenta petit ſuis, ſe operis ac induſtria adhibita alere poſsit [s]. Pigris enim & negligentibus, iura

*a l. 1. hoc tit. b l. qui falſam. 19. §. 1. l. leg. 30. ad l. Corneliam. de falſis. l. cum ſuppoſiti. 10. C. eod. tit. c l. 3. §. 1. h. t. d l. 5. de in ius uocan. e l. filium. 6. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. f l. 5. h. t. l. pen. & fi. C. de ale. lib. g l. nec filium. C. de patria poteſt. h l. necare. 4. hoc titul. i d. l. 5. §. ſi parens. 3. in fin. l. uerb. uictus. 43. de uerb. ſignificatio. l. legatis. l. fi. de alim. lega. k d. l. 5. hoc tit.*

*l d. l. 5. l. 1. & 2. C. de al. lib. l. 2. ſ. de fer. & dilat. m d. l. 5. §. ſi mater. 7. t. t. C. ne filius pro patre. per tot. n d. l. 5. §. item reſcriptum eſt. 8. o l. ſ. in fin. de iuſtic. & iur. p d. l. 5. §. 1. uerſ. & cum ex æquitate. q* Decius *in l. iura ſanguinis. 8. in prin. de reg. iur. r d. l. 5. § ſi uel parens l. nec filium ubi gl. C. de patria poteſtate. s d. l. 5. § deniq; 2.*

tibus iura non ſubueniunt[a], aut iuſta exhæredationis cauſa extet: qui enim exhæredare, etiam alimenta denegare poteſt[b].

a l. non enim. 16. ex quibus cauſ. ma. l. pupillus. 24. quæ in frau. cre.
b d.l.5 §.ſi uel parens.

## DE VENTRE INSPICIENDO. Titul. IIII.

1 *Edictum de uentre inſpiciendo, cuſtodiendoq́; partu.*
2 *Reſcriptum eadem de re.*

DE liberis adhuc in utero exiſtentibus, deq; uentre inſpiciendo, & cu- 1
ſtodiendo partu, ita ait Prætor[a]: Si mulier mortuo marito prægnantem ſe eſſe dicet, his ad quos ea res pertinebit, procuratoriúe eorum uis in menſe denuntiandum curet, ut mittant ſi uelint, quæ uentrem inſpicient. mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque: hæq; ſimul omnes inſpiciant, dum ne qua earum dum inſpicit, inuita muliere uentrem tangat. Mulier in domo honeſtiſsimæ fœminæ pariat, quam ego conſtituam. Mulier ante dies triginta, quàm parituram ſe putat, denunciet his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusúe eorum ut mittant ſi uelint qui uentrem cuſtodiant. In quo cõclaui mulier paritura erit, ibi ne plures aditus ſint, quàm unus: ſi erunt ex utraq; parte, tabulis præfigãtur. Ante hoſtium eius conclauis, liberi tres & tres liberæ cum binis comitibus cuſtodiant, quotieſcunq; ea mulier in id conclaue, aliudúe quod, ſiue in balneum ibit: cuſtodes ſi uolent, id antè proſpiciant, & eos qui introierint, excutiant. Mulier cum parturiri incipiat, his ad quos ea res pertinet procuratoribusúe eorum denunciet, ut mittant, quibus præſentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque: ita ut præter obſtetrices duas, in eo conclaui ne plures mulieres liberæ ſint, quàm decem: ancillæ quàm ſex. Hæ quæ intus futuræ erunt, excutiantur omnes in eo conclaui ne qua prægnans ſit. Tria lumina ne minus ibi ſint, ſcilicet quia tenebræ ad ſubijciendum aptiores ſunt. Quod natum erit, his ad quos ea res pertinet procuratoribusúe eorum ſi inſpicere uolent, oſtendatur. Apud eum educatur, apud quem parens iuſſerit: ſi autem nihil parens iuſſerit, aut is apud quem uoluerit educari, curam non recipiet, apud quem educetur, cauſa cognita conſtituam. Is apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium menſium ſit, bis in menſe: ex eo tempore, quoad ſex menſium ſit, ſemel in menſe: à ſex menſibus, quoad anniculus fiat, alternis menſibus: ab anniculo quoad fari poſsit, ſemel in ſex menſibus, ubi uolet oſtendat. Si cui uentrem inſpici cuſtodiriúe, adeſſe partui licitum non erit, factumúe quid erit, quo minus ea ita fiant, uti ſuprà comprehenſum eſt: ei quod natum erit, poſſeſsionem cauſa cognita non dabo, ſiue quod natum erit, ut ſuprà cautum eſt, inſpici non licuerit. Quas ubique actiones me daturum polliceor his, quibus ex edicto meo bonorum poſſeſsio data ſit: eas ſi mihi iuſta cauſa, uidebitur eſſe, ei non
dabo. Hoc edictum cum ſit manifeſtiſsimum, interpretatione non in- 2
diget[b]: quam ſi quis requirat, conſulere Iuriſconſultos poteſt[c]. Quia uerò tantum de mulieribus quæ aſſerunt ſe prægnantes, prætor loquitur, in ijsq; Senatuſconſulta de liberis agnoſcendis duntaxat locum habent[d], ut paulo antè eſt oſtenſum: ideo temporibus diuorum fratrum, cum hoc incidiſſet, ut maritus quidem prægnantem mulierem diceret, uxor negaret: Conſulti Valerio Priſciano, prætori urbano reſcripſerunt in hæc uerba: Nouam rem deſiderare Rutilius Seuerus uidetur, ut uxori quæ ab eo diuerterat, & ſe non eſſe prægnantem profiteatur, cuſtodem apponat: & ideo nemo mirabitur, ſi nos quoque nouum conſilium & remedium

a l.1. §. de inſpiciendo.4.
b l.1.§. quamuis.5.
c d. l.1.2.3.4. hoc tit.
d d.l.1.§.ex hoc reſcripto.1.

ſuggera-

„ ſuggeramus. Igitur ſi perſtat in eadem poſtulatione, commodiſsimum eſt
„ eligi honeſtiſsimę fœminę domum, in qua Domitia ueniat: & ibi tres obſte
„ trices probatæ artis & fidei, quæ à te aſſumptæ fuerint, eam inſpiciant: & ſi
„ quidem uel omnes, uel duæ renunciauerint prægnantem uideri, tunc per-
„ ſuadendum mulieri erit, ut perinde cuſtodem admittat, atq; ſi ipſa hoc deſi-
„ deraſſet. Quòd ſi enixa non fuerit, ſciat maritus ad inuidiam, exiſtimatio-
„ nemq; ſuã pertinere: ut non immeritò poſsit uideri captaſſe hoc ad aliquam
„ mulieris iniuriam. Si autem omnes, uel plures non eſſe grauidam renuncia-
„ uerint, nulla cauſa cuſtodiendi erit.

## SI VENTRIS NOMINE IN POSSESSIOnem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur. Titul. V.

1 *Ratio huius edicti.*
2 *Cui, in quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*
3 *Quomodo prætor edicto parére cogat.*

1 HOc edicto rectiſsimè Prætor proſpexit, ne dum in fauorem partus poſſeſsionem facilè pollicetur, alijs prædæ occaſionem præbeat. Idcir
2 co conſtituit actionem in factum in mulierem, quæ in alium hanc poſſeſsio nem dolo malo tranſtulit: qua petitur, quanti intereſt eius qui experitur, fortè cohæredis aut ſubſtituti, poſſeſsionem non eſſe translatam. Deinde neceſſariò prætor adiecit, ut qui per dolum uenit in poſſeſsionem, cogatur
3 decedere. Coget autem eum non prætoria poteſtate, uel manu miniſtrorum: ſed melius & ciuilius faciet, ſi eum per interdictum fortè quorum bonorum, aut actionem in factum ex hoc edicto, ad ius ordinarium remiſerit.

## SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN poſſeſsionem calumniæ cauſa eſſe dicatur. Titul. VI.

1 *Ratio edicti.*
2 *Quis per calumniam dicatur in poſſeſsione fuiſſe.*
3 *Cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc edicto actio detur.*

1 QVemadmodum Prætor facilis eſt, circa bonorum poſſeſsionem mulieri dandam uentris nomine: ita calumniam eius impunitam re-
2 linquere non debet. Per calumniam in poſſeſsione fuiſſe uidetur, quæ ſciens prudensq; ſe prægnantem non eſſe, uoluit in poſſeſsionem uenire [a].
3 Aduerſus hanc actio datur illis, quorum interfuit miſsionem non decerni: ut cohæredibus, ſubſtitutis, proximis ab inteſtato, legatarijs, &c. ad id quod intereſt, cuius in æſtimationem etiam alimenta, in uentrem erogata, ueniunt [b]. Et mulier ex hac cauſa damnata notatur ignominia [c]. Debet enim coerceri quæ prætorem decepit [d].

a l.1. §.1. h.t.
b d.l.1. §.com petit. cum ſeq.
c l.notatur.15. cum l.ſeq. de his qui notat. infa.
d l.debuit.17. eod.tit.

## DE CONCVBINIS. TIT. VII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid ſit concubinatus, & quare permiſſus.*
3 *Quam in concubinatu habere liceat, uel non.*

Et hæc

ET hæc quidẽ de legitimis nuptijs. Nam coniunctio quæ extra nuptias 1
fit, plerunq; in concubinatum incidit. Cõcubinatus autem ex ſola ani-
mi deſtinatione æſtimatur [a]. Videlicet cum quis mulierẽ uoluptatis, & con 2
cubitus (unde & nomen) cauſa, in contubernio, & conſuetudine diuturna
habet: quod iure ciuili extra pœnam eſt [b], ad euitanda maiora adulterij &
conſtuprationum mala: & quia obſiſti hominum nequitię non omni ex par
te poteſt. In concubinatu poteſt eſſe non modò liberta, ſed & ingenua, ſi
obſcuro loco nata ſit, uel pudorem uulgauit: alioqui ſi honeſtæ uitæ lociq; 3
ingenuam quis in concubinatu habere maluerit, id ſine conteſtatione ea de
re apud Aediles facta, ſicut ex Tacito conijcitur [c], fieri non poteſt: ſed ne-
ceſſe eſt, uel uxorem eam habere, uel hoc recuſantem cum ea ſtuprum com-
mittere [d]. Concubinas habere plures, improbatum eſt [e]: ut & illud, conſue-
tudine eius uti, quæ patris aut filij fuit in concubinatu [f]: quia propè nefaria
eſt huiuſmodi coniunctio, & quędam naturalis honeſtatis uiolatio, quę ne-
mini concedenda eſt [g], nec concedi poteſt, quamuis pudore & uinclis le-
gum ciuilium nequaquam coerceatur. Et hæc iure ciuili ita ſe habent. Iure
autem diuino, & canonico concubinatus in totum eſt damnatus [h]: ſicuti &
à Philoſophis [i]. Eademq; in damnatione ſunt lupanaria, ac meretricum
conſuetudo [k], quamuis iure ciuili extra lenocinium [l] permiſſa [m].

a l.4.h.t.
b l.3.in fi.h.t.
c Conna.lib.8. cap.13.
d l.3:h.t. in fi. l. in liberæ. 24. de ritu nupt.
e in Auth.quibus mona.eff.ſui circa fi.Nouell. 74.
f l.1.in fin.h.t.
g l.2.C. de in ius uocan.
h extra de cohabita. cle. & muli. 1. Cor. 5. cum ſimil.
i Ariſtoteles li. 7.politi.c.17.
k c.nemo.c.meretrices. 32. q. 4. Panorm. & Dd. in c. inter opera de ſpõſal.
l Nouell. de lenon.
m l.quæ adulterium. 29. C. de adult.l. 2. C. de dona.int. uir.et ux. l.ſi ea.22.C. de adult.l. ſi uxor.13.§.1.ff. ad l.Iul.de adult. l. ait.et Alex.in l. ſi adulterium de adult.gl. et Dd. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui not.inf.Alexan. conſ.157.in fin. Vol.5.

# DIGEST. LIBER XXVI.

## INFORTIATI II.

## DE TVTELIS. TITVL. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio ſequentium titulorum.*
3 *Quid ſit tutela.*
4 *Explicatio definitionis.*

NOn modò alendi ſunt, qui ex matrimonio procreantur liberi,
ſed etiam continendi autoritate, & conſilio gubernandi, cum ſe
per ætatem regere nec dum queant. Itaq; uiuentis quidem pa-
tris ſunt in poteſtate & manu, qui eos honeſtè ac pudicè educa-
re debet [a]. Quòd ſi is moriatur, ſuccedit alter quaſi parens, lex & autoritas
magiſtratuum, qui fidei & curæ idoneorum hominum imbecillam ætatem
gubernandã comittunt: quæ gubernatio tutela, & cura appellatur, à tuen-
do & curando. Quod cum ita ſit, reliquum eſt, ut poſtquam de coniugijs, &
alendis liberis eſt dictum: de tutelis deinceps, ſicuti erat propoſitum, uidea
mus. Qua in parte ordine exponendum eſt: Quid ſit tutela, & quotuplex, 2
quomodo & quando conſtituatur: tum de officio & adminiſtratione tuto-
rum: deinceps de fine, ac abdicatione tutelæ: ac de excuſationibus tutorũ.
Poſtremò de actionibus, quæ finita tutela, ultro citroq; competunt.
Tutela eſt, ut Seruius definit, uis & poteſtas in capite libero, conſtituta 3
ad tuendum eum, qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili
data & permiſſa [b]. Vis ait, atq; poteſtas: hoc eſt, authoritate, & ui publica 4
conſtituta poteſtas. eſt enim officium publicum authoritate, quod inuito
in inuitum datur [c]: quamuis utilitate priuatum ſit [d], in capite libero: tam ui-
delicet pupilli, qui ſui iuris eſt, & caput liberum habet, quàm ipſius tutoris,
quem ciuem Rom. eſſe oportet. Conſtituta ad tuendum eum qui per æta-
tem ſua

a tot.tit.de lib. agn. ſ. & tit. C. de alien. lib.
b l.1.hoc tit.
c Inſt. de excuſ. tut. in princ.l.2. hoc titul.
d l. pupillus. 239.§.munus de uerb.ſignificat. l. athletæ. 8. §. tutela.j. de excuſa.tu.

tem ſua ſponte ſe defendere nequit: differentia ab effectu, & officio atq; fi-
ne ſumpta: qua hæc poteſtas à patris & curatoris imperio ſeparatur. Pro-
prium enim tutoris officium eſt, perſonam impuberis defendere ac tueri [a].
Iure ciuili data, nempe XII. Tab. Tutores autem ſunt, qui eam uim habent:
exq; re ipſa nomen acceperunt, quaſi tuitores ac defenſores [b]. Itaq; ad id of-
ficij idonei non ſunt ſurdi & muti [c], mulieres [d], minores: quia rectè tueri, ac
defendere alios qui poſſunt, cum in rebus ſuis adminiſtrandis alieno indi-
gere auxilio noſcantur [e].

a §. ad certum. Inſtit. qui teſt. tuto. dari. l. quia perſonæ. 14. ſ. t. t.
b l. 1. h. t.
c l. 1. §. fin. l. pē. hoc tit.
d l. tutela. 16. l. fin. hoc tit.
e §. item maior. Inſt. de excuſat. tutor l. 1. de minor.

## DE TESTAMENTARIA TVTELA. Tit. II.

1 *Teſtamentaria tutela quid ſit, & unde originem habeat.*
2 *Qui teſtamento tutores dari poſſint.*
3 *Præcipuam eſſe hanc tutelam.*

1 TVtela triplex eſt: teſtamentaria, legitima, ac datiua. Teſtamentariã
eſt, quæ in teſtamento conſtituitur: nam lege XII. Tab. permiſſum eſt
parentibus, ut liberis ſuis, ſiue maſculini ſiue fœminini ſexus, quos quidem
in poteſtate habent, tutores dare poſſint [a]. Verba legis ita ſe habet: Vt quiſ-
que legaſsit ſuper pecunia, tutelaue rei ſuę, ita ius eſt.
2 Teſtamento tutores dari poſſunt ij, quibus cum eſt teſtamenti factio [b]:
3 hoc eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt. Horum tutorũ cauſa prima eſt,
quia quamdiu teſtamentaria ſperatur, legitima tutela ceſſat [c], & ſatiſdare nõ
coguntur, quòd iudicio teſtatoris probati uideantur [d].

a l. 1. in princ. hoc tit.
b l. teſtamento. 21. hoc tit.
c in princ. Inſt. de legit. agnat. tute.
d in prin. Inſti. de ſatiſdatio. tuto.

## DE CONFIRMANDO TVTORE uel curatore. Tit. III.

1 *Cauſæ ex quibus confirmatio fiat.*
2 *A patre datos, confirmari ſine inquiſitione aut ſatiſdatione.*
3 *A matre datos, per inquiſitionem confirmari.*
4 *Ab extraneo datos, inquiſitioni & ſatiſdationi eſſe obnoxios.*

1 NOnnunquam euenit, ut tutor quamuis teſtamento datus, authoritatẽ
tamẽ magiſtratus ſit confirmandus, uel quia datus, quibus non opor-
tet, ut ei qui non eſt in poteſtate, aut puberi: uel non quomodo oportet, ut
ſi non perſonæ, ſed rebus ſit datus: quin & pater curatorẽ filio dare nequit,
quia inuito non datur. His igitur caſibus opus eſt confirmatione magiſtra-
tus, ut quę deſunt teſtamento, ſuppleat [a]: quod quidẽ fit, non uno modo.
2 Nam qui à patre minus legitimè dati ſunt, citra ullam inquiſitionem aut ſa-
3 tiſdationem confirmantur [b]: qui à matre, ex inquiſitione, citra tamen ſa-
4 tiſdationem [c]: ut & hi qui à patrono [d]. Quos autem extranei dant, & ex
inquiſitione confirmari debent, & ſatiſdare, rem pupilli ſaluam fore: nec a-
liter admittuntur, quàm ſi is impubes cui dantur, in teſtamento ſit hæres in-
ſtitutus [e].

a l. adoptio. 38. de adopt.
b l. 1. l. ſi filio. l. fin. h. t. l. pater. ſ. tit. 1.
c l. 2. h. t.
d l. 4. h. t. unic. l. qui tutelã. 28. §. fin. ſ. tit.
e l. 4 & 5. h. t.

## DE LEGITIMIS TVTORIBVS. Tit. IIII.

1 *Vnde deſcendat hæc tutela, quare introducta, quibus detur.*
2 *Cognatis etiam hodie tutelam deferri.*
3 *De ſucceſſione in tutela legitima.*
4 *De fiduciaria tutela.*
5 *De legitima patronorum tutela.*

1 INteſtato parente mortuo, uel ſi teſtamento tutor datus non eſt, agnatis
deferτur tutela, lege Tab. XII. [a] & quidem proximis, ſiue uni, ſiue pluri-
bus,

a l. inteſtato. l. legitimos. h. t.

bus, qui in eodem gradu ſunt [a] : quamuis iure Saxo. maior natu præfera-
tur. Sunt autem agnati, qui per uirilis ſexus perſonas cognatione iuncti
ſunt [b]. Et hoc quidem ſumma prouidentia conſtitutum eſt, ut qui ſperarēt
habere ſucceſsionem, ijdem tuerentur bona, ne peſſum irent [c]. Qua ratione 2
cum hodie eadem ſit cum agnatis in ſucceſsione cognatorum cauſa, dice-
mus iure nouo ad hos quoque legitimam tutelam pertinere [d]. Eſt autem in 3
tutela legitima locus ſucceſsioni, ut ſi proximior mortem aut capitis di-
minutionem patiatur, qui poſt eum eſt, ſuccedat in tutelę adminiſtratio-
ne [e]. Quare defuncto parente, qui filij emancipati tutor eſt, non qui- 4
dem legitimus (quia non habebat olim diſſoluta agnatione ſpem ſucceſsi-
onis, niſi eam ſibi ſolennibus pactionibus reſeruaſſet [f]) ſed quaſi legiti-
mus: ſi liberi qui in poteſtate patris ad mortem uſque fuerunt perfectæ æ-
tatis exiſtant, fiduciarij tutores fratris emancipati, uel ſororis efficiuntur [g].
Quæ tutela fiduciaria dicta eſt, non ob ius ſucceſsionis, aut agnationem,
quæ emancipatione erat ſublata: ſed quia ob fiduciam diligentiæ & fidei
fraternæ introducta eſt. Patronis quoque lege 12. libertorum tutela manda- 5
ri uidetur, non quidē ſpecialiter, ſed ex ſententia legis per cōſequentias hæ-
reditatū [h]. Hoc intereſt, quòd agnatos ſine diſtinctione lex ſatiſdare iubet:
patronos non item, niſi cauſa cognita [i].

l. ſi relinqui 10. l. ſi plures. h. t. §. fin. Inſtit. de cap. dim.
b l. ſunt aūt. h. t.
c l. 1. h. t.
d §. ex his. in authe. de hare. ab inteſta.
e l. 3. §. fin. h. t.
f tot. tit. ſi quis à par. l. fin. C. de emanc.
g l. 3. § fin. l. 4. h. t.
h Inſtit. de legit. patro. tuto.
i l. legitimos. hoc tit.

## DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS DATIS ab his qui ius dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſsint. Tit. V.

1 *Quando magiſtratus tutores, & quibus dare debeat.*
2 *Quibus det curatores.*
3 *Quomodo hi dentur.*

TVtelis, teſtamentaria & legitima deficientibus uel excuſatis, magiſtra 1
tuum eſt, impuberibus etiā inuitis tutores curare [a]: puberibus uerò da 2
re curatores, non tamen inuitis, niſi ad litem [b]. Item mulieribus [c], & prodi-
gis, ac furioſis, etiam maioribus [d]. Interdum tamen impuberi quoq; datur
curator, ut cum tutor rebus ſupereſſe non poteſt [e]. Tum enim additur ei cu
rator, quia tutorem habenti tutor dari non poteſt [f]. Hi autem omnes dantur 3
etiam inuiti ex inquiſitione [g]. Quòd ſi citra inquiſitionem dati ſint, ſatiſda-
re coguntur [h].

a l. 2. l. 3. l. nec non. l. in omnē. hoc tit.
b l. 1. C. qui petant tuto. &c.
c l. non tantū. hoc tit.
d l. his qui. h. t.
e l. ſolet. ſ. de tutelis.
f §. interdum. Inſt. de curat.
g l. in dando. hoc tit.
h l. impuberi. h. t. Inſtit. de ſatiſda. tuto. in princip.

## QVI PETANT TVTORES VEL CVRAtores, & ubi petantur. Tit. VI

1 *Qui'nam tutores neceſſariò petere debeant.*
2 *Qui pro arbitrio petant.*
3 *Curatores non neceſſariò peti.*
4 *Quando petendi ſint tutores.*
5 *Quo loco.*

QVia uerò magiſtratus non ſolet officium ſuum impertiri in dandis
tutoribus, niſi poſtuletur [a]: rectè & illud cautum ordinatumq; eſt,
qui'nam tutores petere debeant. Sunt autem quidam, quibus neceſſe eſt 1
petere: alioqui aut lucro priuantur, aut puniuntur: quidam ex uoluntate,
& pro arbitrio petunt. Neceſſe habet petere mater [b], cęteroquin hęredita-
te ſe indignam facit [c]. Item liberti impuberis, qui ceſſantes etiam pœnas
luunt,

a l. 4. §. hoc autem. ubi Dd. de dam. inf.
b l. 1. h. t.
c l. 2. 3. l. fin. hoc tit.

2 luunt[a]. Reliqui cognati pro arbitrio & uoluntate petunt[b]. Curatores ſibi
3 ipſi minores, cum poſtulare poſsint, nemo ijs neceſſe habet petere[c]. Sta-
4 tim autem atque opus eſt, puta deficientibus, aut reiectis, aut excuſatis pri-
oribus tutoribus, & copia haberi magiſtratus poteſt, petitio eſt facienda[d]:
5 & quidem eo loco, unde originem ducit pupillus, uel ubi maior eſt faculta-
tum pars[e].

a d. l. 2. in fin.
b d. l. 2.
c d. l. 5. §. fin.
d d. l. 2. 3.
e l. pupillo. ſ. tit. 1. l. unica. C. ubi pet. tu.

## DE ADMINISTRATIONE TVTORVM, & periculo, &c. Tit. VII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Tutorem ſtatim gerere neceſſariò oportere.*
3 *Cui adminiſtratio inter plures ſit credenda.*
4 *Quomodo tutor adminiſtrare debeat, & ad quid teneatur.*
5 *Quo ordine tutores, fideiuſſores, & magiſtratus conueniantur.*
6 *Quatuor remedia, quibus tutoribus ſubueniatur.*
7 *De beneficio diuiſionis.*
8 *De beneficio ordinis.*
9 *De beneficio cedendarum.*
10 *De beneficio actionis utilis, & quare fideiuſſori non detur.*

1 NVnc uideamus de officio & periculo tutorum uel curatorum. Nam
quæ de tutoribus hic dicuntur, eadem ferè omnia etiam in curatorib.
obtinet. Tutorum officium partim in adminiſtratione, partim in authori-
2 tate præſtanda conſiſtit. Adminiſtrare tutor ſtatim ex quo ſcit ſe tutorem
datum, debet, & exinde periculo ſuo ceſſat, atque etiam extra ordinem pi-
3 gnoribus captis compellitur[a]. Quòd ſi plures dati ſint, curæ erit magiſtra-
tui, ut unus tantum gerat: quia facilius actiones & excipere & exercere, a-
liaque negocia explicare poterit, quàm ſi per multos tutela ſpargatur. quod
enim multorum commune eſt, id nemini curæ eſſe ſolet: ut ait Ariſt. libro
2. Politi. Eligendus autem eſt, quem teſtator gerere uoluit, aut cui maior
pars tutelam decernit, aut qui prætori maximè probatur. Planè ſi non con-
ſentiant tutores prætori, ſed uelint omnes gerere, quia fidem non habent e-
lecto, nec uelint ſuccedanei eſſe alieni periculi, aut ſi diuidi inter ſe tutelam
4 petant, partibus, uel regionibus, audiendi ſunt[b]. Is autem qui adminiſtra-
tionem ſuſcipit, primo quoque tempore repertorium facere omnium bo-
norum pupilli, eique poſtea etiam quæſita inſcribere debet: alioqui in dolo
malo eſſe præſumitur, & tenetur in id quod intereſt, quod iureiurando in li-
tem æſtimatur: quin & remoueri, ut ſuſpectus poteſt[c]. Fieri autem inuenta-
rium debet publicè[d], id eſt in præſentia perſonæ publicæ, puta tabellionis[e],
& teſtium. Pupillum autem debet ipſe ex facultatum fructibus alere[f], eiusque
patrimonium tueri, augere, æris alieni habere rationem, actiones exercere,
ſuſcipere tanquam bonus & diligens paterfamiliâs[g]. Pecuniam etiam pu-
pillarem ſi ſuppeditet, in emptiones prædiorum collocare. Tutius enim eſt
aduerſus omnem fortunæ iniuriam & amiſsionem, facultates pupilli in ſo-
lo conſiſtere. Itaque ſi ceſſet in emendo, & pecuniam relinquat ocioſam, ad u-
ſuras tenetur[h]. Et in ſumma, quidquid, dolo, culpa, negligentia tutorum
(nam caſum non præſtant[i]) damni factum eſt, ſiue pupillo abeſt, ad id fini-
ta tutela tenentur[k]. Et primo quidem ij qui geſſerunt, ſinguli in ſolidum[l].
5 Deinde ijs non ſufficientibus, fideiuſſores poſt magiſtratus, qui idoneè ca-
ueri non curarunt[m]. Et poſtremò, tutores honorarij[n]. Nam cum ſint dati
tanquam obſeruatores adminiſtrationis, & cuſtodes, imputabitur eis, cur ſi

a l. 1. h. t. l. 4. C. de ſuſp. tu. §. pen. Inſtit. de ſatiſda. tuto.
b l. 3. cum l. ſeq. h. t.
c l. tutor. qui repertorium. 8. h. t. l. 3. §. pen. ſ. de ſuſpect. tuto. l. tutores. C. eod. l. fin. §. fin. C. arbitrium tutel.
d d. l. fin. §. fin.
e d. l. tutores. C. eod. l. orbanotropheus. C. de epiſcopis et cleri.
f l. 3. §. tutor. hoc tit.
g l. generaliter. 11. l. à tutoribus. 34. h. t. l. conſilio. ſ. de curatori. furio.
h d. l. tutor qui repertoriũ. §. ſi poſt depoſitionẽ.
i l. ſi res. l. tutoribus. C. de periculo tuto.
k d. l. tutor qui reperto. §. competit. t. t. C. arbitri. tute.
l l. tres tutores. 58.
m l. 1. §. uſque adeò. ſ. de tutelæ & rom.
n l. tutores qui poſt. 40. §. in eum.

 malè

male tutorem gerere uidebant, ſuſpectum non fecerint [a]. Etſi autem tuto-
res ſinguli in ſolidũ teneãtur, tamen quatuor remedijs ſuccurri ijs ſolet: nem 6
pe diuiſionis, ordinis, cedendarum, & actionis utilis. de quibus Dd. alibi
fuſius diſputant [b]. Diuiſionis beneficium competit pluribus tutoribus, 7
qui non diuiſam tutelam ſimul adminiſtrarũt, dummodo ſoluendo omnes
ſint. Petunt enim ut diuidatur inter eos obligatio, & proportionibus uiri-
libus exigantur [c]. Dico non diuiſam tutelam: nam ſi à teſtatore uel lege
(ipſi enim tutores diuidere alioqui pro arbitrio nequeunt) diſtributa in
partes ſit tutela, ipſo iure tuti ſunt, ne ultra ſuam portionem conuenian-
tur [d]: quemadmodum & fideiuſſores, qui in partes ſpoponderunt [e]. Ad-
do, ſi omnes ſoluendo ſint, aut fideiuſſores habeant idoneos: nam alicu-
ius inopia non pupilli, ſed contutorum periculo eſt [f], exemplo fideiuſſo-
rum [g]. Secundum eſt beneficium ordinis: quod locum habet, cum alter 8
geſsit tutelam, alter non geſsit, neque geri mandauit. nam mandans per-
inde habetur, ac ſi geſsiſſet [h]. Ordo autem eſt, ut (ſicuti dictũ eſt) prius ex-
cutiantur bona, fideiuſſoresq́; eius qui geſsit: ac tum demum quatenus nõ
inuenitur ſoluendo, magiſtratus qui parum idoneè dedit, tutoresq́; hono-
rarij teneantur [i]. Tertium eſt cedendarum beneficium. Tutor enim qui in 9
ſolidum pro collega exigitur, poteſt à pupillo petere, cedi ſibi actiones ad
uerſus contutorem, quibus contra eum experiatur, ſi fortè is ad meliorem
fortunam perueniat [k]. Quartum eſt utilis actionis negociorum geſtorũ: 10
qua omiſſa ceſsionis petitione collegam, is qui ſoluit, conuenire poteſt [l], e-
tiamſi hæc actio fideiuſſoribus denegetur [m]: quia fideiuſſor ſoluens pro
reo principali ſoluit, non pro confideiuſſore, cuius negocium nõ gerit, ſed
debitoris: ut non mirum ſit, ſi hoc nomine confideiuſſores neutiquam ha-
beat obligatos.

a d.l.3.§.1.
b in l.1.C.de tranſactionib.
c l.1.§.nunc tractemus de tute.& ratio.diſt. d.l.1.C.de diuiden.tute.
d l.2.C.de diui.tute.
e l.inter eos.51.in princ.de fideiuſ.
f d.l.1.§.nunc tractemus.
g §.ſi plures. Inſtit.de fideiuſſ.l.fin.C.de conſt.pecu.l.fi.deiuſſor.C.de fideiuſſ.
h l.5.§.geſsiſſe.de admin.tuto.
i d.l.1.§.nunc tractemus.& §.uſque adeò.
k d.l.1.§.nunc tractemus.& §.planè.
l d.l.1.§.nunc tractemus.l.ex facto.
m l.ut fideiuſſ.de fideiuſſor.l.Stichum.§.pen.de ſolutio.

## DE AVTHORITATE ET CONSENSV tutorum uel curatorum. Tit. VIII.

1 *Quid ſit authoritatem præſtare.*
2 *An pupillus naturaliter ſine authoritate tutoris obligetur.*
3 *Meliorem conditionem ſuam pupillus facere poteſt, non deteriorem.*
4 *Qui, quibus in cauſis authores fieri debeant.*
5 *Quare authoritas in ipſo actu interuenire, non ſubſequi debeat.*

AVthoritatem præſtare tutor dicitur, cum probat id quod agitur [a]: ſi 1
modò quale eſſet quod ageretur, intellexerit [b]. Neceſſe eſt autem 2
in omnibus pupilli obligationibus tutorem intercedere, & ſuo cõſenſu ob-
ligationem approbare, alioqui pupillus non obligatur [c], ne naturaliter
quidem, hoc eſt iure gentium, ſic ut nec exigi poſsit pupillus, & ſi exactum
ſoluerit, habeat repetitionem [d]: etiamſi naturaliter obligetur, quod ad con-
ſenſum naturalem attinet [e], & quatenus factus eſt alieno damno locuple-
tior: qua ex cauſa, etiam ciuilis actio datur [f]. Et hæc quidem fauore pupillo-
rum, ne imbecillis & improuida ætas facilè capiatur, introducta ſunt.
Itaq; poteſt meliorem quidem conditionem ſuam pupillus facere, ut ſtipu- 3
lari, & alterum ſibi obligare [g]. Nullum enim periculum eſt, ut inquit Plau-
tus, ſtipularier. Deteriorem uerò non aliter, quàm cum tutoris authoritate:
qui ſi authoritatem præſtando res pupillares diminuat, extra damnum eſt
pupillus: cùm quia tutor rem illi ſaluam præſtare debet, tum quòd in inte-
grum reſtitui poteſt. Sufficit autem uel unius tutoris authoritas, qui tamen 4
admini-

a l.3.h.t.
b l.non multũ.14.h.t.
c l.5.§.1.h.t. in princ.Inſtit.eod.
d l.quod pupillus.de cõdictio.indeb.l.pupillus iuncta l.naturales de actio.
e l.1.in fin.de nouatio.
f l.1.§.an pupillum.ff.depoſiti.
g in princ.Inſt.eod.

adminiſtrationem habeat[a]. Nam honorarium tutorem uerius eſt non poſſe fieri autorē[b], cum pro extraneo habeatur[c]. Sanè ſi tutela diuiſa ſit, quiſque in ſua adminiſtratione author fieri debet[d]: ſi de cōmuni negocio agat, puta de finienda tutela, tunc quod omnes tangit, ab omnibus eſt approbandum[e]: ſin de priuato tutoris, in ſua is cauſa author fieri nequit[f]. Oportet autem tutorem in ipſo negocio authorem fieri, alioqui poſtea conſentiens nihil agit[g]. Nam quæ ſunt ſolennitatis, in ipſo actu interueniāt neceſſe eſt[h]. Authoritas autem pars ſolennitatis eſt[i]. Quæ de tutoribus dicta ſūnt, eadē obtinent in authoritate curatorum[k].

a l.5.h.t.l.1.C. ſi ex plu.tut. b l.4.h.t. c l. tutores. 6. hoc tit. d l.ſi duo.52. de adminiſt. tuto.l.ult. C. ſi ex plu.tuto. e l. fin. C.eod. tit. f l.1. in princ.l. 5.l. fin. h.t.§.fi. Inſtit.eod. g l.obligari.9. §. tutor. h. t. §. pen.Inſtit.eod. h c. auditis. c. quia propter. de electio. i l. quicunq;.§. fin. ubi gl. & Dd. de publiciana. k l.ſi curatorē. C. de minorib.

## QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL curatoris minores agere, &c. Tit. IX.

1 *Quando pupillo ex facto tutoris detur actio.*
2 *Quando contra pupillum detur.*
3 *Finita tutela, finiri moleſtias & onera tutelæ.*

SCiendum autem eſt, ex geſtu tutoris nonnunquam agere & conueniri pupillum poſſe, de eo quod non ipſe tutore authore, ſed ſolus tutor geſſit: etiamſi ex contractu alterius, alteri actio regulariter non detur[a]. Nam ſi tutor, uel in rebus pupillaribus, uel nomine pupilli utiliter contraxerit, eius nomine utilis datur pupillo actio[b]: ſicuti etiam cum pecunia pupillari quid emit, licet non pupillari nomine. Contrà, ſi quid ob dolum malum, uel culpam tutoris acquiſiuit, & factus eſt locupletior, meritò in id conueniri poteſt: quia æquum eſt, dolum tutoris pupillo neque nocere, neq; prodeſſe[c]. Idemq; erit, ſi in rem pupilli contraxit: ut ſi mutuam pecuniam in eius utilitatem conuertit[d]. Naturâ enim æquum eſt, pupillum, cum alterius damno non locupletari[e]. Sed etſi tutor uel curator, pupilli minoriſue nomine condemnatus ſit, conſentaneum erit, finito officio moleſtias ac pericula finiri[f], & actionem in ipſum minorem, cuius res geſta eſt dari[g]: ut cōtrà pupillo quæritur actio, ſi ſecundum tutorem aut eius actorem res ſit iudicata[h].

(marginal numbers: 1 at "ſit: etiamſi", 2 at "quid emit", 3 at "damno non")

a l. quo tutela. 74.§. fin. de reg. iur. b l.2.h.t. l.D.l. pen.C.eod. c l.1.l.3. h.t. d l.3.C. eod. e d.l.1.§.an pupillum. ff. depoſiti. f l.fi. C.de pericu.tute. g l.pen.h.t.l.1. C. eod. l.4.§.1. de re iudica. h l.tutor.6.h.t.

## DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL curatoribus. Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Quis dicatur ſuſpectus.*
3 *Quare, & qua lege inducta ſit ſuſpecti accuſatio.*
4 *Quis de ſuſpecto cognoſcat.*
5 *Qui, à quibus accuſari de ſuſpecto poſſint.*
6 *Quando iudex ſine accuſatione remouere ſuſpectum queat.*
7 *Cauſæ iuſtæ propter quas quis redditur ſuſpectus, & amoueri poteſt.*
8 *Effectus huius accuſationis.*

1 REſtat, ut uideamus quemadmodum tutela finiatur: quod fit duabus potiſsimùm ex cauſis. Vel cum amouentur tutores, ut ſuſpecti: uel
2 cum excuſatione iuſta onus deprecantur. Suſpectus is dicitur, quem ſu-
3 ſpicio eſt fraudulenter, aut perperam in tutela gerenda uerſari. Suſpecti crimen ex XII. Tab. deſcendit[a]. Viſum enim fuit, etiamſi tutor ſatiſdediſſet, tamen expedire rem ſaluam eſſe pupillo magis, quàm tabulas cautionis
4 habere[b]. Et huius criminis cognitio pertinet ad prætorem in urbe, ad præ-
5 ſidem in prouincia[c]. Accuſari autem poſſunt omnes, ut ſuſpecti, cuiuſcunq; etiā ſint generis aut conditionis tutores, ab omnib. omnino, quibus

a l.1. in princ. hoc tit. b l.ſuſpectus. hoc tit. c l.1.§.1.h.t.

uidebitur: eſt enim popularis quaſi actio, etiam mulieribus, quæ tum pie-
tate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt, conceſſa[a]. Impuberius autem
non permittitur ſuſpectos tutores facere: etiamſi adoleſcentes de conſilio
neceſſariorum ad accuſandum admittantur[b]. Sed & ſine accuſatione quã- 6
doq; ex officio remouet magiſtratus, ſi aperitiſsimis rerũ argumẽtis liqueat
eſſe ſuſpectum[c]. Cauſæ autem ſuſpectionis iuſtæ ſunt: dolus in tutela 7
commiſſus[d], uel lata culpa[e]: inimicitiæ cum pupillo, uel eius parentibus ſu-
ſceptæ[f]: denegatio alimentorũ[g]: item ſi tutor repertorium non faciat[h]. Eſt
& cum propter ſegnitiem, ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem uel ineptiã
tutor remouetur[i]. Suſpectum etiam tutorem eſſe putamus, qui moribus ta
lis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enimuerò quamuis pauper tutor ſuſpectus nõ eſt[k]:
adiungi tamẽ curator ex cauſa ei poteſt[l]. Effectus autem huius accuſati- 8
onis eſt, ut probata ſuſpicionis cauſa (ſicuti ab accuſatore probanda eſt[m])
remoueatur tutor, etiamſi cautionem offerat[n]: & ſiquidem ob dolum re-
moueatur, ſubit ignominiã: ſin ob culpam, negligentiam, aut aliam cauſam,
non ęquè[o]. Itaq; ſi tutor aliquo neceſsitudinis uinculo ſit pupillo iunctus,
humanius erit, curatorem ei potius adiungi, quàm eundem cum nota fidei
& exiſtimationis amoueri[p].

*a l.1.§.pen.& fin.h.t. b l. impuberib. h.t. l.pietatis.C. eod. §. impuberes. Inſtit.eod. c l.3.§.præterea.l.fin.h.t. d d.l.3.§.nunc uideamus.& §. Seuerus. e d.l. impuberibus.§.1. f d.l.3.§.ſi tutor. g d.l.3. §. tutor qui ad alimẽta. h d.l.3.§.pen. i d.l.3.§.fin. k l.ſuſpectum. 8.h.t. l d.l. pietatis. C.eod. m l.quoties.§. qui dolo.de probationibus. d. l pietatis. n d.l.ſuſpectus. cum l.ſeq.h.t.§. pen. Inſtit eod. o §.ſuſpectus. Inſtit.eod.d.l.3. §.fin. p l.ſi tutor. h.t.*

# DIGEST. LIBER XXVII.

## DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM uel curatorum. Tit. I.


1 *Excuſatio quid ſit.*
2 *Intra quod tempus proponenda & terminanda.*
3 *Quæ cauſæ iuſtam pariant excuſationem.*
4 *Quibus modis tutela finiatur.*


EXcuſatio eſt alicuius iuſtæ cauſæ allegatio, propter quam quis 1
tutelã deprecat̃, & eius onere ſe liberari petit: qua omnino opus
eſt, cum alicui iure tutela eſt decreta[a]. Eſt enim neceſſariũ tutelæ
munus[b]: adeò, ut ſuo periculo ceſſet tutor, poſtquam datus eſt, 2
niſi excuſetur. Proponenda autem eſt excuſatio intra 50. dies continuos à
tempore, quo quis ſciuit ſe tutorem datum[c], niſi ultra centeſimum lapidem
habitet[d]. Cognitio autem eius inter quatuor mẽſes à nominatione, hoc eſt,
nominata & propoſita excuſatione, terminãda eſt, ne pupillus diutius ſine
tutela in defenſus relinquatur[e]. Excuſationem à tutela iuſtam pariunt: ętas 3
liberorum, & tutelarum numerus, profeſsio, dignitas, inimicitia, fortuna,
abſentia, ualetudo, priuilegium, & lis.

Aetas, quæ uel infra 25. aut ſupra 70. annum eſt[f].

Numerus triũ liberorũ Romæ, in Italia quatuor, in Prouincia quinq;[g].

Numerus trium tutelarum, aut curarum[h].

Profeſsio Philoſophiæ, Grammaticæ, Rhetorices, Dialecticę, Medicinæ, etiam Iuriſprudentiæ, aliarumq; artium in ſcholis approbatis[i]: quamuis extra eiuſmodi profeſsionem iuriſprudentia non excuſet.

Dignitas, ut præfecturæ, conſiliariatus, magiſtratus legationis, &c[k].

Inimicitię cum patre pupilli exercitæ[l].

Fortuna, ut ruſticitas, & interdum paupertas[m].

Abſentia, non modò iuſta, ut militiæ, ſed etiam iniuſta, ut deportationis, exilij, deſertionis, &c[n].

Valetudo, ut ſi quis furore, aut ſontico morbo ita adfectus ſit, uel ea imperitia

*a l. ſcire etiam oportet. 13.§.fi. hoc tit. b l.nullus.C.de decurionib. lib. 10.Inſtit.eod.in princ. c d.l.ſcire.§.2. & §.cõſequens. d d.l.ſcire. §. 2. & 3.§. qui aũt. Inſtit.eod. e l. quinquaginta.48.h.t. f l.3.de iure immunita. §. item maior.Inſt.eod. g in princ.Inſt. eod.l.2.de uacatione mune.t.t. C.de his qui nume.libero. li.10. h §.item tria. Inſt.eod. l.diximus. 4. cum l. ſeq.h.t. i l. 6. §.fin.l.iuriſperitos.30.h.t. §. item Romæ.Inſt.eod. k l.adminiſtrantes.41. d.l. iuriſperitos.h.t. §.& qui. l Inſt. eod. l etſi milites. 8. §.item ſi.propter.Inſt.eod.d.l.6.in fine. m d.l.6.§.fin.l.paupertas.7.h.t. §. propter.Inſt. eod. n l.ſed cum ll.ſeq.l.planè.29.l.propter.23.h.t.d.§.item.*

peritia,ſocordiaq; animi laboret,ut ſuis rebus ſupereſſe uix poſsit[a].

Priuilegium, ut militum ueteranorum[b] athletarum, qui in ſacris certaminibus coronati ſunt[c],piſtorum,menſorum,frumentariorũ:quia quotidiana horum opera,propter annonam Reſp. carere non poteſt[d]. Item ilienſium,quib. tanquã parentib.Romani pleniſsimã immunitatẽ conceſſerũt[e].

Lis,ut ſi de hæreditate, uel uniuerſis bonis inter tutorem & pupillum cõtrouerſia oriatur[f].

Et hæc etiam in curatoribus obſeruantur: qui inſuper alia etiam ratione à cura excuſari poſſunt,ut maritus aut ſponſus iuſtè recuſat curã uxoris ſpõſæ'ue[g]: quamuis iure Sax. ipſo coniugio tutor uxoris legitimus, ſiue curator exiſtat.Item qui tutor fuit, non eſt temerè curatoris onere grauandus[h].

4 Et his quidem duobus modis potiſsimũ tutela finitur: de reliquis, alibi tractatur[i],qui cum nihil dubitationis habeant cui (enim dubiũ eſſe poteſt, quin puberi ętate,morte,capitis diminutione tutela expiret?)nõ fuit uiſum operępretium iuris compoſitoribus, ſingularem de ijs inſtituere tractatũ.

*a §. item propter aduerſam. Inſt. eod. l. non ſolum.10.in fin.*
*b d.l.ſed & milites.*
*c d. l. athletæ. in princ.*
*d l. non tantũ. 17.§. nõ omnia. l. menſores. 26. l.qui in collegio.46.h.t.*
*e d.l. non tantum.§.1.*
*f d.l.propter. h.t.§.item propter litem. Inſt. eod.l.ſi ut allegas.C.eod.tit.*
*g l.maritus.C. qui dari tuto: §. pen. Inſtit. eod.*
*h §.qui tutelã. Inſt.eod.*
*i Inſtit. quibus mod.tut.fin.*

## VBI PVPILLVS EDVCARI VEL MORARI, & de alimentis ei præſtandis. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Vbi,& apud quem pupillus ſit educandus.*
3 *Quomodo alimenta pupillo ſint decernenda.*

1 ANtequam ad actiones tutelarum perueniamus, obiter exponere non
eſt alienum,ubi pupillus educari, uel morari debeat, & quæ illi præ-
ſtanda ſint alimenta:interea fortè,dum de ſuſpecto tutore aut excuſationi-
2 bus litigatur. Sciendum autem eſt, pupillum potiſsimùm eſſe educandũ
apud matrem,niſi uitricum ſuper induxerit[a] : aut alium neceſſariũ maximè
idoneũ,minimeq; obnoxiũ ſuſpicionibus:quod ex perſona,ex conditione,
ex tempore,ex ſucceſsionis etiã ſpe magiſtratus ſtatuit,& nonnunquã à uo
luntate patris recedit.Id enim agere magiſtratũ oportet,ut ſine ulla maligna
3 ſuſpicione pupillus educet[b]. Alimenta quoq; pro modo facultatũ pupilli,
à prætore aut iudice ſunt decernenda[c]:quæ quidẽ ſic ſtatuentur,ut non uni
uerſum reditũ patrimonij exhauriãt,ſed ut aliquid ex reditu ſuperſit.Ad in
ſtitutionẽ quoq; ſumptus decernendi ſunt[d]. Solent tamen interdum ſuo ar
bitratu pupillũ tutores alere, ſi fortè expediat,ſecreta patrimonij non diuul
gari: eoſq; ſumptus, pro arbitrio boni uiri reputabunt[e]. Sanè ſi egenus ſit
pupillus,de ſuo eum alere tutores non compelluntur[f].

*a l.1.C.eod.*
*b l.1.h.t.l.2.C. eod.*
*c l.2.h.t.*
*d l.3.h.t.*
*e l.2.h.t.l.ul. & de alimen. pupil. præſt.*
*f d.l.3.§.fin.*

## DE TVTELAE ET RATIONIBVS DISTRAhendis, & utili curationis cauſa actione. Tit. III.

1 *Duplicem actionem pupillo in tutorem dari.*
2 *Quid ſit actio tutelæ.*
3 *Quando detur.*
4 *Cui,aduerſus quem detur.*
5 *Quid in eam ueniat.*
6 *Actio de rationibus diſtrahendis.*
7 *Quæ actiones minori contra curatores dentur.*

1 NVnc uideamus de actionibus tutelæ. Et ſciendum eſt, duplicem dari pupillo aduerſus tutores actionem: quarum altera tutelæ actio, altera de diſtrahendis rationibus uocatur.

2 Eſt autem tutelæ actio perſonalis,quæ finita tutela pupillo datur, aduerſus tutorem,ut actus ſui & adminiſtrationis rationes reddat[a]. Finita

*a l.1.in princ & §.officio. hoc tit.*

demum tutela datur. nam abſurdum eſſet, rationem adminiſtrationis repo- 3
ſci ab eo, qui etiamnum in ea perſeueraret[a]. Datur autem pupillo, & e- 4
ius hæredi, aduerſus tutorem, eiusq́ ſucceſſores[b]. Veniunt in hanc actio 5
nem hæc ferè: rationum confectio, & exhibitio[c]: res minoris necdum reſtitutæ, & reliqua[d]: quidquid dolo, culpa, negligentia tutoris, uel abeſt cōmodi, uel adeſt damni[e]. Eſt autem hæc actio bonæ fidei[f], & famoſa, ſi quis condēnetur ob dolū[g]. Altera actio de rationib. diſtrahendis datur aduerſus tutorē, de ijs reb. quas ex bonis pupilli durāte tutela abſtulit[h]. Daturq́ propter furti, nec manifeſti ſpeciem, quam factum habet, in duplum[i]: unde quia pœnalis eſt, in hæredes non tranſit[k]. Tum autē datur, cum & actio tutelę: finito ſcilicet officio. nam cum ea concurrit, licet altera tollat alteram[l]. Vtraq́ autem hæc actio utilis, datur minori aduerſus curatorem[m]: quanquam & utili negociorum geſtorum rectè experiatur[n]. Super hęc, & condictione furtiua & furti tenentur adminiſtratores, ijs de rebus, quas dolo malo in officio interuertiſſe probantur[o].

*a l. ſi tutor. 9. §. abſurdū. & §. ult. cū l. ſeq. h. t. b d. l. 1. §. planè. in fin. l. tutelæ. C. arbitriū tutel. l. ex depoſiti. l. ex contractib. de actio. c d. l. 1. §. officio. d l. tutorē. l. 3. C. arbitriū tutel. l. Lucius. ſ. de admini tuto. e l. 1. h. t. l. cum interdictæ. l. quicquid. C. arbitrium tutel. f d. l. 1. §. 1. g l. 1. de his qui not. infa. §. ſuſpectus. Inſtit. de ſuſpect. tuto. h d. l. 1. §. pen. l. 2. §. fin. h. t. l. 2. ſ tit. 1. i d. l. 1. §. pen. d. l. 2. §. fin. k d. l. 1. §. fin. l d. l. 1. §. pen. & fin. m l. ſi curator. C. arbi. tu. l. 3. l. alterius. 20. h. t. n d. l. quidquid. l. ſi curatoris. C. de nego. geſto. o d. l. 1. §. pen. & fin. cum l. ſeq. l. etiam furti. cum ibi notat. C. de furt.*

## DE CONTRARIA TVTELAE ET VTILI actione. Tit. IIII.

1 *Qualis ſit hæc actio, unde oriatur.*
2 *Quibus detur.*
3 *Quis ſit protutor.*
4 *Aduerſus quos, & ad quid hæc actio detur.*

CONtrariam tutelæ actionem prætor propoſuit, induxitq́ in uſum, ut 1
facilius tutores ad adminiſtrationem accederēt, ſcientes pupillū quoque ſibi obligatū fore ex ſua adminiſtratione. Quanquam enim ſine tutoris autoritate pupillus non obligatur, nec in rem ſuam tutor obligare pupillū poteſt: attamen receptū eſt, ut tutori ſuo pupillus ſine tutoris autoritate ciuiliter obligetur: ut promptius de ſuo tutores impēdant aliquid pro pupillis, dum ſciunt ſe recepturos quod impendiſſent[a]. Hæc actio non ſolùm tu- 2
tori, ſed etiā utiliter protutori, & curatoribus datur[b]. Protutorē dicimus, 3
qui cū nō ſit tutor, quaſi tutor negocia gerit: ſicuti proconſulē, pro pretorē, &c. Datur autē hæc actio, finito officio[c], aduerſus pupillū, uel adoleſcentē, 4
ad ea cōſequenda quæ propter tutelā abſunt: dummodò ex officio, & bona fide ſumptus facti obligationesq́ ſuſceptę ſint[d]. Hanc actionem, cum ſit rei perſecutoria, perpetuam eſſe, & hęredib. contra hęredes dari, palàm eſt[e].

*a l. 1. in princ. hoc tit. b d. l. 1. §. hæc actio. c d. l. 1. §. finito. l. 4. h. t. d l. 1. §. pen. l. 3. in princ. & §. 1. cum ſeq. l. fin. hoc tit. e d. l. 3. §. fin. l. pen. h. t.*

## DE EO QVI PRO TVTORE VEL curatore negocia geſsit. Tit. V.

*Quare hæc actio ſit introducta.*
2 *Cui, aduerſus quos, ad quid detur.*

PRotutelæ actionem neceſſariò prætor propoſuit. Nam cum plerumq́ 1
incertū ſit, utrū quis tutor, an uerò quaſi tutor pro tutore adminiſtrauerit tutelam: idcirco in utrunq́ caſum actionem ſcripſit, ut ſiue tutor ſit, ſiue non ſit, qui geſsit, actione tamen teneatur. Pro tutore autem negocia gerit, 2
qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putat tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen. Cum hoc etiam ante pubertatem agi poteſt, quia uerè tutor non eſt[a], licet aliud in actione tutelæ obſeruetur. Hanc in actionē uenit, quidquid geſtum eſt, & quod non eſt geſtum, dummodo alius geſturus erat[b]. Nam eandem fidem & diligentiam præſtabit, quam tutor, qui pro tutore negocia gerit[c]. Contrarium etiam exemplo tutoris, huic iudicium de impenſis competit[d].

*a l. 1. in princ. & §. 1. h. t. b d. l. 1. §. fin. c l. pen. h. t. d l. fin. h. t.*

QVOD

## QVOD FALSO TVTORE AVTHORE geſtum eſſe dicetur, &c. TIT. VI.

1 *Ratio huius edicti.*
2 *Edictum.*
3 *Ex primo edicti capite dari reſtitutionem.*
4 *Ex ſecundo actionem, & cui, aduerſus quos, ad quid ea detur.*

1 DE eo quod falſo tutore authore geſtum eſt, actionem pollicetur prætor: ne contrahentes cum pupillo, facilè decipiantur, dum falſus tutor per dolum adhibetur. Verba autem huius edicti ita ſe habent:
2 QVOD EO AVTHORE, QVI TVTOR NON FVERIT, GESTVM
» ERIT, SI ID ACTOR IGNORAVIT, DABO IN INTEGRVM RE-
» STITVTIONEM. IN EVM, QVI CVM TVTOR NON ESSET, DO
» LO MALO AVTOR FACTVS ESSE DICETVR, IVDICIVM DA-
» BO, VT QVANTI EA RES ERIT, IN TANTAM PECVNIAM
3 CONDEMNETVR[a]. Ex priore igitur huius edicti capite, prætor dat in integrum reſtitutionem, ei qui ignorauit ſe cum falſo tutore rem gerere. Scienti enim non ſubuenit, quia ſeipſe decepit[b], niſi minori[c].
4 In ſecundo actionem porrigit aduerſus falſum tutorē, qui in dolo malo fuit, ad id quod intereſt deceptum non eſſe[d]: in quam etiam uenient ſumptus, quos facturus eſt actor, reſtitutoria agendo, hoc eſt, petendo in integrū reſtitutionē[e]. Si plures ſint, qui authores fuerunt, omnes quidem in ſolidum, propter dolum tenentur: ſed perceptione, id eſt ſolutione ab uno facta, cęteri liberant̃, non electione[f]. Hæc actio datur hæredibus, non etiam in hæredes: quia ex delicto eſt[g]. Porrò iſtius actionis exemplo, hoc eſt, ex interpretatione edicti, datur actio aduerſus doloſum, etiam ipſi authori, qui inſcius alterius dolo inductus eſt ad authorandum[h]: item ipſi minori, uel pupillo, ſi quid ex geſtione falſi tutoris damni accepit[i].

a l.1.§.1.& §.fin. l.nouißimè. in princ. h.t.
b d.l.1.§.fin.
c l.4.h.t.
d d.l.nouißimè.
e d.l.nouißimè. in fin.
f d.l. nouißimè.§.fin.cum l.ſeq.
g l.huius.9. hoc tit.
h d.l.huius.
i l.pen. & fin, hoc tit.

## DE FIDEIVSSORIBVS ET NOMINATOribus, & hæredibus tutorum & curatorum. Tit. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Fideiußores quando & quomodo conueniantur.*
3 *Qui pro fideiuſſoribus habeantur.*
4 *Quomodo hæredes tutorum conueniantur.*

1 ET hoc quidem modo conueniuntur, qui tutelam aut curam geſſerunt: nunc uideamus, quemadmodum perſonæ quæ his accedunt, ſuccedunt'ue, in ſubſidium exigantur.
2 Et quia diximus datis fideiuſſoribus, ſatiſdari à tutoribus ſolere, rem pupilli ſaluam fore[a]: ſciendum eſt, factis non ſoluendo tutoribus, eorum fideiuſſores teneri ac cōueniri eodem modo, quo tutores[b]. Hoc etiam deteriore loco conſtituti, quòd beneficium diuiſionis pupillo obijcere nequeant[c], niſi ex perſona & cauſa tutorum, pro quibus
3 fideiuſſerunt[d]. Fideiuſſores autem non illi tantum exiſtimandi ſunt, qui promiſerunt[e], ſed qui præſentes fuerunt, & non contradixerunt, nominaq́ ſua referri in acta publica paſſi ſunt[f]. Eadem cauſa uidetur adfirmatorum, qui cum idoneos eſſe tutores adfirmauerint, fideiuſſorum uicem ſuſtinēt[g]: item poſtulantium, nominantiumq́ aliquem in tutorem. Videntur enim
4 idoneum præſtare uelle[h]. Hæredes etiam tutorum actione tutelæ tenentur, & defuncti tutoris nomine, & etiam ſuo, ſi fortè negocia inchoata à defuncto, ut debent, abſoluerint, uel res pupillares habeant[i].

a l.5.& 7. h.t.l.1. §.exigere. ĵ.tit.1.
b d.l.5.
c l.fin.ff.rem pupil.ſal.fore.
d l.6.& 7.h.t.
e l. blanditus. C. de fideiußor.
f l.4.§.fin.h.t.
g d.l.4.§.fin.
h l.2.h.t.
i l.1.4.& fin, hoc tit.

DE MA-

## DE MAGISTRATIBVS CONVENIEN-dis, & eorum hæredibus.

### TIT. VIII.

1 *Quo ordine conueniatur magiſtratus.*
2 *Ex quibus cauſis.*
3 *Quatenus ſinguli teneantur.*
4 *Quatenus hæredes & fideiuſſores eorum teneantur.*

EXcuſsis tutorum,curatorum & fideiuſſorum facultatibus,ſi ne ſic qui- 1
dem pupillo ſatisfactũ reperiatur: utilis ſubſidiaria actio in magiſtra-
tum dari ſolet,non in totum ordinem, ſed eos qui dederunt[a]. Quòd ita ue-
rum eſt,ſi dolus uel culpa ijs imputari poteſt. Vel quia tutores appellati 2
non dederunt, uel quia dederunt, aut nominarũt minus idoneos,uel quod
cautionem nõ exigerunt[b].Quòd ſi in his magiſtratui nihil imputari poteſt,
non debet caſus futuros, & fortunam pupillo præſtare[c]. Probatio autem,
dolum & culpam abeſſe non pupillo,ſed magiſtratui incumbit[d]. Tenen- 3
tur autem ſinguli in ſolidũm[e]: ſed ſi omnes ſoluendo ſint,nec dolus eorum
arguatur, æquius erit in uiriles portiones exigi[f]. Hæredes porrò eorum 4
eatenus conueniuntur,quatenus dolus aut lata culpa arguitur[g]. Fideiuſſo-
res magiſtratuum non tenentur,qui Remp.non pupilli ſaluam fore promi-
ſerunt. In patrem tamen de peculio actio datur[h]. Aduerſus prætorem,aut
alium,cui ius dandi tutoris eſt, hac actione agi nequit,propter dignitatem
& quoniam ex relatu magiſtratuum municipalium plerumque conſtituere:
tutores ſolent[i].

a *l.1. in princ. hoc tit.*
b *l.1.§.ſi præſes. cũ mult.ſeq.*
c *d.l.1.§.quod ſi.*
d *d.l.1.§.probatio.*
e *l.pen.h.t.*
f *l.in magiſtratus.7.h.t.*
g *l.4.l.6.h.t.*
h *d.l.1.§.fin.*
i *l.1.§.ſi præſes.*

## DE REBVS EORVM QVI SVB TVTE-la uel cura ſunt,ſine decreto, &c.

### TIT. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Oratio Seueri,de non alienandis minorum rebus.*
3 *Extenſio orationis ad res mobiles.*
4 *Quæ ſint neceſſaria in alienatione rerum minorum.*
5 *Quæ actiones hoc nomine minori competant.*

ET hę quidem actiones,ex tutelæ curæ'ue adminiſtratione ultrò citrò- 1
que naſcuntur. Sed quia interdum ne ſic quidem res ſalua pupillo eſt,
per inopiam debitorum: reſtat, ut aduerſus eos, in quos res pupillares a-
lienatæ dicuntur, ultimo loco eatur. Nam ſciendum eſt,oratione D. Se-
ueri, quæ in ſenatu Tertyllo & Clemente Coſs.recitata eſt prohibitos eſſe
tutores & curatores, prædia ruſtica uel ſuburbana diſtrahere, ſine decreto
prætoris,& euidenti neceſsitate. Verba orationis hæc ſunt: PRAETE- 2
REA PATRES CONSCRIPTI, INTERDICAM TVTORIBVS
ET CVRATORIBVS, NE PRAEDIA RVSTICA VEL SVBVR-
BANA DISTRAHANT, NISI VT ID FIERET PARENTES TE
STAMENTO VEL CODICILIS CAVERINT: QVÒD SI FORTE'
AES ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBVS EXTERIS
NON POSSIT EXOLVI, TVNC PRAETOR VRBANVS VIR CLA
RISSIMVS ADEATVR, QVI PRO SVA RELIGIONE AESTI-
MET, QVAE POSSINT ALIENARI, OBLIGARI'VE DEBEANT:
MANENTE PVPILLO ACTIONE, SI POSTEA POTVERIT PRO
BARI OBREPTVM ESSE PRAETORI. SI COMMVNIS RES E-
RIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCET, AVT SI CRE
DITOR, QVI PIGNORI AGRVM À PARENTE PVPILLI ACCE
PERIT, IVS EXEQVETVR, NIHIL NOVANDVM CENSEO[a].

a *l.1.*

Hanc

3 Hanc orationem, quæ de rebus duntaxat ſoli loquitur, Iuſtinianus poſtea
ad omnes omnino res pupillorum extendit: exceptis ijs quæ ſeruando ſer-
uari non poſſunt, cuiuſmodi ſunt animalia ſuperuacanea, ueſtes, fructus,
&c.[a] Præter hæc, nihil ex rebus minorum alienari poteſt[b], niſi tribus
4 concurrentibus: uidelicet ære pupilli alieno, quod diſſolui ſit neceſſe, nec
aliunde ſolui poteſt[c]: deinde decreto magiſtratus, qui cognoſcit iuſta'ne
ſubſit diſtrahendi neceſsitas, an non[d]: tertiò, authoritate tutoris[e]. Horum
5 aliquo deficiente nulla eſt alienatio, & habet minor non modò perſona-
lem tutelæ actionem, ſed rei quoque uendicationem, ad res ſuas à quo-
cunque poſſeſſore reuocandas[f]. Nam ſi obreptum per falſam cauſam pro-
betur prætori, uel ſine neceſsitate prætor decernit, nullum eſt decretum[g].
Quòd ut omnia hæc rectè intercedant, tamen ſi appareat poſtea læſum eſſe
minorem, in integrum reſtitutionem poſtulare poteſt[h].

## DE CVRATORIBVS FVRIOSO ET PRO-digo, uel alijs extra minores dandis.

## Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Furioſo curatorem, non tutorem dari proximum agnatum.*
3 *Idem in prodigo, & quis ſit prodigus.*
4 *Quibus præterea curator detur.*
5 *An detur mulieribus.*
6 *Qualis hæc ſit cura.*
7 *De officio horum curatorum.*
8 *Quando hæc cura finiatur.*

1 DIſſeruimus hactenus de tutoribus & curatoribus, qui minori ætati dã-
tur: nunc, ne quid omittatur, quibus extra minores ijdem præfici
2 ſoleant, breuiter admoneamus. Ac ſciendum eſt, furioſo ipſo iure interdici
bonis[a], & ex magiſtratus cognitione curatorem (bonorum enim præci-
puè habetur ratio, ne diſsipentur, eoq; curator non tutor adhibetur) illi
dari proximum agnatum maximè idoneum: puta patrem, filium[b], &c.
3 Idem iuris eſt in prodigo, qui nec tempus, neq; finem expenſarum habẽs,
furioſum facit, quod ad bona attinet, exitum[c]. Cui quidem eodem modo
lex XII. Tab. bonorum adminiſtrationem, ipſo iure interdicebat. Sed quia
ignorari probabiliter poteſt, quando quis pro prodigo haberi debeat, me
ritò obtinuit, ut inquiſitione à magiſtratu facta, prodigus declaretur, &
4 in agnatorum curam tradatur[d]. Sed & alijs dabit proconſul curatores, ſi
qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: ut mente captis, ſurdis & mutis, &
5 qui perpetuo morbo laborant[e]. Mulieribus etiam olim indiſcriminatim
tutores dari ſolere, oſtendit Cicero pro L. Murena, & Cato apud Liuium
Decad. 4. lib. 4. præſertim in alienationibus bonorum faciendis[f]. Quod etſi
poſtea obſoluiſſe apparet[g]: tamen moribus Saxonicis paſsim inſtaura-
tum uidemus, ut mulier quamuis adulta, ſit in tutela, & cura mariti[h]. Quę
uerò ſui iuris eſt, tutores eligat: in litibus certè omnino habere cogatur[i].
Sed quod de curatoribus dandis dictum eſt, obtinet in ijs qui ſui ſunt iuris.
Nam in poteſtate conſtitutis paterna, nihil attinet curatorem dari[k].
6 Hæc cura conſimilis eſt ei quæ in minoribus locum habet. Itaque &
7 ſatiſdare curator debet, rem ſaluam furioſi fore, niſi prædia idonea ha-
beat pro prædibus[l], & inuentarium facere, ac fortunas omnes bona fide
adminiſtrare[m], nihil etiam alienare ſine decreto iudicis[n], & ex Iuſtiniani
conſtitutione iuſiurandum de officio fideliter exequendo dare[o].

Finitur

a l. lex quæ. C. de adminiſt. tute.
b C. alienationis aũt uinculũ latè patet. l. fin. C. de reb. alie. non alie.
c l. ob æs. C. de præd. mino.
d l. ſi quidem. C. eod. tit.
e l. ult. §. ſi aũt. C. ſi propter publicas penſitatio.
f l. magis puto. §. ſi ijs. & § manet. l. quamuis. hoc tit.
g d. l. 1. in prin.
h l. ſiquidem. C. de præd. minor.

a l. 1. h. t.
b §. furioſi. Inſtit. de curato. l. 1. h. t. l. ult. C. eod.
c l. is qui. §. fin. ſ. de tute. & curat. dat. ab his. d. l. 1. h. t.
d d. l. 1. d. l. is qui. l. is cui bonis. ubi Dd. de uer. obli.
e l. 2. h. t. §. ſed & mente captis. Inſtit. de curat. l. 2. de poſtulat.
f Cic. pro. L. Flacco.
g l. uirum. l. & mulie. h. t.
h Sax. lib. 1. cap. 31.
i eod. lib. art. 46. cũ ſimilib.
k l. ult. C. eod.
l d. l. ult. §. & inuentarium. cũ ſeq. C. eod.
m d. l. ultima. §. et inuentariũ.
n l. pignus. l. ab agnato. l. curator furioſi. h. t. l. 2. C. eod.
o d. l. fin. §. ſed cum antiquitus.

a d.l.1 uerſ. & tamdiu. b j. de cur. bon. dan.

Finitur autem hæc tutela ipſo iure, cum furioſus ſanam mentem, prodi- 8
gus ſanos mores recipit, uel alia cauſa curationis ceſſat[a]. Solēne eſt etiam,
ut à creditoribus curator detur hæreditati iacenti, aut bonis debitoris mi-
nus idonei, qua de re alio loco commodius ſermo inſtituetur[b].

# DIGESTORVM
## Pars quinta.
## LIBER XXVIII.

* Prior inſcriptionis pars in Florētino exemplari deeſt.

### DE TESTAMENTIS*. QVI TESTAMENTA facere poſsint: & quemadmodum teſtamenta fiant. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio ſequentium titulorum, ac huius V. Partis.*
3 *Teſtamentum unde dictum.*
4 *Quid ſit.*
5 *Quotuplex. Tria teſtamentorum antiquorum genera: 1. calatis comitijs, 2. in procinctu, 3. per æs & libram.*
6 *Teſtamentum prætorium.*
7 *Duo hodie teſt. genera: in ſcriptis unum, alterum nuncupatiuum.*
8 *Cauſa efficiens.*
9 *Materia in qua & de qua teſtamenta fiant.*
10 *Forma utriusq; teſtamenti, & de tertia Rubricæ parte.*
11 *Qui teſtes in teſtamento eſſe nequeant.*
12 *Finis & effectus.*
13 *De ſecunda Rub. parte, qui teſtamentum facere non poſsint.*

POſtquam expoſuimus, quemadmodum, & quibus acti- 1
onibus petantur res uel noſtræ, uel nobis debitæ, aut
ex contractibus, aut reliquis uiuentium actionibus: tem
pus eſt pergere ad ea quæ morientes gerimus, & quo-
modo ex ijs res debeātur, exiſtantq́; iudicia & actiones,
conſequenter explicare. Nam omnia iudicia deſcendūt
uel ex cauſis inter uiuos contractis, quæ aut rerum ſunt,
aut contractuum, aut perſonarū, de quibus eſt dictum:
uel ex ultimis morientium uoluntatibus, & ſucceſsionibus: quas reſtat, ut
deinceps exponamus. Succeſsio contingit aut ex ultima uoluntate, aut 2
ab inteſtato. Ex ultima uolūtate ſucceditur, uel iure ciuili, uel iure prætorio.
Primò autem tractandum eſt, de ſucceſsione ciuili: quæ aut eſt uniuerſita-
tis, aut rerum ſingularium. Vniuerſitates bonorum aut teſtamento dantur,
aut codicillis. Teſtamentum ex eo appellatum uult Iuſtinianus, quòd ſit te- 3
ſtatio mentis[a]. Verbum mentis hic adiectum eſt explicandæ rei gratia, &
ad differentiam aliarum teſtationum. Teſtamentum enim à teſtatione dun-
taxat dicitur[b]. Sed quia uariæ & multiplices ſunt teſtationes, quæ ex diuer-
ſis oriuntur cauſis: adiectum eſt mentis, id eſt ultimæ uoluntatis, eſſe teſta-
tionem. Idq́; & alibi in definiendis uerbis obſeruaſſe Iuriſconſultos, animad
uertere licet[c]. Teſtamentum eſt, authore Vlp.[d] uoluntatis noſtræ iuſta ſen 4
tentia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri uelit, aut, ut in enchiridio

a in princ. Inſt. eod. b Gellius lib. 6. cap. 12. c l. 1. de nouationib. l. ſenatus. 35. §. 1. de donat. cauſ. mor. d l. 1. h. t.

ſuo

idem definit: Teſtamētum eſt mentis noſtræ iuſta conteſtatio, in id ſolenni-
5 ter facta, ut poſt mortem noſtrã ualeat. Teſtamentorum olim tria erant ge-
nera. Vnum quod calatis comicijs coram populo fiebat, ut plereq; omnes
ſolennes actiones[a]. Alterum minus ſolenne, quod faciebant in procinctu,
hoc eſt, exituri iam in prælium, ac iuxta Feſtum expediti præcinctiq; togis
more ueterum, unde & procinctum teſtamentum dictum, quod nunc uo-
cant militare: cuius etiã meminerunt Plutarchus[b], & Cicero[c]. Acceſsit ter-
tium genus teſtamentorum, quod per æs & librã dicebatur. Nam cum ſępe
extra tempus comitiorum, quę tantum bis in anno autore Theophilo[d], in-
dicebantur, homines obire contingeret: inuentum eſt genus teſtamenti,
quod per emancipationē, id eſt imaginariam ueditionē (mancipare enim
uendere & alienare ſignificat) condebatur, coram quinq; teſtibus ciuibus
Rom. puberibus, qui populum uniuerſum repræſentabant, & libripende,
id eſt ponderatore[e], atq; eo qui familiæ, id eſt hæreditatis emptor diceba-
tur. Nam hæc imaginariæ uenditionis ſolennitas omnibus fere familiarum
translationibus, mutationibus, rerumq; maioris momēti mancipationibus
adhibebatur[f]: quod nullam iuſtiorem eſſe alienationē, quàm quæ per uen-
6 ditionem fieret, ueteres arbitrarentur. Aliud autem deinceps teſtamenti ge
nus ad euitandas has iuris antiqui ſubtilitates, Prætor per ſubſcriptionem
teſtium inuenit: ut ſi quis teſtamentum ſeptem teſtium ſignis conſignari cu
raſſet, perfectum eſſet iure honorario teſtamentum[g]. Sed hæc genera om-
7 nia iam pridem exoleuerunt, niſi quòd ſolennitatum ueſtigia manent. Nam
ex ijs alia duo defluxerunt, quæ conſtitutionibus principum conformata
hodie ſunt in uſu: alterum fit in ſcriptis, alterum citra ſcripturam uoce nun-
cupatur[h]: unde & nuncupatiuum dicitur[i]. Aliter etiam à forma teſtamen
ta diuiduntur. namq; alia appellantur ſolennia, quæ formam ciuilem perfe-
ctamq; habent: alia quibus ea forma deeſt, minus ſolennia: ut eſt teſtamen-
tum militis, de quo paulo pòſt dicemus, & teſtamentum inter liberos, ac ad
8 pias cauſas[k]. Cauſa efficiens teſtamenti eſt uoluntas teſtatoris, moribus
primùm atq; uſurpatione hominum, deinceps legibus, ac iure ciuili confir-
mata[l]. Apud omnes enim gentes ſemper in uſu fuit teſtamenti factio, uo-
luntateſq; morientium ratæ habitæ, etiamſi formæ teſtandi paſsim fuerint
diſpares[m]: ut rectè Theophilus teſtamenti factionem ad ius gentium retu-
9 lerit[n], licet formam & ſolennitatem à iure ciuili habeat. Materia in qua ſcri-
bitur teſtamentum, nihil refert cuiuſmodi ſit[o]. De omnibus autem ſuis re-
bus teſtari quis poteſt: legare etiam res non modò ſuas, ſed etiam hæredis,
10 aut prorſus alienas[p]. Forma teſtamenti, quod in ſcriptis fit, hæc eſt, ut ſcri-
ptum teſtamentum in quo ſit hæredis inſtitutio, quæ totius actus funda-
mentum eſt[q], ſubſcribatur & conſignetur à teſtatore, uel ab alio eius nomi-
ne, coram ſeptem teſtibus, ad id propter ſolennitatem rogatis: quos neceſſe
non eſt ſcriptioni adeſſe, ſi fortè teſtator ſciri uoluntatē ſuã nolit, ſed ſubſcri
bere, ac conſignare, & audire à teſtatore, hanc eſſe eius uolũtatem ſufficit[r].
Nuncupatiuum, (quod à nuncupando, id eſt nominando hæredem eſt di-
ctum) fit ſine ſolennitate ſcripturæ, etſi in ſcriptis redigi poteſt, hoc modo:
ut teſtator coram ſeptem teſtibus rogatis hæredem nuncupet, & ultimam
ſuam uoluntatem aperiat[s]. Vtrunq; autem teſtamenti genus uno actu, &
contextu abſolui debet[t]. Ea eſt enim ſolenniũ natura, ut diuidi nequeant[u].
Etſi autem regulariter in omni teſtamento ſeptem teſtes ſunt neceſſarij: ta-
men ſufficiunt interdum pauciores: ut in teſtamento inter liberos[x], ad pias
cauſas[y], ruſtici[z], & eo quod principi aut magiſtratui oblatum eſt, & actis
t inſinua-

*a Gellius li. 15. cap. 27.*
*b in uita Coriolani.*
*c lib. 1. de orat.*
*d in princ. Inſt. eod.*
*e l. 2. & t. t. C. de ponderatoribus. lib. 10.*
*f l. fin. C. de emancipatio. l. fi. C. de adoptio.*
*g Inſtit. eod. in prin. ubi Theo.*
*h Plin. lib. 14. cap. 22.*
*i l. hac conſultiſsima. §. per nũcupationem. C. eod. §. ult. Inſt. eod.*
*k l. hac conſultiſsima. 21. §. ex imperfecto. C. eod.*
*l l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.*
*m Cicero lib. 3. de Fin.*
*n in §. 1. Inſt. de iu. na. gen. & ciui.*
*o §. nihil. Inſt. eod.*
*p §. non ſolum. Inſt. de legatis. l. cum alienam. 10. C. eod. titul.*
*q §. ante. Inſt. de lega. l. 1. ſ. de hæred. inſt.*
*r §. ſed cũ paulatim. cum ſeq. Inſt. eod. d. l. hac conſultiſs. l. cum antiquitas. 28. l. iubemus. 29. C. eod.*
*s d. l. hac cõſultiſs. §. per nuncupationem. §. ultimo. Inſt. eod.*
*t l. hæredes. 21. §. ult. h. t. d. l. cũ antiquitas C. eo.*
*u l. continuus. 137. in princ. cũ ibi not. de uerb. oblig.*
*x d. l. hac conſultiſs. §. ex imperfecto. y C. cum eſſes. extra, eod. z l. ult. C. eod.*

inſinuatum[a].Sciendum autem eſt,quaſdam perſonas ius teſtimonij feren- 11
di in teſtamento non habere.Cuiuſmodi ſunt mulieres,quæ nec ius comi-
tiorum, unde teſtamenta oriuntur habent[b],nec ſolennibus iuris publici re-
ctè adhibentur[c]:item impubes[d], ſeruus[e],mutus,& ſurdus[f],furioſus[g], pro-
digus[h], hæres,quia eius negocium geritur[i].In proprio autem negocio ne-
mo teſtis eſt idoneus[k].Eadẽq; ratione: qui eſt in poteſtate teſtatoris[l]: qui
non habet teſtamenti factionem paſsiuè,ut improbi,& inteſtabiles[m]. Finis 12
& effectus teſtamenti eſt,ut quod teſtator poſt mortem de bonis ſuis fieri
uelit,certò conſtet:eaq; uoluntas tanquam lex aliqua conſeruetur[n]. Et hęc
quidem de teſtamentis. Nunc pauca de ſecunda huius tit. parte, & qui te- 13
ſtamentum facere non poſsint,exponamus.Nam ijs cognitis non erit ob-
ſcurum,quibus ſit teſtamenti factio.Teſtamentum facere non poſſunt qui-
dam, quia ſunt in aliena poteſtate,nec liberam habent bonorũ adminiſtra-
tionem,ut filijfamiliâs[o],ſerui[p],captiui ab hoſtibus[q], obſides[r], item qui de
ſtatu ſuo dubitant[s].Quidam propter iudicij carentiam,ut impuberes[t], fu-
rioſi[u].nonnulli ob morbum animi, ut cui bonis interdictum eſt[x]: aut cor-
poris,ut ſurdi & muti[y]:qui tamen ex certis cauſis iuxta formam à Iuſtinia-
no traditam teſtari poſſunt[z].Reliquos autem mentis compotes, quamuis
ægrotos, ut ſenes, cæcos, ualetudinarios teſtari poſſe,certi iuris eſt[aa]:non-
nulli propter pœnam,ut ad mortem damnati,niſi appellatione damnatio-
nem ſuſpẽderint[bb], paſsi maximam & mediam capitis diminutionem,quę
adimit ius ciuitatis, in quo ineſt ius teſtandi[cc]. Item lege inteſtabiles, ut
damnati ob carmen famoſum[dd], & hæretici[ee]. Relegati tamen condere te-
ſtamentum poſſunt[ff], quia ius ciuitatis, & bona retinent[gg].

a l.omniũ. 19. C.eod. b Gellius lib.5. cap.16. c l.qui teſtamẽto.20.§.mulier. 6.h.t. l. alienã. 18.C. de procurato. l. 2. cũ ibi notat.de reg.iu. d §.teſtes. Inſtit.eod. e d.l.qui teſtamẽto.§.mulier. uerſ.ſeruus. f d.l.teſtes. g d.l.qui teſtamento.§. ne furioſus.4. h l.is cui.18.h. tit.d.§.teſtes. i §. ſed neq; hæres.Inſt.eo. d. l. q teſtamẽto.h.t. k l.omnibus.9. C. de teſtib. l §.pater.Inſt. eod. m d.l.is cui. §. fi.l. cũ lege. 26. h.t.d.§. teſtes. n §.diſponat.in auth.de nuptijs. o l.qui in poteſtate.6.l.filiusfamiliâs.16.h.t. l .pen. C. qui teſt.facc.poſſũt. p l. ſi filiusfamil.19.d.l.ſi filiusfam. h. t. q §.fin.Inſt.eod. r l.obſides. 11. hoc tit. s l.de ſtatu.15. h.t. t §. præterea. Inſt. eod.l.à qua ætate.5.hoc tit. u d.§.præterea.l.2.h.t.l.2.l.furioſus.C.eod. x d.l.is cui.18.§. item prodigi. Inſtit. eod. y l.qui in poteſtate. §. 1.l.ſi mutus.7.hoc tit. z l. diſcretio. l.hac conſultiſ. C.eod. §. item ſurdis.Inſtit. eod. aa l.ſenium.C. qui teſtat.fac. bb l.qui à latronibus.13.§.1.h.t. cc l.eius.8.h.t. dd l.cum lege, 26.d.l.is cui.§.ſi quis.h.t. ee l. 4. C. de hæreticis. ff l. eius qui.8.§.1.hoc titul. gg l.2.de pub.iud.

## DE LIBERIS ET POSTHVMIS HAEREDIbus inſtituendis,uel exhæredandis,uel præteritis. Tit. II.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Qui ſint poſthumi,qui liberorum appellatione ueniant.*
3 *Quare præteritio teſtamentum uitiet.*
4 *Quid hodie ueterũ ſublatis differentijs circa inſtitutionẽ liberorũ obſeruetur.*

NOn tamẽ ut omnino ualeat teſtamentũ,ſufficit hæc obſeruatio, quam 1
ſuprà poſuimus:ſed liberi etiam, & poſthumi hæredes ſunt inſtituen-
di.nam inter cętera inquit Caius[a]:Quę ad ordinanda teſtamenta neceſſariò
deſiderãtur,principale ius eſt de liberis hęredibus inſtituendis.Liberorum
appellatione filij,nepotes, cæteriq; qui ex his deſcendunt,continentur[b].
Poſthumos hic accipimus,qui poſt mortẽ patris ſui hæredes agnoſcuntur. 2
Hi igitur omnes ſi gradu proximi ſint,aut inſtituendi ſunt, aut exhæredan-
di.Nam ſi prætereantur,non conſultò,ſed quadam obliuione omiſsi præſu 3
muntur: quia uerisimile non eſt, quempiam liberis ſuis quos etiam natura
ad ſucceſsionẽ uocat[c],extraneos uelle præferre.Itaq; teſtamentum in quo
nec inſtituti,nec nominatim exhæredati inueniũtur liberi,ipſo iure corruit.
Nominatim autẽ exhæredare eſt,expreſſo nomine, aut deſignatione certa
& diſertè exhæredare[d].Etſi autem olim differentia hac in parte uaria & mul 4
tiplex

a l. inter. 30. hoc titul. b l.liberorum. 220.de uerb.ſignificatio. c l.ſcripto in fi. ſ.unde l.b. d l.1.& 2.h.t. §. nominatim. inſtit.eod.

tiplex extitit,inter maſculos & fœminas, ſuos & emancipatos[a]: tamen in uniuerſum ſciendum eſt,hodie nominatim omnes indiſtincte liberos, aut inſtituendos eſſe,aut exhæredandos[b]: ac ne exhæredari quidem poſſe niſi ex certis & iure expreſsis cauſis[c].

a uid. per tot. hoc tit. & Inſt. de exh.lib.
b §. antep.Inſt. eod.
c §.aliud quoq;. in Auth. ut cum de appel.cog.

## DE INIVSTO, RVPTO, ET IRrito facto teſtamento. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Teſtamentum iniuſtum.*
3 *Nullius momenti.*
4 *Ruptum.*
5 *Irritum.*
6 *Teſtamento rupto omnia corruere.*

1 QVandoquidem contraria iuxta ſe poſita magis, ut dicitur, eluceſcũt,
poſtquã diximus qua forma teſtamenta ordinentur, uidendum iam
eſt,quemadmodum infirmentur, & corruant: ac de iniuſto rupto & irrito
2 teſtamento nonnihil diſſerendum. Teſtamentum iniuſtum, ſiue non iure fa
3 ctum dicitur,cui ſolennia iuris deſunt[a]. Nullius momenti eſt id, in quo fi-
4 lius præteritus eſt[b],quod etiam iniuſtũ dici poteſt[c]. Ruptum dicitur,quod
poſteriore teſtamento perfecto,uel agnatione ſui hæredis, qui non inueni-
5 tur inſtitutus,rumpitur[d]. Irritum teſtamentum conſtituitur qualibet capi-
tis diminutione,quæ teſtatori accidit[e], uel non adita ex teſtamento hære-
6 ditate[f]. Quocunq; autem modo teſtamentum infirmetur,totum corruit:
nec legata debentur,ſed ab inteſtato ſucceditur, perinde ac ſi teſtamentum
factum non eſſet[g]. Quia teſtamentum eſt actus indiuiduus, nec pro parte
ualere poteſt[h]. Hodie tamẽ quibuſdam caſibus legata, & reliqua teſtamen-
ti capita, quamuis annihilata inſtitutione ualent, ac effectum habent: qua
de re alibi latius tractatur[i].

a l.1. in princ. hoc tit.
b d.l.1. uerſ. 1.
c l.3.§. 2. uerſ. illi iniuſtum.h.t.
d d.l.1. d. l. 3. hoc titul.
e §.alio.Inſtit. quib. mod. teſt. infir.
f d.l.1.
g l.filio.17.h.t. in princ. Inſt.de hæred. quæ ab inteſt.
h l.ius noſtrum ubi Deci.de reg. iur. l. furioſum ubi Cy. C. qui teſt.fac.
i in Auth. ex cauſa.C. de lib. præter.in Auth. hoc amplius.C. de fide.

## DE HIS QVAE IN TESTAMENto delentur, inducuntur, uel inſcribuntur. Titul. IIII.

1 *Deleta quando ſeruentur, quando ſecus.*
2 *Quatenus.*
3 *Inducere quid ſit.*

1 EVaneſcit etiam teſtamentum,ſi illud teſtator conſcindat,rumpat,can-
cellet,deleat,&c.[a] nam quæ conſulto & ſciente teſtatore delentur, ef-
fectum iuris non habent: quæ uero eius iniuſſu, ualent,& pro nihilo eſt de-
2 letio[b]: dummodo legi, aut ſane intelligi utrunq; ſcriptura poſsit[c]. Sane ea-
tenus quod conſulto deletur pro nihilo eſt,quatenus eſt deletum. Cætera
ſalua manent,etiamſi inſtitutio ſit deleta:quod ex æquitate placuit, niſi ap-
3 pareat teſtatorem eo animo induxiſſe, ut totum teſtamentum corruat[d]. In
ducere autem proprie eſt, ducto per cæras, in quibus olim ſcribebatur,
ſtilo, memoriam ſcripti interlinere ac obliterare, & idem eſt, quod
delere

a l.2.3.hoc tit.
b l.1.hoc tit.
c d.l.1.
d l.2.3.4. h.t.
e l.1.in princ. hoc tit.

## DE HAEREDIBVS INSTItuendis. Tit. V.

1 *Continuatio.*
2 *Hæredem inſtituere quid ſit.*
3 *Quomodo fiat inſtitutio.*
4 *Quare conditionem recipiat,non diem.*
5 *Qui inſtitui hæredes nequeant.*
6 *Diuiſio hæreditatis.*
7 *De hæredum differentia.*

QVoniam expoſitum eſt,quomodo teſtamenta fiant & infirmentur: 1
ultimo nuncloco de præcipua teſtamenti parte, nempe de hæredi-
bus inſtituendis,agamus. Nam hæredis inſtitutio fundamentum eſt teſta-
menti, ſine quo cætera corruunt:quare olim ab hac ueluti baſi teſtamen-
tum erat inchoandum[a]. Hæredem inſtituere nihil aliud eſt, quàm certum 2
ſibi ſucceſſorem nominare, qui poſt mortem in uniuerſum ius ſuccedat[b].
Inſtituitur autem hæres,uel primo,uel ſecundo gradu,& deinceps:illa pro-
priè inſtitutio,hæc ſubſtitutio uocatur.De inſtitutione fermè iſta quærun-
tur: Quomodo fiat,qui hæredes inſtitui poſsint, quot ſint partes hæredi-
tatis de qua fit inſtitutio,& quæ ſit hæredum differentia. Inſtitutio fit qui- 3
buſcunq; uerbis, etiam tantummodo tribus:ut,Lucius hæres eſto:aut duo-
bus,Lucius hæres[c]:item non modò directis, ut hæres eſto: ſed etiam obli-
quis, ut hæredem te facio, hæreditatem relinquo[d]. Hæres & purè, & ſub 4
conditione inſtituitur, & in diem incertum, ut cum Titius morietur,uel
cum capere poterit[e]: quia dies incertus pro conditione habetur[f].Ex certo
tempore, uel ad certum tempus non poteſt[g]: ſed uitio temporis ſublato,
pura manet inſtitutio[h]. Nam qui ſemel hæres eſt, non poteſt deſinere eſſe
hæres[i]: neque ius noſtrum patitur alio tempore aliquem eſſe teſtatum,alio
inteſtatum[k]: quod non eſt in conditione. Nam ea extante, aut deficiente
ad tempus mortis,res hæreditaria retrò trahitur[l]. Inſtitui poſſunt qui teſta- 5
menti factionem cum teſtatore habent: id eſt qui capere ex teſtamẽto poſ-
ſunt,tam liberi quàm ſerui[m].Hanc autem non habet deportatus, quia pe-
regrinus eſt[n]:damnatus in metallum[o],hæretici[p], liberi inceſtuoſi[q], colle-
gia illicita[r]: ſed nec incerta perſona rectè inſtituitur, quoniam certum eſſe
debet conſilium teſtantis[s]. Vnde nec ex alieno arbitrio pendere inſtitu-
tio poteſt[t]: ſed certò hæres à teſtatore eſt deſignandus[u]. quod tamen poſt-
modum ex æquitate Iuſtinianus temperauit[x].

Hæreditas plerunq; diuiditur in 12. uncias, quæ aſsis appellatione con- 6
tinentur.Habent autem hæ partes propria nomina, ab uncia uſq; ad aſſem,
utputa hęc:ſextãs quaſi ſexta pars aſsis,quadrans quarta,triens tertia,quin-
cunx quinque unciæ, ſemis dimidia pars aſsis, ſeptunx ſeptem unciæ, bes
octo quaſi bis triens, dodrãs nouem quaſi dempto quadrante as, dextans
quaſi ſextante dempto as,deunx quaſi uncia dempta: as, qui omnes partes
complectitur[y]. Dixi plerunq;: quia poteſt teſtator, uel in plures,uel pau-
ciores partes hæreditatem diuidere[z].

Hæredum differentia hæc eſt: quòd alij ſint neceſſarij, ut teſtatoris ſerui 7
hæredes inſtituti, alij ſui,id eſt proprij: ſic enim loquebatur antiquitas. ut
Plautus[aa]:Iubet ſaluere ſuus uir uxorem ſuam.idem[bb]:Rex ſuus reginę pla-
cet. Et:Quibus ipſis nulla res eſt quàm procurent ſua. Cic. lib. 2.de Inuent.
cap.3.Hunc pater ſuus,&c.& cap. 11. Alexãdrum uxor ſua interemit.Huiuſ-
modi

a §. ante. Inſt. de lega. l. 1. in princ. hoc tit.
b l. quoties. 9. §.hæredes.3.h.t.
c l.1.§.3.& 4.
d l. quoniam. 15.C. de teſtam. Dd.in l. his uniuerſis.18. h. t. l. hac edictali. C. de ſecundis nuptijs.
e l. in tempus. 62. l. qui filio. 38.hoc tit.
f l. dies incertus.l.1.j.de conditio. et demõ.
g §. hæres.Inſtit.eod.
h l. hæreditas. 34.hoc tit.
i l.etſi. 8.§.ſed quod minorib.
k l.ius noſtrum. 7.de reg.iur.
l l.hæres.54.de acqui. hæred. l. quod dicitur.39. de milita. teſta. l. neceſſariò. 8. de per. & com. rei uend.
m Inſtit. eod. in princ.cũ.§. ſeq.
n l.1.C.de hæred. inſtit.
o l.ſi in metallũ. j. de his quæ pro non ſcript. hab.
p l.Manichæos. 4.Auth. credentes.cum ſimilib. C. de hæretic.
q §.fi.in Auth.quibus mod.natu.effec.ſui.
r l.collegium.8.C.eo.
s l.quoties.9.§.hæres.2.h.t.
t l. illa. 32. h. t.
u d.l. quoties.§.hæres.l.in tẽpus.62.§.quoties.l.nemo dubitat.58.
x in §.incertis.cũ ſeq.Inſt. de legat.
y l.ſeruũ. 50.§.fi.
z §. hæreditas.Inſtit.eod.
aa in Mercatore.
bb in Sticho.

modi autem ſunt liberi, qui in poteſtate morientis fuerunt. Hi enim tam iure naturæ quàm ciuili, propriſ & domeſtici hæredes exiſtunt, ac quaſi domini rerum paternarum, uel ipſo patre adhuc uiuente[a]. unde apud Plautum filius patri: Quod tuum, inquit: eſt, meum eſt, omne meum eſt autem tuum. Cæteri omnes appellãtur extranei: qua de re alibi plura traduntur[b].

a l. in ſuis. 11. §. de lib. & poſth.
b in tit. Inſt. de hære. qua. & differentia.

## DE VVLGARI ET PVPILLARI ſubſtitutione. Titul. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit ſubſtitutio.*
3 *Species, & num. 8.*
4 *De uulgari.*
5 *De pupillari.*
6 *De obliqua.*
7 *De compendioſa ſeu militari.*
8 *De exemplari.*
9 *Diuiſio ſubſtitutionum Duareni.*

1 EXpoſito primo inſtitutionis gradu, uideamus de ſecũdo, tertio, & cõſequẽtibus. Poteſt enim plures inſtitutionis gradus teſtator facere, ſed
2 omnes poſt primum uocantur ſubſtitutiones[a]. Subſtitutio itaq; nihil aliud eſt, quàm ſecundo gradu, uel deinceps hæredis in locum præcedentis inſtitutio. Subſtitutio, inquit Caius[b], eſt, quę poſt inſtitutionẽ à teſtatore fieri ſolet: id eſt, ſecundi hæredis appellatio. Huius autẽ ſubſtitutionis quę quidem
3 uerbis ciuilibus concipitur, duæ præcipuè ponuntur ſpecies[c]: quamuis al-
4 tera ſimplex eſt, quæ uulgaris appellatur: quia uulgò fieri ſolet, & quidem omnibus hæredibus poteſt, cũ uidelicet pubere hærede inſtituto, ſubſtituitur: aut ſimpliciter, hoc modo: Si Lucius Titius hæres non erit, Caius Seius hæres eſto: aut reciprocè ut cũ plures hæredes ſibi inuicem ſubſtituuntur[d], quæ reciproca ſubſtitutio appellari ſolet[e]. uulgaris tamen eſt & ſimplex,
5 quia unum tantum caſum non aditæ hæreditatis complectitur. Altera duplex eſt, quæ pupillaris dicitur: qua liberis in poteſtate conſtitutis impuberibus, & poſt mortem teſtatoris futuris pupillis, prouidemus de hærede, ſi fortè intra pubertatem moriantur, antequã ipſi ſibi hæredes aut facere teſtamento, aut habere natura (interdicta enim eſt uſq; ad pubertatẽ & teſtamẽti & nuptiarum conficiendarũ poteſtas) poſsint: hoc uidelicet modo, Filius mihi hæres eſto: ſi hæres non erit, ſiue hæres erit, & intra pubertatẽ deceſſerit, Seius hæres eſto. quæ ſubſtituẽdi forma cum duos caſus complectatur, & non aditæ hæreditatis, & aditæ, meritò duplex appellatur[f]: planè cum ea pubertate expiret, quãmuis teſtator ulterius ſubſtitutionem protulerit[g].
6 Quia non poteſt filio liberam teſtandi facultatem, quam à pubertate conſequitur, auferre, inuitoq; obtrudere hæredem[h]: ſolenne eſt, ut obliquè per fideicommiſſum ulterius quodãmodo ſubſtitutio fiat, hoc modo: Rogo te hæres, ut ſi ante 25. annum deceſſeris, reſtituas hæreditatem meam Lucio Titio[i]. Sed hęc propriè ſubſtitutio nõ eſt: quia fideicõmiſſarius non eſt hę-
7 res, nec eiuſmodi fideicõmiſſum hæredis inſtitutio[k]. Militem tamẽ directò ſubſtituere poſſe ultra pubertatem, priuilegio militari receptum eſt[l]: quam compẽdioſam ſubſtitutionẽ uocant Dd. ex corrupto textu[m]: cum rectius militaris ſubſtitutio dici poſsit, ſicuti teſtamentũ militare, ut Duarenus ad-
8 notauit[n]. Ad exemplum pupillaris hoc quoq; introductum eſt, primũ ſingulari principum beneficio[o], poſtea generali Iuſtiniani cõſtitutione, ut parentes ſubſtituere queant furioſis, mẽte captis, prodigis liberis, qui neq; teſtamentũ, nec hæredes facere ſibi poſſunt, ſi in eo alienatæ mentis ſtatu de-

a l. poteſt quis. 36. hoc titul.
b Inſtit. lib. 2. cap. 4.
c Caius in d. tit. Inſt. tit. de uulg. ſubſt. & tit. de pupill. ſubſt.
d §. & plures. Inſtit. eod.
e ex l. iam hoc iure. 4. hoc tit.
f l. 1. hoc tit. in princ. Inſt. eod.
g §. maſculo. Inſtit. de pupill. ſubſt.
h tot. tit. ſi quis aliq. teſt. prob.
i l. cohæredi. 41. §. cum filia. h. t. §. fi. Inſt. de pupillari. t. t. ff. & C. ad S. C. Treb. Inſt. de fideicom. hære.
k §. reſtituta. cũ ibi not. Inſtit. de fideicõ. hær.
l centurio. 15. h. t. l. precibus. C. de impub. ſubſtit. l. miles ita. 3. de militar. teſta.
m d. l. cũ precibus.
n lib. diſputa. 2. cap. 7.
o l. ex facto. 41. hoc tit.

*a l.humanitatis. C. de impu. & al. §. 1. Inſt. de pupill.*
*b l.fi.C. de inoff.teſt.Inſt. per quas perſo.nob. acqui.*
*c d.§.1.Inſt.eo.*

cedere eos contingat[a].Quam exẽplarẽ,ut exẽplo pupillaris inductam,uo-
cant,cũ rectius quaſi pupillaris poſsit appellari: ſicuti eadẽ ratione quaſi ca
ſtrenſe peculiũ dicitur,quod ad caſtrenſis peculij exemplum eſt inuẽtum[b].
Itaq; non diſplicet Duareni diuiſio,ut quatuor ponamus ſubſtitutionũ ſpe 9
cies:uulgarẽ,pupillarẽ,quaſi pupillarem,& militarẽ. Nã reciproca quin ea-
dem ſit cum uulgari,dubiũ non eſt[c].Duæ tamen priores propriæ ſunt ſub-
ſtitutionum ſpecies:quia directò, & ciuilibus uerbis fiunt. Tertia conſtitu-
tionibus principum cõtra ſubtilitatem iuris, & humanitatis, ut inquit Imp.
intuitu introducta eſt. Quarta, ad ius duntaxat militare pertinet. Et hæc qui
dem quod ad pręſens inſtitutum attinet,de ſubſtitutionibus dicta ſufficiãt:
cùm quia eadem hic obſeruantur, quæ in inſtitutione, tum quòd tanta eſt
huius militiæ ſubtilitas & altitudo,ut cõpendiaria interpretatione exhauri
ri non poſsit:ea deſuetudo & inſolentia,ut pigeat in re ab uſu noſtrorum iu
diciorum remotiſsima,multum operæ collocare. Turpe eſt enim, ut inquit
Catullus,difficiles habere nugas,& ſtultus labor eſt ineptiarum.

## DE CONDITIONIBVS INSTITUTIONUM. Titul. VII.

1 *De conditione impoſsibili.*
2 *De poſsibili,& eius generibus.*
3 *Extraneum ſub omni conditione rectè inſtitui.*
4 *Quibus ſub conditionibus poſsit inſtitui ſuus.*

*a l.1.l.conditiones.14.l.conditiones.9.l.filius.15.l.quidam.27.l.mulier.20.h.t.l.reprehendenda.C. de inſt. et ſub. §. impoſsibilis.Inſt. de hæred.inſt.*
*b l.quæ ſub cõditione.8.h.t.*
*c l. ſi pater.C. de. inſt. & ſub. l.ſuus.4. §.pen. ſ.de hære. inſt.*
*d l.unica.§.ſin autẽ. C. de cad. toll. l.ult. C.de neceſs.ſe.hæ.inſtit.*
*e l.3.C de. inſt. et ſubſt. d.l.quæ ſub conditione. §.pen.h.t.l.ſororẽ.C.de his quibus.ut in d.c.l.1. ad Trebellia.*
*f l. filius.15.l.fi. h.t.l.ſuus. 4. ſ. de hær.inſt.*
*g not. in d. l. ſuus.& in d. l. fin.*

ET hæc quidem de inſtitutione pura:quia uerò etiam ſub cõditione in- 1
ſtitui poteſt, de conditionibus inſtitutionum uideamus. Conditiones
inſtitutionum aut ſunt poſsibiles,aut impoſsibiles:uel iure, quia turpes aut
contra leges:uel natura,quia eas hæc non admittit. Quocunq; autem mo-
do impoſsibilis ſit conditio,pro nõ ſcripta habetur[a].Cui ſimilis eſt illa,quę
neceſsitatem iurãdi hæredi imponit:ut, Eſto hæres, ſi iuraueris te Titio da-
turum centum.Ne enim temerè quis iuraret, aut timidè iuſiurandum fuge-
ret, uoluit prætor amoto iureiurãdo, dari aut fieri quod teſtator cenſuiſſet,
dummodo fieri poſſet[b].Poſsibilis conditio aut confertur in poteſtatẽ hæ- 2
redis, ut ſi Titio decem dederis hæres eſto: aut in caſum, ut ſi nauis ex Aſia
redierit: aut in utrumq;, quæ mixta conditio dicitur, cũ uidelicet partim ab
animo pendet hæredis,partim à caſu,& euentu fortunæ: ut filius hęres eſto
ſi in patriam redierit[c].Eſt igitur omnis conditio aut poteſtatiua, aut caſua-
lis,aut mixta[d].Sub omnibus his extraneus rectè inſtituitur:& deficiẽte con 3
ditione deficit inſtitutio,exiſtente,exiſtit.Exiſtere autem poteſtatiua etiam
tum uidetur,cùm non ſtat per hæredẽ,quo minus impleatur[e]. Filius autem 4
aut alius ſuus hæres,nõ niſi ſub cõditione poteſtatiua inſtitui poteſt[f].Nam
ſi inſtituatur in incertum euentũ & caſum, non exiſtente conditione, quod
euenire poteſt, inueniretur pręteritus. Itaq; non expectato euentu ſtatim
pro præterito habetur:quippe cum nec certò inueniatur hæres inſtitutus,
nec expreſsim exhæredatus.Cum autem ſub impoſsibili conditione inſti-
tuitur,poteſt quidem ſicuti extraneus dicere cõditionem nullã,ſed quia ſa-
tius eſt illum ab inteſtato, ſine legatorum onere ſuccedere, hoc habet præ-
cipuum,ut teſtamentum nullum dicere poſsit[g].

## DE IVRE DELIBERANDI. TIT. VIII.

1 *De conditione cretionum.*
2 *Quale fuerit olim ius deliberandi.*

Edictum

3 *Edictum.*
4 *Quæ res pendente deliberatione alienari poſsint.*
5 *Ius deliberandi nouum.*
6 *Beneficium L. final. C. de iur. delib.*

1 INter alias inſtitutionum formas, erat olim frequens cretionum cōditio,
qua certorum dierum ſpacium inſtituto hæredi à teſtatore præſtitueba-
tur ad deliberandum, uellet adire hæreditatē, an non ut uerbi gratia: Titius
hæres eſto, cernitoq́ in diebus centum proximis: niſi ita creueris, exhæres
2 eſto: ut docet Vlpianus [a]. Sed hoc cretionum ius poſtea eſt abolitum [b]. Et
ſiue teſtator ius deliberandi dediſſet, ſiue non, cœpit prætor authoritatem
ſuam interponere, & hæredibus tam ſcriptis quàm ab inteſtato petentibus
concedere certum temporis ſpacium, intra quod perpenſis exactè rebus
hæreditatis, inſpectisq́ rationibus atq́ inſtrumentis, quæ illis cōmunican-
da ſunt, deliberarent, adire ne uellent an repudiare [c]: pauciores autē quàm
centum dies, non ſunt dandi [d]. Iterumq́ peti tēpus poteſt ſi probetur prius
non ſuffeciſſe [e]: ne uidelicet præcipitata deliberatione, cuius comes ſolet
eſſe pœnitentia, temerè quis adeundo hæreditatē damno adficiatur, emer-
gente poſtea ære alieno. Nam ante Iuſtinianum, hæredes in ſolidum credi-
3 toribus & legatarijs, adeundo obligabantur [f]. Edictum autem prætoris hac
de re ad hunc ferè modum fuit conceptum: Si tempus ad deliberandum pe
tet, dabo [g]. Si pupilli pupillęue nomine poſtulabitur, tempus ad deliberan
dum, an expediat eum hęreditatem retinere: & hoc ei datum ſit, ſi iuſta cau-
ſa eſſe uidebitur bona interea diminui: niſi ſi cauſa cognita, boni uiri arbitra
4 tu, uetabo [h]. Hæc altera pars edicti etſi præcipuè ad pupillos pertinet, ut mi
ſeratione ætatis iuſtis de cauſis diminui & alienari, pendente deliberatione
ex bonis hæreditarijs ad utilitatē pupilli poſsit [i]: tamen in maioribus etiam
locum quandoq́ habet: ut cum in hæreditate inueniuntur res ſumptuoſæ,
5 aut tempore perituræ. has enim alienari prætor permittit [k]. Sciendum au-
tem eſt deſitum eſſe peti à magiſtratu deliberandi ſpacium, poſtquam Iuſti
nianus ipſo iure deliberandi, ius ad annuum ſpacium indulſit, idq́ etiam
6 tranſmitti uoluit [l]. Qui tandem ſalutari conſtitutione aliter quoq́ hæredi
prouidit, ut hoc deliberandi beneficio hodie ne opus quidem habeat, ſed
adita ſtatim hęreditate conficere poſsit inuentarium, eoq́ confecto, non
ultra uires hæreditatis creditoribus & legatarijs obligari [m]: quod apud nos
Sax. uel non confecto inuentario hodie obtinet.

a tit. 22.
b l. cretionum. C. eod.
c l. 1. iuncta l. 5. hoc tit.
d l. 2. hoc tit.
e l. 3. & 4. h. t.
f l. quæ dotis. 34. ſoluto matr. §. extraneis. Inſtit. de hær. qua. & diff. & §. hæres. Inſtit. de obligatio. quæ ex q. cō. l. fin. C. eod.
g l. 1. circa fi.
h l. ait prætor. 7. l. Ariſto. 5. in fin. l. igitur. 6. l. filius. 9. h. t.
i d. l. ait prætor.
k d. l. 5.
l l. cum in antiquioribus. C. eo.
m l. fin. C. eod.

# DIGEST. LIBER XXIX.

## DE TESTAMENTO MILITIS. Titul. I.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio & forma militaris teſtamenti.*
3 *Quatenus Iuſt. priuilegium militare reſtrinxerit.*

1 ET hæc quidem in ſolennibus paganorum teſtamentis ſer-
uanda ſunt. Militibus autem cùm propter occupationes pu-
2 blicas, iurisq́ ignorantiam, tum fauore militiæ omiſſa hac ſo-
lennitate teſtamentum aliter condere, ex conſtitutionibus
eſt permiſſum: nēpe quomodo uelint, quomodo poſsint, nu-
da ſemper teſtatoris uoluntate ſufficiente [a], quod priuilegiū ex antiquo illo

a l. 1. hoc tit.

in procinctu teſtandi iure defluxit. Nec intereſt, factionē teſtamenti habeat miles, an non [a], dum tamen mentis ſit compos [b]: in capaci relinquat, an non, quanquā id exceptiones recipiat [c]: purè an in diem, an ex die an ad diem, an ſub cōditione inſtituat: quia pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt [d]. Quod cum antea paſsim omnibus militibus ſine diſcrimine eſſet 5
indultum, Iuſtinianus reſtrinxit ad eos, qui in expeditione eſſent: cæteros in hybernis aut alijs locis, uel ſuis in ædibus degentes, uoluit quidem priuilegium teſtandi de caſtrenſi peculio habere, ſed ita, ut iure communi teſtamentum condere habeant neceſſe [e].

## DE ACQVIRENDA VEL AMITTENDA hæreditate. Titul. II.

1 *Continuatio, & diſpoſitio titulorum ſequentium.*
2 *Quid ſit immiſcere, adire, &c.*
3 *Quid ſit adire.*
4 *Cauſa efficiens aditionis, quomodo adeatur.*
5 *Forma & ſolennitates aditionis.*
6 *Finis & effectus aditionis.*
7 *Aditionem eſſe perpetuam.*

POſteaquam ea quæ ad teſtamentorū conditionē pertinere uidebantur, 1
abſoluimus: deinceps exequamur, quomodo poſt mortē teſtatoris, ad finem ea & exitū perducantur. quod in eo uertitur, ut adeatur hæreditas, aperiātur tabulæ teſtamēti, preſtētur ea quæ relicta ſunt: niſi indignos ſe beneficio fecerint hi, quibus relictū eſt. In tractatu adeūdæ hæreditatis obſeruanda phraſis eſt conſultis uſitata. Nā hęredem ſuū ſe immiſcere hæreditati 2
cum ſuccedit, abſtinere cū repudiat, extraneū autem adire, aut repudiare dicimus. Adire hęreditatem nihil aliud eſt, quàm illā capeſcere, & ſe pro hære 3
de, id eſt domino gerere [a]. Id fit ſolo animo, quo & acquiritur hæreditas, & 4
amittitur [b]: ſiue is uerbis declaretur, ſiue aliquo facto, quod tanquā ab hęrede geritur [c]: niſi quis proteſtetur, ſe non animo adeundi facere, ſed pietatis fortè gratia, aut aliā ob cauſam. Cæteroquin qui gerit negociū hæreditatis ipſe hęres inſtitutus, præſumitur animo adeūdi feciſſe [d]. Forma igitur adeū- 5
di eſt, ut liberè minimeq; coacta uolūtate adeatur [e]. nam ne ſuus quidē hæres cōgitur [f]. Aut ſeruus: qui ſi metu cōpellatur, nō tenet aditio [g], niſi cū domino hęres neceſſarius exiſtit [h]. Id quoq; ad formā pertinet, ut purè adeatur hęreditas, ſine die aut cōditione [i]: & quidem in ſolidū. pro parte enim adiri, & hęreditas ſcindi nequit [k]: unde & inuitis deficietiū portiones accreſcūt [l].
Finis & effectus aditę hæreditatis eſt, ut omne ius quod habuit defunctus, 6
hæres acquirat, & in eum omnes actiones trāſeant, quę defuncto aut in defunctum cōpetebant: utq; omnia hæreditatis onera ſubire, creditoribus & legatarijs ſatisfacere cogatur [m]. Illud ultimò ſciendū eſt, hæreditatis aditio- 7
nem perpetuam eſſe, ſicuti & petitionem [n]: etiamſi creditores & legatarij petere poſsint, ut ſtatim, uel intra annum ſaltem adeatur [o].

## TESTAMENTA QVEMADMODVM APERiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. Tit. III.

1 *Summa edicti.*
2 *Ratio.*
3 *Quibus exhibendæ ſint tabulæ.*
4 *Solennitas apertionis.*

DE aperiendis teſtamentis Paulus ſic ait [a]: Omnibus quicunq; deſide- 1
rant tabulas teſtamenti inſpicere, uel etiam deſcribere, inſpiciēdi deſcribendiq; poteſtatem facturum ſe prætor pollicetur: quod uel ſuo uel alieno nomine

a l. ex milita ri. 71. §. ſimiles. hoc titul. §. ult. Inſtit. eod.
b l. fin. C. eod.
c l. miles ita. 41. §. mulier. 1. hoc tit.
d l. ſi miles. 6. §. 1. & l. miles ita. hoc tit.
e l. pen. C. eod. in prin. & §. 1. Inſt. eod.
a l. pro hærede. 20. l. gerit. 187. h. t. §. ātep. & pen. Inſt. de hær. qua. et diff.
b §. fi. Inſt. de hæred. qua.
c d. l. pro hære. §. Papinianus. et §. quid tamen. d. l. gerit. d. §. fin.
d d. l. pro hærede. l. ſi quis extraneus. 27. §. interdum. h. t.
e l. nec temerè. C. de iur. delib.
f l. quæſitū. 40. cum ll. ſeq. §. 2. in fi. Inſt. de hæred. qua.
g l. 6. §. ult. l. ſi metus cauſa. 84. hoc titul.
h l. ſi ſeruus. 65. cum ſeq. h. t.
i l. eum qui. 51. §. fi. h. t. l. actus. 78. de reg. iur.
k l. 1. & 2. h. t. l. ius noſtrū. 7. de reg. iur.
l l. ſi quis. 35. h. t.
m l. fi. C. de iur. delib. §. extraneis. Inſt. de hær. qua. & diff. §. 1. de oblig. quæ ex q. cō. §. reſtituta. Inſt. de fid. com. hær.
n l. hæred. C. de petitio. hære.
o l. unus. & t. t. quib. ex cauſ. in poſ. eat. l. cū antiquioribus. l. fi. C. de iur. delib.
a in l. 1.

no nomine deſideranti tribuere eum,manifeſtum eſt.Ratio autē huius edicti eſt euidens:neq; enim de ijs controuerſijs, quæ ex teſtamentis proficiſcuntur,tranſigi aliter poteſt,quàm inſpectis cognitiſq; uerbis teſtamenti[a]. Deinde tabularum teſtamenti inſtrumentum non eſt unius hominis, hoc eſt hæredis, ſed uniuerſorum, quibus quid illic aſcriptum eſt: quin potius publicum eſt inſtrumentum[b]. Itaque omnibus exhibendæ ſunt tabulæ:& niſi patiatur inſpici & deſcribi,penes quem eæ ſunt,omnimodo ab hoc officio magiſtratus compelletur[c]: quanquam hęredi ad uendicandas tabulas,etiam ad exhibendum,& in rem actio competat[d]: & ſi quis neget, ſe tabulas habere,interdicto de tabulis exhibēdis rectè conueniatur[e].Cum autem aperiendæ ſunt tabulæ,prætoris officiū eſt,ut cogat ſignatores conuenire,& ſigilla ſua recognoſcere,uel negare ſe ſignaſſe[f]: publicè enim expedit,ſuprema hominum iudicia exitum habere[g], ut mirandum non ſit, ſi magiſtratus autoritatem ſuam interponat. Si quis ſe neget ſigillum ſuum agnoſcere,non eo minus aperientur tabulæ[h], quemadmodum & cum aliquis abeſt[i]: ſuſpectæ tamen hac ratione tabulæ fiunt[k].

*a l.de his.6.de trāſactionibus. b l.2.in princ. hoc tit. c d.l.2.§.fi. d l.3.h.t. e d.l.2.§.fi.l.1.§.1.& t.t.de tab.exhib.ubi uide. f l.4.& 5.h.t. g d.l.5. h d.l.1.§.fin. i l.6.l.7.h.t. k d.l.1.in fin. ubi gl.& Dd. latius.*

## SI QVIS OMISSA CAVSA TESTAMENTI ab inteſtato, uel alio modo poſſideat hæreditatem. Titul. IIII.

1 *Ratio huius edicti.*

2 *In quem, ad quid actio ex hoc edicto detur.*

1 VT autem inſpectis cognitiſq; uerbis teſtamenti præſtentur ea quæ relicta ſunt, rectè facit prætor,cum uoluntates defunctorum tuetur, & eorum calliditati occurrit,qui omiſſa cauſa teſtamenti,ab inteſtato hæreditatem totam partemúe eius poſſident:in hoc, ut eos circumueniāt, quibus
2 quid ex iudicio defuncti deberi potuit,ſi non ab inteſtato poſſideretur hæreditas.Et in eos actionem utilem pollicetur, perinde ac ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet[a]: ut quæ relicta ſunt præſtentur[b].nam alioquin iure ſcripto quæ in teſtamento relicta ſunt,ab inteſtato nequaquam debentur, neque peti poſſunt[c].

*a l.1.h.t. b l.de libertatibus.12.§.ult. hoc tit. c l.eam quam.ubi Dd.C.de fideicom.*

## DE S.C. SILLANIANO ET CLAVDIAno,quorum teſtamenta ne aperiantur. Tit. V.

1 *Continuatio tituli.*

2 *Ratio S.C.*

3 *Summa S.C.*

4 *Qui S.C.comprehendantur.*

1 SEd non omnibus indiſcriminatim,quæ relicta ſunt, præſtabuntur. quidam enim ſe indignos relictis faciūt,ut qui in S.C.Sillanianum & Clau-
2 dianum committunt,de quibus ſic ait I.C. Cum nulla domus tuta eſſe poſ-
ſit,niſi periculo capitis ſui dominis cuſtodiam, tam à domeſticis quàm extraneis præſtare ſerui cogantur:ideo S.C. introducta ſunt de publica quæ-
3 ſtione à familia necatorum habenda[a]. Itaq; ſi quid ad cauſam teſtamenti pertinens relictum erit, ab eo qui occiſus eſſe dicetur:id ne quis ſciens dolo malo aperiendum,recitandum,deſcribendumúe curet,edicto prætoris cauetur, priuſquam de familia eius quæſtio ex S.C. habita, ſuppliciumq; de
4 noxijs ſumptum fuerit[b].Noxij autem ſunt,ſiue ipſi occidiſſe,ſiue auxilium non tuliſſe conuincantur[c].Quòd ſi hæres legatariuſúe contra edictum ante quæſtionem ſciens teſtamentum publicarit,aut adierit:aufertur illi quod relictum eſt,& in fiſcum redigitur[d].Sin alius cui nihil relictum eſt id fecerit, in centum aureos condemnatur[e]: ſed & alioquin hæredi qui ſciens qualicunque tandem modo cæſum teſtatorem, neglecta cædis uindicandæ cura adijt, hæreditas à fiſco aufertur[f].

*a l.1.in princ hoc tit. b l.3.§.quod ad cauſam.11.h.t. c l.cum dominus.19.hoc tit. Tacitus lib.14. d l.neceſſarios.5.§.1.h.t. e l.lege.25.§.ex hoc edicto.hoc tit. f l.cum fiſco.9.l.ſi ſequēs.15.h.t.l.ſi ea.l.cum fratrē.C.de his quibus ut indig.*

## SI QVIS ALIQVEM TESTARI prohibuerit, uel coegerit. Titul. VI.

1 *Quæ teneantur hoc edicto.*
2 *Quare fiſco locus fiat.*
3 *Limitatio edicti.*

EOdem modo, qui dum legitimam captat hæreditatem, prohibet uel 1
impedimento dolo malo eſt, quo minus teſtamentum fiat, aut mute-
tur, aut contrà qui teſtatorem cogit teſtamentum facere: meritò D. Adria-
nus conſtituit denegari ei debere actiones, denegatiſq; actionibus fiſco lo-
cum fore [a], in parte uidelicet delinquentis. Nam ſi alij cum illo ſuccedant, 2
eius factum cæteris inſontibus nocere non debet [b]. Remotiores autem
agnatos fiſcus excludit, ne pœna unius ſit alterius præmium [c]. Cum enim
ius publicum uiolet, qui aufert morienti liberam teſtandi uoluntatem, me-
ritò pœna quoque eius publica eſſe debet: & delinquentis omne ius, non
in priuatorum agnatorum utilitatem ſed in publicum conuerti. Sanè uirum 3
qui non per uim nec dolum, quo minus uxor contra eum mutata uolunta-
te codicillos faceret, interceſſerat, ſed ut fieri aſſolet, offenſam ægræ mulie-
ris maritali ſermone placauerat, in crimen non incidiſſe reſponſum eſt: nec
ei quod teſtamento fuerat datum, auferendum [d]: quomodo & iudicatum
aliquando memini.

*a l.1. in princ. hoc tit.*
*b l. 2. hoc tit.*
*c l. ſi ſequens. 15. ſ. titul. 1.*
*d l.3. hoc tit.*

## DE IVRE CODICILLORVM. Titul. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit codicillus, unde dictus.*
3 *De codicillo nuncupatiuo, & an in ſcriptis fieri debeat.*
4 *Forma codicillorum.*
5 *Quare hæres aut hæreditas in his relinqui nequeat.*
6 *Cauſæ codicillorum.*
7 *Quare ab inteſtato relinqui poſſit.*
8 *Effectus codicillorum.*
9 *Quomodo codicilli & teſtamenta reuocentur.*

ET hactenus quidem de teſtamentis. Quoniam autem uniuerſitas bo- 1
norum etiam codicillis dari poteſt, non quidem, ut hæreditas, ſed tan-
quam fideicommiſſum [a]: ſequitur, ut de iure codicillorum tractemus.
Codex ſiue caudex dicitur craſsior arboris pars, quæ à radice ſupra ter- 2
ram aſſurgit, ex qua tabulas antiqui faciebant, ſcriptioni illeta cæra aptas:
hinc codices, & codicilli dicti pro omni ſcriptura [b]; ſicut liber & libellus,
à cortice arborum. Hoc autem in tractatu codicillus accipitur pro ſcri-
ptura, qua moriens leuiter ac ſine ulla ſolennitate, aut hæredis inſtitu-
tione teſtatur, de eo quod poſt mortem ſuam fieri uelit. Dico eſſe ſcri- 3
pturam, ut & nomen ipſum indicat. Nam codicillus qui fit ſine ſcriptis
(ut fieri poteſt [c]) abuſiuè tantum codicillus dicitur, ut rectè adnotauit
Azo [d]. Addo, ſine ſolennitate & hæredis inſtitutione: quibus duabus dif- 4
ferentijs codicillus à teſtamento ſecernitur. Nam illæ teſtamenti ſolennita-
tes, nempe teſtium rogatio, item ſubſcriptio, & ſubſignatio, hic non requi
runtur [e]: ſed ſufficit, quinque teſtes etiam non rogatos, ad probationis
duntaxat

*a §. pen. Inſt. eod. l.2. §. fi. h. t.*
*b l. adminiſtrãtes. de excuſat. tuto. §. filiusfamiliâs. Inſt. quibus mod. ius pa. poteſt.*
*c l. fin. C. de bonis libert. l. fi. in fin. C. eod. l. generaliter. C. de ſacroſ. eccl.*
*d ad tit. C. eo. numero 4.*
*e l. diuus. 6. §. 1. hoc tit.*

5 duntaxat fidem, adhiberi [a]. Deinde nec dari nec adimi hæreditas, & proinde nemo hæres inſtitui codicillis poteſt, ne confundantur iura teſtamentorum & codicillorum [b]: unde qui hæredem inſtituit, codicillos uelle facere non uidetur: & ſi deſit teſtamenti ſolẽnitas, ne iure quidem codicillorum ea teſtatio ualebit [c], niſi adiecta ſit uulgaris clauſula: Si nõ ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum [d]. Planè ſi quis nuncupet hæredem, & poſtea legata in tabulas conferat, codicilli potius quàm teſtamuntum hæ tabulæ exiſtimandæ ſunt, in quibus hæres nullus ſcriptus eſt [e].
6 Originem codicillorum tradit alibi Iuſtinianus [f]. Cauſa efficiens & materialis, excepta tamen hæreditate, eadem eſt quæ in teſtamento. De forma ſuprà dictum eſt, ad quam etiam pertinet quod ait Paulus [g]. Conficiuntur codicilli 4. modis. aut enim in futurum confirmantur teſtamento, aut in præteritum (quanquam hodie neutro caſu ſpeciali confirmatione opus eſt [h]) aut per fideicommiſſum, teſtamento non iure facto: ut ſi non ualet iure teſtamenti, &c.
7 aut ſine teſtamento ab inteſtato. Nam ideo fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, codicilliq; ualent, ſine alia cõfirmatione: quoniam creditur paterfamiliâs ſponte ſua his hæredibus relinquere legitimam hæreditatem [i]. Quocirca grauare eos poteſt, quos hæreditate ſponte relicta
8 honorauit [k]. Effectus codicillorum eſt, quòd toties ualeant & perducantur ad exitum ſicuti teſtamentum, quoties quis teſtamentum quoq; facere po-
9 tuit [l]. Reuocantur autem aut per ſubſequens teſtamentum, aut codicillos contrarios. Nam ſi diuerſi tantum ſint, utriq; ſuſtinentur, ſicuti diuerſa legata [m]: etiamſi poſterius teſtamentum omni caſu ſemper rumpat prius [n]. Quia plenam de omnibus rebus, & ultimam continet uoluntatem, quæ una tantum eſſe poteſt: eoq; derogat reliquis præcedentibus, ueluti à quibus teſtator ipſe receſſerit.

a *l. fin. C. eod.*
b *l. 2. C. eo. §. pen. Inſt. eod.*
c *l. non codicillum. C. de teſta.*
d *d. l. fi. ubi Dd. C. eod. l. conficiuntur. 8. in princ. h. t.*
e *l. fi. hoc tit.*
f *Inſtit. eod. in princ.*
g *in d. l. 8.*
h *§. 1. Inſt. eo. l. ſiue ab initio. C. eod.*
i *d. l. 8.*
k *l. cum filiofamiliâs. 11. ubi Dd. ĩ. tit. 1. l. 6. & 5. infrà, de lega. 3.*
l *d. l. conficiuntur. §. 1.*
m *l. 3. C. eod. §. fin. Inſt. eod.*
n *§. poſteriore. Inſt. quibus mo. teſt. inf.*

# DIGEST. LIBER XXX.

## DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, Liber I. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit legare.*
3 *Quid ſit legatum.*
4 *Genera legatorum.*
5 *Cauſa efficiens.*
6 *Materia, & quæ res legari poßint.*
7 *Forma.*
8 *Finis.*
9 *Effectus.*
10 *De fideicommißis, tam particularibus quàm uniuerſalibus, & quatenus à legatis diſcrepent.*

1 POſtquam de teſtamentorum & codicillorum iure, quo uniuerſitates bonorum transferuntur, actum eſt: nunc ordine ita exigente, de rebus ſingulis per legatum aut fideicommiſſum relictis, eſt differendum. Legare idem ſignificat quod manda-
2 re aut decernere, itaque illa legis 12. Tabularum uerba, uti quiſque legaſsit ſuæ rei, ita ius eſto [a]: latè patent in ultimis uoluntatibus, & quamlibet

a *in prin. Inſt. de l. Falcid.*

quamlibet poteſtatem hæredis inſtituendi, aut libertates legataúe dandi,
aut tutelas conſtituendi, complectuntur [a]. Strictim autem, & proprie,
ut hic, legare dicitur, qui res particulares directis uerbis in teſtamento re-
linquit. Legatum, inquit Iuſtinianus, eſt donatio quædam à defuncto 3
relicta, ab hærede præſtāda [b]. Florentinus paulo aliter deſcribit [c]: Legatum
eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator, ex eo quod uniuerſum hæredis fo-
ret, alicui quid collatum uelit. Sed hæ definitiones non ſatis diſtinguunt le
gata à fideicommiſsis. Rectius itaque Vlpianus [d]: Legatum eſt, quod legis
modo, id eſt inſtar legis imperatiuè, & directis uerbis teſtamento relinqui-
tur, ut do lego, &c. Nam ea quæ uerbis precarijs relinquuntur, ut rogo, pe
to, &c. fideicommiſſa ex re appellantur. Genera legatorum olim erant 4
quatuor: per uindicationem, ut cum his uerbis relinquebatur, Do, lego,
capito, ſumito, habeto, &c. Vnde naſcebatur rei uēdicatio, cum ex reliquis
legatorum formis tantū perſonales actiones darentur. Alterum per dam-
nationem, ut hoc modo relictum: hæres meus damnas eſto dare, dato, faci-
to, heredem meum dare iubeo, &c. Tertium ſinendi modo, cum hac uideli-
cet forma legatur: hæres meus dānas eſto ſinere Titium ſumere illam rem,
ſibiq; habere. Quartum per præceptionem, quo modo ſolis hæredibus re-
ctè prælegatur: ut, Lucius Titius illam rem præcipito, id eſt habeto præci-
puam [e]. Quid autem inter hæc legatorum genera fuerit olim diſcriminis,
conſulti alibi oſtendunt [f]. Sed hodie quibuſcunq; uerbis cū indifferenter le
gari poſsit [g], horum generum diſcrimina ſublata ſunt, quod quidem ad effe
ctum attinet [h]. Vnus igitur eſt legādi nunc quidem modus: nam fideicom-
miſſum & mortis cauſa donatio, legati appellatione tantum impropriè ue-
niunt [i]. Cauſa efficiens προηγουμένη legatorum, eſt benigna uoluntas teſtato- 5
ris [k]. προκαταρκτική, meritum aliquod legatarij [l]. Materia circa quam legata 6
uerſantur, ſunt omnes res quæ in cōmercijs hominum exiſtunt, ſiue eæ ſint
teſtatoris, ſiue hæredis, ſiue alienæ: nam has legatas redimere hæres cogi-
tur, aut æſtimationem ſoluere [m]. Forma legatorum certa & ſolennis hodie 7
quidem nulla eſt: nam & nutu relinqui poſſunt [n], dummodo quinque te-
ſtes relictum probent, qui in omni ultima uoluntate, quamuis non ſolenni,
requiruntur [o]. Et purè, & in diem, & ſub cōditione rectè legatur [p]. Cauſa fi- 8
nalis eſt, ut benignè fiat legatario [q]: eſt enim legatum titulus lucratiuus, un-
de & donatio appellatur. Effectus legati eſt, quòd ſtatim à morte teſtatoris 9
dominium iuris fictione tranſeat in legatarium [r], & ad legatum conſequen
dum tres competant actiones: rei uendicatio, hypothecaria, & perſonalis [s],
ut uidelicet laxior ſit agendi facultas [t]. Fidei comiſſorum eadem eſt ratio:
ſunt enim exæquata legatis [u]. Quanquam ea regula plures olim exceptio- 10
nes habuit, ut uidere licet apud Dd. [x]. Hodie non item, poſtquam hæc Iuſti
nianus prorſus exæquauit [y]. Sanè fideicommiſſa uniuerſalia etiam hodie
diſtant à legatis. Nam fideicōmiſſarius cui hæres rogatus eſt reſtituere hæ-
reditatem, loco hæredis eſt, omnesq; actiones ſuſcipit, adeò ut etiam hære-
dem inuitum ad adeundum cogere poſsit: quod legatario nequaquam eſt
permiſſum [z], niſi in caſu ſpeciali ex conſtitutione [aa]. Singulari autem fidei-
commiſſa, ſicuti dixi, non effectu, ſed uerbis à legatis diſtinguuntur. Nam
hæc directis, illa precatiuis uerbis relinquuntur. Vnde & fideicommiſſa di-
cta, quòd fidei & pudori hæredis rogando committantur: de quorum ori-
gine uidere licet Iuſtinianum [bb].

*a l. uerba legis. 120. de uerb. ſignificationib.*
*b §. 1. Inſt. eod. quæ definitio ex Modeſt. ſumpta eſt l. legatū. 37. ꝗ. titul. 1.*
*c in l. legatum. 119. hoc tit.*
*d in Enchiridio tit. 24.*
*e §. ſed olim. Inſt. eod.*
*f in d. tit. 24. & Theoph. §. 1. Inſt. eo. Caius. Inſt. eod.*
*g §. noſtra. Inſtit. eod.*
*h l. 1. C. communia. de legat.*
*i l. & fideicōmiſſum. 85. de lega. 3. l. fin. C. de donatio. cauſa mor.*
*k d. l. 1. C. communia de lega.*
*l l. nec adiecit. ꝗ. pro ſocio.*
*m §. nō ſolum. Inſt. eod. l. unum ex familia. 69. §. ſi rem. ꝗ. tit. 1. cum alienam. C. eod.*
*n l. nutu. 21. ꝗ. tit. 2.*
*o l. fi. C. de codicill.*
*p l. fin. C. eod. tit. tot. tit. C. de condit. in fert.*
*q d. l. nec adiecit.*
*r l. à Titio. 66. de furtis.*
*s l. 1. & 2. C. communia. de legat.*
*t l. cum filius. 78. §. uarijs. ꝗ. titul. 1.*
*u l. 1. hoc tit.*
*x in d. l. 1.*
*y l. 2. C. cōmunia. de legat. §. ſed non. Inſt. eod.* *z l. 3. in princ. ad S. C. Trebellia. §. ergo in fin. Inſt. de fideicomm. hæred.* *aa Auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* *bb in principio Inſt. de ſingula. re per fid. rel.*

# DIGEST. LIBER XXXI.

## DE LEGATIS ET FIDEICOM. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio trium horum librorum*
3 *Quibus legari poſſit.*
4 *Quare domino ſua res non rectè legetur.*

1 QVia latiſſimè patet materia legatorum, tribus Pandectarum
2 libris in genere de iis diſſeritur: quorum in primo precipuè a-
gi quidam uolunt, de rebus quæ legari poſſunt, aut non: in ſe-
cundo, de perſonis, quæ quibus utiliter legent: in tertio de uer
borum, & rerum, quæ quidem ad legata pertinent, ſignificati-
3 one. Quod ad perſonas attinet, ſciendum eſt, iis dũtaxat rectè legari poſ
ſe, cum quibus eſt teſtamenti factio: hoc eſt, qui ex teſtamento capere poſ-
ſunt [a], ſiue uni legetur, ſiue pluribus, qui coniuncti re, aut uerbis, aut etiam
disiuncti dicuntur [b]. Heredis autem ſeruo purè inutiliter legatur: quia hæ
res ſibi ipſi (cui ſeruus acquirit) ſoluere nequit [c]. Qua ratione, nec domi-
no ſua res, niſi ſub cõditione, rectè legatur: quia quod proprium eſt ipſius,
amplius eius fieri nequit [d].

a §. legari. Inſtit. de legat.
b §. ſi eadem Inſt. eod. l. re cõiunct. ĩ. tit. 1. l. planè. s̃. tit. 1.
c §. an ſeruo. Inſt. eod.
d §. ſed ſi rem. Inſt. eod.

# DIGEST. LIB. XXXII.

## DE LEGATIS ET FIDEICOM. TIT. III.

1 *Qua de re hoc in libro tractetur.*
2 *Eius explicatio in aliud tempus reiecta.*

1 HOc in libro potiſſimùm tractatur de ſignificatione uerborum
& rerum, quę ad legata pertinent: cui ſimilis extat & in Codice
ſuccinctus & elegans titulus de Verborum & rerum ſignifica-
2 tione. Harum rerum cognitio magnum habet uſum in inter-
pretandis inſtrumentorum omnium clauſulis atq; uerbis. Sed
quoniam ad certas regulas redigi, pro inſtituto noſtro omnia nequeunt:
malo nihil de his, quàm pauca hoc quidem tempore dicere, copioſiorem
eorum explicationem in noſtris methodicis Commentariis facturus.

# DIGEST. LIB. XXXIII.

## DE ANNVIS ET MENSTRVIS legatis Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Natura annui legati.*
3 *Quare non tranſeat ad hæredem.*
4 *Quando præſtandum, & nu. 2. ar. 5.*
5 *Quatenus ſimile ſit uſufructui, quatenus diſſimile.*

1 POſtquam de legatis generatim tribus libris eſt expoſitum: nũc
quędam legatorum genera ſpecialius ſunt attingenda. Ac de
2 annuis legatis primo loco. Si in ſingulos annos aliquid lega
tum ſit, Sabinus, cuius ſentẽtia uera eſt, plura legata eſſe ait, &
primi anni purum: quia initio anni ſtatim debetur, ſequen-
tiũ conditionale. Videri enim hanc ineſſe conditionẽ. Si uiuat, quãdo-

quidem in plures præſtationes, ad alendum legatarium diuiſiſſe legatũ te-
ſtator præſumitur[a], & ipſi legatario, non etiam ipſius hæredibus uoluiſſe
conſulere, cum legata propter benemerita relinquantur[b]: ideoq; mortuo
legatorio ad hæredem legatum non tranſire[c], etiãſi in contractibus, in qui
bus quiſq; hæredibus ſuis intelligitur conſulere[d], alia fiat interpretatio[e].
Si legatum ſit annua, bima, trima die, triginta fortè per ſingulos annos de 4
re præſtanda ſunt, æquis penſionibus[f]. In ſingulos annos relictum lega-
tum ſimile eſt uſufructui, cum morte finiatur, niſi quòd capitis diminutio-
ne non extinguitur, etiamſi hoc modo uſufructus pereat[g]. Nam cum diuer 5
ſa ſint cuiuſq; anni legata, initio anni per ſingula legata ius capiendi inſpi-
citur, ut interueniens capitis diminutio nihil obſit[h]. Illud etiam amplius
eſt in hoc legato, quòd in ingreſſu cuiuslibet anni, ſi deceſſerit legatarius,
eius anni legatum hæredi ſuo relinquit. Quod in uſufructu non ita eſt, cum
uſufructuarius etiamſi maturis fructibus nondum, tamen perceptis deceſ-
ſerit, hæredi ſuo ad eos fructus actionem non relinquat[i]: quãuis aliter mo-
ribus Saxonum obſeruetur.

a l. ſi cum præfinitione. 20. ſ. quando lega. ced.
b l. nec adiecit. ſ. pro ſocio.
c l. 4. l. cum in annos. 11. h. t. l. 10. 11. 20. 23. 26. ſ. quando dies lega. uel fid. ced.
d l. ueteris. C. de contrah. ſtipula. l. ſi pactũ. ſ. de probat.
e l. ſi Stichum. 16. §. 1. de uerbo. oblig.
f l. 3. h. t.
g l. corruptionem. C. de uſufr.
h l. cum in annos. 11. h. t.
i l. in ſingulos. 8. h. t.

## DE VSV ET VSVFRVCTV, ET HABITATIONE, & operis per legatum uel fideicommiſſum datis. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Forma legandi uſumfructum multiplex.*
3 *De legato reditus.*
4 *De legata habitatione.*
5 *De operis ſerui legatis.*

ANnuo legato ſimile eſt legatum uſusfructus, ſicuti dictum eſt. Non 1
enim ſolùm pactionibus, ſed etiam teſtamento uſusfructus rectè cõ
ſtituitur & legatur[a]. Itaque poteſt uel uſusfructus ſolus, uel ſola propri- 2
etas legari, aut alteri proprietas, alteri uſusfructus: ſed ſi uſufructu legato,
fundum leget teſtator, quia hoc uerbum etiam uſumfructum compre-
hendit[b], is inter duos legatarios communicabitur[c]. Cum ita legatur, fru-
ctus annuos fundi Corneliani do lego: perinde putat accipiendũ Labeo, ac
ſi uſusfructus fundi legatus eſſet: quòd hæc mẽs fuiſſe teſtatoris uideatur[d],
in fructu autem id eſſe intelligitur, quod ad uſum hominis inductum eſt[e]:
conſimile enim eſt uſusfr. legato, ſi quis reditum fundi annuum leget[f].
Vnde ſi bonorum meorum reditum omnibus annis uxori meę dari uolo, 3
Ariſto reſpondit, ad hæredem uxoris legatum non tranſire: quando aut u-
ſufructui ſimile eſſet, aut legato in annos ſingulos[g]. Habitationis legatũ 4
in ſingulos annos ab initio anni deberi cõſtat[h]. Tale legatum dãnans eſto
hæres, Titium ſinere in illa domo habitare, quoad uiuet, unũ legatum eſt[i].
Hominis etiam operæ tam ſerui, quàm liberi, legari poſſunt[k]. Quod legatũ 5
ab alijs diſtat: quoniam hic legatarius pro fructuario non eſt: ideoq; nec ca
pitis diminutione, uel non utendo, nec morte legatarij legatum extingui-
tur[l]. Quia cum operæ in rerum natura non ſint, priuſquam præſtentur[m],
non poſſunt capitis diminutione aut morte legatarij amitti. Priuatio enim
prǽſupponit habitum, ut loquuntur[n]:

a §. conſtituitur. Inſt. de uſuf.
b l. locus. 60. l. quæſtio. 115. de uerb ſignifica.
c l. ſi alij. 19. h. t. l. 4. §. non ſolum de uſufr. accreſ.
d l. cum ita legatum. 41. h. t.
e l. in fructu. 42. h. t.
f l. patrimonij. 22. l. legatum ciuitati. 16. l. quidẽ 17. h. t.
g d. l. patrimonij.
h l. habitationis. 11. h. t.
i l. damnans eſto. 15. h. t.
k l. 2. & 3. h. t.
l d. l. 2.
m l. operæ. de oper. libert.
n l. decem. 116. de uerb. oblig. ut Dd. uid. ſ. tit. de oper. ſeruo.

## DE SERVITVTE LEGATA. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Dupliciter legari ſeruitutes.*

3 *Qui, quibus legare ſeruitutem poßint.*
4 *Quare uſus ſeruitutis non rectè legetur.*

1 SIcuti perſonales ſeruitutes, ita quoq; reales ultimis uoluntatibus rectè
2 conſtituuntur[a]. Dupliciter autem legatur ſeruitus: aut principaliter,
3 ut, uiam per fundum meum tibi lego[b]: aut in conſequentiam[c]. Legant
rectè ſeruitutem, qui inter uiuos conſtituere eam poſſunt: & ijs utiliter le-
gatur, quibus inter uiuos utiliter conſtituitur, puta prædiorum dominis.
4 Porrò uſus ſeruitutis uel uſusfructus non rectè legatur, quia ſeruitus ſer-
uitutis eſſe nulla poteſt. Itaq; incerti cum hærede erit agendum, ut legato-
rio quoad uiuet, facultatem ſeruitutis præſtet[d].

a l.1.2.3. & 4. h.t.
b l.2.h.t.
c l.1.h.t.
d l.1.§.tit.1.

## DE DOTE PRAELEGATA.
## Tit. IIII.

1 *Quid amplius in legato ſit quàm actione dotis.*
2 *Quomodo dos legetur.*

1 SI uxori maritus dotem leget, quamuis ea domina ſit dotis mortuo ma-
rito: tamen ualet legatum, quia plenius eſt, quàm de dote actio[a]. Pri-
mò propter commodum repræſentationis. Nam olim annua, bina, trima
die: hodie immobilia ſtatim, mobilia poſt annum demum actione dotis
exiguntur[b]. At legatum ſtatim peti poteſt[c], & quidem pluribus actioni-
bus[d]. Deinde in quantum facere poteſt debitor, condemnatio fit in iudi-
cio dotis, etiam aduerſus hæredem[e]: at actio ex teſtamento ſolidum le-
gatum perſequitur, niſi Falcidia quid detrahat[f]. Poſtremò pacta quæ do-
tibus adijci ſolent, in legatis non obtinent[g]: ut non parum commodita-
2 tis in eiuſmodi legato inſit. Legatur autem dos, aut expreſſa quantitate,
aut non expreſſa. Si expreſsim legetur, ut centum aureos dotis nomine, uel
quos in dotem dediſti, tibi uxor do lego: etiamſi nihil in dotem datum ſit,
nihilominus legatum debetur[h]. Sin autem legatum ſit non expreſſa quan-
titate, ſed ſimpliciter, ut dotem lego: nihil amplius, quod quidem ad quan
titatem attinet, ineſt legato, quàm actioni dotis[i]. Itaque ſi nihil reperiatur
in dote, inutile erit legatum[k].

a §. ſed ſi uxori. Inſti. de legat.
b l. unica. §. ex actio. c. de rei uxor. actio.
c §. ſi quis debitori. uerſ. e contrariò. Inſtit. de legat.
d l.1. & 2. C. com. de lega.
e l. etiam ſolut. matrim.
f l. cum dotem. ¶. ad l. Falci. l.2. §. idē quæritur: & §. idem Iulianus. h.t.
g l.1.h.t.
h l. cum ſcriptum: 6. l. uir uxori. 8. cum ſimilibus. h.t. l.1.2.3. C. de falſa cauſa adiect.
i l.1. l.2. l.5. h.t.
k d.l.1. §. ſed ſi uxori. Inſtit. de legat.

## DE OPTIONE VEL ELECTIONE
## legata. Tit. V.

1 *Quare in legato optionis electionem habeat legatarius.*
2 *Quando optio facienda.*
3 *In optione quare non ſit locus pœnitentiæ.*
4 *Optionis legatum eſſe tranſitorium.*

1 EST & cum teſtator legat optionem, ſiue electionem ſeruorum, aut a-
liarum rerum[a]. Quo in legato electio defertur legatario[b], ut is eligat,
quam rem uolet, etiam optimam. quod inductum eſt, partim fauore ul-
timarũ uoluntatũ, quas interpretamur plenius[c]: partim, quia teſtator uer-
ba ad legatariũ dirigens, uidetur hanc illi facultatẽ cõcedere: partim quòd,
ut inquit Aphricanus, in l. infra ſi ſeruus 108. §. cum homo 2. ſuprà de legat. 1.
meritò electio eius eſſe debeat, cui poteſtas ſit, qua actione uti uelit. Nam
actio in rem quæ datur legatario, ne intelligi quidem explicariq; poteſt,
non demonſtrato corpore, quod petatur. l. ſi in rem de rei uend. Si igitur
ei damus actionem in rem, certè ut largiamur ei electionem rei, in quam a-
ctionem dirigat, neceſſe eſt. Sed hæc in ultimis uoluntatibus obtinent.
Nam quia hæ rationes ceſſant in contractibus, meritò in obligatione ge-
neris aut alternatiua, debitoris eſt electio[d]. Optio porrò ante aditam

a l.1.2.4.6. & t.h.t.
b d.l.2. §. ſi generalem. Inſt. eod.
c l. in teſtamentis. 12. de reg. iur.
d l. plerunq; in fin. de iur. dot. c. in alternatiuis. de reg. iur. in. 6. not. in l. ſi unus. 27. §. 5. de pact.

hæreditatem fruſtra fit [a]: adita autem hæreditate, ſi ceſſet legatarius eligere, prætor decernit tempus, intra quod optandum ſit: ne hæres dum diutius in incerto habet, quid ſuum, quid legatarij ſit, incommodo aliquo adficiatur [b]. Semel autem optione facta, mutare uoluntatem legatarius nequit: 5
quia omne ius legati prima teſtatione conſumitur [c]. ſtatim enim atque legatarius elegit, iuris fictione transfertur in illum dominium, optionis legatū: 4
etſi conditionem perſonæ adhærentem contineat, nec uideatur per alium poſſe impleri [d]: tamen fauore ultimarum uoluntatum tranſire illud ad hæredem legatarij uoluit Iuſtinianus [e].

a l. optione. 16. hoc tit.
b l. mancipiorum. 6. h. t.
c l. apud Aufidium. 20. h. t.
d l. qui hæredi. 44. §. de condit. & demonſt.
e §. optionis. Inſtit. eod. ex ſententia Pauli. in l. illud aut illud. 19. h. t.

## DE TRITICO, VINO, ET OLEO legato. Tit. VI.

1 *Quid uini legato contineatur.*
2 *De tritici & olei legato.*

VIno legato omne continetur quod ex uinea natum eſt, & defunctus 1
reliquit, etiam acetum ex uino factum, & quidquid teſtator uini numero habuit [a]. Item uaſa [b]: ſcilicet quæ ita diffuſa ſunt, ut non ad perpetuum uſum reſeruentur: cuiuſmodi ſunt, amphoræ & cadi. cum enim hæc uaſa ſint menſoria, nec magnæ amplitudinis, ac unà cum uino uendi ſoleat, uidentur etiam largiore interpretatione ſimul legari. Secus eſt in dolijs maioribus, quæ ad perpetuum uſum ſeruantur, neque loco aut cellis moueri, nec diſtrahi cum uino ſolent [c]. Certè zythum, quam ceruiſiam hodie uocant, in hoc legatum non uenit [d]: nec enim de genere uini eſt, ut lepidiſſimum epigramma Grecum teſtatur:

a l. 1. l. ſi quis uinum. h. t.
b l. 3. §. 1. h. t.
c l. uinū. 4. h. t.
d l. ſi quis uinum. 9. h. t.

τίς, πόθεν εἶς διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα βάκχον,
οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω, τὸν διὸς οἶδα μόνον.
κεῖνος νέκταρ ὄδωδε, σὺ δὲ τράγου ἦ ῥά σε κελτοὶ
τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων,
τῷ σε χρὴ καλέειν δημήτριον, οὐ διόνυσον·
πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον οὐ βρόμιον.

Si quis tritici modios centum, qui ſingula pondo centum ponderent leget, nihili legatum erit: quia eiuſmodi triticum in rerum natura non eſt [e]. Cum autem certa menſura tritici, aut certum pondus olei, nō adiecta qualitate legatur, liberum eſt hæredi, cuius generis uelit frumentum, aut oleū legatario ſoluere [f]. Qua de re extat alibi diſtinctio [g]. Cum quis damnat heredem, uxori uinum, oleum, frumentum dare, recepta eſt Tuberonis ſententia: ut non quantum hæres uellet, ſed quantum teſtator reliquit, legatum putetur [h].

e l. quidem. 7. in fin. h. t.
f l. 4. h. t.
g in l. legato. 37. ſ. de legat. 1.
h d. l. quidam. 7. h. t.

## DE INSTRVCTO VEL INSTRVMENTO legato. Tit. VII.

1 *Quid ſit inſtrumentum.*
2 *Quomodo inſtrumenta legentur, & quid eo legato comprehendatur.*
3 *Dotes prædiorum non comprehendi.*
4 *Inſtrumentorum uaria genera.*
5 *Regula de interpretatione horum legatorum.*

INſtrumentum fundi eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine qui- 1
bus exerceri poſſeſsio nequit [a]: hoc eſt, quæ aut quærendi fructus, aut cogendi, aut conſeruandi gratia parantur [b]. Nihil autem intereſt, ſiue quis fun- 2
dum cum inſtrumento, ſiue inſtructū fundum, ſiue fundum & inſtrumentū leget,

a l. quæſitum. 12. in prin. h. t.
b l. inſtrumenta. 8. in princ. cū §. ſeq. h. t. d. l. quæſitum.

leget. Tantundem enim in uno eſt, quantum in alio [a]. Quid autem, & cuiuſmodi in hoc legatum ueniant, longum eſt enumerare: & apud I.C. perue
3 ſtigare licet [b]. Illud conſtat, ſi ſimpliciter fundus legetur, dotes prædiorum, id eſt, eas fundi acceſsiones & emolumenta, quæ ad culturam eius ex alio
4 fundo paterfamiliâs ſumere ſolet [c], non uenire [d]. Eſt autem aliud inſtrumentum uillæ [e], aliud domus [f], aliud tabernæ aut cauponæ [g], aliud uineæ [h]. Sunt & inſtrumenta hominum, ut patriſfamiliâs [i], pictoris [k], piſtoris [l], lani-
5 onis [m], medici [n], balneatoris, piſcatoris [o], &c. In omnibus autem iſtiuſmodi legatis, optimam eſſe Pædius ait, non propriam uerborum ſignificatione̅ ſeruari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare uoluerit: deinde in qua pręſumptione & conſuetudine ſint, qui in quaque regione commorantur [p].

*a l.1.l.5.h.t. b in l.penult.d.l.quæſitum.12.l.fundi inſtrumento.25.l.dolia.26.§.fin.l.cum de lanionis.18.§cum de uillico.h.t. & in l.2.ubi Dd.C.de uerbo.ſignifica. c l.9.§.1.de uſufr.*

*d l.2.§.fin.l.cum fundus.21.d.l.dolia.h.t. e l.uillæ.16.in princ.l.ſi mancipia.19.§.pen.h.t. f d.l.quæſitu̅.§.ſi duobus.cum ſeq.l.ſi ita.15.§.domo.l.Seiæ.20.§.pen.h.t. g d.l.ſi ita.h.t. h d.l.uillæ.§.uinea.h.t. i d.l.quæſitum.§.ſed ſi fundu̅. k l.item pictoris.17.h.t. l d.l.cum de lanionis.§.1. m d.l.cum de lanionis.in princ. n d.l.cum de lanionis.§.medici. o l.tabernæ.13.§.fin.d.l.item.§.2.h.t. p d.l.cum de lanionis.18.§.aſinam.2.*

## DE PECVLIO LEGATO.
### Tit. VIII.

QVid ſit peculium, alibi [a] diximus. Quoniam autem ſeruo ſimpliciter legato, aut libertate data non etiam intelligitur legatum peculium, niſi exprimatur [b]: fit ut peculium expreſſe legari ſoleat, de quo tame̅ deducit hæres, quod teſtatori, & eius liberis, ac ſibi debetur: id enim non eſt in peculio [c]. Peculij legatum acceſsionis uicem obtinet: itaque extincto ſeruo extinguitur [d].

*a s̅.ad tit.de peculio. b l.antepen.h.t. l.unica.C.de pecu.eius qui lib.mer.§.peculiu̅.Inſt.eod. c l.6.l.ſi.Sticho.l.dominus.cum ſimil.h.t. d l.1.& 2.h.t.*

## DE PENV LEGATA.
### Tit. IX.

1 *Quid propriè penus.*
2 *Quid in legatum penoris ueniat.*

1 QVi penum legat, quid legato complectatur, uideamus. Et quamuis propriè penus ſunt, ea eſculenta & poculenta, quæ non in dies ſingulos cœnæ cauſa apparantur, ſed quæ contrahuntur longę uſionis gratia, & reconduntur: ex eo quòd non in promptu ſint, ſed intus & penitùs recondita habeantur, penus dicta [a]: tamen in ultimis uoluntatibus, in quibus benignior fit interpretatio, rectè Mutius ſcripſit, penu legata co̅tineri, quæ eſui potuique ſunt. Quin & ea quæ non eſſe, ſed per quæ eſſe ſolemus, ut oleum, garum, muriam, & ſimilia, legato contineri Proculus rectè ſcribit, niſi contraria mens teſtatoris appareat [b]. Vaſa quoque penuaria, quin contineantur, nulla dubitatio eſt [c]. Quòd ſi aliquid penoris dare iuſſus, & ni dediſſet pecuniam ſoluere hæres damnatus eſt, penus erit in præſtatione: pecunia uerò in petitione, poſtquam hæres eſt in mora dandi [d].

*a Gellius lib.4.c.1. b l.3.h.t. c d.l.3.§.fin. l.4.h.t. d l.1.h.t.*

## DE SVPELLECTILE LEGATA.
### Tit. X.

1 *Supellex quid, & quas res contineat.*
2 *Vnde dicta.*
3 *Tuberonis definitio.*

1 SVpellex Pomponio eſt domeſticum patriſfamiliâs inſtrumentum, quod nec argento auro'ue facto (nam olim ſeuerioribus moribus aurum, argentumque in quotidiano uſu non erat [a]) nec ueſti adnumeratur [b]. Et in rebus, non in animalibus conſiſtit [c]. Alphenus ſupellectilis eas eſſe res putat, quæ ad uſum communem patrifamiliâs paratæ eſſent, neque nomen ſui generis ſeparatum haberent [d]. Huius originem uocabuli Labeo ab eo
2 ducit, quòd olim ijs qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quę

*a l.3.h.t. b l.1.h.t. c l.2.h.t. d l.ſupellectilis.6.h.t.*

ſub pellibus uſui ad quotidianam uitę neceſsitatem forent. Hinc ſupellex
dicta. Tubero autem hoc modo demonſtrare ſupellectilem tentat: inſtru- 5
mentum quoddam patriſfamiliâs rerum ad quotidianum uſum paratarum,
quod in aliam ſpeciem, aliam'ue appellationem non caderet [a]: ut uerbi gra
tia, in penum, argentũ, ueſtem, ornamenta, inſtrumẽta agri aut domus, &c.
Sed quę legato ſupellectilis in uniuerſum contineant, intelligi aliũde licet [b].
Id tenendum, ſpeciem potius rerum quàm materiam intuendam: & in ijs
de quibus dubitari poteſt ſupellectilis potius, an argenti, an ueſtis ſint, eius
ſententiam, qui legauit, inſpiciendam, & quomodo is ſit uſus. Ea uerò de
quibus non dubitatur, quin in alio genere ſint, legato non contineri. Non
enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina exaudiri
debent [c].

*a d.l.Labeo.7. hoc tit.*
*b ex l.3.4.5. hoc tit.*
*c d.l.Labeo.h.t.*

# DIGEST. LIBER XXXIIII.

## DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS LEgatis. Tit. I.

1 *Quid legato alimentorum contineatur.*
2 *De diarijs legatis.*
3 *De pecunia in alimentum legata.*
4 *De prædio in alimentum legato.*

LEgatis alimentis, cibaria & ueſtitus & habitatio debebitur: quia 1
ſine his ali corpus non poteſt. Cætera quæ ad diſciplinam per-
tinent, legato non continentur, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem pro
betur [a]. Diarijs, id eſt quotidiano uictu, uel cibarijs relictis, 2
neq; habitationem, neque ueſtiarium, neque calcearium deberi, palàm eſt,
quando de cibo tantum teſtator ſenſit [b]. Si certa pecunia relinquatur in a- 3
limenta, ea eſt præſtanda [c]. Si non adiecta quantitate, inſpiciendum eſt,
quid defunctus præſtare ſit ſolitus: deinde quid cæteris eiuſdem ordinis
reliquerit: quod ſi neutrum apparet, tunc ex facultatibus defuncti, & cha-
ritate eius cui fideicommiſſum datum eſt, modus ſtatui debet [d]. Neque e-
nim hic incertitudo legatum uitiat, cum facilè declarari poſsit [e]. Legatum
hoc morte legatarij finitur: niſi aliud defunctus uoluerit [f]. Ex certo præ- 4
dio alimentis relictis à quolibet poſſeſſore ea præſtanda ſunt: quia prædiũ
eſt obligatum [g]. Prędio legato, ut inde legatarius alatur, proprietas, uel cer-
tè uſusfructus, magis quàm alimenta legata uidentur [h].

*a l.legatis.6. cum l.ſeq.*
*b l.diarijs.21. hoc tit.*
*c l.Lucius.l.cũ unus.§.fin.h.t.*
*d l.pen.in princip...h.t.*
*e Iaſ. & alij in l.ſi Stichum.16.§.1.de uerb. obligat. gl.7.l.ſi cui.14.de ann. legat.ĩ.*
*f l.Mela.in princ.l. Stichus.§.Titia. l. Caio.§.fin. cum ſimilibus.h.t.*
*g l.2.l. Lucius. hoc tit.*
*h l.ſolent.§.quæro.l. cum alimenta.§.fin. hoc tit.*

## DE AVRO, ARGENTO, MVNDO, ORNAmentis, unguentis, ueſte uel ueſtimentis, & ſtatuis legatis. Tit. II.

1 *Quid auro legato ueniat.*
2 *Quid mundo legato.*
3 *Quid ornamentis.*
4 *Quid inter ornamenta & mundum interſit.*
5 *De ueſtimentis.*
6 *De unguentis legatis.*
7 *De ſtatuis & picturis.*

CVm aurum uel argentum legatur, quid auri argentiq; relictum eſt, 1
legato continetur, ſiue factum, ſiue infectum ſit. Pecuniam autem ſi-
gnatam placet eo legato non contineri, quia tranſit in aliam appellationis
ſpeciem [a]. Quòd ſi certum pondus auri ſit legatum, uel argenti, magis
quantitas

*a l. cum aurũ.19.h.t.*

2 quantitas legata uidebitur, nec ex uaſis tangetur[a]. Mundus muliebris
eſt, quo mulier fit mundior. Itaque omnia quæ ad mundum pertinent, ut
ſpecula, unguēta, lauatio, riſcus, &c. legato mundo continentur: exceptis
3 his, quæ ualetudinis cauſa parantur[b]. Ornamenta muliebria ſunt, quibus
mulier ornatur: ueluti in aures, armillæ, uiriolæ, annuli præter ſignatorios,
& omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa[c].
Veſtes autem muliebres appellatione ornamētorum non continentur[d]:
4 quia non ornandi, ſed tegendi corporis cauſa comparatæ ſunt[e]. Inter mū-
dum autem & ornamenta intereſt. Poteſt enim mulier eſſe munda, non ta-
men ornata: ut ſolet contingere in ijs, quæ ſe emundarunt in balneo lotæ,
neque ſe ornarunt: & contrà eſſe aliqua ex ſomno ſtatim ornata, non tamē
emundata[f]. Itaque legata etiam mundi & ornatus inter ſe differunt, & alia
5 hoc, alia illo continentur. Veſtis, an ueſtimenta legentur, nihil refert. Ve-
ſtimentorum ſunt, lanea omnia lineaq́ue, uel ſerica, uel bombicina, quæ indu
endi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, inijciendi, incubandiue cauſa
parata ſunt: & quæ his acceſsionis uice cedunt, ut ſunt inſitæ picturæ, cla-
uiq́ue, qui ueſtibus inſuuntur[g]. Veſtimenta omnia aut uirilia ſunt, aut pue-
rilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria: in quibus & cœnatoria:
quorum in cœnis uſus olim erat. Martialis: *Pugnarum reus ebriæque noctis,*
6 *Cœnatoria mittat aduocato*. de quibus uidere licet I. C.[h] Vnguentis lega-
tis non tantum ea legata uidentur, quibus ungimus uoluptatis cauſa, ſed
7 & ualetudinis[i]. Si ſtatuam legaro, & poſtea ex alia ſtatua brachium ei ad-
iecero, omnino ſtatua à legatario uendicari poteſt[k]. Si imaginem hæres le-
gauit, & tabulam ſoluit, poteſt dici actionem ex teſtamento durare: quia
imaginis legatum, non tabulæ fuit[l].

*a d.l. cum aur. & l.1. §. fin. l. cum certum. 10. h.t.*
*b l. argento. 25. §. fin. & §. mūdus. l. pediculis. 34. §. pen. l. ſi uxori mundus. 39. h.t.*
*c d. l. argento. §. ornamenta. §. ornamentorum.*
*d l. ornamentorum. 37.*
*e l. quamuis. 26. h.t.*
*f d. l. argento. §. pen.*
*g l. ueſtis. 23. l. ueſtimentū. 22. l. cum &. 24. l. cū l. ſeq. h.t.*
*h in d. l. ueſtis. et l. 1. l. inter ueſtē. 33. d. l. ornamentorum. h.t.*
*i l. in argento. 23. §. 1.*
*k l. ſi ſtatuam. 14. h.t.*
*l ſi imaginem. 12. h.t.*

## DE LIBERATIONE LEGATA. Tit. III.

1 *Quare debitori res ſua rectè legetur.*
2 *Pignore legato non uideri ius crediti remiſſum.*
3 *Varij modi liberationis legandæ.*
4 *Remedia, quibus ut liberationi legatæ ſatisfiat, uti conceſſum eſt.*

1 OMnibus debitoribus etiam eæ res quæ debentur, rectè legantur, li-
cet domini earum ſint[a]: cum enim debeant, uidentur non eſſe do-
2 mini[b]. Itaq́ue & res ſua oppignorata debitori legari poteſt: quo caſu ius pi
gnoris quod habebat teſtator, remiſſum, non liberatio debiti legata uide-
3 tur, niſi alia fuerit teſtantis uoluntas[c]. Varijs autem modis liberatio le-
gari poteſt: ut ſi uel liberatio nominis expreſſè, uel chirographum lege-
4 tur, uel damnetur heres ne agat[d]. Liberatione legata, non modò excepti-
one tutus eſt debitor, ſed poteſt agere aduerſus hæredem, ut ſe acceptila-
tione liberet[e]. Addit Bart.[f] tertium remedium, quo nunc utimur: ut utrū
imploretur iudicis officium in hoc, uti is pronunciet nihil deberi, & ſilen-
tium perpetuum heredi imponat.

*a l. 1. 3. h. t. §. ſi quis debitori. Inſtit. de legat.*
*b l. id apud. 143. de. uerb. ſignifica.*
*c d. l. 1. l. quod in rerum. §. 1. ſ. de legat. j. l. 2. & 3. de pactis.*
*d d. l. 3. h. t.*
*e l. 3. §. nunc de effectu. 2. ubi Bart. h. t.*
*f in d. §. nunc. de effectu.*

## DE ADIMENDIS VEL TRANSFERENDIS LEGATIS. Tit. IIII.

1 *Diſpoſitio titulorum ſequentium, & continuatio.*
2 *Quomodo & quare permittatur legatorum ademptio.*
3 *De ademptione expreſſa.*
4 *De tacita.*
5 *De translatione legatorum.*

POſtquam expoſitum eſt, quemadmodum legata relinquantur: reſtat ut 1
dicamus, quomodo amittantur, diminuantur, & acquirantur. Amittun-
tur legata ademptione, translatione, dubio ſcripturę, adiectione pœnę, per
regulā Catonianam: ſi quid pro non ſcripto habeatur: ſi legatarius indignū
ſe reddat legato: ſi conditio, uel cauſa legati deficiat: de quibus omnibus
eſt exponendum. Ademptio legatorum fit, aut expreſſe, aut tacite: quæ 2
teſtatori permiſſa meritò eſt, cum uoluntas ambulatoria ſit uſq; ad mortē[a]:
poſsitq; adimere is, qui & dare[b]: præſertim cum uoluntas ultima nullā obli-
gationē inducat ante mortem, qua ſola confirmatur. quamuis inter uiuos
ſecus ſit, ubi donatio ſtatim à conſenſu uires accipit[c], nec pœnitētia reuo-
catur[d]. Fit autem ademptio expreſsè, cum diſertis uerbis adimitur, aut cō- 3
trarijs: ut non do, non lego: aut alijs quibuſcunq;[e]. Aut ſi inducat teſtator
quod ſcriptum eſt[f]: neq; refert, utrū in teſtamēto an codicillis fiat adēptio[g],
in ſcriptis, aut ſine ſcriptura, coram teſtib.[h] ſaltem duobus[i]. Tacite adimi- 4
tur, cum inimicitiæ capitales inter teſtatorem & legatarium ortæ ſunt[k]: nec
enim inimico benefacere quis uelle præſumitur, & legata propter beneme-
rita ac beneuolentiam dari ſolent[l]. Item, cum teſtator uiuus alij rem legatā
donauit[m]. Quòd ſi alio ex contractu alienet, diſtinguendum erit, utrū uo-
luntate fecerit, an coactus neceſsitate: ut hoc caſu legatum debeatur, illo ne-
quaquam[n]. Sicut adimi legatum poteſt, ita & ad alium transferri: ueluti 5
hoc modo: Quòd Titio legaui, id Seio do lego: quæ res in perſona Titij ta-
citam ademptionem continet[o]. Translatio legati fit quatuor modis. aut e-
nim à perſona legatarij, in perſonam transfertur, ſicuti dictum eſt: aut ab eo
qui dare iuſſus eſt, transfertur, ut alius det: aut cum res pro re datur, ut pro
fundo decem aurei: aut quod purè datum eſt, transfertur ſub conditione[p].
Quòd ſi alij legetur ſub conditione, quod alij purè legatum eſt, non planè
receſſum uidebitur à primo: ſed ita demum, ſi conditio ſequētis extiterit[q].

a l.4.h.t.
b l.3. de re iudic. l. 3. de reg. iur.
c l. ſi quis argētum. C. de dona. §. perfic. Inſt. eod. tit.
d l.2. C. de rer. donat.
e l.2.3. h.t. Inſt. eod. in princ.
f l. nihil intereſt. 16. h.t.
g Inſtit. eod. in princ.
h l. fideicōmiſsi. ubi Bart. Caſtr. Sal. C. de fideic.
i Bart. Caſtrē. Sali. in l. fideicommiſſum. l. de fideic. l. ſi iure. 18. de legat. 3.
k l.3. §. ult. l. ex parte. 22. h.t.
l l. nec adiecit. pro ſoc.
m l. rem legatam. 18. h.t.
n l. ſi ſeruo. h.t. l. fideicōmiſſa. §. ſi rem. de lega. III. §. ſi rē. Inſti. de legat.
o l. ſi quid. 5. hoc tit.
p l. translatio. 6. h.t.
q l. quòd ſi. 7. hoc tit.

## DE REBVS DVBIIS. TIT. V.

1 *De dubio & ambiguo ſcripturæ.*
2 *De incertitudine perſonæ, cui legatum eſt.*

DVbium etiam ſcripturæ annihilat legatum. Quæ enim in teſtamento 1
ſcripta ſunt, neque intelliguntur quid ſignificent, ea perinde ſunt, ac
ſi ſcripta non eſſent[a]. Sed & in ambiguo ſermone non utrumq; dicimus,
uerùm id duntaxat quod uolumus. Itaq; qui aliud dicit quàm uult, neq; id
dicit quod uox ſignificat, quia nō uult: neq; id quod uult, quia id nō loqui-
tur[b]. Quare etiamſi utrunq; conſtet de uoluntate, tamen ſi ad eam uerba
accommodari nequeant, uolūtas utplurimùm deficit[c]: ſecus, ſi uerba quā-
uis impropriè eò poſsint extendi[d]. Sic ſi circa perſonam legatarij ſit am- 2
biguitas, ut neſciatur cui relictum ſit, infirmabitur legatum: puta, ſi incertæ
omnino perſonæ legetur[e], uel ſi legetur maximo natu filio, & duo pari æ-
tate ſint, uel Sempronio amico, & duo inueniantur pari charitate coniun-
cti[f]. Nam & inſtitutionem hæc incertitudo uitiat, nedum legatū[g]. Perinde
itaq; habetur, atq; ſi nullum nomen adſcriptum eſſet[h]: quoniam paria ſunt
non eſſe, & non apparere[i].

a l.2. ĵ. de ijs quæ pro nō ſcri. hab.
b l.3. h.t.
c l. Labeo. de ſupellecti. legat. l. ſi alij. de uſu & uſufr. lega.
d l. non aliter. de lega. III. l. ille aut ille. §. ult. ĵ. de conditio & demonſt. l. ubi. l. quoties. h.t.
e §. incertis. Inſtit. de legat.
f l. ſi ita. 11. l. ſi quis de plurib. 28. h.t. l. apud Iulianum. §. Seio. de legat. 1.
g l. in tempus. ſ. de hæredib. Inſtit. fac. l. duo de teſta. tut.
h l.5. h.t.
i l. in lege. de cōtrab. empt.

## DE HIS QVAE POENAE CAVSA relinquuntur. Tit. VI.

EX Antonini Pij conſtitutione, ſicut eſt apud Capitolinum, etiam pœ-
nę nomine legata relicta deficiebant, adeò ut ne à patre quidē, aut do-
mino

mino legata, pœnę nomine relicta, hęrede filio, aut ſeruo inſtituto, ualeret[a].
Pœnę nomine relinquit hoc modo: Hæres meus ſi filiam Titio in matri-
2 monium collocarit, uel non collocarit, Seio decem dare damnas eſto. Hæc
legata ideo non ualuiſſe ueriſimilè eſt: primò quòd penderent à uoluntate
hæredis, cuius in poteſtate eſſet, legati conditionem implere, aut nō. Eiuſ-
modi autem legata obligationem non habent, cum ea ad defuncti, non hę
redis uoluntatem referri, indidemq; uim accipere debeant[b]. Deinde, quia
non ex pœna hęredis, ſed beneuolentia & amore legatarij proficiſci legata
oportet[c]. Poſtremò, quòd non ad pœnas irrogandas, ſed ad ultimam uo-
luntatem conteſtandem, teſtamentorum iura inuenta ſunt. Verùm Iuſtini-
anus etiam hæc legata ualere uoluit, niſi conditionibus probroſis & illici-
tis ſint adiecta[d]: quem caſum etiam Africanus hic[e] excepit.

a l.1.h.t.
b l.1.cum ibi notat.§.de legat.11.
c l.nec adierit.§.pro ſocio.
d §.fin. Inſtit. de legat.
e in l.1.h.t.

## DE REGVLA CATONIANA. Tit. VII.

1 *Summa & ratio regulæ Catonianæ.*
2 *Explicatio l.1.*
3 *Quare regula non pertineat ad legata conditionalia.*
4 *In inſtitutionibus etiam regulæ eſſe locum.*

1 CAtoniana regula ſic definit: Quòd ſi teſtamenti facti tempore deceſ-
ſiſſet teſtator, inutile foret, id legatum quandocunq; deceſſerit, non
ualere[a]. Quia quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit[b]:
& tempus teſtamenti in legatis eſt inſpiciendum[c]. Vt ſi rem tuā tibi lego,
non ualet legatum, etiamſi eam poſtea alienaueris: quia ab initio non ua-
2 let[d]. Nec obſtat quod hic Celſus[e]: Si tibi legatus eſt, inquit, fundus, qui
ſcribendi teſtamenti tempore tuus eſt, ſi eum uiuo teſtatore alienaueris, le-
gatum debetur. Nam loquitur Celſus, ut ex præcedentibus uerbis liquet,
non de puro, ſed de conditionali legato: ſi uidelicet res legatarij ipſi legata
3 ſit ſub hac conditione, ſi uiuo teſtatore alienauerit. Ad conditionalia e-
nim legata regula Catoniana non pertinet[f]: nam conditionale legatum e-
tiamſi ſtatim teſtator decedat, non redditur inutile, ſed pendet ex tempore
conditionis exiſtētis, aut deficientis, quod inſpicitur: cedit enim eius dies,
conditione demum exiſtente[g]. Eademq; ratione regula Catoniana non
pertinet ad hęreditates, aut legata, quæ non à tempore mortis, ſed poſt adi-
tam hæreditatem cedunt. Quoniam etſi teſtator ſtatim decedat, non tamen
ius ullum legati exiſtit aut oritur, priuſquam adita ſit hæreditas[h]: cuiuſmo-
di legata ſunt libertatis & uſusfructus. quia fruſtra antè dies cederet, cum
4 non tranſeant hæc ad hæredes[i]. In puris inſtitutionib. perinde ut in lega-
tis, regulam Catonianam locum habere, non ſimilitudo tantum rationis
docet, ſed etiam legibus probari poteſt[k].

a l.1.h.t.
b l.quod ab initio.30.de reg. iur.
c §.in extraneis. Inſtit. de hæred. qual. & diff.
d §.ſed ſi rem. Inſt. de legat. l. cætera.41.§.1.de legat.1.
e in l.1.in fin.
f d.l.1.l.3.h.t.
g l.quæ ligata.de reg. iur. l. cedere diem. de uerb. ſignificat. l.2.§.id quoq;. de collatio. bono.
h l.3.h.t.
i l. unica. §. in nouiſſ. C. de cad. tollen.
k l.4.h.t. §.in extraneis. Inſtit. de hæred. qual. & diff.

## DE HIS QVAE PRO NON SCRIPTIS habentur. Tit. VIII.

PRo non ſcriptis habentur, quæ iis adſcripta ſunt, qui in rebus humanis
eſſe deſierunt[a]: aut ſeruis pœnę[b], aut quæ intelligi nequeunt[c]. Sed &
quod ſibi quis adſcribit in teſtamento alieno, pro non ſcripto eſt, propter
falſi ſuſpicionem[d].

a l.pen.h.t.
b l.3.h.t.
c l.2.h.t.
d l.1. & fin.h.t.tot.tit. C. de iis qui ſibi adſcri. in teſta.

## DE HIS QVAE VT INDIGNIS AVFE- runtur. Tit. IX.

1 *Differentia inter hunc titulum & ſuperiorem.*
2 *Quibus auferantur relicta, & nu.4.*
3 *Tutori excuſanti ſe, quare auferatur relictum, nec tamen quæratur fiſco.*

Eſt cum

EST cum relicta neutiquam pro nõ ſcriptis habentur, ſed rata ita ſunt, ut 1
auferantur quibuſdam tanquam indignis, & applicentur fiſco [a]. Vt 2
ſi quid relictum ſit ei qui defunctum occiderit, aut qui cauſam mortis cul-
pa, uel negligẽtia prębuit [b]. Nihil enim intereſt occidat quis, an cauſam mor
tis prębeat [c]. Qui necẽ teſtatoris ulciſci ſuperſedit [d], niſi cædis authores re-
periri nequeant [e]. Qui teſtamentũ tanquam inofficioſum aut falſum [f], aut a-
lio probroſo nomine [g] accuſat: niſi quis iure factum eſſe negat [h]. Qui defun
ctum grauis delicti reum facit, aut ſtatus cõtrouerſiam [i] ei mouet. Qui con
tra tabulas bonorum poſſeſsionem petijt [k]. Qui uxorẽ contra leges duxit,
puta damnatã adulterij: ei enim quaſi indigno auferẽ illius mulieris ſucceſ-
ſio [l]: ut & meretrici relicta à milite, in cuius contubernio fuit [m]. Qui ſe à tu- 3
tula teſtamentaria excuſat, ei relictũ, uelut ob onus tutelæ, nõ debetur: quã
quam hoc caſu ad fiſcum nihil transfertur, cum nõ delinquat, qui iure excu
ſationis cõceſſo utitur [n]. Auferuntur etiam legata ei qui inimicitias cum te- 4
ſtatore capitales exercuit, aut illi malè dixit [o]. Qui in fraudẽ iuris promit-
tit ſe reſtituturum perſonę, quam capere fas non eſt [p]. Item qui hæreditatẽ
compilauit, quatenus tamen compilauit [q]. nec enim pœna debet egredi
delictum [r]. Qui de hæreditate uiuentis improba facta fecerunt [s]. Et hi qui-
dem ſunt, quibus ut indignis à fiſco auferuntur relicta.

*a l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoff. teſta. l. qui dam. 30. §. fin. cum l. ſeq. de donat. l. 1. de iure fiſ. b l. 3. hoc tit. c l. nihil. 15. ad l. Cornel. de ſicari. d l. hæredẽ. 17. l. ei qui mortem. 20. h. t. l. 1. & 3. C. eod. e l. cum fratrẽ. 9. C. eod. f l. 5. in princ. & §. ſi pater. et §. fin. l. hæredi. 15. h. t. d. l. Papinianus. §. meminiſſe. g l. cũ ſecundis. 16. h. t. h l. ſi. teſtamentũ. 24. h. t. i l. 1. l. ſi inimicitiæ. 9. h. t. k l. 2. h. t. l l. 2. in fin. l. Claudius. 13. cum l. ſequen. h. t. m l. mulierem. 14. h. t. n l. 5. §. admittere. h. t. o d. l. ſi inimicitiæ. p l. in fraudem. 10. l. hæres. 11. l. cum qui. 18. h. t. q l. reſcriptum. 6. h. t. r l. ſcimus. §. ille. C. de iure. delib. s l. quidem. 30. §. fin. cum l. ſeq. de donat.*

# DIGEST. LIBER XXXV.

## DE CONDITIONIBVS ET DEMONSTRA-tionibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur. Tit. I.

1 *Legata pura eſſe, niſi dies aut conditio tacitè uel expreſſè ſit adiecta.*
2 *Legatum in diem quare ante diem ſolui poſſit.*
3 *Natura legati in diem incertum.*
4 *Natura legati ſub tacita conditione.*
5 *Natura legati ſub expreſſa conditione.*
6 *De cautione Mutiana.*
7 *Differentia inter conditionem & demonſtrationem.*
8 *Differentia inter cauſam & modum.*
9 *Cauſa falſa, uel modus, quare non uitiet legatum.*
10 *Differentia inter modum & conditionem.*

DEficiunt etiam legata deficiẽte cõditione, ſub qua relicta ſunt. 1
Nam ſciendum eſt, legatis diem aut certum aut incertum, aut
conditionem adſcribi: aut ſi nihil horum factum ſit, pura eſſe,
niſi ipſa re tacitè conditio inſit. Quibus dies certus adſcri- 2
ptus eſt, ea ſolui ante diem poſſunt: quia certum eſt, debitum
iri [a], & dies gratia debitoris hæredis adijcitẽ [b], ut nulla cauſa ſit quare is renũ
ciare ſuo fœnori, & citius ſoluere nequeat [c]. Dies autem incertus eſt, 3
cum ita ſcribitur: Hæres meus cum morietur, dato. Nam diem incertum
habet mors hæredis, reſpectu legatarij [d], qui ante hæredẽ mori poteſt. Eoq;
conditio tali legato ineſt [e]. Et ſi legatarius ante hæredem deceſſerit, ad ſuos
nihil tranſmittit: quia non ceſsit dies legati, uiuo eo [f]. Ineſt cõditio tacitè le- 4
gatis, ueluti cum legamus fructus, qui ex eo fundo naſcẽtur [g]. Si enim nihil
natum fuerit, nihil debebitur [h]. Hoc tamen legatum, quod ad trãſmiſsionẽ
attinet, conditionale non eſt: quia extrinſecus non ex teſtamento condi-
tio

*a l. 1. h. t. b l. eum qui calendis. 41. in fin. de uerb. oblig. c l. quod in diẽ. de ſolu. l. quod quis. 49. de actio. d d. l. 1. e l. dies incertus. h. t. f d. l. 1. g d. l. 1. in fin. h l. interdũ. 37. ubi Dd. de uerbo oblig.*

5 tio accedit [a]. Cum expreſſa eſt conditio, eam impleri neceſſe eſt, alioqui de
ficit legatū [b]: niſi impoſsibilis aut turpis adiecta ſit conditio [c]: aut ſtet per
hæredem, uel cuius intereſt, impleri, quo minus impleatur [d]: aut per eum, in
cuius perſona poſita eſt conditio [e]. Illud ſciendum eſt, ſi tempus conditio-
ni præfinitum non fuerit, liberum eſſe legatario, quandocunq; uelit imple
6 re [f]. Quòd ſi in non faciendo conditio poſita ſit, puta lego decem, ſi in
Italiam non ieris: non aliter ſoluetur legatum, quàm ſi cautionem pręſtite-
rit legatarius, ſe legatum reſtituturum, ſi contrà fecerit. Quę cautio ab au-
7 thore Mutio I.C. Mutiana uocatur [g]. Eſt & cum demonſtratio, aut cauſa,
aut modus legato adijcitur. Quæ omnia, cùm à cōditione, tum inter ſe mul
tum diſtant. Conditio in liberam legatarij uoluntatem, aut in euentum rei
futuræ incertum confertur: ut, ſi hoc feceris, ſi nauis ex Aſia uenerit, &c. De
monſtratio autem factam rem oſtendit, non quemadmodum conditio fu-
turam: ut, fundum Tuſculanum quem Seius mihi dedit, do lego [h]. Cauſa
8 eſt, quam Dialectici προκαταρκτικὴν uocant, quæ animum teſtatoris ad le-
gandum commouet, ſiue antecedat, ſiue ſequatur: ut, Titius, quia negocia
9 mea curauit, uel curabit, ei centum do lego. Modus eſt pars ordinationis,
quæ oſtendit cauſam finalem legati: ut, Titio lego centum, ut mihi monu-
mentum extruat [i]. Neq; demonſtratio falſa legatum uitiat [k], nec falſa cau-
ſa [l]: quia, ut inquit I.C. ratio legandi legato non cohęret, ut ea ceſſante lega
tum ceſſare debeat [m]: præſertim cum hæc cauſa, ſicuti dixi, impulſiua magis
ſit, quàm finalis: cuiuſmodi etſi ceſſet, non ſolet effectum rei impedire [n].
Modum implere legatarius neceſſe habet, ut conditionem: quia modus aſ-
ſcriptus pro conditione obſeruatur [o]. Si tamē per eum non ſtat quo minus
impleatur, erit excuſandus [p]. Illud inter conditionem & modum intereſt,
quòd legatum ſub modo ſtatim peti poteſt, pręſtita cautione de modo im-
plendo: conditionale non item, quia nihil pendente conditione debetur [q].

*a l.conditiones.98.h.t. b l.Titio centū.70.§.ante nuptias.l.quib.diebus.40.l.in teſtamēto.27.h.t. c l.3.l.non dubitamus.h.t. d l.Iure ciuili.24.l.quæſitum.56.h.t. e d.l.Titio.§.fin.d.l.in teſtamēto.l.filiæ.28. f l.hæc conditio.10.h.t. g l.Mutianæ.7.hoc tit. h l.Stichum.6.§.de legat.1. i l.demonſtratio.17.in fin.h.t. k §.huic proxima.Inſtit.de legat.l.falſa demōſtratio.33.h.t.d.l.demonſtratio. l d.l.demonſtratio.§.1.§.lōgè.Inſtit.de legatis.l.2.C.de falſa cau.adiect. m l.cum tale.72.§.falſam.4.h.t. n l.ſi mulier.25.C.de iur.doti.l.1.§.ſecundo loco.ubi gl.ad uerbū cauſam.ff.de poſtulando. o l.2.& 1.c.de his quæ ſub mod. p d.l.1.C.de his quæ ſub. q d.l.2.C.de his quæ ſub mo.l.qui hæredi.44.§.ultimo.hoc tit.*

## AD LEGEM FALCIDIAM, TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *A quo Falcidia lata.*
3 *Ex qua cauſa lata.*
4 *Duo capita legis Falcidiæ.*
5 *Ratio l.in quartam, quare in Treb. imputentur legata: in Falcidiam nō item.*
6 *Etiam ab inteſtato Falc. habere locum.*
7 *Quare non detur legatarijs hoc beneficium Falcidiæ.*
8 *Quibus caſibus hæredi non detur.*
9 *Quomodo ineunda l.Falcidiæ ratio.*

1 VIdeamus ſecundo loco, quemadmodom legata minuantur: quod fit,
aut per l.Falcidiam, aut per S.C. Trebelilianū: hoc ad fideicommiſſa,
2 illa ad legata pertinet. Lex Falcidia a P. Falcidio Tribuno plebis tempo-
3 ribus Auguſti lata eſt [a]. Cum enim lege XII. Tabular. libera eſſet teſtā-
di legandæq; rei ſuæ facultas, ita ut liceret uel totum patrimonium eroga-
re: ſæpenumero fiebat, ut recuſantibus hæredibus pro nullo aut minimo lu
cro hæreditatem adire, inteſtati morerentur, qui plurimum legaſſent. Itaq;
ipſorum teſtatorum gratia, ne ex hac cauſa teſtamenta collaberentur, poſt
alia nequidquam inuenta remedia [b], lege tandem Falcidia prouiſum eſt, ne
plus legare liceat, quàm dodrantem bonorum, id eſt, ut quarta pars apud
4 hæredem hæredesúe remaneat [c]. Huius legis etſi quatuor articulos Dua-
renus

*a c.quædam.2.diſtinct.Dion.in Auguſto. b Theophilus in tit.Inſtit.eod.& Vlpianus.tit.1. c in princ.Inſt.eod.*

renus[a] faciat:tamen nullam probabilem rationem inuenio,quare recedere
debeamus à Paulo,qui[b] duo tantum eius capita conſtituit: quorum uerba
cum in uulgatis codicibus ſatis corruptè legantur, non erit inutile paulo e-
mendatius referre. Primum ergo ita ſe habet: QVI CIVES ROMANI
SVNT (nec enim alij ius teſtandi habent[c]) QVI EORVM POST
HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACERE VO-
LET, IVS POTESTAS'QVE ESTO, VT HAC LEGE SEQVEN-
TI LICEBIT. Hoc priore capite confirmatur ius XII. Tab. ita tamen ut
ſequenti capite determinetur, cuius in priore fit mentio. Itaq; ſecundo ca-
pite modum legatorum conſtituit lex his uerbis:

QVICVNQVE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM RO-
GATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE
CIVI ROMANO PECVNIAM IVRE PVBLICO DARE LEGARE
VOLET, IVS POTESTAS'QVE ESTO: DVM ITA DETVR LE-
GATVM, NE MINVS QVÀM PARTEM QVARTAM HAEREDI-
TATIS EO TESTAMENTO HAEREDES CAPIANT: EIS QVI-
BVS QVID ITA DATVM LEGATVM'VE ERIT, EAM PECV-
NIAM SINE FRAVDE SVA CAPERE LICETO: IS'QVE HAE-
RES QVI EAM PECVNIAM DARE IVSSVS, DAMNATVS E-
RIT, EAM PECVNIAM DEBETO DARE, QVAM DAMNATVS
EST. Ex his uerbis legis apparet ſubobſcura & à multis quæſita uariè ra 5
tio,quare in quartam legis Falcidię tantummodo res quæ hæreditario iure
capiuntur,debeant imputari,non etiam illæ quas iure legati, uel fideicom-
miſsi hæres capit, cum aliter in Trebellianica obſeruetur[d]. Nam lex Falci-
dia uetat ultra dodrantem legari:uultq; quartam partem hæreditatis apud
hæredem manere.Prudenter ergo Iuriſconſulti, ne impingerent in uerba
antiquæ iam legis,& ſic uſu roboratæ,ut de eius ratione diſputandum non
fuerit[e],ita eam ex ipſis uerbis ſunt interpretati, ut nihil quod non eſſet hæ-
reditarium,poſsit in Falcidiã imputari. Succeſsit longo pòſt tempore ſub
Nerone S.C. Trebellianum[f],ætate Veſpaſiani S.C. Pegaſianum[g]:quibus
ſimpliciter cautum fuit,ut quartam partem retinere de fideicommiſsis hę-
redi liceret[h]. Quibus ex uerbis cum appareat,non prohiberi S.C. ne ultra
dodrantem fidei committatur,ſed id ſolummodo caueri, ut de excedenti-
bus dodrantem fideicommiſsis,retineri quarta poſsit: rectè putauerunt Iu-
riſcõſulti,ſi quid fidei commiſsi, aut legati nomine acciperet hæres, id ei in
Trebellianicam eſſe imputandum,perinde atq; deductum de fidei commiſ
ſis:præſertim cum hęc interpretatio benignior ſit,ad conſeruandam defun
cti in fideicommiſsis uoluntatem. Hæc paucis de ratione obſcuræ legis[i]
perſtringere uoluimus,conſentanea ijs, quæ eadem de re doctiſs.uiri Alc.[k]
& Duar.[l] diſputant. Etſi autem teſtantium gratia introducta eſt Falcidia, 6
tamen & ab inteſtato locum habet[m].Hęredibus autem ſolum datur hoc be 7
neficium,non etiam grauatis legatarijs[n]. Nam etiamſi illi repudient lega-
tum,ualet nihilominus teſtamentum:ut ceſſante ratione legis,non neceſſe
ſit contra teſtatoris uoluntatem his ſuccurri. Sed nec hæredibus hodie da- 8
tur duobus caſibus:uidelicet in pijs legatis[o],& cum teſtator expreſſè pro-
hibet Falcidiam detrahi[p]:quamuis iure ueteri aliter obſeruabatur[q].In po- 9
nenda aũt ineundaq; l.Falcidiæ ratione bona conſideranda ſunt,ſicuti fue-
runt tẽpore mortis[r].Et prius omne æs alienũ,funeris impenſa, prædia ſer-
uorum manumittendorum,& quidquid hæredibus debetur, eſt deducen-
dum[s]: ac tum demum æſtimatione reſiduorum bonorum facta, de ſingu-
lis legatis pro rata cuiuſq;,quarta Falcidię detrahetur[t].

a lib.1.diſputa. cap.58.
b in l.1.h.t.
c §.fin. Inſtit. quib.non eſt permiſs. uid. ſ.de teſta.
d l.in quartam. 91. h.t.
e l.non omniũ. de legib.
f §.reſtituta.Inſtit. de fideicommiſſ.hæred.
g §.ſed quia.Inſtit.de fideicommiſs.hæred.
h d.§.ſed quia. cum ſeq.ubi Theophilus.
i l.in quartam.
k lib.6.cap.4.
l lib.diſputa.2. c.10.
m l.filiusfamiliâs. 18. h. t. C. Rainucius. & c.Reinaldus de teſta.
n l. lex Falcidia. 47.in fin.h.t.
o in Auth. de Eccleſiaſti. tit.§. ſi autem hæredes.
p Auth. ſed cũ teſtator.C. ad l. Falcid.
q d. l. quod de bonis.§.1.h.t.
r §. quantitas. Inſt.eod.
s l.qui fundũ. 87.§.ſi quis hæredem.1.h.t.l. irritum.8. C. eod. §.fin aũt. Inſtit. eod.
t l.2.C. eod.l. In quantitate. 73.h.t.

SI CVI

## SI CVI PLVS QVA'M PER L. FALcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur. Titul. III.

SI cui plus quàm licuerit, legetur, & dubitare iuſtè poſsit, utrum lex Falcidia locum habitura ſit, necne: ſubuenit Prætor hæredi, ut ei legatarius ſatiſdet, ut ſi apparuerit, eum amplius legatorum nomine cæpiſſe, quàm ex l. Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det, dolusq́ malus ab eo abſuturus ſit [a]. Id eò inuentum eſt remedium, quia ſi ſine cautione hæres legata ſoluat, uidebitur agnouiſſe iudicium defuncti: nec Falcidiæ beneficium [b] poterit amplius implorare,

a l.1.h.t.
b l.error.9.§. eo.§.ſi uerò expreſſè. in Auth. de hæred. & Falcid.

# DIGEST. LIB. XXXVI.

## AD S.C. TREBELLIANVM & Pegaſianum. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quando ſit factum.*
3 *Verba S.C.*
4 *Summa & ratio S.C. Trebelliani.*
5 *Summa & ratio S.C. Pegaſiani.*
6 *Trebelliano ſoli omnem uim alterius S.C. attributam eſſe.*
7 *Hæredem ex ſua quarta, legata non præſtare, ſi portio fideicommiſſarij ad ea ſufficiat.*
8 *Hæredem cogi ad adeundum.*

1 EXplicato tractatu, qui ad legata ſingularum rerum pertinet:
transeamus nunc ad interpretationem S. C. Trebelliani. Fa-
2 ctum eſt enim S.C. tẽporibus Neronis VIII. Calend. Septẽb.
Anneo Seneca & Trebellio Maximo (unde Trebellianum di-
3 ctum) conſulibus. Cuius uerba hæc ſunt [a]: ,,CVM ESSET AEQVISSIMVM, IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS, SI QVA DE HIS BONIS IVDICIA PENDERENT, EX HIS EOS SVBIRE, IN QVOS IVS FRVCTVS'QVE TRANSFERETVR POTIVS, QVA'M CVIQVE PERICVLOSVM ESSE FIDEM SVAM: PLACET, VT ACTIONES'QVAE IN HAEREDEM HAEREDIBVS'VE DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS, NEQVE HIS DARI QVI FIDEI SVAE COMMISSVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVISSENT: SED HIS ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEICOMMISSVM RESTITVTVM FVISSET: QVO MAGIS IN RELIQVVM CONFIRMENTVR SVPREMAE DEFVNCTORVM VOLVNTATES.
4 Hoc igitur S.C. cautum eſt, ut actiones, quæ in hæredes hæredibusúe dari ſolent, poſt reſtitutam ex fideicomiſſo hæreditatem, eis, & in eos darentur, quibus ex teſtamento fideicõmiſſum reſtitutum eſſet: uiſum enim fuit eos onera & lites hæreditatis obire oportere, in quos ius fructusq́ eius transferrentur [b]. Quo S.C. ſublata eſt eorum dubitatio, qui adire hæreditatem recuſabãt, ſeu metu litium, ſeu alio prætextu [c]. Sed quia ne ſic quidem hæredes ſcripti ad adeundum induci poterant, cum aut totam hæreditatem, aut penè totam reſtituere plerunq; rogarentur, atq; ob id extinguebantur fideicommiſſa: ideo Veſpaſiani temporibus, Pegaſo & Puſione con-

a l.1. in princ. hoc titul.
b l. ſecundum. 10. l. ex qua. 191. de reg. iur.
c d.l.1.§.1.

ſione Conſulibus Senatus cenſuit,ut ei qui rogatus eſſet hęreditatem reſtituere,perinde liceret quartam partem retinere,atq; ex lege Falcidia in legatis retinetur.Ex ſingulis quoq; rebus quæ per fideicommiſſum relinquuntur,eadem retentio permiſſa eſt [a].Poſt quod S. C. hæres onera hæreditaria ſuſtinebat, fideicommiſſarius autem legatarij partiarij,hoc eſt, cui pars bonorum legata eſſet [b], loco habebatur: niſi quòd onera hæreditaria pro rata ſolennibus ſtipulationibus in ſe recipiebat [c]. Sed poſtea cum ſtipulationes uſitatæ inter hæredem & fideicommiſſarium,de oneribus pro rata ſuſtinen 6
dis,diſplicerent,uis omnis huius S. C. in Trebellianum tranſlata eſt: ſicut ex eo quartam nunc retinere liceat,actionibus nihilominus pro rata portione tam hæredi,quàm fideicommiſſario, & in eos competentibus [d]. Quod 7
in actionibus creditorum duntaxat uerum eſt. Nam ſi hæres nihil ultra quartam habeat,& fideicommiſſarij portio legatis ſufficiat, præſtare is ea ſolus cogetur: & hæres quartam ſine onere habebit, niſi aliud teſtator uo- 8
luerit [e]. Sed & illud S.C. ineſt,ut ſi hæres nolit adire,poſsit eum officio iudicis implorato fideicommiſſarius uniuerſalis cogere ad adeundam & reſtituendam hęreditatem [f].Quo caſu hæres quartam detrahere nequit [g]:ſed eius loco detrahit fideicommiſſarius, aliàs non detracturus [h]. Nam planè loco hæredis hoc caſu eſt, omnesq; actiones integrè in eum tranſeunt [i]: ita ut hæres adire coactus omnino & habeat exceptionem,ſi conueniatur, & repellatur exceptione,ſi actiones hæreditarias intentare uelit [k].

a §.ſed quia.Inſtit.de fidei.hæred.
b ut in l.nõ amplius.26.§.fi.ſ. de legat.1.
c §.ergo.Inſt. de fideicõ. hær.
d d.§.ſed quia.
e l.1.§.ſi is qui quadringẽta.9. & §.fi.l.3.h.t. l.fin.C.eod.
f l.ille à quo.13. §. tempeſtiuè l. nam quod.14.l. Imperator. 50. hoc titul.
g d.l.nã quod. §. qui compulſus.2.
h d.l.1.§. inde Neratius. l. ex aſſe.28.l.facta. 63.§.ſi eum ſuſpecta.
i l.quãuis.40.
k d.l.1.§.quãdo.

## QVANDO DIES LEGATORVM VEL fideicommiſſorum cedat. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Cedere diem quid ſit.*
3 *Quando cedat legatorum dies.*
4 *Quare conditionale legatum non cedat à morte teſtatoris.*
5 *Item uſusfructus, legatum & libertatis.*
6 *Quare hæreditatum dies non cedat ſicuti in legatis.*

ABſolutis ijs quæ ad amiſsionẽ diminutionemq; legatorum pertinent: 1
reſtat ut exequamur,quomodo legata acquirantur,quæ in ademptionem uel diminutionem non cadunt. Acquiruntur autem iuris interpreta-
tione,cum dies eorum cedit. Cedere enim diem nihil aliud eſt,quàm inci- 2
pere deberi [a].Cedit autem legati dies à tempore mortis teſtatoris [b],ſiue pu- 3
rè,ſiue in diem relictum ſit:quamuis in diem relictum, antequam ea ueniat, peti non poſsit [c]. Itaq; ab illo tempore moriens legatarius ius ſuum ut de-
bitum tranſmittit ad hæredẽ [d]. Secus eſt in legato conditionali, aut in diem 4
incertam relicto [e]:quia eius dies non cedit ante euentũ conditionis [f].Porrò 5
nec uſusfructus,aut alterius perſonalis ſeruitutis aut libertatis legatum, cedit à tempore mortis,ſed adita demum hæreditate: fruſtra enim antecederet, cum ad hæredes non tranſmittatur [g]. In annuo legato ſic obſeruatur, ut primi anni legatum quod purum eſt,tranſmittatur,& eius dies cedit à morte teſtatoris: ſequentium uerò nequaquam, ſed ſingulis duntaxat annis,
cum ſit conditionale [h]. Et hæc quidem in legatis obtinent.Hæreditates au- 6
tem non aditæ regulariter (quidam enim caſus excepti ſunt) non tranſmittuntur,neq; antè earum dies cedit: quippe cum hæredi ſolutum ſit,ſtatim à morte hæreditatem cernere [i]. Ius tamen deliberandi hodie indiſtincte tranſmitti,Iuſt. uoluit [k].

a l.cedere diẽ. 213.de uerbo.ſignificatio.
b l.1.§.in nouiſſimo.C. de cad. tollen.
c d.l.cedere.
d l.5. hoc tit.
e l.4. & 5.ſi dies.21.h.t.
f d.l. unica. §. ſin autem.d.l.cedere.
g l.2. & 3.h. t.d.l.unica.§.libertatis.
h l.cum in annos ſingulos.23. hoc titul.
i d.l. unica. t. tit.C. de his qui ante aper.tab.
k l. cum in antiquiorib.19. C. de iur.delib.

VT LE

## VT LEGATORVM SEV FIDEICOMMISſorum ſeruandorum cauſa caueatur. Tit. III.

1 *Quare ſatiſdationes inductæ, & quid contineant.*
2 *Quomodo & à quo ſatiſdationes exigantur.*
3 *Qui ſatiſdare non cogantur.*
4 *Qui præter hæredes ſatiſdare cogantur.*
5 *Quibus ſatiſdandum ſit.*
6 *Quando ceſſet & in quibus caſibus ſatiſdatio.*
7 *An in puris legatis caueri oporteat.*

1 QVoniam propter adiectam conditionem aut diem mora nonnun-
quam iniicitur, quo minus legata confeſtim ſoluantur, legatorum no
mine ſatiſdari oportere pretor putauit: quo tutiore loco res legatarijs eſſent
ut quibus teſtator dari fieri uoluit, his diebus & detur & fiat, dolumq; ma-
lum abfuturum ſtipulentur [a]. quam in ſtipulationē uenit res legata, & quid-
quid in actione ex teſtamento ineſt [b]. Nam cum hoc in bonæ fidei iudicijs
receptum uideamus [c]: quanto magis in hæreditaria cauſa admittendum
2 fuit, quæ bonæ fidei iudicijs affinis eſt [d]? Semper autem ſatiſdare hæres co-
gitur, datis fideiuſſoribus [e], cuiuſcunq; ſit dignitatis, uel quarumcunq; fa-
3 cultatū [f]: excepto fiſco [g], qui perpetuò idoneus eſt, & ſoluendo [h]: & ciuita-
tibus hactenus, tamen ut non quidem ſatisdare, ſed cauere tamen cogan-
4 tur [i]. Nec modò heres ſatiſdat, ſed etiā ſubſtitutus fideicōmiſſarius, quam-
uis ſingularis: & deniq; quicunq; ſit à quo relictum eſt, & horum omnium
5 hæredes [k]. Omni etiam legatario ſiue fideicommiſſario, horumq; ſucceſſo-
6 ribus ſatiſdandum eſt [l]. Ceſſat autem hæc cautio, ſi eam teſtator exigi no-
lit [m]: ſi manifeſtum eſt, non deberi legatum [n]: uel in continenti probare pa-
ratus eſt hæres, nihil deberi [o]. Quia antè de legato quàm de ſatiſdatione cō-
7 ſtare poteſt. Qua ratione placuit, in puris legatis ſatiſdatione opus non eſ-
ſe [p]: cum ipſum legatum ſtatim exigi queat, niſi hæres dare tergiuerſetur.
Tum enim propter moras iudicij, locus erit ſatiſdationi [q].

a *l. 1. l. hæc ſtipulatio. 14.*
b *d. l. 1. §. uel ſine. §. itē ſi quis. §. itē quæritur.*
c *l. in omnibus. 41. de iud.*
d *l. in minorē. cū gl. C. ex quibus cauſis in integ. reſt. eſt no. eſt nec. l. cū res in prin. l. huiuſmodi. §. ſi hæres de leg. 1.*
e *d. l. 1. l. prætoria. ſ. de prætorijs ſtipulatio.*
f *d. l. 1. circa princ.*
g *d. l. 1. §. ſi ad fiſcum.*
h *l. 2. de fund. dot. l. 3. §. idem ſciendum ſi cui plus quàm per l. Falc.*
i *l. 6. §. 1. h. t.*
k *d. l. 1. §. 7. & §. non ſolum.*
l *d. l. hæc ſtipulatio. d. l. 1. in princ. & §. 1.*
m *l. licet. 12. h. t.*
n *d. l. hæc ſtipulatio §. diuus.*
o *l. ſi is à quo. ſ. titul. 1.*
p *Azo. in rub. hic nu. 2.*
q *l. etiā. 15. h. t.*

## VT IN POSSESSIONEM LEGATOrum uel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat. Titul. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid hic ſignificet bonorum poſſeſsio.*
3 *Quando locum habeat, & quatenus extendatur.*

1 NOn ſine ratione Prætori hoc uiſum eſt, ut ſicuti hæres incumbit poſ-
ſeſsioni bonorum, ita quoq; legatarij carere non debeant bonis de-
functi. nam, ut uerè dixit Aeſchines, nullius momenti eſſe ciuitatem, quæ
non habeat neruos executionis in contumaces: ita ridicula & nullius mo-
menti fuerint Prætorum edicta, quibus ius legatorum tuentur, ſi non mu-
nita ſint executione, & pœnis, quibus ad obedientiam refractarios compel
lant. Quocirca rectè Prætor aut ſatiſdari legatarijs, aut ſi ſatis non detur, in
2 poſſeſsionem bonorum uenire uoluit [a]. Bonorum hic appellatio, continet
3 omnes res, quarum proprietas pertinet ad hæredem ex hæreditate [b]. Itaq;
quamuis minima res legata ſit per fideicommiſſum: relicta tamen ſi non ſol
uatur ab hærede, uel eo nomine caueatur, cum caueri oportet: in poſſeſsio-
nem omnium bonorum, quæ ex ea hæreditate ſunt, legatarium ſiue fidei-
commiſſarium Prætor legatorum ſeruandorum cauſa mittit [c]. quod tamen
hodiē

a *l. 1. in princ. ſ. tit. 1.*
b *l. is cui. 5. §. qui in poſſeſsionem. 5. cū §. ſeq.*
c *l. quamuis. 13. hoc tit.*

hodie Iuſt.in Nouell.de exh. reis correxit, & pro quantitate legati miſsionem fieri uoluit. Porrò miſsione decreta,uel inuito hærede per uiatorē aut officialem præfecti,aut ex interdicto,ne uis fiat ei, &c. legatarius introducendus eſt in poſſeſsionem [a], ut cuſtodiæ cauſa ſimul cum hærede poſsideat:donec is tædio perpetuæ cuſtodiæ affectus, cautionem præſtet, aut legatum ſoluat [b].

*a d.l.is cui.§.in poſſeſsionē. 20.*
*b d.l.is cui.in princ.& §. qui legatorum. 16. cum ſimilibus.*

# DIGESTORVM
## Pars ſexta.
## LIBER XXXVII.
### DE BONORVM POSSESſionibus. Tit. I.

1 *Continuatio ex diſpoſitione integra Pandectarum.*
2 *Quare bonor.poſſ. introductæ.*
3 *Definitio.*
4 *Quid ſignificet hic bonorum appellatio.*
5 *Quid poſſeſsio.*
6 *Quid ius.*
7 *Quomodo petatur bonorum poſſ.*
8 *Quomodo hæc poſſeſsio ab alijs differat.*
9 *Diuiſio poſſeſsionum.*
10 *Cauſa efficiens & materialis.*
11 *Forma decernendæ & petendæ poſſ.bon. & de edictali ac decretali bonorum poſſ.*
12 *Finis & effectus.*

CRedo uos meminiſſe initio huius operis,iudicia,in quorum omniū ordine,partibus, progreſſu atq; effectibus explicandis,Pandectæ conſumuntur,ita fuiſſe diſtributa,ut alia ſint ordinaria, alia extraordinaria: ordinariorum autem, partim ciuilia, partim criminalia: ciuilium rurſus alia propriè ciuilia,alia Prætoria.De ciuilibus hactenus uidemur abundè pro inſtituto noſtro tractaſſe. 1
Tranſeamus ergo ad iudicia Prætoria:eo quidem cōmodiore loco atq; ordine,quòd poſtquam tradidimus quemadmodum ex teſtamentis iure ciuili ſuccedatur,tēpus ſit demonſtrare, quibus modis Prætor tam ex ultima uoluntate,quàm ab inteſtato,ſucceſsiones deferat: quæ quidem omnes ge 2
nerali nomine appellantur bonorum poſſeſsiones, ſicuti quæ iuris ciuilis ſunt,hæreditates. Nam ſciendum eſt,à prætore neminem effici hæredem [a], ne derogetur apertè iuri ciuili, quod alios hæredes conſtituit: ſed per indirectum & quadam circūductione nonnullos ad ſucceſsionem uocari, data bonorum poſſeſsione: de qua primùm in genere, pòſt ſigillatim erit diſſerendum. Bonorum igitur poſſeſsionē ita rectè definiemus:ius perſequen 3
di,retinendiq; patrimonij,ſiue rei quæ cuiuſq; cū moritur,fuit [b]. Bonorum 4
appellatio nō hic capitur deducto ære alieno, ut aliàs ſemper [c]: ſed cōprehendit omnia commoda & incōmoda hæreditaria, dominiumq; rerū quæ in his bonis ſunt, tribuit, non minus quàm iure ciuili hæreditatis aditio [d].

*a §. quos autē. Inſtit.eod.*
*b l.3. §. bonorum.2.hoc tit.*
*c l. ſubſignatum.39. §. 1.de uerb. ſignificatio.l. nō poſſunt de iure fiſc. l.fi. de uſufruc.lega. l. cum emācipa. §. 1. de collat. bono.*
*d l.1.hoc titul.*

Poſſeſsio-

5 Poſſeſsionem hic intelligimus,non nudam rei detentionem,ſed ius,& utile
dominium rerum quę in hereditate ſunt [a].In omnibus enim uice heredum,
6 bonorum poſſeſſores habentur [b].Ius,intellige Prætorium:neq; enim eſt ul-
7 la iſtius generis poſſeſsio,quæ non à Prætore detur [c].Eſt igitur ius,id eſt,fa-
cultas à Prætore conceſſa perſequendi.in hoc habes differentiam, qua bo-
norum poſſeſsio ab hæreditate ſecernitur.Hæc enim petitur actione ciuili,
illam uerò perſequimur officio iudicis extra ordinem,quod uerbum perſe-
8 quendi denotat [d]. In uerbo retinendi,altera latet differentia, qua à reliquis
poſſeſsionibus,de quibus alibi [e] prolixè agitur,iſta poſſeſsio ſeparatur.Illę
enim plurimũ facti habent,& ipſum duntaxat detinendi ius denotant [f]:hæc
uero uim obtinendæ retinendæq; proprietatis,iure ſucceſsionis cõplecti-
tur.Itaq; & qui corporaliter poſsidet,nihilominus petet à prætore bonorũ
poſſeſsionem,hoc eſt ius ſucceſsionis: & cui à prætore bonorum poſſeſsio
decreta eſt,is eo non ius corporale detinẽdi, ſed ius ſucceſsionis & utile do
minium rerum quæ ſunt in hæreditate,conſequitur:ac proinde in corpora-
9 lem poſſeſsionem adhuc erit mittendus [g].Bonorum poſſeſsiones aliæ ſunt
ordinariæ, quæ partim ſecundum aut contra tabulas, partim ab inteſtato
dantur: aliæ extraordinarię,quę nulla certa edicti parte,uel ad teſtamentũ,
uel ad cauſam inteſtati adiũgũtur,ſed ex nouis legibus, prout quæq; res in-
cidit,extra ordinẽ dantur [h]. De quibus ſingulis ſpeciebus pòſt uidebimus.
10 Cauſa efficiens huius poſſeſsionis eſt, Prætor qui eam defert, & uoluntas
eius cui defertur:nulli enim inuito bonorum poſſeſsio acquiritur [i].Materia
in qua decernitur poſſeſsio,ſunt omnes res,omnia commoda & incõmoda
11 hæreditaria [k]. Forma qua prætor bonorum poſſeſsionẽ generaliter defert,
extat in edictis:unde & edictalis poſſeſsio bonorũ appellatur. Ea uerò qua
prætor poſſeſsionem ex edicto petenti particulariter decernebat,quę poſ-
ſeſsio decretalis appellabatur,antiquata hodie eſt: ſufficitq; qualicunq; te-
ſtatione apud iudicem bonorũ poſſeſsionem agnoſcere [l], ſicuti in ciuilibus
quacunq; animi & uoluntatis indicatione poteſt adiri hæreditas [m]. Hæc ta-
men conteſtatio, agnoſcentis poſs. intra legitimum tempus facienda eſt:
quod in liberis & parentibus annuum, in reliquis agnatis & cognatis, cen-
12 tum eſt dierũ [n].Finis eſt,ut is qui iure ciuili contra æquitatem naturalem hę
reditate excludebatur, benignitate iuris Prætorij ſucceſsionẽ ſibi debitam
acquirat. Vis & effectus in eo uertitur,quòd is qui bonorũ poſs.agnouit,ſit
uice hæredis,omniaq; iura hæreditaria,perinde ut hæres,conſequatur [o].

a d.l.1.2.3.h.t. §.1.Inſt.eod.
b d.l.2.
c §.7.Inſt.eod.
d l.pecun.178. §.perſecutionis. ubi Alcia. l. actionis.34. cum ibi notat. de uerb.ſignificat.
e in tit. de acqui.poſſ.
f l. deniq. 19. ex quibus cauſis maio.l.1.§. Scæuola. ſi is qui teſt. lib. eſſe iuſ.
g d.l.1.2. 3. §. 1. hoc titul.
h §.ſunt autem. iuncto §. ſeptima.inſtit.eod.
i d.l.3.§. bonorum.2.in fin.
k d.l.1.
l l.fi.C.qui admitti ad bonorum poſſeſſ.
m l. pro hærede.cum ſimil.ſ. de acquir.hære.
n §.cum igitur. Inſt. eod. d.l.fi.
o d.l.2. 3. cum ſimilibus.

## SI TABVLAE TESTAMENTI extabunt. Titul. II.

1 *Continuatio.*
2 *Quare prætor deletis uel non extantibus tabulis bon.poſſ.non decernat.*

1 ET hęc in genere de bonorũ poſſeſsionibus dicta ſufficiant: nunc quę-
dam ſigillatim attingamus. Ac cum petitur bonorũ poſs. in primis ui-
2 dendum erit,an tabulæ teſtamenti extent.Nam ſi non appareant,aut appa-
reant quidem, ſed in ijs ita deletum ſit,quamuis inconſultò, nomen hære-
dis, ut penitùs legi non poſsit:bonorum poſs.ex teſtamento non dabitur,
cum prætor iuſtam dubitandi cauſam habeat,utrũ qui petit poſſeſsionem,
hæres ſcriptus ſit,an non:ſed ſi prolatis ſemel publicatisq; integrè (ut mo-
ris eſt) tabulis [a],de uoluntate teſtatoris conſtiterit, etiamſi hæ poſtea inter-
eant,competet bonorum poſſeſ. quia uerum eſt tabulas extitiſſe [b].

a l. publicatæ. C.de teſtamentis.
b l.unica. h.t.

## DE BONORVM POSSESSIONE, FVrioſo, infanti, mutuo, ſurdo, cęco competenti. Titul. III.

1 *Intra quod tempus bonorum poſſeſsio petenda.*
2 *Quare hoc tempus furioſis & infantibus non currat.*

BOnorum poſs. à liberis intra annum utilem, à reliquis agnatis intra centum dies utiles à tempore ſcientię petenda eſt. Eo tempore elapſo, ius 1
petitionis deperit, neq; quiſquam ignorantia iuris excuſatur [a]. Habent ta- 2
men excuſationem, quædam perſonæ, quibus tempora non cedunt: cuiuſmodi ſunt furioſi [b], infantes [c], etiamſi horum tutores uel curatores petere potuerint. quod eam habet rationẽ, quia ſpacium illud ſcientibus, non ignorantibus præfinitum eſt. Scire autem neque furioſi, neq; infantes poſſunt [d]. Muti, ſurdi, cæci, dummodo quid agatur intelligant, nihil cauſæ eſt, quare iure communi uti non debeant.

*a l. ſi plures. 9. l. in bonorũ. 10. ff. de bono. poß. l. iuris. l. fin. C. qui admit. §. liberis. Inſtit. de bono. poß.*
*b l. 1. h. t. l. non eſt ambigẽdum. ff. tit. 2.*
*c l. ſeruus. ff. de bonor. poß.*
*d l. 1. hoc tit.*

## DE BONORVM POSSESSIONE contra Tabulas. Tit. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Tam ſuis quàm emancipatis hanc bo. poß. dari.*
3 *Quare non detur exhæredatis.*

BOnorum poſs. ex ultima uoluntate dupliciter datur: aut contra tab. aut 1
ſecundum tabulas. Contra tabulas teſtamenti dat Prætor poſs. liberis 2
præteritis [a], non ſolũ emancipatis, qui iure ciuili præteriri poterant, ut prætor eis meritò hac bonorum poſs. ſuccurrat, uerùm etiam ſuis. Etſi enim hi iure ciuili teſtamentum dicere nullum poſſunt [b]: tamen ſi malint uerecundius cum paterno iudicio agere, dat eis Prætor bonorum poſs. contra tab. eodem omnino iure atq; ordine, quo uocãtur ad ſucceſsionem iure ciuili [c]. Liberis exhæredatis hæc poſſeſsio non datur [d]. Quia non temerè uoluit 3
Prætor reſcindi tabulas teſtamenti, cũ iuſta exhæredationis cauſa eſſe poſſit: itaq; ijs recurrendum erit, ad querelam inofficioſi teſtamenti. Idem obtinet, cum præteritio pro exhæredatione habetur, ut eſt materna [e].

*a l. 1. hoc titul.*
*b in prin. Inſt. de exhæred. libero.*
*c d. l. 1. l. 2. C. eod.*
*d d. l. 1.*
*e l. 4. §. ad teſtamenta. h. t.*

## DE LEGATIS PRAESTANDIS, CONtra tabulas bonorum poſſeſsione petita. Tit. V.

BOnorum poſſeſsione contra tabulas petita, ſciendum eſt, reſcindi totum teſtamentum, & inſtitutiones, libertates, legata, & fideicommiſſa omnia corruere: quemadmodum fit cum per querelam inofficioſi rumpitur [a]. Placuit tamen ex æquitate Prætori, ut qui iudicium patris reſcindunt, per contra tabulas bonorum poſs. ex uoluntate eius, quibuſdam perſonis legata & fideicommiſſa præſtarent: hoc eſt, liberis & parentibus utriuſq; ſexus in infinitum, & uxori nuruiq; dotis nomine legatum [b]. Hodie euacuato quacunq; ex cauſa præteritionis teſtamento, legata omnia deberi, rectè Azo [c] adnotauit [d]: etiamſi quidam putent, Iuſtin. conſtitutionem in bonorum poſs. non obtinere.

*a l. Papinianus. 8. §. fi. de inoff. teſta.*
*b l. 1. 2. 3. l. 8. §. ult. l. is qui. 15. §. pen. hoc tit.*
*c in titul. C. de bon. poß. contra tab. in fin.*
*d Auth. ex cauſa. C. de lib. præterit.*

## DE COLLATIONE BONORVM, TIT. VI.

1 *Quare emancipati ſuis conferre debeant.*
2 *Vnde ortæ collationes.*

Varia

3 *Varia collationum iura.*
4 *Tantum inter deſcendentes collationi eſſe locum.*
5 *Quænam conferantur.*
6 *Quomodo fiat collatio.*

1 CVm Prætor ad bonorum poſs. contra tab. emancipatos admittat, participesq́; faciat cum his qui ſunt in poteſtate bonorum paternorum: conſequens eſſe credidit, ut ſua quoque bona in medium conferant, qui appetunt paterna [a]. Quæ res manifeſtam habet æquitatem, & æqualitatem facit inter liberos, quæ mater eſt concordiæ, ut dicitur: τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Nam cum filij qui manent in poteſtate, omnia adquirant patri, eaq́; re paternam augeant hæreditatem: æquum eſt, ut emancipati quæ ſibi acquiſiuerunt, in communem hæreditatem conferant, atque ita omnia ęqualiter
2 pro uirilibus partionibus diuidantur. Et ab hac quidem cauſa initiò profecta eſt collationis æquitas, quæ poſtea propter æqualitatis rationem latius
3 eſt extenſa. Sed quoniam hac in materia multa temporibus uariata innouataq́; ſunt, ut omnia breui comprehendi nequeant: quid iure nouiſsimo
4 cautum ſit & obſeruetur, attendamus. Et ſciendum eſt, in ſucceſsione deſcendētium, tantummodo eſſe locum collationi, non in aſcendentibus, aut collateralibus: in quibus collationis ratio ceſſat, quia nullus horum defuncto de cuius hæreditate agitur, ſed ſibi acquiſiuit, ut latius alibi Dd. expli-
5 cant [b]. Porrò deſcendentes omnes, hoc eſt, liberos ſine ulla emancipationis aut ſuitatis diſtinctione ſibi inuicem conferre, duntaxat, quæ ſunt profectitia, quæ quidem facta eſſent hæreditaria, niſi data fuiſſent: cuiuſmodi ſunt, dotes, donationes propter nuptias, &c. Idq́; tam ex teſtamento,
6 quàm ab inteſtato, niſi teſtator collationem ſuſtulerit [c]. Fit autem collatio aut re ipſa, hoc eſt, ipſo facto inita collationis ratione: aut cautione, datis fideiuſſoribus uel pignoribus de conferendo [d]. Quę quidem cautio ſiue ſtipulatio cōmittitur, cum interpellatus poſt aliquod ſpacium quo potuit conferre, non fecit, & condēnationem quanti ea res erit, continet [e]. Quòd ſi quis neq́; conferre nec cauere uelit, denegantur ei actiones hęreditarię, donec conſiliū mutet [f]. Sed & officio iudicis eò poteſt cōpelli. quid enim ſi non opus illi ſit actionibus, utpote poſſeſſori, & conferre ſuperſedeat [g]?

a l. 1. in princ. hoc tit.
b Iaſ. in l. ſi emācipati nu. 26. C. de collatio. gl. in l. 1. C. de legit. hæred.
c Auth. ex teſtamēto. l. ſi emancipati. 9. l. ut liberis. 17. l. fi. C. eod. In Auth. de trien. & ſemiſ. §. illud. l. filiæ. C. fam. erciſcū. l. filius. C. de inoff. teſta.
d l. 1. §. iubet. 7. hoc tit.
e l. ſi quis. 5. §. ulti. hoc tit.
f d. l. 1. §. ſi frater. 8. §. ſed ſi tui. 10. l. nōnunquam. 8. h. t.
g l. ſi ſoror. 8. C. eod. l. 1. infrà, tit. 1. Dd. in d. l. emancipati.

## DE COLLATIONE DOTIS. Titulus VII.

1 *Quare dos conferatur.*
2 *Donationes ſimplices non conferri.*
3 *Impenſas ſtudiorum non conferri.*

1 CVm pater ex neceſsitate pro modo ſuarum facultatum teneatur dotare filiam [a], & in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtat, nec donare uideatur [b]: meritò placuit, non uideri patrem uoluiſſe dotem filię eſſe pręcipuam, & propterea eam, ſicuti reliqua bona & donationes, in commune eſſe conferendam [c]. Sed an uera ſimplexque donatio facta filię aut filio, à
2 parente erit conferenda? Placentinus [d] iudicat, conferri oportere: quod Azoni, Accurſio, & reliquis Dd. meritò diſplicuit [e]. Qui putant, ut legata, ita nec donationes ſimplices, quę quidem inofficioſę non ſint, in collationem uenire: quia pater uoluiſſe uidetur, ut eas pręcipuas haberent, quibus eſſent factę [f]: exceptis aliquot caſibus qui alibi numerantur [g]. Atque hęc quidem ſententia ut communior eſt, ita uſu quoque pręualuit.

a l. qui liberos. de ritu nupt. l. cū poſt. §. gener. de iu. dot. l. fin. C. de dot. promiß.
b l. rem legatā. 18. de adimen. lega.
c l. Pomponius. ff. fam. erciſcun. l. filiæ. l. illā. C. de collatio.
d In tit. C. de collatio.
e in Auth. ex teſtamento. C. eo. & in Auth. unde ſi parens. C. de inoff. teſta.
f §. illud. in Auth. de trien. & ſemiß.
g in d. Auth. ex teſtamēto. & in l. pen. C. de coll.

Sed an quæ ſtudijs filiorum pater impendit, ſunt conferenda, & cum alere 3
& inſtituere pater liberos cogatur, ut ſuprà [a] dictum eſt, cumq́ hęc impenſa ſit quodammodo æs alienum, ac filijs debeatur: æquius eſt, conferri non oportere [b].

a ad tit. de agnoſcend. lib.
b l. quæ pater. 51. ſ. fam. ercíſ.

## DE CONIVNGENDIS CVM emancipato liberis eius. Tit. VIII.

EMancipato filio, nepotes in poteſtate retenti iure ciuili patris locum occupant: fiuntq́ auo ſui & proximi hæredes, excluſo patre [a]. Quoniam autem emancipatus iure prætorio per bonorum poſſeſsionem uocatur, neq́ ęquum eſt emancipatum uenire ſolum, & excludere nepotes, ſuos hæredes, aut nepotes contrà iure ſuitatis obijci patri ſuo, qui iure naturæ prior eſt gradu: Prætor ita rem temperat, ut emancipato bonorũ poſs. eius partis det, quæ ad eum pertineret, ſi in poteſtate permanſiſſet. Sed ita ut ex ea parte dimidiam ipſe, reliquam liberi eius habeant, ijsq́ bona ſua conferat [b]. Hoc edictum hodie locum non habet, ſublata ſuitatis & emancipationis differentia. Itaque pater quamuis emancipatus, præfertur ſuis liberis, tanquam gradu proximior [c].

a §. ſui. Inſtit. de hæred. qua. & diff.
b l. 1. hoc tit.
c §. 1. in auth. de hæredib. ab inteſta.

## DE VENTRE IN POSSESS. MITtendo, & curatore eius. Tit. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Quibus, quando hæc poſſeſsio decernatur.*
3 *Ius nouum.*

SIcuti liberorum eorum qui iam in rebus exiſtunt humanis, curam prætor habuit: ita etiam eos qui nondum nati ſunt, propter ſpem naſcendi, 1
non neglexit. Nam ex hac parte edicti eos tuitus eſt, dum uentrem mittit in 2
poſſeſsionem uice contra tabulas bonorum poſſeſsionis, ut de bonis defuncti alatur [a]. Prægnantem autem eſſe mulierem oportet omni modo: nec dicere ſe prægnantem ſufficit. Quare nec tenet datio bonorum poſs. niſi uerè pręgnans fuerit, & mortis tempore, & eo quo ſe mitti in poſſeſs. petit.
Toties autem mittitur uenter in poſs. ſi non eſt exhæredatus: & id quod in 3
utero eſt, inter ſuos hæredes futurum erit [b]. Quod iure nouo locum non habet: nam nec exhæredari poteſt uenter, utpote quē impoſsibile ſit aliquam ingratitudinis præbuiſſe cauſam, quamobrem ſit exhæredãdus: & iura ſuitatis ac emancipationis ſunt ſublata, ut perinde emancipatorum, ac ſuorum habenda ſit ratio.

a l. 1. in princ. & §. ſed etſi. hoc tit.
b l. 1. §. 1. h. t.

## DE CARBONIANO EDIcto. Titul. X.

IMpuberibus, quorum ętas iniurijs inſidijsq́ obnoxia eſt [a], bonorum patris poſſeſsionem petentibus, edicto Carboniano cõſulitur: ut ſi cui impuberi quæſtio ſtatus moueatur, an inter liberos ſit, cauſa ſummatim cognita, perinde poſſeſsio detur, ac ſi nulla ea de re controuerſia eſſet: & iudicium in tempus pubertatis differatur [b].

a l. 1. de minor.
b l. 1. l. 3. §. ſummatim. hoc tit. t. C. eod.

## DE BONORVM POSSESSIONE ſecundum tabulas. Tit. XI.

TRanſeamus ad bonorũ poſſeſsionem ſecundum tab. cui locus ſit, cum contrà tabulatio ceſſat [a]. Hanc prætor introduxit, confirmandi iuris ciuilis

a l. 1. §. æquiſsimũ. h. t. l. illud. ſ. de bonorum poſs. cõtra tab. l. is qui in poteſtate. 15. § ſed ſi ſcriptus. ſ. de legat. præſtand.

ciuilis gratia, quo plures uiæ conſeruandæ hæreditatis paterent [a], & iuſtius poſsidere uideretur, qui authore prætore poſsideret [b]. Datur hæc poſſeſsio ſcriptis hæredibus quibuſcunque [c].

a in prin. Inſt. de bono. poß. l. ſuum hæredem. C. de iur. delib.
b l. iuſte de acquir. poß.
c §. ſunt autẽ. Inſtit. de bon. poß. l. 1. §. defertur. & §. primo gradu. l. hi demum. l. cum tabulæ. hoc tit.

## SI A PARENTE QVIS MAnumiſſus ſit. Titul. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio quare pater admittatur.*
3 *Quare pacto pater poßit excludi.*

1 VT filius præteritus poteſt contra tabulas patris bonorum poſs. petere: ita pater aut auus paternus prẹteritus, contra tabulas filij, ad exẽplum patroni in bonis libertorum admittitur. quod æquiſsimum prætori
2 uiſum eſt: quia à parente beneficium habuit acquirendorum bonorum, emancipatione facta. Quippe ſi filiusfamiliâs eſſet, quodcunq; ſibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret, caſtrenſi, uel quaſi peculio excepto. Et ideo itum eſt in hoc, ut pater exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poſs. admittatur [a]: niſi accepit pecuniam, ut emanciparet, uel poſtea uiuus in eum filius quantum ſatis eſt contulit, ne iudicia eius inquietaret.
3 Nam tunc exceptio doli mali obſtabit [b]. Iſtiuſmodi enim pacta ualent, cum non ſint de futura ſucceſsione repudianda [c]: ſed remittatur tantum in ijs id, quod patri non iure ſucceſsionis, ſed in remunerationem & authoramentũ emãcipationis debebatur [d]: id quod relinqui pactis, repudiariq; poteſt [e].

a l. 1. & t. h. t.
b d. l. 1. §. ſi parens.
c ſicuti in l. ſi quando. §. illud. C. de inoff. teſt. in l. pactum. C. de collatio.
d l. cũ oportet. §. cũ autem. C. de bonis quæ lib.
e l. final. C. de emancip. lib.

## DE BONORVM POSSESSIONE, ex teſtamento militis. Tit. XIII.

ET ita quidem ſe bonorum poſſeſsiones in paganorum teſtamentis habent: in ultimis autem militum uoluntatibus id ſingulare eſt, quòd ſecundum tabulas non etiam contra, detur bonorum poſs. Ratæ enim debẽt eſſe eorum uoluntates, quomodocunq; factæ [a]. Quod non ſolùm in militibus, ſed omnibus omnino obtinet, qui in hoſticolo ſeu hoſtico, id eſt hoſtili agro decedunt, & ſuprema iudicia ſua quoquomodo ordinarunt, etiamſi iure militari teſtari nequeant: ut præſes, legatus, &c. Quoniam in hoſtico uerſantes, cum eadem cum militibus pericula experiantur, iura quoque eadem meritò ſibi uendicant.

a l. 1. & t. t. de teſta. milita.

## DE IVRE PATRONATVS. Titul. XIIII.

POſtquam expoſitum eſt, quomodo liberi & parentes bonorum poſs. petant: uideamus qua ratione patronis conſulatur, eo magis quòd ad exemplum patroni, parentes petere bonorum poſſeſsionem diximus. Itaq; ſciendum eſt, in authoramẽtum datæ libertatis, patronum ſuccedere ab inteſtato duntaxat liberto, ſi ſui hæredes non exiſtant: idq; ex lege XII. Tab. [a] Quis enim hoc illi inuideat, cum ſi non manumiſiſſet, omnia iure dominicæ poteſtatis ſibi quæreret? Qua ratione moti Prætores, etiam contra teſtamentum bonorum poſſeſsionem decreuerunt, ſi liberi non eſſent inſtituti. Qua quidem bonorum poſs. olim dimidia, hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, tertia hæreditatis pars inſtitutis hæredibus aufertur: dummodo libertus ultra centum aureos in bonis habeat [b].

a in prin. Inſt. de ſucceſſio. libert.
b §. ſed noſtra. Inſt. de ſucceſſ. liberto.

## DE OBSEQVIIS, PARENTIBVS ET patronis præſtandis. Titul. XV.

PRæter ſucceſsionem, obſequium etiam parentibus & patronis debetur [a]. Nam liberto & filio, ſemper honeſta & ſancta perſona patris ac patroni

a l. generaliter. ſ. de in ius uocan.

a l. antep. h.t. b l. quod attinet. de reg. iur. c l. 2. de ruſt. & in l. ſi non ſortē. §. libertus de cōdict. ind. d l. 1. h.t. l. 2. C. de in ius uocād. e l. hos accuſare. & eorū lib. in uerſum. de dol.

patroni uideri debet [a]. Quandoquidem ab altero uita naturalis, ab altero ciuilis, nēpe libertas (ſerui enim pro mortuis habentur [b]) accipitur. Et quoniam hoc ius in natura conſiſtit [c], etiam militibus & ruſticis pietatis ratio conſtare debet [d]. Natura enim omnibus cōmunis eſt [e]: ſi contrà faciant, delictum ad publicā pietatem pertinens, pro modo eius uendicabitur [f]. Quin etiam libertus ingratitudinis conuictus, in ſeruitutē retrahitur [g]. Pręter obſequia, honori parentum ac patronorum illud etiam tribuendū eſt, ne in ius ſine uenia uocentur [h], neúe qua famoſa actio aut exceptio in illos detur [i].

*§. omnibus de accuſat. l. 5. de in ius uocan. f d. l. 1. h.t. l. unica. ſ. de off. præf. urb. g l. 4. h.t. t.t. C. de liber. auth. ut liberti decæterò eſſet. h d. l. 2. C. de in ius uo. l. 3. cū ſeq. ff. eod. i l. 2. 5. 6. 7. h.t. l. apud Celſum. §. aduerſum. mal. excep. l. non debet de dolo mal.*

# DIGEST. LIB. XXXVIII.

## DE OPERIS LIBERTORVM. TIT. I.

1 *Quare operæ à libertis, non à liberis exigantur.*
2 *Differentia inter obſequia & operas.*
3 *De officialibus & fabrilibus operis.*
4 *Quando operas libertus debeat.*
5 *Quomodo finiatur operarum obligatio.*

a l. pen. ſ. tit. 1. b uid. ſ. ad tit. de fideiuſſor. c l. 1. l. 2. l. parens. ſ. tit. 1. d c. 1. quibus mod. feud. amitta. e l. 1. h.t. l. 2. de annu. lega. l. ſi pro eo de fideiuſſo. f l. ſi non ſortē. 26. §. libertus de condit. indeb. g l. operæ. 19. l. quod niſi. 20. l. hæ demum. 38. hoc tit. h l. legatis. 63. §. 1. de lega. t. 3. 111. d. t. hæ demum. i d. l. legatis. d. l. ſi non ſortem. §. libertus. k l. fabriles. 6. hoc tit. l l. ut iuriſiurandi. 7. h.t. l. ultima. de libera. cau. m l. qui libertinus. 37. h.t. n l. liberti. 15. l. nec audiēdus. 17. l. interdum. 24. l. liberta. 35. hoc tit. o l. liberta. 46. h.t. l. libertæ. C. eod. a alioqui contra eſſet l. 1. §. quæ onerandæ. ſ. qua. rer. acti. non det. b l. 1. h.t.

Obſequia non modò liberti, ſed & liberi debent, operas non itē [a]: 1
quia ingenuis imponi nequeunt, cum habeant ſpeciem ſeruitutis [b]. Multum autem inter hæc intereſt. Nam obſequia in exhi- 2
bitione honoris & pietate conſiſtunt [c]: ideoq; præceptis omnia
includi nequeunt [d]. Operæ autem ſunt diurnum officium: quia luce & per
diem explicantur [e]. Hæ diuiduntur in officiales & artificiales, ſiue fabriles [f]. 3
Officiales ſunt, quæ in officio perſonæ conſiſtunt, & ad perſonam patroni
referuntur: ut adeſſe, comitari [g], curare menſam, domum, &c. [h].

Fabriles ſiue artificiales ſunt, quæ ex artificio aliquo præſtantur: ut pingere, ſcribere, architectari [i]. Operæ fabriles in præſtatione pecuniæ conſi-
ſtunt: officiales nulla pecunia redimi poſſunt, quia ſunt perſonales [k]. Sed 4
operas libertus patrono non debet, niſi promiſſas: ſolent autem promitti
tempore manumiſſionis, uel iureiurando, uel ſtipulatione [l]. Soluuntur & 5
deſinunt operæ ex lege Iulia de maritandis ordinibus, ſi libertus duos filios
uel unum quinquennem in poteſtate habeat [m]: item infirmitate, uel ſenio liberti [n], & uoluntate patroni [o].

## DE BONIS LIBERTO. TIT. II.

Cum ſoliti eſſent à libertis duriſsimas res patroni exigere, ſcilicet ad remunerandum tam grande libertatis beneficium, quando ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur: propoſitum eſt edictum à prætoribus, de bonis libertorum, honoris qui patronis debetur, moderandi gratia. Cuius edicti ſumma fuit, ut non alia daretur patrono aduerſus libertum actio, quàm alimentorum, operarum, & ſocietatis bonorum: uidelicet ſi hoc pepigiſſet, ut niſi obſequium licitum & permiſſum [a] præſtaret libertus, in ſocietatem patronus admitteretur, item bonorum poſſeſsionis. quę à poſterioribus prętoribus exēplo illius ſocietatis inducta eſt, ut quod uiuus libertus ſocietatis nomine pręſtare ſolebat, id poſt mortē etiam data bonorū poſſeſsione patrono pręſtaretur [b]. Sed hoc ius bonorū poſs. uariē eſt à Iuſtiniano, ut & ſuprà diximus, tēperatum, redactumq; ad æquitatem naturalem:

naturalem: ut uidere licet in titulo Inſtit. de ſucceſsione libertorum. Illud etiam ſciendum eſt, competere patrono eiusq́; liberis, actionem in libertos eorumq́; bona, alimentorum nomine, quæ egentibus debentur [a].

a l. 1. de ſer. gl. in l. 5. C. de obſeq.

## DE LIBERTIS MVNICIPVM ET aliarum uniuerſitatum. Tit. III.

ID ius quod patrono priuato debetur, etiã defertur municipibus: quamuis dubitari poterat, an poſsint petere bonorum poſſ. cum conſentire facile nequeant. Sed quemadmodum S.C. hæreditates & fideicommiſſa conſequuntur, ita & bonorum poſſeſsionem petere poſſe dicendum eſt [a].

a l. unic. h. t.

## DE ASSIGNANDIS LIbertis. Titul. IIII.

ASſignare libertos dicitur patronus, cum alicui ex filijs, unum uel plures libertos aſsignat, ut illi ſoli obſequium præſtent: & is tantummodo ſolus ius patronatus, quod in liberos alioqui æqualiter tranſit, cõſequatur. Quod fieri poſſe S.C. Claudij temporibus cautum eſt [a]. ut explicat alibi Iuſtinianus latius [b]. Verba S.C. ita ſe habent: Si qui duos, pluresúe liberos iuſtis nuptijs quęſitos in poteſtate haberet, de liberto libertaúe ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum eamúe libertam eſſe uellet: is, eaúe, quandoq́; is qui eum eamúe manumiſit inter uiuos, uel teſtamento facto in ciuitate eſſe deſiſſet, ſolus ei patronus, ſolaúe patrona eſſet, perinde atq́; ſi ab eo eaúe libertatem conſecutus conſecutaúe eſt: utq́; ſi ex liberis (ijs uidelicet quibus aſsignatio facta eſt) quis in ciuitate eſſe deſiſſet, neq́; ei liberi ulli eſſent. Cæteris eius liberis qui manumiſit, perinde omnia iura ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eaúe liberta is parens ſignificaſſet [c].

a l. 1. & t. h. t.
b in tit. Inſt. eo.
c l. 1. hoc tit.

## SI QVID IN FRAVDEM PATRONI factum ſit. Titul. V.

1 *Quomodo reuocentur alienata.*
2 *Ex qua cauſa.*
3 *Quare in mortis cauſa donatione non requiratur dolus.*
4 *Legitimæ portiones ſunt æs alienum.*
5 *Quæ, cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*

1 SI quid dolo malo liberti factum eſſe dicetur, ſiue teſtamento facto, ſiue inteſtatus is deceſſerit, quo minus quàm pars debita bonorum ad patronum perueniret, cognoſcit prætor, & operam dat, ne ea res patrono fraudi ſit: idq́; ad hunc modum.
2 Si alienatio dolo malo, ad diminuendam uidelicet patroni portionem facta ſit, non quærimus, utrum mortis cauſa facta ſit, an non ſit: omni enim modo reuocatur. Si uerò non ſit dolo malo facta, ſed aliàs: puta, ſi uendidit, donauit alia ex cauſa: tunc actori probandum eſt,
3 mortis cauſa factam alienationem. Si enim proponas mortis cauſa eam factam, nihil intereſt utrũ dolo facta ſit, an non ſit, ſicuti in legatis [a]. Hæc enim
4 non debentur niſi prius deducto ære alieno [b]. Quod autem patrono debetur, eſt æs alienum, ſicuti legitima quælibet [c]. Meritò igitur de legatis & donationibus id eſt deducendum. In alienatione autem inter uiuos facta, neceſſum eſt fraudem patrono factam doceri. Patronus igitur qui intendit, uel in fraudem ſuam, uel quod perinde eſt, mortis cauſa alienationem à liberto factam, ut ipſe portione debita fraudaretur, agit actione

a l. 1. h. t.
b l. 1. §. pen. ad Trebel. l. fi. §. licentia. C. de iure delib.
c l. ſi patronus de donat. l. Papinianus. §. ſi quis de in offic. teſta.

Fabiana, à Fabio, ſiue Caluiſiana, à Caluiſio prætore dicta [a], aduerſus bonæ malæue fidei poſſeſſores, earum rerum nomine quæ in fraudem alienatæ dicuntur [b]: ut eas res patrono reſtituant, unà cũ fructibus [c]. Quod exemplo creditorum inductum eſt, qui Pauliana actione repetunt ea quæ in eorum fraudem à debitore ſunt alienata [d]. Hæc actio in perpetuum datur: quia continet rei perſecutionem [e].

a l.3. §. ſi inteſtatus. cum ſeq. l. 4. & 5. h. t.
b d. l. 1. §. dolũ. §. ſi libertus. §. ſi pluribus.
c d. l. 1. §. quãuis. & §. ultim. cum l. ſeq.
d t. t. quæ in fraud. credito. ℨ. ubi dicemus.
e d. l. 3. §. 1.

## SI TABVLAE TESTAMENTI NVLLAE extabunt, unde liberi. Titul. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Quando locus ſit bonorum poſſeſsionibus ab inteſtato.*
3 *Gradus ſucceſsionum ab inteſtato.*
4 *Primum gradum eſſe liberorum.*
5 *Quid plus ſit in hoc edicto, quàm in ſucceſsione iuris ciuilis.*

POſteaquam Pretor locutus eſt de bonorum poſſeſsione eius qui teſta- 1
tus eſt, rectè tranſitum fecit ad inteſtatos: eum ordinem ſecutus qui in
l. XII. Tab. extat. Fuit enim ordinariũ antè de iudicijs teſtantium, ac ſic de-
inde de ſucceſsione ab inteſtato loqui. Nam quãdiu ſecundum aut contra 2
tabulas exiſtere poſſeſsio poteſt, ab inteſtato non ſuccedit ur [a]. Sed ſucceſ- 3
ſionem ab inteſtato in plures partes diuiſit, fecitq́ gradus uarios: primum
liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde uiri &
uxoris. Rectè autem Pretor à liberis initium fecit. Vt enim iure ciuili prima 4
cauſa in ſucceſsione eſt liberorum: ita & hos Prætor non modò ex teſta-
mento, ſed etiam ab inteſtato ad bonorum poſſ. primo loco uocat, quos
naturæ ſimul & parentum commune uotum ad bona admittit [b]. Sed in hac 5
poſſeſsione id amplius ineſt, quòd ius uetus ciuile emancipatos non agno-
ſcat. Prætor hos perinde ut ſuos in iure ſucceſsionis, data hac bonorum
poſſeſsione tueatur [c].

a l. 1. hoc tit.
b l. ſcripto. §. fi. hoc tit.
c l. 1. & 2. h. t.

## VNDE LEGITIMI. TIT. VII.

1 *Qui dicantur legitimi.*
2 *Quando ſit huic ordini locus.*

SEcundo loco uocat Prætor legitimos, hoc eſt agnatos, & patronos. Hi 1
enim lege XII. Tab. ſuccedũt, cognati non itẽ. Sed etſi quis alia lege,
S. conſultoue hæreditatem capiat, ut mater: ex hoc edicto admittetur [a].
Quamdiu tamen ſpes eſt, ſuum hæredem aliquem defuncto exiſtere poſſe, 2
tam diu conſanguineis locus non eſt: puta, ſi defuncti uxor prægnans ſit [b].

a l. 2. §. fi. cum l. ſeq. hoc tit.
b l. pen. h. t.

## VNDE COGNATI. TIT. VIII.

1 *Hanc bon. poſſ. merè eſſe prætoriam.*
2 *Qui dicantur cognati.*
3 *Sublatam hodie ag. & cog. differentiam.*

HAec bonorum poſſeſs. nudam habet Prætoris indulgentiam: neq; ex 1
iure ciuili oritur. Nam eos inuitat ad bonorum poſſ. qui iure ciuili ad
ſucceſsionem admitti non poſſunt: id eſt, cognatos. Cognati autem appel- 2
lati ſunt, quaſi ex uno nati: & ut ait Labeo, quaſi commune naſcẽdi initium
habuerint. Propriè autẽ in hoc edicto cognatos accipimus, qui per matrem
coniungũtur [a]. Modeſt. inter agnatos & cognatos hoc uult intereſſe, quòd
in agnatis

b l. iuriſc. 10. ℨ. de grad.

5 in agnatis etiam cognati contineantur, in cognatis non utiq; agnati[a]. Hodie quod ad ſucceſsionẽ attinet, inter hos nihil intereſt, ut iã ſæpe diximus. a l.pen.§.tit.i.

DE SVCCESSORIO EDICTO. TIT. IX.

1 *Ratio edicti.*
2 *Summa edicti.*
3 *Quare dictum ſucceſſorium.*

1 CVm plures ſpecies ſucceſsionum Prętor introduxerit, & in unaquaq; ſpecie ſucceſsionis ſæpe plures extent diſpari gradu perſonæ: nè alio alium expectante actiones creditorum differretur, ſed haberent quos con uenirent: ideo petendæ bonorum poſſeſsioni certum tempus præfiniuit,
2 liberis quidem & parentibus anni ſpacium, cæteris centum dierum. Quòd ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſ. non petat, uel moriatur, eiuſdẽ gradus perſonis petentibus eius pars accreſcit: uel ſi nullus in eo gradu amplius ſit, deinceps cæteris in proximo gradu exiſtentibus bonorũ poſſ.
3 ex hoc edicto pollicetur: quod ſucceſſorium uocatur. Quia ordinem ordini, gradum gradui, perſonã perſonę, quaſi per ſucceſsionem ſubſtituit[a]. a t.t. Inſtit. & C.eod.

DE GRADIBVS ET AFFINIBVS, ET NOminibus eorum. Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Gradus unde dicti.*
3 *Definitio graduum.*
4 *Diuiſio.*
*Regulæ ad dignoſcendum quoto quiſque ſit gradu.3.6.*
5 *Superiorem & inferiorem lineam incipere à primo gradu.*
6 *De ſecundo gradu.*
7 *De tertio, & deinceps.*
8 *De tranſuerſali linea.*
9 *De computatione canonum.*
10 *Regula can. in linea æquali.*
11 *Ratio differentiæ inter ius ciuile & cano.*
12 *Regula cano. in linea inæquali.*
13 *De ordine ſucceſsionum.*
14 *De ſucceſsione deſcendentium.*
15 *De ſucceſsione aſcendentium.*
16 *De ſucceſsione collateralium.*

1 SEd quia cognatorum & uaria eſt ratio, & ad proximum gradũ tam hæreditates quàm tutelæ redeunt: gradus cognationum noſſe oportet, ut
2 quis cui pręferatur & proximior ſit, intelligi poſsit[a]. Gradus autem dicti ſunt ad ſimilitudinem ſcalarũ, locorumue procliuiũ: quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id eſt, in eum qui quaſi ex illo naſcitur, tranſe- a l.fin.in prin. hoc tit.
3 amus[b]. Eſt igitur gradus de proximo in proximum cognatum tranſi- b d.l.fin.§. gradus.
4 tus: & quot ſunt tranſitus in remotiorem, tot ſunt gradus. Horum autem alij ſuperioris ordinis ſunt, alij inferioris, alij ex tranſuerſo ſiue à latere. Superioris ordinis exiſtunt parentes, inferioris liberi, ex tranſuerſo fratres & ſorores, horumq; liberi[c]. Hi ordines lineæ etiam uocantur, quæ cognationes ſeparant, & quaſi diſtinguũt, in ſuperiorem, inferioremq;, quæ ambę di- c l.i.h.t.
5 rectæ ſunt, & tranſuerſam[d]. Superior & inferior cognatio à primo gradu incipit[e]: quia pater ſuperioris cognationis, filius inferioris initium facit. Neceſſum igitur eſt, hos primum conſtituere gradum, cum primus tranſi- d l. Nemmiati. 9.h.t. e d.l.i.

tus quaqua uerſum de patre fiat in filium, & econtrario [a]. In ſecundo gra- 6
du, ſuprà ſunt auus, auia: infrà nepos, neptis ex utroq; parente, & ita dein-
ceps. Nam in his ſeruatur regula, ut quot ſunt perſonę generationis remo
tioris, tot ſint gradus dempto ſtipite: id eſt, ea perſona de cuius cognatione
quęritur. Sic ſuprà in tertio gradu, proauus proauia: infrà pronepos, prone 7
ptis. In quarto, abauus, abauia, abnepos, abneptis Quinto, atauus atauia,
atnepos atneptis. Sexto, tritauus tritauia, trinepos trineptis: ac dein-
ceps ordine reliqui. qui quoniam ſpeciale nomen non habent, maiores illi:
hi poſteriores appellantur [b]. Ex trãſuerſo ſiue à latere nullus eſt iure ciuili 8
primus gradus, & ideo incipit à ſecundo [c]: nam cum pater & filius omniũ
ordinum primum conſtituant gradum & tranſitum, neceſſum eſt, ut qua-
qua uerſum te uertas, ulterius tranſeas, atq; ita ſecundum facias gradum.
Itaq; frater & ſoror, ſunt in ſecundo gradu: & conuenienter patruus, amita,
auunculus, matertera: fratris filius filia in tertio, & hi conſobrini ſibi inuicē
in quarto, atq; ita deinceps [d]. Nam & hic quot ſunt generationes remoti-
ores, tot ſunt gradus, ſtipite dempto. Canoniſtæ, qui propter matrimonia, 9
ne inter prohibitas perſonas contrahantur, gradus computant [e], cum ea ſi-
ne duorum copula conſtare nequeant, duas uno gradu perſonas in linea
tranſuerſali complectũtur: eamq; conſtituũt in linea ęquali regulã: Quoto 10
gradu utraq; perſona diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe. uerbi
gratia: Frater diſtat à ſtipite, id eſt patre, communi gradu uno: ergo eodē
diſtat à ſorore, atq; ita conſequenter, ut fratrum filij diſtant à communi ſti-
pite. ſecundo ergo & eodem inter ſe diſtant. At iure ciuili quoto gradu col
laterales ſecernuntur à communi ſtipite, eo gradu duplicato inter ſe diſtãt:
quia quælibet perſona ab utroq; latere facit gradum in tranſitu. Ius enim 11
ciuile ſingulas perſonas numerat, quia ſingulę hæreditatē cernere poſſunt:
cuius rei gratia, gradus hoc iure conſtituti ſunt. In linea porrò inæquali 12
hac regula canoniſtæ utuntur: Quoto gradu remotior diſtat à cõmuni ſti-
pite, eodem tranſuerſi inæquales inter ſe diſtãt. ut uerbi gratia: Frater meus
ex patre communi diſtat ab eo primo gradu, eius filius ſecundo, neptis ter-
tio. ergo & à me tertio hæc gradu diſtabit. Nam à perſona neptis remotio-
re, uſq; ad ſtipitem fit computatio: ut hæc latius explicat Ioan. And. in arbo
re cõſanguinit. Sed nos relictis canonibus, quorum tamen rationem paſ-
ſim obtinere & ſeruari uidemus, pro inſtituto noſtro, ad ius ciuile reuer-
tamur: quod præcipuè hæreditatum cauſa gradus conſiderat. Qua in re ad 13
monendi ſumus, ſi quando de hæreditate, uel bonorum poſſ. quæſtio inci-
dat, non ſemper eos qui eiuſdem gradus ſunt concurrere. nã qui eſt in pro-
ximiore ordine, quamuis quarto gradu ſit, cæteris præfertur, licet in primo
aut ſecundo gradu exiſtant. Primus autem ordo in ſuccedendo eſt deſcen- 14
dentium: qui omnibus tam aſcendentibus, quàm tranſuerſis, quãmuis pro-
pinquioribus, præferuntur [f]. Itaq; pronepos, quantumuis in tertio ſit gra-
du, prefertur patri & fratribus, in primo ſecundoq; gradu exiſtentibus. Sed
nec inter ſe deſcendentes, ſemper utuntur gradus prerogatiua, propter ius
repræſentationis [g]. Nam filius quamuis in primo ſit gradu, nepos ex al-
tero filio in ſecundo, nihilominus hic patris ſui perſonã repræſentans, cum
patruo hereditatem cernit [h]. Quamobrem ſine graduũ reſpectu ſuccedunt
deſcendentes, in gradibus inæqualibus conſtituti in ſtirpes, nõ in capita:
id eſt, tantum nepos unus uel plures aut horũ liberi capiũt, quantum ipſo-
rum parens in diuiſione accepiſſet [i]. Deficientibus porrò deſcendentib. 15
locus fit ſecundo ordini, nempe aſcendentibus, ſecundum gradus prerog a
tiuam. Nec enim hic repræſentatio locum habet, cum contra naturam ſit,

ut auus

a d.l.fin.§.primo gradu.
b d.l.fin.§.parentes.
c l.1.§.1.h.t.
d d.l.fin.t.t. Inſtit.eod.
e C.ad ſedem. 35.q.5.
f in auth.de hæredi.ab inteſta. in prin.
g §.cum filius. Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.
h l.Papinianus. §.quoniã.in fin. de inoff.teſta.
i in princ.in auth. de hæred. ab inteſt.d.§. cum filius.

ut auus repræſentet patrem ſuum filium, tanquam ab illo genitus. Qui aũt in eodẽ ſunt gradu, ex ęquo diuidũt hæreditatẽ: ita tamẽ, ut dimidiam accipiant à patre aſcendentes, alterã à matre, etiamſi ſint diſpares numero. atq; ita diuiſio fiat in ſtirpes, non in capita [a]. Aſcendentes aũt excludunt omnes collaterales, exceptis fratribus & ſororib. ex utroq; latere, & horum liberis: quamuis iure Saxonũ etiam his aſcẽdentes præferant [b]. Porrò cum fratrib. & ſororibus proximior aſcendens, ſiue pater, ſiue auus, atq; ita conſequenter, ut rectè uolunt Dd. [c] diuidit in capita hęreditatẽ. Liberi aũt fratris ſororis'ue, in ſtirpem ſuccedũt: hoc eſt, eam accipiunt partem, quamuis plures, quam parens eorum eſſet cõſecutus [d]. Iure tamen Saxonum hi plane à patruis excluduntur: cum eo iure in collateralibus repręſentatio locũ non ha-
16 beat, ut Fachſius [e] adnotauit. Deficientibus autẽ ordinibus ſurſum deorſumúe uerſus rectis, & nõ extantibus fratribus aut eorũ liberis, proximiores ex latere admittũtur. obtinetq; hic regula: Qui propior eſt gradu, propior eſt iure ſucceſsionis. Quòd ſi plures in eodem gradu exiſtãt, in capita nõ in ſtirpes ſuccedunt, ſecundum perſonarũ numerũ [f]. Quod & in liberis duorũ fratrũ obtinere uerius eſt, ut ſi inter ſe ſuccedant æqualiter, non autẽ in ſtirpes, capiant hæreditatem: ut ex opinione Zaſij [g] Carolus V. in Comitijs conſtituit, & iure Saxonum ita etiam obſeruatur, ut Fachſius [h] tradidit.

a §. 1. in auth. de hæred. ab inteſta.
b Land. lib. 1. ar. 17. Fach. diff. 24.
c in auth. defuncto. C. ad Tertullia.
d §. 1. in auth. ut filij frat. de auth. defuncto.
e in differ. 25. per tex. Landt. lib. 1. art. 3. in fin. eo art. 17.
f §. ſi uerò. in auth. de hæred. ab inteſt.
g ſingula. reſpon. lib. 1. ca. 7.
h in diff. 28.

## VNDE VIR ET VXOR. TIT. XI.

1 *Quando uocentur uir & uxor.*
2 *Hodie melius coniugibus prouideri.*
3 *Quomodo iure Sax. coniuges ſuccedant.*

1 POſt agnatos & cognatos ad decimum uſq; gradum [a] Pretor, excluſo fiſco, ad bonorum ſucceſsionẽ uirum & uxorẽ uocat: qui quæúe mor-
2 tis tempore in iuſtò matrimonio fuerit [b]. Sed his perſonis hodie prolixius cõſuli uidemus, cùm iure cõmuni [c], tum etiam legibus paſsim municipalib.
3 Sic iure noſtro Saxon. maritus omnia bona mobilia uxoris lucratur [d], etiã extantibus liberis: mulieri uerò tertia pars bonorũ mariti cum plurimum ex conſuetudine locorum cedit: ubi ea deficit quarta [e].

a §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. ubi gl. & in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legiti. hære.
b l. unic. h.t. §. aliam. Inſtit. de bonorum poſſ.
c auth. præterea. C. un. uir et uxor. in auth. ut lic. aui.
d Land. lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76. Fachſ. diff. 34. et diff. 18.
e d. auth. præterea. Fachſ. diff. 20. & diff. 33.

## DE VETERANORVM ET MILITVM SVCceſsione. Tit. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Duo ſingularia in ſucceſsione militum.*

1 ATq; ita quidem petuntur poſſ. bonorum quæ pagani reliquunt. In mi-
2 litũ hæreditatib. duo ſunt ſingularia: nam ſi inteſtati decedant, agnati cognatiq; ad finẽ quinti duntaxat gradus, fiſcũ excludũt [a]. Deinde ſi ex delicto militari capite puniri meruerũt, nõ modò teſtamentũ facere poſſunt, ſed etiã ab inteſtato, bona ad cognatos pertinẽt [b]: quod nõ eſt in paganis [c].

a l. 2. h.t.
b l. 1. h.t.
c tit. de bonis damna.

## QVIBVS NON COMPETIT BONORVM poſſeſsio. Tit. XIII.

QVibuſdam tamen non competit petitio bonorum poſſeſſ. ut ei qui renũciauit, qui tempore excluſus eſt, qui ſe indignum hęreditate reddidit: ut pater aut dominus, qui dolo fecit, ne teſtamentum mutaretur, in quo ſeruus aut filius eius hæres erat inſtitutus [a].

a l. unica. h. t.

## VT EX LEGIBVS SENATVSVE CONSVLtis bonorum poſſ. detur. Tit. XIIII.

1 *Quare detur hæc poſſeſsio.*
2 *Cur dicatur extraordinaria.*
3 *Edicti uerba.*

QVemadmodum cõdictiones ex lege dantur, ſi quid noua lege intro- 1
ducatur [a]: ita prætor nouiſsimè extraordinariã bonorum poſſeſs. ijs
pollicetur, quibus ut detur, lege, uel S.C. uel conſtitutione comprehenſum
eſt. Dicitur autem extraordinaria, non quòd ius non tribuat, ſed quia neqꝫ 2
bonorum poſſeſsionibus quę ab inteſtato ueniũt, neqꝫ ijs quę ex teſtamen
to ſunt, connumeratur [b]. Ait Pętor: Vti me quaqꝫ lege ſenatusúe conſulto 3
bonorum poſſ. dare oportebit, ita dabo [c].

a t.t.ff. & C. de condict. ex lege.
b §.7. Inſtit. de bonorũ poſſ.
c l. 1. h.t.

## QVIS ORDO IN BONORVM POSSESſione detur. Tit. XV.

ORdo in petenda bonorũ poſſeſsione hic ſeruatur, ut primùm ab inteſtato uocentur ſui, ſecundò legitimi, tertiò proximi cognati: deinde uir & uxor. Tempus petendæ bonorũ poſs. utile eſt, ſcilicet ut non alij dies computentur, niſi quibus quis ſciuit poſſeſsionem ſibi delatam, & agere potuit [a].

a l. 2. h. t.

## DE SVIS ET LEGITIMIS HAEREdibus. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Ordo ſucceßionum Iuris ciuilis.*
3 *Quando opus aditione, quando non.*

QVo ordine Pętor ad bonorum poſs. uocat, eodem ferè Ius ciuile hę 1
redes facit ab inteſtato. Nam primò uocat ſuos, id eſt liberos in pote 2
ſtate conſtitutos [a]: deinde conſanguineos, qui ſanguine defuncto connexi
ſunt, puta parentes & fratres [b], tum agnatos proximos [c]. In ſuis hæredib. 3
aditio non eſt neceſſaria, ſed ipſo iure hæredes exiſtunt: quod non eſt in re
liquis, qui adire hæreditatem & petere bonorum poſſeſsionem compellũ-
tur, ut latius alibi traditur [d].

a l.1.h.t.§.1.cũ ſeq. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
b d.l.1. in fin.
c l.1. & 2. h.t.
d in l. in ſuis. 11. ſ. de li. et poſth. & in tit. Inſtit. de hæred. qua. & diff. & ſ. tit., de acq. hæred.

## AD S.C. TERTVLLIANVM ET ORFIcianum. Tit. XVII.

1 *Cur matrem l.12. non uocet.*
2 *Ius prætorium & S.C. de ſucceßione matrum & liberorum.*
3 *Conſtitutio Iuſtin. de eadem re.*
4 *De S.C. Orficiano.*

LEx XII. Tabularum nullum ius ultrò citroqꝫ capiendę hęreditatis ma 1
tri & liberis dedit, quia nulla agnatione ſibi inuicẽ iunguntur. Sed Præ 2
tor eos ſubinde per edictũ, unde liberi, uocabat. Poſtea ętate Adriani etiam
S.C. hęc aſperitas iuris ciuilis mitigata eſt. Itaqꝫ S. C. Tertulliano cautũ eſt
de liberorũ ſucceſsione, matri non etiam auię deferenda, ut mater ingenua
trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad inteſtatorũ bona admit-
teretur. Sed Iuſtiniani conſtitutione mater & parẽtes indiſtinctè ſuccedũt [a]. 3
Econtrariò ex Orficiano S. C. liberi ad matris ſucceſsionem admittuntur: 4
quod & ad auiam & ad liberos uulgò quęſitos productum eſt [b].

a §. ſed nos. Inſtit. cod. §.1. in auth. de hæred. ab inteſt.
b in tit. Inſtit. de S.C. Orficia.

# DIGEST. LIB. XXXIX.

## DE OPERIS NOVI NVNCIATIone. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio titulorum ſequentium.*
3 *Summa edicti de op. no. nunc. propoſiti.*
4 *Duo interdicta quæ ex hoc edicto dantur.*
5 *Primum interdictum.*
6 *Quid ſit nouum opus, quid nunciare, nunciatio.*

Cauſa

7 *Cauſa efficiens nunciationis, & qui quibus nunciare poſſint remiſſiuè.*
8 *Materia circa quam, & in qua fit nunciatio.*
9 *Forma nunciandi triplex.*
10 *Finis nunciationis.*
11 *Effectus.*
12 *Secundum interdictum de nunciatione.*

1 EXpoſitis iudicijs Prætorijs, quæ ad ſucceſsionem pertinent:
nunc reliqua deinceps edicta atq; interdicta, quæ partim ex
uarijs cauſarum figuris, partim ad conſeruanda poſſeſsionum
2 iura Prætor propoſuit, exequamur. In quibus primum locum
ea meritò obtinent (ſunt enim quotidiana) quæ ad ſarcienda
damna, coercendasq; iniurias, aut ex priuata cauſa, aut publica illatas per-
tinent. Ex priuata cauſa, cum uel iniuria facta, damnumue datum eſt ædifi-
cijs atq; operibus ſoli (nam ſi uerbo aut uerberibus fiat, iniuriarū legiſq; A-
quiliæ actio præſtò eſt, nec opus erit extraordinario Prætoris remedio)
3 uel timetur fieri. Ex publica, cum ſupra bonum & æquum publicani illici-
ta uectigalia extorquent: ac in primis de iniuria per nouum opus facta ui-
deamus. Solent enim uicini ædificando uicinis iniuriam non rarò facere,
uel auaricia, uel errore, uel temeritate quadam impulſi: cui malo Pretor hoc
edicto occurrit[a]: quo expreſsit, ut ſiue iure, ſiue iniuria opus fieret, per nun
ciationem inhibeatur: donec uel nunciatio miſſa fiat, uel uice nunciationis
4 miſſæ ſatiſdatio de operæ reſtituendo fuerit interpoſita[b]. Ex hoc edicto
Prætor pro more ſuo duo interdicta reddit, quibus agitur ad ius edicti con
ſeruandum. Priore conſulitur ijs, quorum cum damno & iniuria aduerſus
prohibitionem opus factum eſt. Alterum ædificatoribus ſuccurrit, quibus
ſatisdare paratis, ſine iuſta cauſa impedimentum præſtatur, quo minus ædi
5 ficare poſſint. Prius ita habet: Quem in locum nunciatum eſt, ne quid o-
„ peris noui fieret, qua de re agitur, quod in eo loco antequam nunciatio miſ
„ ſa fieret, aut in ea cauſa eſſet, ut remitti deberet, factum eſt, id reſtituas[c].
6 Nunciare ſignificat hîc prohibere[d]: & nunciat nouum opus, qui de-
nunciat uicino ne ædificet. Nouum autem opus facit, qui priſtinam o-
peris faciem mutat[e]. Nunciatio igitur noui operis eſt, ſolennis prohibitio
uicino facta, ne in opere nouo exædificando pergat, donec de iure ædifi-
7 cationis conſtiterit, aut præſtita ſit eo nomine ſatiſdatio. Cauſa huius ef-
ficiens Prætor eſt, qui hoc nunciandi ius introduxit[f], & uoluntas eorum
qui eo iure utuntur: qui autem uti, & aduerſus quos poſsint, eleganter &
8 ordine explicant I.C.[g] Materia circa quam uerſatur nunciatio ſunt ſtru-
cturæ, & res ſoli, non etiam mobiles[h]: res priuatæ non religioſæ, & opera
futura, non etiam facta. Nam hæc ad interdictum quod ui aut clàm, perti-
nent[i]. Materia in qua fit nunciatio, eſt opus quod ædificatur. In re enim pre
9 ſenti fieri nunciationem oportet[k]. Forma nunciandi triplex eſt: nam fit
uel authoritate magiſtratus per perſonam publicam, uel per iactum lapilli:
quibus quidem modis nunciamus cum in noſtro ædificatur, nec poſſeſsi-
onem amittere uolumus, quæ alioqui per uerbalem nunciationem amitti-
tur[l]: uel per uerbalem nunciationem, cum in ſuo quidem ædificat uicinus,
ſed contra ius ſeruitutis[m]. Nunciatio autē aut noſtro, aut alieno nomine fi-
eri poteſt, & omnibus diebus: & aduerſus abſentes etiam, atq; inuitos pro-
10 cedit[n]. Finem nunciationis tradit Vlpian[o]. Nunciatio, inquit, fit, aut iuris
noſtri conſeruandi cauſa, aūt damni depellendi, aut publici iuris tuēdi gra-
11 tia. Effectus nunciationis extat in ipſo interdicto. Nam poſt eam fa-
ctam ceſſare ædificator debet ab opere, & cum nunciante committere ſe

*a de oper. no. nunciat.*
*b l.1. in princ. l. Prætor. 20. §. 1. h.t.*
*c d.l. Prætor. in princ.*
*d gl. in l. ſi procurator. 10. h.t.*
*e l.1. §. opus nouum. 5. l. ſtipulatio. 21. §. opus nouum. 3. h.t.*
*f d.l.1. d.l. Prætor.*
*g in l.1. §. fin. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
*h l.1. §. hoc autem edictum. 6.*
*i l.1. §. 1. h.t.*
*k l. de pupillo. 5. §. nunciationem. 2. h.t.*
*l d.l.1. §. in operis. 3. d.l. de pupillo. §. meminiſſe. 10.*
*m d.l.1. §. nunciatio. 2. d.l. de pupillo. §. meminiſſe.*
*n d.l.1. §. nunciatio. 2.*
*o in d.l.1. §. 10.*

Prætoriæ iuriſdictioni, ut ius ædificationis examinetur[a]: alioqui ſi in ædificando pergat, quidquid operis fecerit, antequam miſſa facta ſit nunciatio, aut in ea cauſa exiſtat ut mitti debeat, uidelicet ſatiſdatione oblata, demoliri & auferre iuſſu magiſtratus compelletur: nulla facta cognitione, ius ædificandi nec ne ędificator habeat: quia ſemper contra edictū & ius nunciationis fecit[b]. Sed quoniam iniquum eſt, impediri in ædificando eum qui ſatiſdare paratus eſt de opere demoliendo, ſi contra ius ædificatum cōſtiterit, ideo Prætor alterum interdictum ad hunc modum protulit: Quem in locum nunciatum eſt, ne quid noui operis fieret, qua de re agitur, ſi de ea re ſatiſdatum eſt, quod eius cautū ſit, aut per te ſtet, quominus ſatiſdetur, quominus illi eo in loco opus facere liceat, uim fieri ueto[c]. Hoc interdictū tam luculenter I.C. explicant[d], ut noſtra expoſitione minimè opus habere uideatur.

a d.l.1.§.poteſt.4.
b d.l.Prætor.§.1.
c d.l. Prætor ait. §. deinde. 7.
d in d.l. Prætor & ll.ſeq.

## DE DAMNO INFECTO, ET PROIECTIOnibus, & ſuggrundis. Tit. II.

1 *Quid ſit damnum infectum, ſuggrunda, proiectiones.*
2 *Ex qua cauſa, & quando Prætor iubet caueri.*
3 *Quomodo ad cautionem cogat.*
4 *De primo & ſecundo decreto.*
5 *Quæ actio in contumacem detur.*
6 *Verba edicti.*

DAmnum infectum eſt, damnum nondum factum, ſed quod futurum 1
ueremur[a]. Suggrunda ſiue ſuggrundę ſunt eminētes tecti partes, ad
auertendum ſtillicidium. Proiectiones ſunt proiecta, quibus tectum & pa-
rietes defenduntur[b]. Qui igitur damnum ex ruinoſis uicini ædibus aut 2
tecto timet, huic ſi iuret, ſe non calumnię cauſa petere, iubet Prętor domi-
num aut poſſeſſorē earum ędium, unde damnum timetur, cauere: ſuo qui-
dē nomine per ſtipulationē, alieno uerò per ſatiſdationē de damno ſarciē-
do ſi quod datum erit[c]. Cui ita non cauebitur, eum Prætor mittit primo 3
decreto in poſſeſsionē eius rei, cuius nomine, ut caueatur, poſtulatum fuit,
ita ut pignoris loco rem detineat[d]. Cuius cauſa iuſta eſſe uidebitur, eum 4
etiā poſsidere, & fructus lucrari Prętor ſecundo decreto iubet: ſcilicet cau-
ſa cognita, cum æquū eſſe uidebitur, & ex tēporis diuturnitate, quod poſt
primum decretum elapſum eſt, & contumacia eius qui rem pro derelicto
habet[e]. In eum qui necꝫ cauerit, necꝫ in poſſ. eſſe, poſsidereue paſſus eſt, 5
iudicium datur, ut tantum præſtet, quantum præſtare eum oporteret, ſi de
ea re ex decreto magiſtratus cautū fuiſſet, ut eſt in edicto, quod in hęc uer
ba extat[f]. Prætor ait: Damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſda- 6
ri iubeb o ei qui iurauerit, nō calumnię cauſa id ſe poſtulare: eumue, cuius
nomine aget poſtulaturū fuiſſe, in eam diē quam cauſa cognita ſtatuero. Si
controuerſia erit, dominus ſit nec ne qui cauebit: ſub exceptione ſatiſdari
iubebo de eo oportere, quod in flumine publico, ripaue eius fiet in annos
decē ſatiſdari iubebo. Eum cui ita nō cauebit, in poſſeſsionē eius rei cuius
nomine ut caueatur poſtulabit, ire, & cum iuſta cauſa eſſe uidebitur, etiam
poſsidere iubebo. In eū, qui necꝫ cauerit, necꝫ in poſſeſsione eſſe, necꝫ poſ-
ſidere paſſus erit, iudiciū dabo, ut tantū præſtet, quantū pręſtare eum opor
teret, ſi de ea re ex decreto meo eiuſue cuius de ea re iuriſdictio fuit, quæ
mea eſt, cautū fuiſſet. Eius rei nomine, in cuius poſſeſsionē miſero, ſi ab eo,
qui in poſſeſsione erit, dāni infecti nomine nō ſatiſdabitur, eum cui non ſa-
tiſdabit, ſimul in poſſeſsione eſſe iubebo. Hoc edictū copioſè ab ipſis I.C.
explicatur, ut nos in eo interpretando diutius hęrere non debeamus.

a l.2.h.t.
b uid. in l. malū. 242. §. inter. de uerb. ſignificatio. l. ſi uerò. §. Prætor. ubi Bu. de his qui deiecer. uel effud.
c l. damni infecti. 18. l. 5. l. Prætor. 7. h. t.
d l. 4. §. 1. l. ſi finita. 15. §. ex hoc edicto. 4.
e d.l. ſi finita. §. non autem. 10. cum ſeq. h. t.
f in l. Prætor. hoc tit.

## DE AQVA, ET AQVAE PLVVIAE ARcendę (uidelicet actione.) Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Aqua pluuia quæ ſit, & quando hoc nomine detur actio.*
3 *Qualis actio detur.*
4 *Quibus, aduerſus quos, & ad quid.*

1 EOdem modo ſi cui aqua pluuia damnum dabit, aquæ pluuiæ arcen-
dę actione auertetur aqua: quam actionem ex ipſa titulorum ſerie in-
2 telligi licet eſſe Prætoriam. Aquam pluuiam dicimus, quę de cœlo cadit,
ſiue per ſe, ſiue cum alia miſta noceat. Hæc autem actio, conſimiliter locũ
habet in damno nondum facto (nam de facto agendũ eſt interdicto quod
ui aut clàm [a]) opere tamen iam facto, ex quo damnum iure timetur, toties-
que locum habet, quoties manu facto opere nocitura agro aqua eſt: id eſt
3 cum quis manu fecerit, quo aliter flueret quàm natura ſolebat [b]. Hæc a-
ctio in perſonam eſt, quia ex facto hominis oritur: in rem tamẽ ſcripta, quã-
4 doquidem in opus factum dirigitur [c]. Datur autem domino prędij cui
ex opere damnum timetur [d], & etiam utilis uſufructuario [e], alijſq; utile do-
minium habentibus [f]. Porrò datur aduerſus dominum eius loci, in quo o-
pus factum eſt, quia is ſolus reſtituere poteſt [g], in hoc ut opus reſtituat, id
eſt tollat, & rem in priſtinum ſtatum formamq; reponat: ſuis quidem impẽ-
ſis, ſi opus fecit, aut facere curauit: impenſis uerò actoris ſi in nulla ſit cul-
pa [h]: unà cum damno & intereſſe, quod ea occaſione poſt litem conteſta-
tam accidit [i].

a *l. Atteius. 14. §. in hoc iudiciũ. 2. l. ſi tertius. 6. §. officiũ. 4. h.t.*
b *l. 1. in princ. & §. 1. h.t.*
c *d. l. ſi tertius. §. tertio. uerſ. aquæ. l. emptor. 12. l. poſt uenditionem. 16. h.t.*
d *d. l. 1. §. item. 11. d. l. ſi tertius. §. ſi quis. 3. h.t.*
e *l. ſi uſusfructus. 22. l. apud Trebatiũ. 3. h.t.*
f *l. quod principis. 2. 3. §. 1. h.t.*
g *l. quanquam. 4. §. ultimo. cũ l. ſeq.*
h *l. ſupra iter. 11. §. apud ferocem. 2. & §. fin. l. emptor. 12. h.t.*
i *d. l. Atteius. §. in iudicium. 2.*

## DE PVBLICANIS, ET VECTIGALIBVS, & commiſſis. Tit. IIII.

1 *Continuatio, & qui dicantur publicani.*
2 *Vectigal quid ſit, & quantum.*
3 *Quomodo diſtet à tributo.*
4 *Quare uectigal ſoluatur, & quæ pœna ſit eius non ſoluti.*
5 *Edictum de publicanis, eiuſq; ratio: & quomodo cum iniuſtis publicanis eorumq; hæredibus agatur.*

1 AD damna quæ ex publica cauſa dantur reſarcienda, propoſitum eſt e-
dictum de publicanis, uectigalibus & commiſſis. Publicani ſunt, qui
publico fruuntur (nam inde nomen habent, quòd publicum, hoc eſt, ue-
ctigal redimant) ſiue fiſco uectigal pendant, ſiue etiam tributum conſequã
tur [a]. Et omnes qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani.
2 Vectigal à uectura dicitur: & eſt id quod præſtatur ex his rebus quæ inue-
huntur, aut euehuntur. Præſtari autem ſolet olim octaua pars [b]. Diſtat
3 uectigal à tributo: nam tributum eſt annona, uel publica functio, ſeu pẽſita
tio, quæ ratione ſoli & bonorum immobilium penditur à poſſidentibus [c]:
ac potiſſimùm capitur pro pecunia, quæ ab imperatoribus atque præſidi-
bus in ſtipendia militum & ſumptus belli à prouincialibus imperatur [d]. Tri
4 butum ergo confertur ob poſſeſsiones priuati ſoli, uectigal uerò penditur
propter uſum uiæ publicæ, per quam res uehuntur: quam cum magna cura
& ſumptu principes planã & tutam præſtare cõmeantibus debeãt [e], nõ mi
rum eſt, aliquid in authoramentum & compenſationem eorum ſumptuũ à
uiatoribus retribui. Eius uectigalis non ſoluti pœna eſt, ut res committant̃
5 uendicenturq; fiſco, unde & cõmiſſæ res dicunt̃ [f]. Sed quia ſæpenumero ſu
pra ſtatutũ uectigal ui aut dolo malo publicani eorumq; familię exigere ſo
lẽt, nonnunquã etiã ex mercib. quid ſurripere: ideo Prętor edicto ita cauit:

a *l. 1. in princ. l. quantæ. 12. in fin. h.t. l. eũ qui. 16. de uerb. ſignificat.*
b *l. ex præſtatione. 1. C. de uectigali.*
c *l. 1. & t. t. C. ſine cenſu, &c.*
d *l. ager. 27. de uerb. ſignificati. Tacitus lib. 20.*
e *l. congruit. 13. de off. præſ.*
f *l. commiſſa. l. fin. §. ſi quis. h.t. Gl. in l. 1. C. de uectigali.*

Quod publicanus ſeu alius publicani nomine ui ademerit, quodúe fami lia publicanorum: ſi id reſtitutum non erit, in duplum, aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum iudicium dabo. Item, ſi damnum, iniuria furtumúe factum eſſe dicetur, iudicium dabo. Si ij ad quos res pertinebit non exhibebuntur, in dominos ſine noxę deditione, iudiciũ dabo [a]. Hęc actio heredib. etiã datur [b]: in heredes autẽ, quatenus locupletati ſunt [c]. Amplius etiã extra ordinẽ publicani ad uigorem publicæ diſciplinæ, hoc nomine plectunt̃ [d].

## DE DONATIONIBVS. TIT. V.

1 *Continuatio, & quòd donationes rectè ad ius Prætorum referantur.*
2 *Donatio unde dicta, & quid ſit.*
3 *Diuiſio, & quid ſit donatio ſimplex, ſub modo, cauſa, aut conditione.*
4 *Cauſa efficiens, & quis cui donet.*
5 *Materia.*
6 *Forma, & quomodo firmentur, contrahantur donationes: & quare quædam inſinuatione indigeant.*
7 *De fine, natura, effectu donationum.*

Donationes quoque ad ius Prætorium meritò referuntur. Nam cum 1
magis ad beneficij cauſam, quàm negocij contracti ſpeciem pertineant, nulla eo nomine iure ciuili eſt actio, quam lex ex conuentionibus duntaxat, quæ cauſam obligationis ac συνάλλαγμα continent, præbere ſolet, ut ſuprà dictum eſt [a]. Sicuti igitur precarium quod ex liberalitate deſcendit, Prætor tuetur [b]: ita conſentaneum eſt, reliquas quoq; donationes poſtquã perfectę eſſent, iure Prętorio, uelut iuſtum acquirendi modum [c], confirmatas eſſe, & de ijs ius fuiſſe dictum: unde & inter iudicia Prætoria hic tractatus meritò collocatur. Donatio dicta eſt à donando, quaſi doni datio [d]. 2
Eſt autem liberalitas, quæ nullo iure cogente ex ſola animi benignitate alteri fit, & conceditur [e]. Dat, inquit I. C. [f] aliquis ea mente, ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti: & propter nullam aliam cauſam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Hæc propriè donatio appellatur. Donatio autem aut eſt ſimplex, aut eſt ob cauſam, & ſub 3
modo, aut cõditionalis. Donatio ſimplex propriè eſt donatio, quam ſuprà definiuimus. Donatio ob cauſam, uel ſub modo eſt, cũ datur, uel ut aliquid fiat, uel ut non fiat, uel cum certo modo certaq; lege donatur [g]: cuius finis remuneratio potius eſt, quàm liberalitas [h]. Donatio cõditionalis eſt, uel cum quis ita dat, ut tunc demum accipientis rem fieri uelit, cum aliquid ſecutũ erit: uel ut ſtatim quidem accipiẽtis fiat, ſi tamen aliquid aut factum fuerit, aut non fuerit, uelit eam ad ſe reuerti: qualis eſt donatio cauſa mortis. Cau- 4
ſa efficiens eſt benefica uoluntas donantis, & conſenſus accipiẽtis [i]. Nec enim inuitus quis donat [k], nec inuito donatur [l]. Cauſa προκαταρκτικὴ ſunt benemerita donatarij [m]. Materia ſunt omnes res, quæ in cõmercium cadũt: 5
quidquid enim alienari, id & donari poteſt. Forma eſt, ut alter det, alter acci 6
piat (à datione enim uim olim habuit donatio) nec aliter quàm traditione, aut ſtipulationis uinculo firmabatur: ſed hodie etiã nudo pacto efficaciter animo donandi promittitur [n]. Donatio fieri poteſt uel purè, uel ex temporè, uel ad tempus, uel ſub conditione [o]. Item in ſcriptis, aut ſine ſcriptura, etiam inter abſentes aut ignotos, per nuncium aut epiſtolam [p]: niſi cum excedit donatio 500 aureos. Nam ne prodigaliter quis liberalitatem exerceret (expedit enim Reipub. neminem re ſua abuti [q]) aut facile fraus ſtrueretur in ductis falsò donationibus: uoluit lex tam impenſas donationes in acta publica redigi, & notioni magiſtratus inſinuari [r].

Finis eſt, ut liberalitas & munificentia exerceatur, ut inquit I. C. [s] Effectus 7
donatio-

a l. 1. in princ.
b l. ſed & ij. 13. in fin. h. t.
c l. 4. in princ.
d l. locatio. 9. §. quod illicitè. hoc tit.

a ad l. iuriſgentiũ. 7. in princ. de pactis.
b l. interdictũ de precario.
c Inſt. eod. ubi donatio inter acquirendi modos refertur.
d l. ſenatus. 35. §. 1. ĩ. tit. 1.
e l. donari. 39. h. t. l. donari. 82. de reg. iur.
f in l. 1. h. t.
g l. 1. §. 1. h. t. t. t. C. de donat. quæ ſub mod.
h l. hoc iure. 19. §. 1. & §. ult. h. t.
i l. 2. de actio.
k l. rem legatã. 18. de adimend. lega.
l l. inuito. 69. de reg. iur. d. l. hoc iure. 19. §. nõ poteſt. 2. h. t.
m l. nec adiecit. 9. §. pro ſocio.
n §. 1. Inſtit. de donat. l. ſi quis argentum. 35. §. fin. C. eod.
o l. 2. & t. t. C. de donat. quæ ſub mod.
p l. 4. l. abſenti. 10. h. t. l. nec ambigi. l. 6. in extraneos. 29. C. eod.
q l. 2. de his qui ſunt ſui uel al. iur.
r l. in donationib. 31. C. eod. §. 1. Inſtit. eod.
s in l. 1. h. t. l. munus. 214. §. dona. de uerbo. ſignificatio.

donationum olim non alius erat, quàm nudorum pactorum, cum nullum in ſe contineant συνάλλαγμα, aut mutuam rerum commutationẽ. Itaq; neceſſum erat, aut traditionem intercedere, qua ſubſecuta dominium transferebatur[a], & aduerſus repetentem dabatur à prætore exceptio: aut ſtipulationem, quæ iuris ciuilis uinculum eſt[b]. Hodie perficiuntur donationes exẽplo uenditionũ, ſtatim atq; conuenit: & pœnitentia excluſa[c] habent in ſe neceſsitatem traditionis, ut cæteri contractus nominati[d]: ex iiſq; datur actio, quæ condictio ex lege appellatur, quoniam competit ex noua conſtitutione[e]. Illud ſciendum eſt, donatorem non teneri de euictione, niſi quatenus dolo malo fecit, ne uidelicet liberalitas ei ſua ſit damnoſa[f]: idq; indiſtinctè iure Saxonum[g], quamuis in iure ciuili uariè à Dd. diſtinguatur[h].

a iuxta l. traditionib. 20. C. de pactis.
b §. de conſtituta. Inſtit. de actionibus.
c l. fin. C. de uſucap. pro donat.
d §. perficiuntur. Inſtit. eod. l. fin. C. de reuocan. donatio.
e l. ſi quis argẽtum. 25. §. fin. C. eod.
f l. Ariſto. 18. §. fin. h. t.
g ut notant ad art. 4. lib. 3.
h gl. & Dd. in d. l. Ariſto. & in l. 2. C. de euictio.

## DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS. TIT. VI.

1 *Donatio cauſa mortis quæ ſit.*
2 *Tres huius ſpecies.*
3 *Quid ſit capio.*
4 *Cauſa efficiens, & qui quibus donare poſſint.*
5 *Forma, & quot teſtes requirantur.*
6 *Finis & effectus, & quomodo reſoluatur, reuoceturq; hæc donatio, & an in ea locum habeat pœnitentia.*

1 INter conditionales donationes eſt mortis cauſa donatio, cum quis habere ſe mauult, quàm eum cui donat, magiſq; eum quàm heredem ſuũ[a].
2 Tres huius donationis ſunt ſpecies[b]: una, cum quis nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola mortalitatis cogitatione donat: quod quidẽ exprimendum eſt, alioqui pura erit donatio[c]. Altera, cum quis imminente periculo commotus ita donat, ut ſtatim res fiat accipientis. Tertium genus eſt, ſi quis periculo mortis nõ ſic det, ut ſtatim faciat accipiẽtis, ſed tum demum, cum mors fuerit ſecuta. Quæ donatio ſub conditione pendet: ſuperior ſtatim quidem perfecta eſt, ſed ſub conditione reſoluitur[d]. Di-
3 ſtat ab hac donatione, mortis cauſa capio, ut uocant. Nam quidquid propter alicuius mortẽ obuenit lucri, ſiue ex donatione, ſiue alia occaſio-
4 ne, id generaliter mortis cauſa capi dicitur[e]. Mortis cauſa donare poteſt, cui teſtamenti factio eſt, licet teſtamentũ non faciat[f]. Filius tamen familiâs quamuis teſtamentũ ne permittente quidem patre facere poteſt, quia ius illud publicum immutari priuata parentum authoritate nequit[g]: tamẽ permiſſu patris, cauſa mortis donare poteſt, non minus quàm reliquos priuatorum contractus eo uolente inire[h]. Omnibus autem mortis cauſa capere
5 permittitur, qui ſcilicet legata accipere poſſunt[i]. De forma & fine huius donationis ſuprà dictum eſt[k]. Illud ſanè etiam ad formam pertinet, quòd neceſſum eſt hanc donationem corã quinq; teſtibus fieri[l], ſicuti quamlibet
6 ultimam uoluntatem[m]. Effectus huius donationis eſt, ut morte inſecuta rata maneat donatio, utpote impleta donationis conditione, non autẽ inſecuta morte reſoluatur[n]. Quod & tum fit, cum mutata uoluntate reſtitui ſibi donator res donatas uoluerit[o]: quanquam Accur.[p] contrà exiſtimet. Sed uerius eſt, pœnitentiam in hac donatione concedi, ut uolunt Azo, Placentinus, & alij[q]: quoniam legatis comparatur[r]: quę ſemper reuocari poſſunt, ut dictum eſt[s]. Sed & ſi prius decedat donatarius quàm donator, deficit, ac ſoluitur donatio.[t] Reſoluta ergo ad hunc modum donatione, condictio perſonalis uel utilis in rem actio, pro ut erit commodum, ad res repetendas datur[u].

a l. 1. h. t. in princip. Inſtit. eod.
b l. 2. h. t.
c l. Seia. 42. h. t. gl. & Dd. in l. quæ dotis. 34. ſolut. matri. Alex. conſ. 14. & 81. uol. 1. & conſ. 59. uol. 4.
d l. ſenatus. 35. §. mortis. 2. l. ſi alienam. 13. §. Marcellus. h. t.
e l. qui precio. 8. l. ſi mulier. 12. l. mortis. 18. l. eũ qui. 21. h. t.
f l. tam is. 25. in princ. h. t.
g l. 3. de teſta. iunc. l. ius publicũ. 39. de pact.
h d. l. tam is. §. 1.
i l. omnib. 9. d. l. ſenatus. h. t.
k in prin. huius tit.
l l. fin. C. eod. Socin. conſ. 137. uol. 1.
m l. fin. C. de codicillis.

n l. non omnis. 19. §. ſi certum peta. l. ſi filiofamiliâs. 19. d. l. donatus. §. 1. h. t. o d. l. ſenatus. §. mortis. in fin. l. qui mortis. 30. l. ſi alienã. 13. §. 1. h. t. p in præal. iur. q in rubrica. C. eod. r l. Marcellus. 15. h. t. l. fin. C. ad l. Falcidiã. s ad tit. de adimend. legat. t l. ſi filiofamiliâs. 23. l. fin. h. t. u d. l. qui mortis. d. l. ſi. filiofamiliâs. d. l. ſenatus. §. 1. l. ſi mortis. 29. h. t.

# DIGEST. LIB. XL.

## DE MANVMISSIONIBVS. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit manumiſsio.*
3 *Forma manumittendi.*

QVoniam manumiſsiones & iura libertatum iuriſdictione, ac 1
uiua magiſtratus uoce regebantur [a]: meritò inter iudicia præ-
toria harum quoque rerum tractatus eſt relatus. in quo eo
erimus breuiores, quòd totum hoc ius ab uſu noſtro receſ-
ſit. Manumiſsio eſt de manu, id eſt poteſtate miſsio [b]. Nam 2
& in manumittendo olim dominus tenebat caput ſerui, aut aliud membrũ: 3
ac præfatus, hominem liberum eſſe uolo, eum è manu ac poteſtate ſua emit
tebat: ut latius alibi [c] traditur.

a tot.tit. ſ. de off.conſ. & de off.prætor.
b l. 4. de iſtit. & in.
c ad tit. Inſt. de libertinis.

## DE MANVMISSIS VINDICTA. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Præcipuus manumittendi modus per uindictam.*
3 *Quid uindicta & qualis forma manumittendi.*

MVltis autem modis manumiſsio procedit, ut oſtendit Cicero [a], & paſ- 1
ſim Tacitus: inter quos uel præcipuus erat, cum quis uindicta manu 2
mittebatur. Sic enim manumiſſus ius ciuitatis acquirebat. Erat autẽ uin-
dicta, uirgula, qua lictor Prętoris præmiſsis ſolennibus uerbis ſeruum tan-
gebat, mox dominus apprehenſum manu uertebat, atq; ita libertatem & ci
uitatẽ conſequebatur: ut ex Perſio liquet: *Quibus una Quiritem uertigo facit.*
idem: *Verterit hunc dominus, momento temporis exit.* Marcus Dama.

a in Topicis.

## DE MANVMISSIONIBVS QVAE SERVIS ad uniuerſitatem pertinentibus imponuntur. Tit. III.

NEc modò priuati ſic rectè manumittunt, ſed etiam uniuerſitatibus omnibus & collegijs, quibus coeundi ius eſt, quæq; propria habere poſſunt, hanc manumittendi poteſtatem D. Marcus dedit [a], etiamſi nullius uideatur eſſe ſeruus. & per conſequens, non poſſe à quoquam manumitti, qui toti uniuerſitati ſeruit. nam manumiſsio, quæ nomine totius uniuerſitatis uel ab uno fit, ab ipſa uniuerſitate facta uidetur.

a l.1.h.t.

## DE MANVMISSIS TESTAMENTO. Tit. IIII.

CVm cætera quæ inter uiuos rectè aguntur, etiam in teſtamento fieri queant: ſequitur, in qualibet ultima uoluntate manumitti poſſe [a]. Datur autem teſtamento libertas dupliciter. Aliquando directò, cum teſtator breui manu & directis uerbis libertatem ſeruo tribuit, hoc modo: Stichus liber eſto. quo caſu Orcinus dicitur libertus, id eſt ipſius defuncti: nec hæres iura patronatus conſequitur [b].

a §.1. Inſtit. de libertinis. & de l. fuſ. canin. toll. in fin.
b §. fin. Inſtit. de ſign. reb. per fideicomm. rel.

## DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTAtibus. Tit. V.

INterdum datur libertas per fideicommiſſum, hoc modo: Rogo hęres, ut Stichum manumittas. Hoc caſu cum hęredis factum interueniat, is in auctoramentum manumiſsionis iura patroni conſequitur [a].

a t.h.t.d. §. fin.

## DE ADEMPTIONE LIBERTATIS. Tit. VI.

VT datur, ita & adimi poteſt teſtamẽto libertas, ſicut & cætera legata [a]. Adimitur autem uel expreſſa uolũtate, ut cum teſtator diſertè libertatem

a t.t. de adimend. legat.

tatem reuocat: uel tacita, ut ſi ſeruam cui libertas relicta eſt, poſtea uinxit[a]. Nec ſolùm à teſtatore, ſed etiã lege interdũ adimitur libertas teſtamẽto data[b]: puta, ſi data ſit in fraudẽ creditorũ, aut fiſci[c]: uel ob aliã etiam cauſam[d].

## DE STATV LIBERIS. TIT. VII.

QVoniam autem non modò purè, ſed etiam in tempus, aut ſub cõditione libertates, ſicuti cætera legata relinqui poſſunt: fit ut quibus hoc modo libertas data eſt, interea dum dies uel conditio expectatur, ſtatu liberi appellentur: quia ſtatutam, ut inquit Paulus, & deſtinatam in tempus uel conditionem, habent libertatem[a].

a l. fideicõmiſſaria. 43. ſ. ti. 1. l. teſtamento. 51. §. 1. ſ. de manumiſſ. teſtament.
b l. unica. h. t.
c l. quæſitum. 15. ĩ. qui & à quibus.
d §. ſeruũ. Inſt. de hæred. inſtituẽnd. l. cum filius. 78. §. ſeruus. de legat. 11. l. qui pœnæ. 8. ſ. de manumiſſ.

## QVI SINE MANVMISSIONE AD LIBERtatem perueniant. Tit. VIII.

SCiendum tamen eſt, ſtatu liberos libertatẽ ipſo iure nonnunquam conſequi, citra ullam manumiſsionem: ueluti ſi dies prę ſtitutę manumiſsionis elapſus ſit, uel conditio extiterit, aut per hęredem ſtet, quo minus impleatur[a]. Eodemq́ modo, ſi ſeruus uenditus ſit ea lege, ut intra certum tempus manumittatur: cum dies pręſtandę libertatis uenit, ex conſtitutione Marci libertatem conſequetur[b].

a l. 1. h. t.
a l. 3. ſupra. tit. 1.
b l. 1. & t. h. t.

## QVI ET À QVIBVS MANVMISSI LIBERI non fiant, ad l. Aeliam Sentiam. Tit. IX.

1 *De lege Aelia Sentia.*
2 *Dationem libertatis et fraudem creditorum non ualere.*
3 *Alterum caput l. Aeliæ Sentiæ.*

1 NOn tamen cuicunq́ uolenti mannmittere licet. Nam lex Aelia Sentia à priſcis illis Aelijs lata, manumittendi ius quibuſdã, licet dominis, ademit in primis debitoribus qui ſoluendo non ſunt[a]. ut enim reliqua quæ in fraudem creditorum alienata ſunt actione Pauliana reuocantur[b]: ita li-
2 bertas in fraudem creditorum data, inutiliter datur. Nam etſi reliquarũ rerum alienatio ualet, & reuocanda eſt per actionem: tamen datio libertatis fraudulenta ipſo iure irrita eſt. Nam ſi ſemel cõpeteret libertas, amplius reuocari in ſeruitutem ſeruus non poſſet[c]. In fraudem aũt creditorum manumittere uidetur, qui uel iam tempore quo manumittit, ſoluẽdo non eſt,
3 uel qui datis libertatib. deſiturus eſt eſſe ſoluẽdo[d]. Eadem lege Aelia Sentia domino minori 20. annis, nõ niſi ex iuxta cauſa manumittere licet[e]. Sed Iuſtinianus poſt completum 17. annum manumittendi poteſtatẽ tribuit[f]. Sunt & alij qui manumiſsi liberi non fiunt, de quibus uidere licet I. C.[g].

a l. 7. 8. 10. 11. h. t.
b t. de his quæ in fraud. credi. ĩ. ubi dicemus.
c l. 2. ĩ. quib. ad lib. pro nõ licet. l. ſi ex cauſa. 10. §. final. de mino.
d §. in fraudẽ. Inſtit. quib. ex cauſis manu. non licet.
e l. 7. §. fi. h. t.
f §. pen. & fin. Inſtit. quibus ex cauſ. manu.
g l. 2. 3. 4. 9. & h. t. t.

## DE IVRE AVREORVM ANNVLORVM, Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo manumiſsi conſequantur dignitatem.*
3 *Quod ius fuerit aureorum annulorum.*
4 *Ex qua cauſa tribui id ius conſueuerit.*

1 SCiendum eſt, manumiſſos non modò libertatẽ actus ciuitatis, ſed quan
2 doq́ ingenuitatem, ac nobilitatem conſequi. Nobilitatem, hoc eſt equeſtrem dignitatem conſequuntur hi, qui ius aureorum annulorũ à prin
3 cipe impetrarunt. Nam cum hos geſtare nulli, quàm equeſtris ordinis hominibus fas olim eſſet: meritò conceſſa annulorum aureorum uſurpatione, ipſam quoq́ ordinis dignitatem princeps conceſsiſſe uidebatur.
4 Quod olim uirtuti præſertim militari tribui ſolittum teſtatur Cicero[a], ut & iura imaginum[b]. Vnde fortè inſignium & armorum noſtri temporis uſus, ortum habet: de quibus extat Bartoli tractatus.

a in Verrem. lib. 5.
b Cic. in Verr. 7.

DE NATALIBVS RESTITVENDIS.

Tit. XI.

a l.1.h.t.

b l.2. & 3.h.t.

INgenuitatem conſequitur manumiſſus, qui ex ingenua natū ſe docet [a]: aut qui à principe natalibus reſtituitur, in quibus omnes homines initiò fuerunt: uidelicet ingenuitatis, non in quibus ipſe ſeruus naſcebatur [b].

DE LIBERALI CAVSA.

Tit. XII.

a §.præiudicia. Inſtit. de action

ET his quidem modis ad libertatem, nobilitatem, & ingenuitatem peruenitur. Sed quia ſæpe fit, ut hinc exiſtant controuerſię, altero adfirmāte ſe liberum aut ingenuum, altero in ſeruitutem retrahente: ad expediendas has lites Prætor conſtituere iudicia ſolet, quæ uocantur liberalia, ſiue cauſæ liberales, quòd in iјs de libertate agatur. Actiones autem quibus agitur, appellantur præiudiciales [a].

QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE non licet. Tit. XIII.

a l.1.3.4.5.h.t.

b l.2.h.t.

AGere autem poſſunt de liberali cauſa, quicunque non prohibentur. Prohibentur porrò hi, quibus ad libertatem proclamare non licet: ut eſt maior 20. annis, qui ad participandum precium uænire ſe paſſus eſt [a]: item ſeruus per uim alteri ereptus, & teſtamento liber eſſe iuſſus [b].

SI INGENVVS ESSE DICATVR.

Tit. XIIII.

a l.2.3.4.5.6. hoc tit.

b l.1.h.t.

EOdem modo ad ingenuitatem repetendam agere poteſt libertus, ſi intra quinquennium à tempore manumiſsionis docere uelit, ingenuū ſe eſſe natum [a]. Qua in cauſa ſciendum eſt, rem inter alios actam aliјs non obeſſe [b].

NE DE STATV DEFVNCTORVM POST quinquennium quæratur. Tit. XV.

a l.1.in princ.l. 2.l.fin.h.t.

b l.1.§. fin.l.3. hoc tit.

ILlud autem annotandum eſt, liberalia iudicia non ſemper eſſe perpetua. nam de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quęrere non licet [a]. Si quidem deteriorem conditionem defuncti facturus ſit, qui retractat, ut ſi dicat ſeruum fuiſſe: non ſi meliorem, ueluti ſi pro ſeruo libertus, pro liberto ingenuus eſſe dicatur [b].

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

Tit. XVI.

a l.1.& 2.h.t.

SEd ne quorundam dominorum nimia indulgentia inquinaret ampliſs. ordinem, eo quòd paterentur ſeruos ſuos in ingenuitatem proclamare, liberosq́ iudicari: Senatus Conſultum factum eſt Domitiani temporibus. quo cautum eſt, ut ſi quis probaſſet per colluſionem quidquam factum, hoc eſt, proditam cōſpiratione litigatorum cauſam: ſi iſte homo ſeruus ſit, fieret eius ſeruus, qui colluſionem detexiſſet [a].

# DIGEST. LIB. XLI.

## DE ACQVIRENDO RERVM DOMINIO.

Tit. I.

1 *Continuatio & ſeries ſequentium titulorum.*
2 *Dominium unde dictum.*
3 *Quid ſit.*
4 *Diuiſio, partes & ſpecies.*
5 *Cauſa efficiens & formalis.*
6 *Quomodo iure gentium dominium acquiratur.*

De

7 *De certificatione.*
8 *De confuſione & mixtura.*
9 *Quomodo iure ciuili quæratur.*
10 *De materia & fine.*
11 *De effectu dominiorum.*
12 *De cognatis & contrarijs.*

1 EXpoſitum hactenus eſt, quomodo res noſtræ, uel nobis debitæ, iudicijs aut ciuilibus aut prætorijs petantur. Sed quia non tantum rerum dominia peti ſolent, uerùm etiam de poſſeſsione earum controuerſię exiſtunt (omnium enim rerum uſus aut in dominio aut in poſſeſsione uertitur) commodum nunc iudicia poſſeſſoria exequamur: eo quidem conuenientiore loco, quòd hæc ferè omnia iuris prætorij ſint, & authoritate magiſtratus explicentur. Sed antequam poſs. iura ordimur, prius eſt, ut ad muniendũ ad cognitionem aditum, de dominijs rerum nonnulla proponamus. Nam ex his poſſeſsiones deſcendunt, & uim omnem mutuantur. Res enim noſtras, aut in quibus ius habemus, dominij conſimile, iuſtè rectèq; poſsidemus, alienas nõ item.
2 Dominium à domo dictum apparet, ut & dominus: ſiue quòd olim dominia eatenus tantum porrigerentur, quatenus domeſtici fines: ſiue quòd propria & noſtra uſitatè à domo appellētur domeſtica, ut & apud Græcos,
3 οἰκεῖα. Dominium eſt ius, quo res noſtra eſt. Doctores ſic definire malunt, ut dominium ius ſit de re corporea liberè diſponendi [a]. Hic enim effectus dominij proprius eſt, ut quis re ſua uti frui ad arbitrium poſsit [b]. Dicitur autem eſſe ius: quoniam dominium in iure, poſſeſsio in facto eſt. Additur de re corporea: quòd rerum incorporalium nullum propriè dominium eſt [c]; ut nec poſſeſsio [d]: niſi quadam iuris interpretatione [e]. Sed cum penes nonnullos ſit iure ciuili dominium, qui liberam de re diſponēdi facultatem non habent, & contrà ea facultas apud non dominos quandoq; inueniatur [f]: apparet, hanc definitionem minus idoneam eſſe. itaq; illam ſuperiorem reti-
4 neamus. Partes dominij ſunt proprietas & poſſeſs. rei, quæ concreta dominium conſtituunt, ſeparata nihil inter ſe habent cõmune [g]. Dominij ſpecies etſi plures ſunt, tamen uſitatè ita diuidimus, ut aliud ſit plenum & abſolutum, aliud directum, aliud utile. Nam cum utilitas dominij in fructu rei ſit, qui hunc percipit iure ſuo, plenum habere dominium dicitur: qui eo caret, cum ſpe tamen aliquando adipiſcendi ex iure ſuo, directum: cuiuſmodi eſt penes dominum feudi & emphyteuſeos. Cui uerò utilitates rei obueniunt, non omnino iure proprio, ſed quod aliunde dependeat, huius utile dominium eſſe dicimus, cuiuſmodi habent uaſallus, emphyteuta, ſuperfi-
5 ciarius, &c. De reliquis autem dominij ſpeciebus uidere licet Alciat [h]. Cauſæ efficientes & formales acquirendi dominij, ſunt duplices. Nam quarundam rerum dominium nanciſcimur iure gẽtium, quod naturali ratione inter omnes homines peræquè ſeruatur: quarundam iure ciuili, id eſt, iure
6 proprio noſtræ ciuitatis [i]. Iure gentium acquiruntur res, primùm occupatione. Quod enim nullius eſt, id ratione naturali conceditur occupanti [k]. Omnia igitur animalia, quæ terra, mari, cœloq; capiuntur, id eſt, feræ beſtię, uolucres, & piſces, capientium fiunt [l]. Secundò, inuentione earum rerum quæ certum dominium non habent, ut ſunt theſauri [m]. Tertiò, adiectione, uel concreta: ut per alluuionem [n], aut alueo à flumine relicto [o]: uel diſcreta, ut partu animalium noſtrorum. cuius enim eſt uenter, eius eſt & partus [p]. Item, ſi inſula in flumine uicino naſcatur [q]. Quartò, captiuitate, cum hoſtes

a Barto. in l. ſi quis ui. 17. §. differētia. ff. de acquiren. poß.
b l. in re mandata. C. mãdati.
c l. rectè dicimus. 25. de uerb. ſignificatio.
d l. ſeruus. 43. §. 1. hoc tit.
e l. qui uſumfructum. 3. ſ. ſi uſuſfruct. petat.
f Inſtit. quib. aliena. li. uel nõ. ſ. tot. tit. qui et à quib. manu. et de diſtrac. pig.
g l. naturaliter. 12. §. 1. ff. tit. 1.
h lib. 2. Parergõn. cap. 15.
i l. 1. hoc tit.
k l. 3. hoc tit.
l l. 1. in fi. h. t.
m l. nõnunquã. 31. §. 1. hoc tit. §. theſauros. Inſt. de rer. diuiſ.
n l. adeò. 7. §. 1. hoc tit.
o d. l. 7. §. 1. t. t. C. de alluuio.
p l. partum. 7. C. rei uend. l. idẽ Pomponius. 5. §. idem ſcribit. 3. de rei uend.
q d. l. 7. §. inſula.

iuſto bello deprędamur[a]. Quintò, artificio & induſtria ſpecificationis. Nam cum quis ex aliena materia ſibi nouam ſpeciem bona fide extruit, quæ redu ci ad priſtinam materiã nequeat, ſibi acquirit: quia forma quæ dat eſſe rei[b], præſtantior eſt materia, eamq; ad ſe trahit: puta, ſi ex alieno hordeo coquat ceruiſiam, aut ex alieno ligno ſtatuã faciat[c]. Dixi, ſi bona quis fide extruat. Nam ſi ſciat alienam materiam eſſe, meritò amittit & operas & ſpeciem[d], cum nemo ex ſuo delicto aut dolo lucrum ſperare debeat[e]. Huc etiam pertinent picturæ in aliena tabula factæ, quarum cum magnus eſſet apud ueteres honos, placuit ut ijs tabulę cederent: quamuis alioqui literę etiam aureæ chartis membranisúe cedant[f], ut reliqua omnia quæ in aliena materia & re cùm ſoli tum mobili inſeruntur[g]. Sextò, confuſione ſpecierum & mixtura: quæ cum ita fit ut mutet ſpeciem rerum confuſarum, ut cum ex uino & melle fit mulſum, dicitur cõfuſio: cum ſpecies priſtina remanet, commixtio. Confuſione rerum uoluntate dominorum facta, id quod ex confuſione natum eſt, dominis fit commune, habẽtq; actionem communi diuidundo: non ut materiam quiſq; ſuam repetat, ſed iſtius ſpeciei portionem conſequatur[h]. Sin citra dominorum uoluntatem bona fide ab aliquo fiat confuſio, iure ſpecificationis illi acquiritur, iuxta diſtinctionem ſuprà traditam. Commixtæ autem res quæ in nouam ſpeciem non abeunt, ut frumenta, metalla, &c. cum facilè ſeparari queant, non mutant dominium[i]. Septimò, iure ſoli. Quidquid enim in ſolo alieno plantatur, ſeritur, ædificatur, ſolo cedit[k]. Octauò, iure poſſeſſionis. Bonæ enim fidei poſſeſſor fructus perceptos lucratur[l]. Nonò, traditione[m]. Et his quidem pręcipuè modis iure gentium acquiritur dominium, de quibus hoc in titulo, & Inſtit[n]. agitur. Iure ciuili acquiruntur res aut per uniuerſitatem, ut hæreditate bonorum poſſeſſione, arrogatione: aut titulis ſingularibus, ut uſucapione, donatione, legatis, &c. de quibus ſuo loco eſt dictum. Illud autem ſciendum eſt, ijſdem omnino modis res amitti, quibus acquiruntur, ut traditione, uſucapione[o], &c.

Materia in qua conſiſtunt dominia, ſunt res omnes humani iuris, quæ in commercium cadunt, & propriè res corporales, ut ſuprà dictum eſt. Forma eſt ipſe modus habendę perfruendæq; rei, quæ natura eſt. Finis dominiorum eſt, ut conſtituta rerum proprietate cauſæ litium & contentionum ſopiantur. Nam dominiorum incertitudo parit diſcordias[p]. Deinde, ut quod ſuo quiſq; iure poſſidet, id tutò quoq; ac ſecurè poſſidere, eoq; pro arbitrio uti frui poſſit. Effectus dominiorum multiplex eſt, ſed in duobus pręcipuè conſpicitur: quorum primum eſt, quod dominus habet liberam re ſua utendi fruendi facultatem, quatenus iura permittunt[q]: alterũ, quòd amiſſa poſſeſſione detur domino rei uendicatio, aduerſus quoslibet poſſeſſores, ad res recuperãdas[r]. Cognata dominij ſunt, quaſi dominium: quod habet qui rem bona fide, & iuſto titulo poſſidet[s]: & ius in re cuiuſmodi eſt penes creditorem, cui pignori res eſt data[t]. Contraria eſt dominijs uniuerſalis rerum communio: quam admiſſam certum eſt in hac corrupta natura, & diſparibus acquirendi conſumendiq; cauſis, perpetuos ſeditionum fomites eſſe excitaturam, ut inſcitè Gratianus rerum communionem ad ius naturæ retulerit[u]. Nihil enim fingi poteſt huic hominum naturæ, alioqui litigioſæ & ad omne malum præcipiti, magis contrarium, & ad labefactanda conſociationis ciuilis & commerciorum iura, communione iſta pernicioſius: niſi quis fortè Gratianum de iure naturæ ante lapſum incorruptæ, aut de iure, quod omnium animalium eſt commune, loqui interpretetur.

DE AC-

*a* *§. item ea. Inſtitut. de rer. di. l. poſtliminiũ. in princ. & t. t. ĵ. de capti. & poſtlimi. reuer.*
*b* *l. Iulianus. 9. §. ſi quis ad exhiben.*
*c* *d. l. 7. §. cum quis.*
*d* *l. de eo. 12. §. ſi quis ad exhibend.*
*e* *l. ſi duo. 5. ſ. ſi quis cautionib. l. 2. de eo per quẽ fac. in.*
*f* *l. 9. §. 1. h. t. §. literæ. §. ſi quis in aliena. Inſtit. de rerum diui.*
*g* *§. cum in ſuo. cum §§. ſequẽ. Inſt. de rer. diui.*
*h* *d. l. idem Põponius. §. 1. de rei uendica.*
*i* *d. l. 8. §. uoluntas. d. l. idẽ Pomponius.*
*k* *d. l. 7. §. cũ in ſuo ſolo.*
*l* *l. certum. 22. C. de rei uẽd. §. ſi quis à non domino. Inſtit. de rer. diui.*
*m* *l. traditio. 20. h. t. §. per traditionẽ. Inſt. de rer. diuiſ. l. tradition. C. de pact.*
*n* *de rer. diuiſ.*
*o* *l. 1. ĵ. pro derelicto.*
*p* *l. cum pater. 79. §. omnia de legat. 2. l. 1. cum ibi nota. infra de uſucapionib.*
*q* *l. in re mandata. 21. C. mandat. l. 2. de his qui ſunt ſui uel al. iur.*
*r* *l. in rem. 24. de rei uend.*
*s* *§. namq;. Inſt. de act. tot. tit. ſ. de publici. & tit. 51. ag. uecti.*
*t* *l. pignu. 8. C. de pig. actio. uid. ſ. de pig. act. & de pig.*
*u* *in c. ius naturale. 1. diſtinct.*

## DE ACQVIRENDA VEL AMITtenda poſſeſsione. Tit. I.

1 *Continuatio & diſpoſitio ſequentium titulorum.*
2 *Definitio nominis & rei, unde dicta poſſeſsio, & quid ſit.*
3 *Diuiſio, & de poſſeſsione naturali ac ciuili.*
4 *Cauſa efficiens.*
5 *Materia.*
6 *Forma: & quando animus, quando corpus in acquirenda, retinenda, amittenda poſſeſsione requiratur.*
7 *Finis, effectus, & uſus poſſeſsionum.*
8 *Affinia.*

1 PRæcognitis acquirendi dominij modis, iam de poſſeſsione uideamus. Ac primùm de eius natura, tum de effectu, poſtremò quomodo de ea in iudicio diſceptetur. Ad naturam poſſeſsionis intelligendam, operæprecium eſt ſcire, quid ſit poſſeſsio, quotuplex, quę eius cauſę, qui effectus, quę
2 adiacẽtia & cognata. Poſſeſsionis nomẽ bifariã Latinis accipitur. Aliquando pro ipſo dominio, ac rerũ proprietate [a]: frequentius autẽ ac propriè pro iure quo res detinetur. Eſt enim poſſeſsio appellata à ſedibus, quaſi ſedis poſitio, quod in re poſſeſſa ſedem ponamus [b]. Poſſeſsionẽ ita cõmuniter definiunt, ut ſit ius retinendi inſiſtendiq; rei. Nos retineamus Theophili [c] definitionem: Poſſeſsio eſt rei corporalis detentio. cui definitioni explicationis gratia & ad oſtendendam differentiam, addamus licet hæc uerba: cum affectione ſeu animo poſsidẽdi. Detentio loco generis eſt, quod uerbũ latè patet [d], additur, rei corporalis. Quia incorporalia propriè nõ poſsidentur [e]. Tangere enim & tãgi, niſi corpus, nulla poteſt res: ut inquit Lucretius. Adiecimus differentiæ gratia, cum affectione poſsidendi. Non enim ſufficit ad iuſtam poſſeſsionem conſtituendam, rem tenere ſed oportet ut quis ſuo no-
3 mine ac iure cum animo & affectione poſsidendi detineat [f]. Vnum eſt genus poſſeſsionis ex ſententia Pauli [g], quod corpore ſcilicet & animo quęritur, animo autem ſolo retinetur. Species tamen poſsidendi inſpectis cauſis ex quibus poſsidetur, uarię fingi poſſunt: alius enim pro emptore, alius pro donato, alius pro legato poſsidet, &c. Sed hæ quãuis diuerſę poſſeſsionum cauſæ, non conſtituũt diuerſas ſpecies. Qualitates enim accidentales, ut loquuntur, ſpecies non mutant [h]. Poſſumus tamẽ docendi gratia ita poſſeſsiones diſtinguere, ut alia ſit iuſta, alia iniuſta: ſiue, ut loquitur Paulus [i], alia bonæ fidei, alia malæ fidei: quod alibi dicitur [k], àut naturaliter aut ciuiliter poſſidere. Quanquam & is naturaliter inſpecto naturali poſſeſsionis uſu poſsidere uidetur, qui utilitates rei percipit [l]. Nihil enim aliud natura ad conſtitutionem poſſeſsionis requirit, quàm occupationẽ rei cum animo poſsidendi: id eſt, ipſam ſedis poſitionẽ ac factũ poſſeſsionis. Quocunq; igitur quis modo rem adipiſcatur, etiãſi alium ui deiecerit, eo animo ut rem poſsideat, hic quodãmodo naturaliter poſsidet [m], quia rẽ tenet: ſed ciuiliter non poſsidet, quoniã ius ciuile eiuſmodi uim improbat, & poſſeſsionẽ auferri uiolento ac reſtitui ſpoliato iubet: ut iuris interpretatione poſsidere nõ uideatur [n],
4 ſed penes deiectũ poſſeſsio eſſe intelligatur [o]. quia ad eã conſequendam interdictũ habet. Et hæc poſſeſsio uerè ciuilis dici poteſt. Quam igitur, ut breui concludã, admittit natura poſſeſsionẽ, ea naturalis eſt, proprieq; ac uerè poſſeſsio dici poteſt. Quę porrò lege & iure ciuili probatur, ea ciuilis eſt, ſicuti eodẽ ſignificatu obligationẽ naturalem & ciuilẽ dicimus. Porrò ciuilis poſſeſsio in iure, naturalis uerò in facto detẽtionis uertitur [p]: utraq; in uera & iuſta poſſeſsione cõcurrit, quę ideo partim in iure, partim in facto conſi-

[a] Imperatores. 17. de ſeruitute. ruſti. prædior. l. interdũ. 78. de uerb. ſig. l. medicus de uarijs & extraor. cogni. l. 2. C. de probatio. l. 3. C. ſi quis igno. rem min.
[b] l. 1. hoc titul.
[c] Inſt. de interdict.
[d] l. poſſeſsio quoq;. 49. h. t.
[e] l. ſeruus. 42. §. incorporales. ſ. titul. 1. l. 3. in princ. hoc tit.
[f] l. ſi quis antè. 10. h. t. Theop. Inſt. tit. per quas perſo. nobis acq.
[g] in l. 3. §. fin. hoc tit.
[h] §. fi. Inſt. de iur. per glo. in l. fi. §. quoties. ad uerb. anno. de public. & uectigal.
[i] in d. l. 3. §. fi.
[k] l. 1. §. deijcitur. infrà, de ui & ui arma. iũc. l. 1. §. ſi iur. h. t.
[l] l. naturaliter. 12. hoc titul.
[m] l. clèm poſsidere. 6. §. fi. h. t. l. 1. §. pe. & §. poſsidere. infrà, de ui & ui arm.
[n] l. nõ uidetur. 22. l. ſi quis ui. 17. hoc tit.
[o] d. l. ſi quis ui. l. id apud ſe. 143. de uerb. ſign.
[p] l. poſſeſsio. 29. h. t. l. nemo. 10. C. eod.

ſtere dicitur [a]. Poſſeſsionẽ efficit iuſta apprehẽſio & detentio rei, eo animo 4
facta, ut poſsidere uelis. Animo enim & corpore poſſeſsionẽ acquirimus [b].
Materia in qua cõſiſtunt poſſeſsiones, ſunt res omnes corporales. Nam in- 5
corporalia, quia teneri nequeunt, propriè nõ poſsidentur, ſed quadam tan-
tum iuris interpretatione [c]. Quæ tamen extra commerciũ ſunt, ut ſacra & re
ligioſa, quãuis tangi poſſunt, poſsidere cõtra leges nõ poſſumus, ſed dunta
xat detinere [d]. Forma in eo eſt, quod corpore & animo poſsideamus. utrũq; 6
enim requiritur in acquirendo: & animus poſsidendi [e], & corpus, uidelicet
corporalis apprehenſio [f]: non enim quæ ſpe & animo deuoramus, cõtinuò
poſsidemus [g]. Et hæc quidẽ forma acquirendæ poſſeſsionis eſt. In ea autem
retinenda ſolus animus ſufficit, ne per ſingula horarum momẽta rebus no-
ſtris inſiſtere neceſſe habeamus [h], ſicut & in amittẽda [i]: quatenus tamẽ poſ-
ſeſsio iuris eſt, & in animo cõſiſtit. Nam quatenus in facto & detentione uer
titur, neceſſum eſt contrariũ factũ interuenire, & corpore eã amitti [k]. Finis 7
& effectus poſſeſsionis eſt, ut rebus poſſeſsis utamur fruamur. Sed ſunt &
alij poſſeſsionum effectus atq; utilitates. Nam bonæ fidei poſſeſſor fructus
lucratur [l], & eſt quaſi dominus [m], proq; domino habetur tam diu, quoad li-
quidò contrariũ non demõſtratur [n]: quare & probationis onere in iudicijs
leuatur [o]. nam præſumitur eſſe dominus [p]. Deinde poſsidẽdo rerum etiam
dominium tempore nanſciſcimur, ut non immeritò ex poſſeſsionibus cæ-
piſſe dominia I.C. [q], teſtetur: de quo plura ſuo loco dicemus [r]. Affinis eſt 8
poſſeſsioni detentio. Sed quia alius poſsidere poteſt, alius detinere alieno
nomine, ut colonus [s]: ſequitur, aliud detentionem eſſe, aliud poſſeſsionem [t].
Item proprietas, cum uidelicet unà cum poſſeſsione in dominio concurrit:
nam quando per ſe in abſtracto conſideratur, tum nihil habet commune
poſſeſsio cum proprietate [u].

*a d.l.poſſeſ.29. b l.quemad.8. d.l.3.in princ. h.t. l.ferè.196. de reg.iur. c d.l.3.in prin. ubi gloſ.l.ſequitur.4.§.ſi uiã. infrà, tit.1. d l.qui uniuerſas.30.§.1.h.t. l.lõga. ubi gloſ. ſ.de mortuo inferendo. e l.ſi id quod.25.§.fin.h.t.l.1.§.ſi quis ui. de ui.& ui ar. f l.qui iure.41. l.3.in princ. & §.in amit.h.t. g d.l.1.§.per procurat. & §.itẽ acquirimus. h d.l.3.§.ſaltus. & §.in amittẽda.d.l.ſi id quod §.fi.d.l.clã poßidere.§.1. i d.§.in amittenda. k l.quemad.8. hoc tit.d.l.ferè. de reg.iur. l l.certum.22. C.de rei uẽdica. m l.bonæ fidei.48.ſ.tit.1.l.bona.178.de re iu. n l.final. C. de re.uend. o l.2.C.de proba. §.cõmodũ. Inſt.de interdic. p l.ſicuti.§.ſed etſi ſi ſer.uend. l.1.ſ.fam.herc. Dd.in d.l.2. q hic in l.1. r ad tit.ſeq. s l.2.C.de præſcrip.30.anno. l.3.§.itẽ.cũ ſeq. multis.hoc tit. t d.l.poſſeßio.49. u l.naturaliter §.1.h.t.l.1.§.huius.infrà, uti poſſidetis.*

## DE VSVRPATIONIBVS SEV uſucapionibus. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta ſit uſucapio.*
3 *Quid ſit.*
4 *An dominium directum ex uoluntate domini adijciatur.*
5 *De continuatione poſſeſsionis, interruptione & uſurpatione.*
6 *Cuiuſmodi poſſeſsio ad uſucapionem requiratur.*
7 *Species uſucapionum à diuerſitate temporum, & de iure Sax.*
8 *De præſcriptionibus.*
9 *Cauſa efficiens, & ratio uſucapionum.*
10 *Materia, & quæ res uſucapi poſſint aut non.*
11 *Forma, & quis titulus, quæ bona fides, qualis continuata poſſeſsio: & quanti temporis requiratur.*
12 *De acceſsionibus temporum.*
13 *De cauſa finali.*
14 *De effectu.*

SEd uim & effectum poſſeſsionis in uſucapionibus præcipuè perſpice- 1
re licet, quæ per longam poſſeſsionem iure ciuili dominium poſſeſſori
apponunt. Vſucapio dicta eſt, quòd uſu res per eã capitur, id eſt acquiritur. 2
Nam capionem pro acquiſitione poni, dubium non eſt [a]. Vſucapio eſt, do- 3
minij rerum per uſum continuum poſſeſsionemq; definiti temporis acqui-
ſitio: uel ſecundum Modeſtinum, eſt adiectio dominij, per continuationem
poſſeſsionis, tẽporis lege definiti [b]. Eſt igitur adiectio dominij potius, quã

*a ut in l. qui precio. 8. l. ſi mulier.12.l.mortis.18.l.cum qui.21.ſ.tit.de donat.cauſa mortis. b l.3.h.t.*

acquiſitio,

4 acquiſitio. Nec enim acquiritur per eam à domino, ſed adijcitur poſſeſſori
à lege, quæ propter bonum publicum præſumit, dominum tanto tempo-
re tacentem, rerumq; ſuarum negligentem, in alienationem conſentire [a].
Quam præſumptionem lex ideo inducit, ut ſit iuſtior uſucapionis cauſa,
quaſi permiſſu domini transferens dominium, cuius conſenſus ex diutur-
na patientia præſumitur, quod & aliàs fieri ſolet [b]. Quare eſſe adiectionem
5 dominij non utilis modò, ſed etiam directi, dicendum eſt [c]. Additur, per
continuationem poſſeſsionis: oportet enim eam eſſe continuam [d]. Nam ſi
interrupta ſit, puta per oblationem poſſeſsionis, quæ naturalis dicitur in-
terruptio [e]: aut per litem motam, quæ ciuilis [f]: nihil operatur prior poſſeſ-
ſio [g]. Et hæc interruptio appellari ſolet uſurpatio: cuius hic in rubrica men-
tionem fieri uidemus, etiamſi oratores uſurpationem pro frequenti uſu ac-
6 cipiant [h]. Verbum autem poſſeſsionis debet cum effectu, & ut fieri ſolet,
in definitionibus propriè accipi, uidelicet de iuſta, plena & perfecta poſſeſ-
ſione, quæ & titulum habeat, hoc eſt legitimam poſsidendi cauſam, ſuffi-
cientem ad acquirendum dominium, & bonam fidem, ut qui poſsidet, cre-
dat ſe ſuo iure tanquam dominum poſsidere. Neque ſufficit unius diei poſ-
ſeſsio, ſed tempus requiritur lege definitum: quod cuiuſmodi ſit, mox oſten
7 demus. Species uſucapionum diuerſæ, à diuerſitate definiti temporis ſu-
muntur. Nam quædam eſt triennalis, in rebus uidelicet mobilibus, quam
propriè hoc nomine appellari uolunt [i]: quædam eſt quadriennij, ut cum à
fiſco res emuntur [k]: quædam decem annorum, uidelicet in rebus immo-
bilibus inter præſentes: quædam uiginti inter abſentes [l]: quædam trigin-
ta annorum, cum quis ſine titulo longiſsima poſſeſsione rem adipiſcitur [m]:
quædam [n] 40. ut in rebus eccleſiæ præſcribendis [o]: quædam 100. annorum,
aut tanti temporis, ut de eius initio non extet memoria, ut in rebus ciuita-
tum [p], & principis [q]: item in ſeruitutibus, quæ cauſam non habent conti-
nuam [r], &c. Saxones duas tantum ſpecies præſcriptionum agnoſcunt,
quarum altera annalis eſt, & aliquot dierum, uidelicet in rebus mobilibus [s]:
altera uerò, quæ ad res immobiles & incorporales pertinet, 30. & uno an-
no atque aliquot diebus, hoc eſt ſeptimanis terminatur [t]. Et hæ quidem
uſucapiones propriè dici poſſunt, quoniam ijs dominium plerunq; uſuca-
8 pitur. Præter has autem quædam ſunt præſcriptiones, quæ dominij qui-
dem ius non tribuunt, ſed exceptione muniunt poſſeſſorem: ut cum quis
rem 30. annis poſſedit, quam uſucapere non licet, puta furtiuam: uel cum
quis malâ fide poſſedit & ſine titulo. Etſi enim dominium continuatione
poſſeſsionis haudquaquam nanciſcitur: tamen quia ſpacio 30. annorum
præſcribitur, omnibus actionibus, ita ut exceptione elidantur [u], poſſeſſor
ope præſcriptionis tutus eſt [x]. Quanquam ſunt quædam actiones, quæ 40.
tantum annis præſcribantur [y]: ut econtrariò nonnullæ uno anno, ſicuti in-
iuriarum actio [z]: quædam biennio ut actio doli [aa]. Nonnullę quinquennio,
ut inofficioſi quærela [bb]. Item controuerſiæ ſtatus defuncti [cc], pleræq; cri-
minales, uicennio [dd]. Aliæ alijs temporibus, de quibus uidere licet Hoſtien-
a ſem & Placenti. ad tit. de Præſcriptionibus. Cauſa uſucapionis efficiens
eſt lex ciuilis, quæ bono publico introduxit uſucapiones, ne ſcilicet rerum
dominia ſemper ſint in incerto [ee], atq; hac ratione excitentur perpetuę lites
de poſſeſsionibus: quas quidem prohiberi & conſopiri publicè intereſt [ff],
ut non mirum ſit, ſi huic publicæ utilitati cedat lex inferior, quæ uetat cui-

*a l. alienū. 28. de uerb. ſign. b l. qui in aliena. 6. in princi. ubi Dd. de acq. hær. l. ſi filiuſf. 10. C. de pet. hæred. c l. 1. l. fi. C. de uſucap. transformād. l. 20. Cod. de pact. l. 1. Cod. de præſcript. long. tempore. d d. l. 3. l. nunquam. 31. §. 1. l. poſſ. 20. h. t. e l. naturaliter. 5. hoc tit. f l. nemo. 10. C. de acq. poſſeſs. l. moræ. C. de rei uendic. l. fi. C. de præſc. 20. ann. g d. l. nemo. cū alijs ſuprà alleg. h d. l. 2. h. t. i in rub. h. t. & Inſt. ar. C. eod. k l. 1. & tot. tit. Co. de quadriē. præſcript. §. fin. Inſt. eod. l tot. tit. C. de lōg. temp. præſ. §. 1. Inſt. eo. m l. ſi quis emp. 8. & t. t. C. de præſc. 30. anno. n l. final. C. de præſc. 30. ann. o Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. p l. fi. C. de ſacroſ. eccl. q l. cōpetit. 6. C. de præſ. 30. ann. r l. 2. §. dictus. de acq. quo. & æſt. l. diuturna. C. de aquæ duc. lib. 11. Dd. in l. foramē. 27. de ſer. urb. præd. s S. lib. 11. art. 44. ubi gloß. et lib. 1. aut. 28. t Land. lib. 1. artic. 29. Sachſ. diff. 11. u l. 3. 4. l. 8. C. de præſc. 30. anno. notat. Inſt. de perp. & temp. actio. x d. l. ſi quis emptio. 8. §. 1. C. de præſ. 30. anno. y l. 4. l. cū notiſs. l. fi. Cod. de præſc. 30. ann. z l. ſi nō conuitij. 5. C. de iniurijs. aa l. fi. cod. de dol. mal. bb l. ſi quis filiū. 34. Cod. de inoff. teſta. l. Papinia. 8. §. fi. ubi gloß. & Dd. ſ. de in off. teſt. cc tot. tit. C. ne de ſtatu. defunctio. dd l. quærela. 12. C. de falſis. ee l. 1. hoc titul. ff not. in l. quidam. 21. ſ. ſi cert. pe.*

quam inuito dominium auferre [a]: legem enim inferiorem ſuperiori ſemper
cedere oportere, ſenſus cõmunis docet. Omniũ porrò legũ ſumma & ſupre
ma eſt, quæ ſalutẽ & utilitatẽ publicã tuetur, ut oſtẽdunt Plato & Cicero [b].
Salus populi, inquit Cic. [c] ſuprema lex eſto. Materia ſunt omnes res, quę poſ 10
ſideri poſſunt. nam hæ rectè uſucapiũtur, paucis exceptis, ut ſunt res furti-
uæ, & ui poſſeſſæ [d], & quæ ex ijs rebus naſcuntur [e]: item quæ ad fiſcũ perti-
nent [f], & iure gentiũ publicæ ſunt [g]. Etſi autẽ res incorporales, ut ſeruitutes,
iuriſdictio, &c. propriè nõ poſsidẽtur, eoq; olim lege Scribonia uſucapi nõ
poterant: tamẽ obtinuit & has inſtar rerũ immobiliũ poſſe longo tẽpore ca
pi [h]. nam in immobilibus numerãtur [i]. Quod ad formã uſucapiendi attinet, 11
ſciendum eſt, ad perficiendã uſucapionem requiri poſſeſsionẽ, ſine qua nul
la uſucapio procedit [k]: & quidẽ eiuſmodi, quã poſſeſſor ſciat ſe ſuo nomine
ꝓprio habere. Nã ſi alieno nomine poſsideat, nõ uſucapit [l]: ut nec ſi per aliũ
poſsideat, ueluti per procuratorẽ, niſi ſe poſsidere habeat cõpertũ: quia ut
ignorãtes uſucapiamus, in peculiaribus rebus tantũ receptũ eſt [m]. Sed & ſi-
ne uitio acquiſitã eſſe poſſeſsionẽ oportet. quare opus eſt iuſto titulo [n], hoc
eſt iuſta cauſa, & trãslatiua poſſeſsionis, & habili ad transferendũ dominiũ,
per quam indicetur legitimũ poſſeſsionis initiũ, cuiuſmodi eſt emptio, do-
natio, &c. Sed & bona fides neceſſaria eſt, ut uidelicet credat poſſeſſor, eum
à quo habet titulũ, fuiſſe dominũ, & habuiſſe ius diſtrahendi aut alienandi [o].
Quæ bona fides præſumitur, niſi probetur mala [p]: puta aut ex denũciatio-
ne [q], aut ex interdicto legis, quæ uetet eiuſmodi rem quæ poſsidetur aliena
ri [r], & per conſequens uſucapi [s], etiãſi id poſſeſſor ignoret. Nam iuris igno-
rantia non inducit bonam fidem [t]: iura enim omnes ſcire debent [u]. paria au-
tem ſunt ſcire, aut ſcire oportere [x]: aut deniq; niſi alio modo de mala fide cõ-
ſtet [y]. Sufficit autẽ initio interueniſſe bonã fidem, uidelicet traditionis tem-
pore [z]: quamuis ſuperueniat poſtea alienæ rei ſcientia [aa]. Quod iure ponti-
ficio non obtinet, quo neceſſe eſt poſſeſſorẽ nullo tempore rei alienæ con-
ſcientiam habere [bb]. At contrà uſus Saxo. bonæ fidei nullã rationem habet,
ſed ſolũ conſiderat poſſeſsionem tẽporis cõtinui: cuiuſmodi tẽpus etiã legi
bus requiritur. Non enim ſufficit, poſſeſsionem iuſto titulo & bona fide mu
nitam eſſe, ſed ſuper hæc neceſſariũ eſt, per tẽpus lege definitum eam conti
nuari. Lege autem XII. Tab. olim definitũ erat tempus, in mobilibus qui-
dem annus, in immobilibus uerò biennium, duntaxat in Italico ſolo. Nam
prouincialia prædia ſicuti non erant mancipi, ita nec uſucapi poterant. Cur
autem tam breui tẽpore uetuſtas uſucapiones concluſerit, indicat rationem
Varro, cum ait: boni patrisfa. eſſe rerum immobilium quotannis inire ratio
nem, & ſecundo anno, quod deſideratur quærere, rerum mobilium ſingu-
lis ſemeſtrib. Sed Iuſtianus auctis iã paſsim ita diuitijs, ut locupletes in iſtis
temporum anguſtijs non omnes circumſpicere poſſeſsionũ & facultatum
ſuarum partes cõmodè poſſent, ne domini maturius, quàm par eſſet, rebus
ſuis defraudarentur, ita uſucapiones transformauit, ut res quidem mobiles
per triennium, immobiles uerò in omnibus indiſtinctè terris (nam uetus
illa Italici & Prouincialis ſoli differentia, temporibus Iuſtiniani erat obſole-
ta) per longi temporis poſſeſsionem, id eſt, inter præſentes decennio, inter
abſentes 20. annis, nunc uſucapiantur [cc]. Per tanti igitur tẽporis ſpacium ne-
ceſſe eſt continuari poſſeſsionem, & nõ interrumpi aut naturaliter, ut quia
poſsidere poſſeſſor deſijt, aut ciuiliter, ut per litis conteſtationem. Sciendũ 12

ta-

*a l.4. c. de rei uẽd. l. nõ debet. 75. de reg. iur. b in lib. de Leg. c lib. 3. de Leg. d §. furtiuæ. Inſtit. eod. e l. ſequitur. 4. §. de illo. l. iuſto. 44. §. etſi poſſeſ. h. t. l. ancillæ. 12. C. de furt. f §. res fiſci. Inſtit. eod. g l. præſcriptio. 45. hoc tit. h l. 2. C. de ſeruit. l. corruptionẽ. 16. C. de uſufructu. i gl. in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. arg. l. ait prætor. §. 1. de iur. dot. gl. in c. 2. ad uerb. iura. 1. de rebus eccle. non alien. per l. final. c. de lau. tem. ipſ. k l. ſine. 25. h. t. C. ſine poſſeſ. de reg. iur. in 6. l l. 2. C. de præſcrip. 30. anno. m l. 2. ꝟ. pro ſoluto l. Labeo. 9. h. t. l. 2. §. Celſus. l. qui fundum. §. ult. ꝟ. pro empt. n l. Celſus. 27. hoc tit. o l. bonæ fidei. 110. de uerb. ſig. p l. pen. C. de præſcrip. longi tẽp. l. uerius. 21. de probat. Dyn. in c. qui contra. 82. in fin. de reg. iur. in 6. q l. ſi fundũ. 17. C. de rei uend. l. item. 22. §. petitam. de pe. hær. r l. quemadmodum. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11. d. c. qui contra. s l. fi. C. de reb. alien. nõ alie. l. alienationis. 28. de uerb. ſign. t l. nunquã. 26. h. s. l. 2. §. ſi à pupillo. infra, pro empt. u l. leges Cod. de leg. x l. 5. ubi Dd. ꝟ. ſi cert. pet. l. 7. §. ſeruus. 2. ꝟ. pro empt. y d. l. qui fund. 7. §. qui ſciens. l. ſi quis. 8. infrà, pro empto. z l. pen. ꝟ. pro ſoluto. l. 2. in princ. ꝟ. pro empt. aa l. unica. C. de uſucap. transfor. l. cum hæres. ꝟ. de diuerſi. & temp. præſc. §. diuina. Inſt. eo. bb c. fin. ubi Dd. de præſcrip. cc l. fi. C. de uſucap. tranſ. Inſt. eod. in princ.*

tamen eſt, nonnunquam poſſeſsiones & tempore diuerſarum perſonarum coniungi, quæ uidelicet poſſeſsionis cauſam inuicē immediatè dant & accipiunt [a]. Sic continuatur tempus teſtatoris in hæreditatem & hæredem [b], hæredis in legatarium, uenditoris in emptorē, donatoris in donatariū [c], &c.
3 Quod ad cauſam finalē attinet, uſucapiones bono publico (inquit Caius) introductæ ſunt [d], ne rerum dominia ſint incerta, & ut aliquis reperiatur litium finis [e], quas minui & ſopiri publicè intereſt [f]. Itaq; quāuis uideri poſſit iniurium, alicui inuito rem ſuam auferri: tamen quia maior ratio habenda eſt publicæ tranquillitatis & conſtitutionis dominiorum, quàm priuatę ſingulorum utilitatis: meritò etiam cum aliquo priuatorum incommodo negligentium res ſuas, & quodammodo pro derelicto habentium, uſucapiones introductæ ſunt, ut aliquo ſaltem tempore certò unicuiq; conſtare poſsit, quid ſuum, quid alienum eſſet, neque perpetuò lites timere poſſeſſor cogeretur: quas innumeras oriri neceſſe eſſet præſertim in tanta probandi dominij difficultate [g], niſi lex certo tempore proprietatem poſsidendi acquiri uellet. Saluti igitur publicæ & tranquillitati (quæ ſuprema lex eſt) prouidendum fuit, etiam cum ſingulorum non maximo detrimento, ut & ſuprà oſtenſum eſt.
4 Effectus uſucapionis eſt pręcipuus, quòd dominium poſſeſſori adijciat, ſicuti dictū eſt, adeò ut is & aduerſus agentes munitus ſit exceptione præſcriptionis, quæ eſt litis finitæ: impeditq; litis conteſtationem [h], & ipſam rem uendicare etiam ab antiquo domino poſsit [i]: quamuis Publiciana contra dominium non detur [k].

a l. poſſeß. 20. hoc tit. cum ſimilib.
b l. hæres. 12. l. nunquam. 31. §. uacuum. l. iuſto. 44. §. nondum. hoc tit.
c §. inter. Inſt. eod. l. 2. §. ſi eā rem. infrà, pro empto. uid. ĩ. de diuerſ. & tēp. præſcrip.
d l. 1. h. t.
e l. fi. ĩ. pro ſuo.
f c. nōnulli. 28. §. pen. de reſcri. cle. diſpēdioſam de iudic.
g not. in l. cum res. 12. C. de probat.
h C. 1. de litis conteſtat. in 6. Dd. in l. fina. ĩ. pro ſuo.
i d. §. ſi quis empt. 8. in prin. C. de præſcript. 30. nano.
k l. pen. & l. fi. de public.

## PRO SOLVTO.* TIT. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quàm latè pateat hic titulus.*
3 *An titulus erroneus ſufficiat.*
4 *Explicatio l. 3.*

* hic titulus nō eſt à ſuperiore in exēplari Floren. ſeparatus.

1 QVia uerò diximus, ſine titulo uſucapiones non procedere: ſpecialius
2 quædam de iuſtis earundem cauſis attingamus. Conſtat autem uſucapio primùm ex cauſa debiti, ſicuti reliquæ obligationes. Itaq; qui rem debiti cauſa accipit, pro ſoluto uſucapit: & non tantum quod debetur, ſed &
3 quodlibet pro debito ſolutum hoc titulo uſucapi poteſt [a]. Sed ſi exiſtimans me debere, tibi tradam, ita demum uſucapio ſequetur, ſi & tu putes debitum eſſe. Etſi enim ex illo titulo uſucapere nequeo, qui non præceſsit [b]: tamen aliud eſt, quando iuſtum credendi errorem poſſeſſor habet [c]. Quamobrem, ſi ex aliqua cauſa, puta ſtipulatu, putemus deberi, & eo nomine ſoluas, rectè pro ſoluto uſucapiam. Aliud eſt, ſi putem, me ex cauſa uenditi te-
4 neri, & ideo tradam. Hic enim niſi emptio præcedat, nec pro emptore, nec pro ſoluto uſucapio locum habet. Diuerſitatis ratio in illo eſt, quòd in cæteris cauſis ſolutionis tēpus inſpicitur, neq; intereſt, cum ſtipulor, ſciam alienū eſſe nec ne. Sufficit enim me putare tuū eſſe cū ſoluis. In emptione autē & contractus tempus inſpicitur, & illud quo ſoluitur. Nam improbè facit, & quaſi furtum cōmittit, qui ſciens rem emit alienam [d]. Quæ fraus opinione erroris, tempore traditionis interueniēte nō diluitur. Quamobrem pro emptore uſucapere non poteſt, qui non emit, cū bonā fidem tempore contractus habuiſſe nequeat, qui nullū contractum fecit: nec pro ſoluto, ſicuti in cæteris contractibus. Nam hoc nomine uſucapi nequit, ſi ex cauſa, propter quam ſolutum eſt, uſucapio non procedat: ex empto autem non poteſt procedere, niſi ea uerè interuenerit. Atq; ità accipiendum eſt reſponſum Pauli ſatis obſcurum [e].

a l. 1. hoc tit.
b l. quod uulgo. 11. ĩ. tit. 1. l. poteſt. 26. ĩ. t. 1.
c l. 3. h. t.
d l. ſi in empt. 24. §. item cum ibi not. de contracti. empt.
e l. 3. h. t.

## PRO EMPTORE. TIT. V.

1 *Quis pro emptore uſucapiat.*
2 *Errorem hic non ſufficere, quamuis iuſtum.*
3 *Explicatio l. 2.*
4 *Quæ requirantur ad hanc uſucapionem: & in quibus emptionibus habeat locum.*
5 *Quando iuſtus error excuſet.*
6 *Explicatio l. 8.*
7 *Offerentem litis æſtimationem haberi pro emptore.*

PRo emptore poſsidet & uſucapit, qui reuera emit: quia emptio tranſ- 1
fert dominium, aut uſucapiendi conditionem[a]. Nec ſufficit tantum, in 2
ea opinione eſſe, ut quis putet ſe pro emptore poſsidere, ſed etiam uerè de-
bet ſubeſſe emptio: quamuis ſi ex alia cauſa exiſtimans me debere tibi igno
ranti tradam, uſucapies. Quare ergo ſi cum putem me uendidiſſe tradam,
non capies uſu? Quia ſcilicet in cæteris cōtractibus ſufficit traditionis tem- 3
pus: ſic deniq; ſi ſtipuler, ſciens rem alienam, ſiquidem nunc cum tradita eſt
exiſtimem illius eſſe qui tradidit, uſucapiam. Nam etſi tempore ſtipulatio-
nis conſcientiam rei alienæ habui: tamen non improbè facio, qui oblata
liberalitate uter, ſperans eius rei quam promiſiſti, dominium te aliquando
recuperaturū, ut ſtare promiſsis poſsis. Eadem ratio in quauis donatione,
& permutatione, & mutuo obtinet, maximè cum in his ſolùm traditionis
tempus inſpiciatur, Nam ea ſola uim omnem & efficaciam his contracti-
bus adfert[b]. At in emptione illud quoq; tempus inſpicetur, quo contrahi-
tur: quia improbè facit, qui dato precio rem alienam inuito domino in ſe
transferre per uenditoris fraudem ſtudet: nec poteſt in mala non hærere cu
piditate, qui rem ab eo nundinatur quem ſcit non eſſe dominum, nec ius
alienandi habere[c]: ut interim taceam aſsiduum & quotidianum huius con-
tractus uſum, requirere exactionem bonam fidem, ne facile & furta fiant, &
res furtiuæ atq; alienæ diſtrahantur, & aliquo iuris prætextu doloſus em-
ptor ſe excuſet, ueroq; domino res ſuas per fraudulentam uſucapionem in-
teruertere moliatur[d]. Igitur & bona fide emiſſe debet (unde efficitur, ue- 4
rè emptionem interuenire oportere: alioqui enim quomodo intelligi po-
terit, bonam fidem extitiſſe tempore contractus, ſi nullus contractus ſit ini-
tus?) & poſſeſsionem bona fide adeptus eſſe[e]. Neceſſe eſt etiam, puram
eſſe emptionem, non conditionalem[f]. Nam hæc ut nec dominium, ita nec
uſucapiendi conditionem transfert[g]. Reſolui autem ſub conditione con-
tractum nihil uſucapioni obſtat[h]. Illud etiam neceſſarium eſt, eam rem tra-
di, quæ empta eſt: alia enim pro alia uſucapi nequit titulo emptionis, cum
neceſſe ſit, ex empto rem eſſe traditam quæ uſucapiatur[i]. Sed & de precio
ſatisfactum uolunt eſſe Doctores[k], ut iuſta conſtituatur uſucapio. Quod 5
autem traditur, eum qui exiſtimat ſe quid emiſſe, nec emerit, non poſſe uſu
capere: hactenus uerum eſt, ſi non iuſtiſsimam eius erroris habeat cauſam.
Quid enim ſi procurator, cui mandatum erat, tradat rem, quaſi emptam, an
iuſta credendi cauſa non eſt, emptionem præceſsiſſe[l]? Quid item ſi à pu-
pillo quem puberem eſſe putem, à furioſo qui in adumbrata quiete ſanæ
mentis uidebatur, emam, certè his caſibus iuſtiſsima erroris cauſa poſsiden
di patrocinatur[m]. Sanè qui à luxurioſo adoleſcēte & ſcortis protinus daturo 6
ſciens emit, non uſucapit res alienas: quia emptori probabilē dubitandi de
iure uēditoris cauſam ſubijcere potuit, uendētis prodigalitas: qui cū ex illa
uenditione precium receptum ſtatim perdere uoluit, non temerè credēdus
eſt ſuas,

a l. clauib. 74. ſupra, de contrahend. empt.
b l. 1. in fin. de rer. permut. l. Ariſto. 118. de donat. cum ſimilibus.
c d. l. ſi in emptione. 24. §. itē de contr. emp. l. alienum. 6. l. ſi ſeruū. 16. l. eos. 14. C. de furt.
d l. iuſto. 44. §. de uſucap.
e l. 1. hoc tit.
f d. l. 2. §. 2.
g l. neceſſa. 8. §. quod ſi pēdente. de per. & com. rei uend.
h d. l. 2. §. Sabinus. cum ſeq.
i d. l. 2. §. cum Stichum.
k Azo. ad tit. Cod. de uſucap. pro empto. circa fi.
l l. quod uulgo. 11. hoc tit.
m d. l. 2. §. ſi à pupill. cū §. ſeq.

eſt ſuas, ſed potius alienas res profudiſſe[a], niſi planè appareat, aut ueriſimiliter conijci poſsit, eum eſſe dominũ: atq; ita accipiendũ eſt reſponſum Iuliani[b].
7 Id ſciendum nouiſsimè eſt, litis æſtimationẽ ſimilem eſſe emptioni[c]: eoq; poſſeſſorẽ, qui litis æſtimationẽ obtulit, incipere poſsidere pro emptore[d], & continuari uſucapionẽ huius, quãuis litis conteſtatione interruptã[e].

a l. cum de indebito. 25. de probatio.
b in l. ſi quis cũ ſciret. 8. h. t.
c l. 3. hoc tit.
d l. 1. hoc tit.
e d. l. 2. §. fi. h. t.

## PRO HAEREDE ET PRO poſſeſſore. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Defuncti, non etiam hæredis bonam malamúe fidem inſpici.*
3 *Qui hoc titulo uſucapere nequeant.*
4 *Errorem probabilem hic ſufficere.*

1 EX cauſa etiam ſucceſsionis conſtituitur uſucapio. Nam ſi defunctus res alienas bona fide poſſeſſas in hæreditate relinquit, uel etiam extra hæreditatem: dum tamen hæres in hæreditate putet eſſe, poterit pro hærede continuato defuncti tempore hæres uſucapere, ſiue bonæ fidei ſit, ſiue
2 malæ[a]. Nam defuncti tantum fides inſpicitur. Quòd ſi is malæ fidei fuerit, ignorantia hæredi ad uſucapiendum non proderit: quia ſuccedit in uitium defuncti[b], adeò ut etiam citra acceſsionem temporis defuncti, non poſsit ipſe inchoando per ſe ab initio uſucapionem longo tempore acquirere[c].
3 Pro hærede autem non uſucapit ſuus hæres, hoc eſt, qui eſt in poteſtate: quia cum poſsideat uiuente etiam adhuc patre[d], non poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare[e], & quòd antea alio titulo cum patre poſsideat, id nũc pro hærede uſucapere[f]. Sed nec is, qui uiuentis adhuc hæreditatem poſsidet, uſucapit hoc titulo[g]. Quia ſuperſtitis nec hæres nec hæreditas eſſe aut intelligi poteſt[h]. Item nec is qui factionem teſtamenti non habet[i]. Oportet autem eum qui pro hærede uſucapit, uel uerè hæredem eſſe, uel probabili errore credere, ſe pro hærede poſsidere: ut rectè Azo & Hoſtienſis ad hunc tit. annotarunt.

a l. pen. h. t.
b l. cum hæres. 11. ff. de diuerſ. præſcript. l. 2. C. de fruct. & lit. expen.
c Gloſ. & Duarenus in l. 1. cum autẽ ſequi. C. de præſcrip. longi temporis. l. fin. & l. 2. C. eodẽ de uſucapio. pro hæred. & in l. fi. C. communia. de uſucapio.
d l. in ſuis. 11. de lib. & poſth.
e l. 2. §. quod uulgo. h. t. l. 1. ff. tit. 1.
f d. l. 2. §. fin. l. nihil pro hærede. l. C. de uſucap. pro hæred.
g l. 1. h. t.
h l. 1. ff. de hær. uel actio. uend. l. qui ſuperſtitis. 93. de acq. hæred.
i l. fin. h. t. ubi gloſ.

## PRO DONATO. TIT. VII.

1 *Quomodo aliena res donari poſsit.*
2 *Quando ex hoc titulo uſucapio procedat.*

IAm quomodo cauſa liberalitatis occaſionem præbeat uſucapioni, uideamus. Et in primis etſi donari non poteſt, quod non eſt eius qui donat[a],
1 ſaltem in detrimentum ueri domini[b], quoniam nemo plus iuris in alium transferre poteſt quàm ipſe habet[c]: tamen pro donato rectè is uſucapit,
2 cui donationis cauſa res tradita eſt. Neq; tamen ſufficit opinari, ſed & donatum eſſe oportet[d], niſi iuſtus error interueniat[e]. Quare ſi donatio iure non ualeat, ut inter patrem & filium, maritum & uxorem, ceſſat uſucapio[f]: quantumuis putent contrahentes donationem ualere. Nec enim error iuris iuſtus eſt, neq; in uſucapionibus prodeſt[g], cum pro ſcientia habeatur.

a l. in ædibus. 9. §. ult. ff. de donat.
b l. 4. C. de rei uendic.
c l. nemo. 54. de reg. iur. l. traditio. 20. de acq. rer. dom.
d l. 1. cum ibi not. hoc tit.
e l. fi. ubi gl. C. eo. de uſucap. pro donat.
f l. 1. §. 1. & 2. l. 3. & 4. h. t.
g l. nunquã. 26. ff. de uſucap.

## PRO DERELICTO. TIT. VIII.

1 *Derelictum idem eſſe quod donationem, & continuatio.*
2 *Quis uideatur pro derelicto habere.*
3 *Quis hoc titulo uſucapiat, & an error ſufficiat.*

Ex cauſa

EX cauſa derelicti perinde uſucapitur, ut ex donato. Res enim pro dere- 1
licto habita, donari uidetur [a]: ideoq; continuò fit occupantis [b]. Pro de- 2
relicto autem haberi res dicitur, quam dominus ea mente abijcit, ut in numero rerum ſuarum diutius eſſe nolit [c]. itaq; ſi res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & fit occupantis [d]. Sin autem noſtra non fuit, poteſt is qui occupat eã uſucapere ex hac cauſa derelicti, ſiue ſciat à quo pro derelicto ſit habita, ſiue ignoret [e]. uerè autem pro derelicto habitum eſſe oportet, quod hoc titulo uſucapiatur [f]. Nec enim ſufficit falſa opinio [g], niſi ex iuſtiſsimo errore oriatur [h].

*a l. quod ſeruus. 56. de ſtipul. ſer. b l. 5. h. t. §. pe. Inſti. de re. diuiſ. c d. §. pe. d l. 1. hoc titul. e l. 4. hoc tit. f l. 6. & 7. h. t. g l. 6. hoc titul. h gloſ. in d. l. 6. Hoſtien. in titul. pro legato. Cepolla in tit. pro derel. nu. 4.*

## PRO LEGATO. TIT. IX.

1 *Continuatio.*

2 *Quis pro legato uſucapere poſsit.*

EOdem modo, ſi teſtator alienas res legarit, pro legato, quæ & ipſa do- 1
nationis ſpecies eſt [a], uſucapi poteſt ab eo cui legatum eſt: dummodò uerè legatum ſit, uel ex iuſtiſsimo errore legatum putetur [b]. Nec impedit, ſi 2
non iure legatum ſit [c], aut teſtator adhuc uiuat: dummodò is cui res legati nomine tradita eſt, probabiliter exiſtimet eſſe mortuũ, ac legatum ualere [d], habeatq; teſtamenti factionem [e].

*a §. 1. Inſtit. de legatis. b l. 1. 2. 3. 4. h. t. latè Cepoll. in tracta. pro leg. num. 6. c l. fin. hoc tit. d l. 4. 5. 6. h. t. e l. nemo. 7. h. t.*

## PRO DOTE. TIT. X.

1 *Quare pro dote uſucapi poſsit.*

2 *Ante matrimonium datum quomodo uſucapiatur.*

3 *Cur æſtimatæ res ante nuptias h. t. non uſucapiantur.*

EST & titulus uſucapionis & quidem iuſtiſsimus, utpote cum transferat 1
dominium [a]: ac per conſequens uſucapiendi conditionem [b], qui appellatur pro dote, ut qui in dotem rem accepit, uſucapere poſsit ſpacio ſolenni, quo ſolet pro emptore uſucapi [c]. Itaq; cui res alienæ bona fide in dotem dantur, is à tempore traditionis incipit uſucapere: ante quidem matrimo- 2
nium pro ſuo, illo uerò ſubſecuto pro dote: cuius titulus [d] nullus eſſe poteſt ante contractas nuptias [e]. Sed ſi æſtimatę res in dotem dentur, neq; pro dote, neq; pro ſuo ante matrimonium contractum uſucapio in his procedet [f]. Nam æſtimatio facit emptionem [g]. Vt igitur conditionalis uẽditio non ad- 3
mittit uſucapionem antequam conditio exiſtat [h]: ita nec iſta æſtimatio, quę in ſe habet conditionem ſi matrimonium fuerit ſubſecutum [i], ſicuti omnis dotis datio [k]: quę conditio non ita ſubeſt, nec domini translationem impedit, quando res non æſtimatæ ſponſo in dotẽ dantur [l]. Tunc enim quia periculum accipientis non uertitur, ſtatim intelligitur transferri dominium, ut ex alijs ſimilibus cauſis [m], niſi aliud appareat actum [n]: quamuis nuptijs non ſecutis reſoluatur dominium, & in priorem ſtatum reuertatur: ut non mirum ſit, uſucapiendi quoq; conditionem transferri, ubi titulus dominium transferre poteſt [o]. At quando res æſtimata in dotem datur, quia tunc periculo mariti res eſt, ſicuti in emptione [p]: non debet hoc periculum in maritum deriuari, antequam uerè contractus ſit perfectus [q]. Quare ſuſpenditur in euentũ uſq; matrimonij, effectus traditionis: nec antea aut dominiũ aut periculũ, & per conſequens nec uſucapiẽdi conditio in maritũ transfertur [r].

*a l. dere. 9. C. de rei uend. l. in rebus. 30. C. de iur. dot. b d. l. clauibus de contr. empt. c l. 1. hoc titul. d d. l. 1. hoc tit. e l. fi. C. de dotis promiſſ. f l. 2. hoc titul. g l. plerunq;. 11. de iure dotium. l. 5. C. de iure doti. h l. 2. §. ſi ſub condit. ſ. pro empto. i d. l. plerunq;. §. ſi ante. k l. 6. 7. 8. de con. cauſ. da. l l. 1. hoc titul. m l. 2. de in diẽ addic. 1. §. uenditæ. Inſt. de rer. diuiſ. n l. procuratoris. 5. §. pen. de tribut. o d. l. 1. p §. cum autem. Inſt. de empt. & uen. tot. tit. ff. & C. de peric. & com. rei uend. q l. neceſſario. 8. de peric. & com. rei uend. r d. l. plerunq;.*

## PRO SVO. TIT. XI.

1 *Tit. pro ſuo generalis.*

2 *Quis pro ſuo dicatur uſucapere.*

3 *Titulum hunc cum reliquis concurrere.*

Eſt &

1 ESt & generalis uſucapiendi titulus pro ſuo[a]. Pro ſuo autem poſſide-
2 re non eum accipimus, cuius res eſt propria[b]. Nemo enim rem pro-
priam poteſt uſucapere[c], cum amplius eius fieri nequeat[d]. Sed is pro ſuo
poſſidet, qui putat ſe rem poſſidere, ut ſuam & propriã, cum tamen ſit alie-
na: uel quia cauſa ex qua poſſidetur, non adiecit dominium: uel quia uerê
non interuenit, cum probabiliter interuenire crederetur. Vnde hæc ratio
3 uſucapiendi cum reliquis cõcurrit. Nam & qui pro emptore, & qui pro do
nato poſſidet, pro ſuo, id eſt tanquam ſuum poſſidet[e]. Et qui credit proba-
biliter ex ſtipulatione uel alia cauſa ſe poſſidere, cum ea cauſa non ſubeſt,
pro ſuo uſucapit[f].

a l.1.h.t.
b ut in d.l.2.
c l.4.§.lana.5. de uſucap.
d l.poßid.§.ex plurib. de acq. poſſeß.§.ſic itaque.Inſtitut. de actio.
e l.1.hoc tit.
f l.3.& 4.& fin.hoc tit.

# DIGEST. LIBER XLII.

## DE RE IVDICATA, ET DE EFFEctu ſententiarum, & de interlocutionibus. Titul. I.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio ſequentium titulorum.*
3 *Quid ſententia & res iudicata.*
4 *Species ſententiarum.*
5 *Cauſa efficiens, & quis ferre ſententiam poßit.*
6 *Materia.*
7 *Forma iudicandi.*
8 *De fine & effectu ſententiarum.*
9 *De tempore & modo executionis.*
10 *Quomodo ſententia retractetur.*

1 ATque hæc quidem in genere de poſſeſsionibus, earumq́; effe-
ctu dixiſſe ſufficiat. Quoniam autem omne ius ad iudicia refer
tur, præſertim in Pandectis: uidendum iam conſequenter eſt,
quemadmodum controuerſiæ poſſeſsionum autoritate iudi-
2 ciali explicentur. Agitur autem de poſſeſsione, aut ordinariê, cum credito-
res in bonorum debitoris poſſeſsionem mitti petunt: aut extra ordinem ex
interdictis. Creditores mittuntur in poſſeſsionem, uel cum æs alienum de-
claratum eſt ſententia, confeſsioneúe debitoris, uel quando debitor bonis
cedere paratus eſt. Quibus de rebus prius eſt dicendum, quàm quomodo
3 ex his poſſeſsio decernenda ſit, exponatur. Sententiæ nomen pro opinio-
ne aut ſenſus ſignificatione accipi ſolet[a]. Hoc autem in tractatu capitur
pro arbitrio iudicis, quo cõtrouerſiam dijudicat, extremumq́; ei finem im-
ponit. Modeſt[b]. Res, inquit, iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum
pronunciatione iudicis accepit: quod uel condemnatione uel abſolutione
contingit. Itaq; ſententia finit controuerſiam. Res iudicata dicitur, quæ fi-
nita eſt per ſententiam. Sed quia ſententiæ appellationibus interdum ſu-
ſpenduntur[c]: ideo tum demum dicuntur tranſire in rem iudicatam, cum ela
pſum eſt tempus prouocationis, ita ut amplius ius ſententiæ controuerti
4 non poſſit[d]. Duæ ſpecies ſententiarum numerantur, quarum altera ap-
pellatur interlocutoria, quam interim iudex fert de incidente aliquo articu
lo, dum principale adhuc negocium pendet, & examinatur[e]: altera defini-
tiua, quæ principalẽ cauſam definit ac terminat, de qua hic precipuê titulus
5 agit[f], ut inſcriptio indicat, De re iudicata, &c. Cauſa efficiens ſententiæ eſt
iudex competens[g]. Is enim eam proferre debet[h], & ſolus quidem poteſt[i].

a l. hac conſultißima. 8. §. at cum. C. qui teſt. face. l. ſi ædibus. 32. de dãno infect. l. qualẽ. 22. de recept. arbit.
b in l.1.h.t.
c l.6. de his, qui not. infam.
d tot. tit. C. de re iudicata.
e l. quod iußit. 14. h.t. glo. in §. ad excludẽdas. in authẽt. de litigioſis. Canoniſt. in cap. ſignificãtibus. 38. de offic. de legati. & c. ſignificauerũt 36. extra de teſt.
f in l.1.4. l. iudex. 55. l. duo. 28. l. Paulus. 42. cum ſimilib. h.t. c. 2. extra eo.
g l. duo. 28. h.t.
h l.1. & 2. C. de ſent. ex breuiculo. recitud. l. diem. de recept. arbit.
i l.3. hoc tit.

Nam qui

Nam qui iuriſdictionem non habent, aut incompetentes ſunt, fruſtra pro-
nunciant [a]. Vnde nec arbitrorum placita ſententiæ nomen merentur [b]. Si
plures ſint conſtituti iudices, omnes pronunciare coràm oportet, nec uno
abſente ualet reliquorum ſententia [c]. Materia de qua pronunciatur, ſunt 6
omnes res, quæ in diſceptionem iudicialem cadunt. Forma iudicandi prę-
ſcripta legibus diligenter ſeruanda eſt, alioqui nulla erit ſententia [d]. Forma 7
autem hæc eſt, ut lite demũ cõteſtata, probationibusq; receptis, poſtquam
iam concluſum fuerit, in cauſa pronuncietur [e] de ſcripto [f], ab ipſo iudice [g], in
loco conſueto [h], interdiu [i], pro tribunali ſedente [k]: citatis ad hoc ligatori-
bus [l]. Quæ quidem iudicis pronũciatio certa eſſe debet [m], & abſolutionem
aut condemnationem continere [n], conformis eſſe libello & actis [o]: non in-
iuſta [p], neq; pugnans cum legibus aut conſtitutionibus [q]. Finis eſt, ut lites 8
ſopiantur [r]. Quod ad effectum attinet, ſententia ius facit [s] inter ligatores.
Nam regulariter alijs non præiudicat [t]. Vnde non modò is, qui obtinuit,
exceptionem habet litis finitæ, ſi cõueniatur de re iudicata [u]: ſed etiã actio-
nem, ut ſatisfiat ſententiæ [x]. Quanquam poteſt etiam ſine longiore mora 9
officium iudicis implorari, ut is ſententiam exequatur: ex continenti qui-
dem in iudicio reali, ſi res ſtatim reſtitui poteſt [y]: poſt quatuor autem men-
ſes à tempore latæ ſententiæ in perſonalibus, ex nouiſsima Iuſtiniani con-
ſtitutione [z]. Nam antea debitoribus condemnatis indulgebantur ſolùm 30.
dies, lege XII. Tab. ut tradit Gellius [aa]: iure ueteri, duo tantummodò men-
ſes [bb]. Sed hoc tẽpus iure Saxonum ad ſex ſeptimanas eſt redactum. Quo-
modo autem facienda ſit executio, pulcherrimè Vlpianus hic explicat [cc].
Pertinet & hoc ad uim ſententiæ, quòd iudex ſemel dictam reuocare ne-
quit: quia officio functus eſt [dd]. Sed cum durat adhuc officium, retractari 10
ſententia poteſt, ut in interlocutoria [ee]: item cum ſententia eſt ipſo iure nul-
la [ff]. Ne tamen iniquo aliquo iudicio per imperitiam, aut etiam maliciam iu-
dicis, ius ſuum cuiquam per iniuriam eripiatur: inuentum eſt appellationis
beneficium, quo ad ſuperiorem magiſtratum cauſa iterum cognoſcenda
intra decem dies defertur [gg]. Sed & per reſtitutionem in integrum quando-
que ſententia reſcinditur [hh]: item per querelam falſi [ii], & ſupplicationem [kk].
Leuteratione etiam iure Saxonum ſententiæ declarari intra decem dies pe-
tuntur: cuius ſub prętextu declarationis interdum reformantur, ſi appareat
eas eſſe iniuſtas. Hanc autem declarandi poteſtatem an iure ciuili habeat
iudex, latè alibi [ll] diſputatur.

*a l.1.l.priuatorum.3.C.de iuriſdic.omnium.iudic.l.fin.§.eo.titul.*
*b Duarenus hic. in l.1.C.de recept.arbit.*
*c l.duo ex tribus.30.hoc tit.*
*d l.prolatam.C.de ſentent.omnium iudic.*
*e c.nullum.c.iudicantem.30.q.5.tot.tit.extra ut lite non conteſta.*
*f l.2.& 3.C.de ſentent.ex breuic.recitand.*
*g d.l.2.*
*h l.cum ſent.6.C.de ſent.l.pe.de iuſt.& iur.l.5.C.quomodo & quan.iudex.*
*i not.Dd.in l.nõ minorẽ.20.C.de tranſſact.per §.ſedebunt.in Auth.de iudic.*
*k d.§.ſedebũt.*
*l l.6.C.quo.et quan.l.1.§.pen.quæ ſent.ſine app.reſ.l.ad peremptorium.68.de iudic.c.1.de cauſ.poſſ.& propo.*
*m tot.tit.C.de ſentent.quæ ſine certa queant.* *n l.1.hoc tit.l.3.C.eod.* *o l.fi.C.de fideicomm.libertat.l.ut fundus.18.§.cõmuni diuid.* *p c.inter cæteras.9.extra,eod.* *q l.cum prolatis.32.h.t.* *r c.2.extra,eod.* *s l.ingenium.25.de ſtat.ho.* *tot.tit.C.de re iudic.& infra,tit.de exceptio.rei iudica.* *t l.ſæpe.63.h.t.* *u c.1.de litis conteſt.in 6.tot.tit.infrà,de exceptio.rei iudica.* *x l.miles.6.§.fi.h.t.l.actori.8.C.de reb.credit.* *y §.1.Inſt.de offic.iudicis.* *z l.fi.C.de uſur.rei.iudic.* *aa lib.20.ca.1.* *bb l.2.& l.debitori.31.cum ibi not.h.t.* *cc in l.à diuo Pio.15.h.t.* *dd l.Paulus.42.l.iudex.55.h.t.tot.tit.C.ſentẽt.reſcin.non poſſe.* *ee d.l.quod iuſsit.h.t.* *ff l.1.Cod.de ſent.ex breuic.recitand.l.ſi ut proponis.l.Iudex.C.quomodo & quãdo iudex.l.ſi præſes.C.de accuſat.gloſ.in l.1.C.ſentent.reſcin.non poſſe.tot.tit.ĩ.quæ ſenten.ſine appellat.& prouo.non eſt neceſ.* *gg tot.tit.ff.& C.de appellat.* *hh tot.titul.C.ſi aduerſus ſenten.c.auditis.de integ.reſtitut.* *ii l.Diuus.33.hoc tit.l.querelã.C.de falſis.tot.tit.C.ſi ex falſis inſtru.* *kk l.1.C.de ſent.præfect.prætor.* *ll Iul.4.ĩ.de appella.*

## DE CONFESSIS. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Duplicem eſſe confeſsionem, iudicialem & extraiud.*
3 *Cauſa efficiens, & quorum confeſsiones operentur aliquid.*
4 *Materia, & quibus de rebus confeſsio facta ualet.*
5 *Forma, & quomodo confeſsiones faciendæ.*
6 *Verſiculi ex Hoſtienſi, de confeſsionibus ualidis.*

*Finis &*

7 *Finis & effectus confeſsionis.*
8 *An poſt confeſsionem ferenda ſententia.*
9 *Confeſsio cui noceat.*
10 *De effectu confeſsionis extra iudicialis.*

1 SEcundò, ex confeſsione debitoris creditum non abnegantis procedit in poſſeſsionem miſsio. Confeſſus enim pro iudicato eſt: quia quodam
2 modo ſua ſententia damnatur[a]. Confeſsio autem duplex eſt: aut iudici-
3 alis, quę fit in iure[b]: aut extraiudicialis[c]. Cauſa efficiens, eſt debitoris uoluntas: uel euidentia rei conuicta[d], uel alijs obiectis commota & impulſa ad confitendum. Neq; tamen cuiuslibet confeſsio ſtatim ius facit, ſed neceſſe eſt, ut fiat à maiore 25 annis. nam confeſsio pupilli non ualet ſine authoritate tutoris facta[e]: quia eius ætas quicquid uidet ignorat[f], nec ſine tutore obligari poteſt[g]. Minor autem contra confeſsionem in integrum reſtituitur.[h] Deinde opus eſt, ut is qui confitetur, dominus ſit cauſæ: nam confeſſio procuratoris domino abſenti non nocet[i], ſed ipſi tantum procuratori[k]. Poſtremò, ut non ſit errore inductus[l], aut compulſus uiolentia uel tor-
4 mentis ad confitendum[m]. Confeſsio autem de omni re facta ualet, qua de re lis eſt inſtituta, dummodò ea non aduerſetur iuri[n], uel naturę[o]. Exiſtere autem id oportet, quod in confeſsionẽ uenit. uerbi gratia: interfectũ eſſe hominem neceſſe eſt, cuius ſe cædem feciſſe quis confiteatur[p]. Item rem eſſe in rerum natura, quam quis ſe debere dicit[q]. Si tamẽ ſciat, non eſſe æſtimationem, deberi confeſſus uidetur[r]. Quare & certum confeſſus pro iudicato erit, incertum non erit[s]. Si quis tamen incertum ſit cõfeſſus, quod declarari poteſt, puta ſe pecuniam debere, urgendus eſt, ut certam quantitatem confiteatur[t].
5 Forma confeſsionis eſt, ut fiat ſponte[u], in iudicio[x], coram ſuo iudice[y], præſente aduerſario[z], uerbis minimè ambiguis[aa]. Sed & paciſcendo quis confiteri uidetur[bb], & contumacia[cc]: interdum etiam ſola taciturnitate[dd], ut ſi quis in iure contumaciter taceat, & reſpondere interroganti iudici nolit: aut quod perinde eſt, obſcurè, neq; πρὸς τὸ ἔπος reſpõdeat[ee]: uel ſi quę ab aduerſa parte allegantur, non eat inficias. Tacitè enim cõfiteri uidetur, idq;
6 moribus uſurpatur. Poſtremò ad dijudicandum, quæ confeſsio ualeat, quæ non ualeat, utile eſt hos Hoſtienſis uerſiculos in numerato habere:

*Maior, ſponte, ſciens, dominus, pars, lis, ſed & in ſe*
*Confeſſus, certum, compos, pro iudice, iure*
*Damnatur, niſi lex, fauor aut natura repugnet.*

7 Finis confeſsionis idem eſt, qui & aliarum probationum, ut uidelicet ueritas ſine longioribus ambagibus eruatur. Effectus autem ingens eſt. nam confeſſus pro iudicato habetur[ff]. Vnde nec reuocari confeſsio poteſt, ſicuti nec ſententia, præterquam ex continenti[gg]. Aut niſi errore quis lapſus ſit, eumq; ante ſententiam probet[hh]. quod uerum eſt in confeſsione iudicio iam cœpto facta: nam ante litem conteſtatam confeſsio impunè reuocatur[ii]. Huc pertinet quod ait Vlp.[kk] poſt rem confeſſam perinde atq; iudi-
8 catam nihil amplius quæri. Quod dictum occaſionem dedit illi diſputationi, an in confeſſum ferenda ſit ſententia. Qua in re in hanc ſententiam cõmuniter itum eſt, ut ſi de plano & ſine forma iudicij cognoſcat iudex, ſententia poſt confeſsionem opus non ſit: ſed iudex precipere poſsit, ut intra legitima tempora, quod confeſſum eſt, præſtetur[ll]. Sin autem ordine iudi-

A ciario

a l.1.h.t.
b l.6.h.t.
c l. tale pactũ. 41. in princ. de pactis.
d l. qui ſententiã. 16. C. de pœnis. c. tua. de cohabitat. cleri. & mulier.
e d. l. certũ. 6. §. in pupillo. h.t.
f l.1. C. de falſa moneta.
g tot. tit. de aut. tut.
h d. l. certum. §. minorem.
i d. l. certum. §. ſed an.
k l. proinde. 25. §. 1. ad l. Aquil.
l l. 2. h.t. l. error. C. de iur. & fact. igno.
m l. 1. §. diuus. & §. ſi qui ul. tro. ꝟ. de quæſti.
n C. ult. de pact.
o l. confeſsionibus. 14. ꝟ. de interrogat. actio.
p l. 4. h.t.
q l. pe. l. fi. h.t.
r l. 3. l. 5. h.t.
s l. 6. h.t.
t d. l. 6. in prin.
u c. 1. 15. q. 6.
x c. 2. extra, eo. c. præterea. 10. de tranſact. l. unica. in uerb. in iure. C. eod.
y l. interrogatam. 26. C. de liberali cauſa. C. at ſi clerici. c. de iudic.
z d. l. certum. §. ſi quis abſente.
aa l. de ætate. 12. §. nihil de interrogato actio.
bb l. quoniam. 8. de his qui not. inf.
cc c. 4. de præſumpt.
dd l. 1. §. ſcientiam. ꝟ. de tributo. actio.
ee d. l. de ætate. §. ſi cũ. §. ſi tamen. §. qui placuit. & §. nihil intereſt.
ff l. 1. h.t. c. fin. extra, eod.
gg c. præterea. 7. de teſtib. cogend.
hh l. ult. C. de errore aduocati. l. error. C. de iur. & fact. igno l. 2. h.t.
ii l. 26. electio. §. pe. de noxa. actio. l. is qui. 26. cum l. ſeq. de rei. uendic.
kk l. poſt rem. ꝟ. tit. 1.
ll d. l. poſt rem. ubi Doctores. d. l. certum. §. ult. l. fin. quod me. cau. l. proinde. 25. §. fin. ad l. Aquil.

ciario procedatur,quoniã præcipuus ordo iudicij, præcipuumq; momen-
tum in ſententia uertitur,ut tunc pro more pronunciare ſuper confeſsione
debeat[a]:unde cum in criminalibus exactè iudiciorũ ratio obſeruanda ſit[b],
conſtat,in ijs definitiuam eſſe neceſſariam[c]. Id tamen ſciendum eſt, con-
feſsionem nocere ei qui confeſſus eſt,non etiã alijs[d]: prodeſſe autem ne il-
li quidẽ qui confitetur:quia nulli in ſua cauſa pro ſe creditur, ſed cõtra ſe[e].
Quæ omnia uera ſunt in confeſsione iudiciali: nam quæ extra iudicium fit, 10
non eaſdem habet uires, niſi quòd cum fit ex aliqua certa cauſa, coram ad-
uerſario & teſtibus,ſoleat uim pacti obtinere[f].

## DE CESSIONE BONORVM.
## Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit bonis cedere.*
3 *Cauſa efficiens, quare ceſsiones inductæ, & qui bonis cedere poſsint: & an hodie ceſsio admittatur.*
4 *Materia, & quid, quantum ſit cedendum.*
5 *Forma ceſsionis.*
6 *De fine & effectu ceſsionum.*

NVlla iuſtior cauſa mittendi in bonorum poſſeſsionem fingi poteſt, 1
quàm cum debitor bonis cedit:id eſt,bona ſua ſponte dimittit,& con 2
cedit creditoribus. Tunc enim uoluntate domini per traditionẽ poſſeſ-
ſio transfertur. Cauſa efficiens eſt,uoluntas debitoris[a], æs alienũ confe- 3
rentis[b],eligentisq; è duobus malis id quod minus eſt: qui mauult bonis ce
dere,quàm grauius quid pati. Nã hoc beneficiũ lege Iulia debitorib. indul-
tum eſt,ut cedendo bonis,uinculorũ, ſeruitutis carcerisq; iniurias ſubter-
fugere poſsint[c]:quibus iniurijs olim præter equũ & bonum grauabantur,
ut author eſt Gell.[d] ſed eæ ab Imperatorib. poſtmodum prohibitæ ſunt[e].
Quando iniquum ſit, propter æs alienũ aduerſamq; fortunam corpus de-
bitoris,non ex delictis ( nam in his qui non habet in ære,meritò luit in cor-
pore[f]) ſed ex ciuili cauſa obſtringi,quòd ipſe alioquin conuentionibus o-
bligare nequat[g],& ultrà quàm in ære habeat, aut ſoluere poſsit, quempiã
teneri[h]. Sed propter debitorum improbitatẽ & perfidiam, qui fiducia ceſ-
ſionis temerè æs alienum contrahunt & dilapidant, reditum nunc eſt mo-
ribus ad ius antiquum. Alibi enim carceribus includuntur decoctores, ali-
bi excommunicantur,alibi aliter puniuntur. Nemo tamẽ priuata uincula,
aut ſupplicia uerberaq; noxiorũ, propter debitum etiam fiſcale extimeſce-
re debet[i]. Quod Saxones non uſquequaq; obſeruãt, qui non modò car-
cerem,ſed etiam addictionẽ illã ueterũ, cuius meminerũt Gellius & Quin-
tilian.[k] atq; etiã uincula priuata, in corpus debitoris,excluſo ceſsionis be-
neficio admittunt[l]. Poteſt autem ceſsio fieri ab omni debitore,tam à patre
quàm filiofamiliâs[m], tam à fœmina quàm à maribus[n],etiamſi nihil in bonis
habeant:habere enim aliquando poſſunt[o]. Sed & fœminæ iure nouo,quã-
uis bonis non cedant,includi carceribus prohibentur[p]. Materia quæ in 4
ceſsionẽ cadit,ſunt omnes res bonaq; debitoris: omnia enim cedẽda ſunt,
excuſſo uſq; ad ultimũ quadrantem debitore[q]. Ceſsio autem poteſt fieri 5
uel in iure,uel extra ius,inter præſentes aut abſentes,per epiſtolam & nun-
cios[r]. Sufficit enim ſola uoluntatis profeſsio[s]. Cauere tamen debet is qui
cedit,ſi ad meliorem fortunam peruenerit, ſe ſatiſfacturũ, quatenus facere
poterit[t]. Quòd autem pleriſq; locis iam receptum eſt, autore Hoſtienſe[u],
ut

*a l.3.l.5.l.qui Stichum.h.t.l. ult.C.de executio.rei iudic.*
*b l.libellorũ.3.§.de accuſat. cum ſimil.*
*c l.ſi confeſſus. de inſt. & exh. reo.*
*d l.ult.C.de accuſat.C.§. extr. eod.*
*e l. de ætate.12.§.1.de interrogat.actio.l. Publia depoſ.*
*f l.tale pactũ.41. ubi Doctor. de pactis.§.generaliter. 13. C.de non nume.pecu. Doctor. in l.1.et in l.de æta.§.interrogatus.de inter. actio & in l.cũ de indebito.§.fin. de probatio. canoniſt. in c.per tuas.extra, de probat. in c. ſi cautionẽ.extr. de fide inſtrum. Hoſtien.ext.eo. de confeſſ. nu.3.*

*a l.in omni.C. eod.*
*b l.pen.h.t.*
*c l.4.iuncta l.1.& 7.C. eod.*
*d lib.20.cap.1. Quint.lib.3.c.8. & lib.7.cap.4.*
*e l.ob æs alie. C.de act.§.quia uerò. in Authẽ. ut nulli iudicum, &c.*
*f l.fin. de in ius uocand.*
*g l.ſi à reo.71.§ fin.de fideiuſſ. l.liber homo.13. cum ibi not.. ad l.Aquiliam.Panor. in rub. de fide.*
*h l. itaq;.12. de furt. l. 6. de dolo malo. C. olim de reſtitut.ſpoliato.C.Lator.de pignorib.* *i l.nemo carcerem.C.de exactor. tributo. lib.10.* *k præalleg. locis.* *l Sachſ. differe.10.Landrecht lib.3.art.29.* *m l.cum & filij.C.eod.* *n l.pe.C.eod.* *o l.7.l.eod.* *p Auten.ſed hodie.C. de offi. diuerſo iudic.auth.hodie.C. de iuſto.reo.* *q l.4.ubi Azo,nu.5.C.eod.* *r l.ulti.h.t.* *s l.in omni.6.C.eod.* *t C. Oduardus. de ſolut.l.4.h.t.* *u extra,eod.*

ut nudatus ignominioſe debitor, publico in ſaxo aſsidens, proclamet pa-
làm, ſe bonis cedere. id à iuris ſcripti humanitate abhorret.
6 Finis eſt, ut & creditoribus, quo ad eius fieri poteſt, ſatisfiat, & debitor
ab importunitate & moleſtijs, quas creare attenti creditores ſolent, libere-
tur. Ex quo apparet, duplicem eſſe ceſsionis bonorum utilitatem: quarum
altera creditores, altera debitores reſpicit. Nam in primis creditoribus ſa-
tisfit, quatenus facultates debitoris patiuntur. neq; tamen ſtatim domini fi-
unt per ceſsionem: nam & debitor poteſt poſtea ſoluendo res ſuas à credi-
toribus recuperare [a], & antequam uenditio fiat, ſe defendere [b]. Debitor au
tem credendo liberatur à perpetua flagitatione æris alieni, metuq; carceris
& addictionis, ita ut urgeri amplius non poſsit [c]. Non tamen obligatione
liberatur, quæ ſola ſolutione extinguitur [d]: eoq; ſi poſtea ad locupletiorem
fortunam perueniat, rurſus conueniri poteſt. neq; tamē ſine beneficio: nam
in quantum facere poteſt, duntaxat hoc caſu exigetur [e].

a l. legis Iuliæ. C. eod.
b l. 3. h. t.
c d. l. legis Iuliæ. l. 6. C. eod.
d Inſt. quibus mod. toll. oblig. per tot.
e l. 4. 6. 7. h. t. l. ſunt qui. 16. ſ. de re iudic. §. fi. Inſt. de actio.

## QVIBVS EX CAVSIS IN POSSESSIONEM EATVR. Tit. IIII.

1 *Continuatio & diſpoſitio ſequentium titulorum.*
2 *Cauſæ ex quibus miſsio decernitur.*
3 *Miſsionem iure nouo ſecundum debita fieri.*
4 *Edictum de primo decreto.*
5 *Cauſa efficiens miſsionis.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *Finis & effectus.*
9 *De ſecundo decreto.*

1 IAm uideamus de miſsione in bonorum poſſeſsionem. Et primò, quibus
ex cauſis in poſſeſsionem eatur, ſecundò de effectu miſsionis, tertiò de
2 ordine & modo. Tres præcipuè cauſę ſunt, ex quibus in poſſeſsionem
mitti ſolet: uidelicet cauſa rei ſeruandę, id eſt debiti: item legatorum ſeruan
dorum gratia, & uentris nomine. Damni enim infecti, ſi non caueatur, fit
miſsio quidem, ſed non in omnia bona: uerùm in eam dūtaxat rem, ex qua
3 damnum timetur [a]. Cuius exēplo inductus poſtea Iuſtinianus, ſtatuit cre-
ditores & legatarios, non niſi pro modo & portione eorū quæ debentur,
in poſſeſsionem bonorum debitoris eſſe mittendos [b]. De miſsione eiuſmo
4 di extat Prætoris edictū: IN BONA EIVS, QVI IVDICIO SISTEN
" DI CAVSA FIDEIVSSORES DEDERIT, SI NEQVE POTESTA
" TEM SVI FACIAT, NEQVE DEFENDATVR, IRI IVBEBO [c].
Poteſtatem ſui non facit, qui id agit, ne aduerſarius eius copiā ſui habeat [d],
5 neq; uel à ſe, uel ab alio quocunq; defenditur [e]. Itaq; cauſa efficiens miſsi-
onis, eſt magiſtratus (nec enim creditor priuata authoritate, occupare bo
na debitoris poteſt [f]) etiam municipalis [g]. Ordinarium tamē oportet eſſe,
hoc eſt, eum qui ius mittendi habeat. Habet autem ſolus is mittendi ius, cu
ius in teritorio bona ſunt ſita [h]. Cauſa προκαταρκτικὴ qua mouet̄ iudex, eſt
cùm petitio creditorum (nec enim officium ſuum iudex non petentibus
6 impertit [i]) tum contumacia debitoris ſe non defendentis. Materia ſunt
bona creditoris, quorum in uniuerſorum poſſeſsionem olim indiſcrimina-
tim creditores mittebantur: hodie autem, ſecundum quantitatem & porti-
7 ones æris alieni [k]. Forma eſt, ut iudex cauſam ſummatim cognoſcat, ui-
delicet, quidnam debeatur, & cuiuſmodi ſit debitoris fruſtratio: ac poſtea

a l. 1. h. t.
b §. ſi uerò. de exhib. reis. in auth.
c l. 2. in princ. hoc tit.
d d. l. 2. §. 1.
e l. 5. §. fi. h. t.
f l. extat. 13. de eo quod me. cau.
g l. 4. §. qui duas. de dam. inf.
h l. cū unus. 12. §. pe. ff. tit. 1. Hoſt. in §. ex quibus cauſis. extra, de foro compet.
i l. 4. §. hoc autem. ſ. de dam. inf.
k d. §. ſi uerò.

ſolenni decreto decernat poſſeſsionem, in eamq́ creditores introduci per apparitores mandet: ut latius alibi exponitur[a]. Finis eſt, ut tædio affe- 8
ctus debitor ueniat tandem ad reſpondendum[b]. Effectus eſt, quòd creditores in poſſeſsionem miſsi detineant rem, non etiam poſsideant[c]. Itaque quamuis hac miſsione non deturbetur poſſeſsione debitor[d]: tamen miſsi creditores cum eo in fundo & bonis cõmorantur, ne uidelicet peſſum eant fructus, & ut ſciri poſsit quid colligatur[e]. Quòd ſi culturam debitor negligat, ipſi creditores colunt, percipiuntq́ fructus, non tamen lucrantur, aut inde aluntur[f]: ſed uel cuſtodiunt, uel uendunt precio ſeruato[g], de quo ſum ptus quos fecerunt[h], deducunt. Et hac quidem ratione magiſtratus initiò 9
non ſe defendentem debitorem coercet, quoad ueniat reſponſurus. qui ſi omnino contumaciter negligere magiſtratus miſsionẽ pergat, probeturq́ fraudandorum creditorum cauſa latitare: grauioribus remedijs Prætor utitur, & poſsideri aut uænire bona iubet: ne uidelicet euidens debitoris dolus & impunitus relinquatur, & creditoribus noceat. qua de re ſic edicit:

QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITAT, SI BONI VIRI ARBITRATV NON DEFENDATVR, EIVS BONA POSSIDERI VENDI'QVE IVBEBO[i].

a in d.§.ſi uerò. de exhib.reis. in auth.
b l..is cui.5. ut in poſſ. legator.
c l.3.§.ult.de acquir.poß.C. cõtingit. extr. de dolo & cõtuma.tot.tit.extra de eo. qui mittitur in poſſeſſ.
d l.ſi finita.15. §.ſi quis autem. de dãno infecto.
e d.l..is cui.§. qui legat.ſ.ut in poſſ.legato.
f l.Fulcinius.in princ.7.h.t.
g d.§.qui legato.6.
h l.Prætor.ꝗ. tit.1.
i d.l.Fulcinius. 7.h.t.

## DE REBVS AVTORITATE IVDICIS poſsidendis ſeu uendundis. Tit. V.

1 *Continuatio: & quomodo quis mittatur in poſſeſsionem.*
2 *Quomodo ueniatur ad ſecundum decretum & poſseſsionem.*
3 *Effectus decretæ poſſeſsionis, & quando in realibus obtineat.*
4 *Quando ad diſtractionem perueniatur.*
5 *Edictum Prætoris.*

ESt itaq́ effectus decretę miſsionis præcipuus, quod debitor in poſſeſ- 1
ſionem rerum ſuarum admittere creditores cogatur, adhibita etiam, ſi reſtiterit, manu militari[a]: niſi creditor non admiſſus malit in id quod intereſt, agere[b]. Quòd ſi his incommodis non cõmouetur debitor, ſed frau- 2
dulenter latitet, ne creditores diutius cogantur ſuo carere, & cuſtodire res debitoris ſine fructu, decernit Prætor ſecundo decreto poſſeſsionem bonorum: cauſa tamen contumaciæ diligenter cognita[c], an uidelicet ſæpius citatus non comparuerit[d], an legitimis temporum interuallis citationes fuerint diſtinctæ, &c.[e] Quo decreto ueri poſſeſſores conſtituuntur, fru- 3
ctusq́ eiecto debitore creditores lucrifaciunt[f]: nec debitor poſtea auditur, niſi oblato debito, & ſumptibus refuſis[g]. Et hæc quidem in perſonalibus actionibus dubium non habent. In realibus à prima miſsione, ſi intra annum non ueniat reſponſurus debitor, uolunt Dd. ſine alio decreto, creditorem ex diſpoſitione iuris poſſeſſorem effici[h]. Sed quia ne ſic quidẽ 4
interdum mouentur debitores, ut præſentiam ſui publicè faciant, ne creditores diutius fruſtrentur, néue communis inter ipſos poſſeſsio pariat diſcordias[i]: ſolet Prętor addere & definire certum tempus, intra quod niſi cõpareat debitor, poteſtas diſtrahendi fit creditoribus, ut precium auctionis pro rata æris cuiuſq́ alieni æqualiter inter creditores diſtribuatur[k]. Sanè 5
poſt primum decretum interpoſitum, ſi copiã ſui faciat debitor, paratusq́ ſit uel ſoluere uel ſe defendere, refuſis ſumptibus, æquum eſt poſſeſsionem illi reſtitui unà cum fructibus. Quo nomine actionem quoque Prætor ei pollicetur: SI QVIS, inquit, CVM IN POSSESSIONE BONORVM ESSET, QVO'D EO NOMINE FRVCTVS CEPERIT,

a l.ſi quis miſſum.ꝗ.ne uis fiat ei.
b l.1.ne uis fiat, ei.
c l.4.§.in prædicto.d.l.ſi finita.§.ſi fortè de dam.infecto.
d l.cõtumacia. 53.§. contumax. ſ.de re iudic.
e Dd.in d.l.ſi finita. §.nõ aũt.
f d.l.ſi finit.§. ubi aũt. c. quia. §.ult. ut lite nõ conteſtata.
g l.ſi prius. C. de diſtrac. pign. aut ei qui. iurat. C. de bonis autor.iudi.poßid.
h l.ſi quis emp. §.pe. C.de præſcrip.30. ann. l. à quo. 45.de dam.infec.
i iux. l. cum pater.79.§.omnia de lega.2.
k l.pro debito. l.fin.C.eod.

" EI AD QVEM EA RES PERTINET, NON RESTITVET: SIVE
" QVOD IMPENSAE NOMINE, SINE DOLO MALO FECERIT, EI
" NON PRAESTABITVR, SIVE DOLO MALO EIVS DETERIOR
" POSSESSIONIS CAVSA FACTA ESSE DICETVR: DE EA RE
" IVDICIVM IN FACTVM DABO[a].

a l.9.in princ. hoc tit.

## DE PRIVILEGIIS CREDITORVM.* TIT. VI.

*Hic tit. in Flor. exemplari cohæret ſuperiori, nec eſt ſeparatus.

1 *Continuatio.*
2 *Regula, hypothecarios creditores perſonalibus præferri.*
3 *Quis, cui hypothecariorum præferatur.*
4 *Qui, cui chirographariorum præferantur.*
5 *An ciuitas priuilegium perſonale habeat, & qui ſint priuilegiati.*
6 *Priuilegiati an ſibi inuicem præferantur.*
7 *Quomodo creditores diuidere debeant.*
8 *Ab eo qui ſibi uigilauit nihil repeti.*
9 *De arreſtatione iuris Sax.*
10 *Edictum de eo qui conſcius fraudulenti conſilij cum debitore contraxit.*

1 POrrò in uenditione bonorum ſeruãdus eſt ordo, ut de precio primùm
2 illis ſatisfiat, quorum ius potius eſt. In quo regula teneatur, in uniuerſum eos, quibus ſupra debitum res etiã obligatæ, nexęq; pignori ſunt, potiores ijs eſſe, qui tantum perſonalem actionem habent[a]. Fortius enim, ut loquuntur, duo uincula ligant, quàm unum[b]: & plus cautionis eſt in iu-
3 re reali, quàm perſonali[c]. Inter ipſos autem creditores hypothecarios, quis cui præferatur, ſuprà dictum eſt[d], cum generalem regulam conſtitueremus: Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: quæ tamen ſuas habet exce-
4 ptiones. Porrò inter eos creditores, quibus perſonale tantum ius eſt, quos chirographarios à chirographo ſiue ſyngrapha Conſulti appellant[e], quis præire debeat, magis ex cauſa quàm tempore eſt metiendum. Non enim qui prior eſt tempore, hoc eſt qui prius contraxit, ſed cuius cauſa priuilegiata eſt, præfertur[f]. Habent autem priuilegium, hoc eſt prærogatiuum, ex iure ſingulari præ reliquis creditoribus, quibus ius tacitæ hypothecæ datur[g]: ut pupilli, minores, prodigi, in bonis tutorum, curatorum, pro tutoris uel negociorum geſtoris[h], ſicuti & tacitam hypothecam habent[i]. Item
5 fiſcus[k], & reſpublica creditrix[l]. Quod tamen intelligunt Dd. de republica Romana, aut quę non recognoſcit ſuperiorem, uel quæ à ſuperiore regalia & priuilegium tale habet[m]. Mihi probabilius uidetur, omnes reſpublicas creditrices priuilegium perſonale habere, & pręferri reliquis creditoribus chirographarijs, hoc eſt qui pignus non habent, ut uult Paulus[n], etiamſi ius reale exemplo fiſci & tacitam hypothecam non habeant[o]. qua in ſententia etiam fuiſſe Accurſium apparet[p]. Præterea priuilegio fruuntur mulier in cauſa dotis[q], & ſponſa in dotis repetitione, nuptijs non ſecutis[r]: item is, cui depoſitum debetur[s], qui in rei refectionem credidit[t], aut in nauim fabricandam inſtruendamúe[u], aut in funus & exequias debitoris[x]: item, cuius pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit[y]. atque hos quidem reliquis chirographarijs creditoribus præferri certum eſt. Quid enim mirum, cum horum pleroſq; uideas etiam in rem iure tacitæ
6 hypothecæ agere poſſe? Sed cum iſti ipſi inter ſe concurrunt, quis cui pręferatur, non eſt uſquequaq; expeditum. Veram tamen arbitrior Azonis[z] regulam, qui ſtatuit, omnes æquale ius habere, & ſimul concurrere ac diuidere æqualiter: niſi ſpeciali lege de aliquo eorum probetur, quòd ſit præ-

A 3 ferendus.

a l.eos.C.qui Potior.in pigno.
b aut. itaq;. C. communia. de ſucceſs.
c l.plus caut. 25. de reg.iur. l. 6.C. de bon.autor.iudic.poſsid.
d ad tit.qui pot.in pig.
e l.pe.in fi.h.t. l.6. C.de bon.autor.iudic.poſsid.
f l.priuileg.16. hoc tit.
g l.aſsiduis. 12. in princ. C. qui potior. in pig.
h l.4. §.fi.l.5. 6.7.h.t.
i l.pro officio. 20. C. de adminiſt.tutor.
k l.qui quod.18. hoc.tit.
l l.pe. in fi.h.t.
m Bart. in d. l. pe.gloſ.in l.ſimile.10. ad municipalē. Neguſant. in tracta. pig. ſecunda parte. mēbr.4.nu.114.
n in d.l.pe.
o d.l.ſimile.ad municipalem. l. eum qui.16.de uerb.ſignifi.
p in.d.l.pe.
q d. l. aſsiduis. C.qui. potiores in pignor.
r l.2.§.fin.cũ ll.ſeq.h.t.
s l.ſi uentri.8. §.in bonis.h.t.
t l.creditor.25. ſi certum petat.l.interd.qui potiores in pig. l.ſi uentri.8.§.2. h.t.
u l.qui in nauim.10.l.quod quis.18.h.t.
x l.2.h.t.l.pe.de relig. & ſumpt.funer.
y d.l.ſi uentri.§.perueniſſe.
z rub.C.de bonis autor.iud.poſſ.

ich hab mich nach
kirchen gegangen .
in d kirchen gesehen zu
[illegible] [illegible] [illegible]
und ich [illegible] firen
[illegible] [illegible] ich welchen
[illegible] seyen und hab
zeigen gesehen zu hauß, der ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ [illegible] auch nicht über die
thür kommen auch nicht auf legen alß seyen bündl
sehr oder bey und [illegible] Marckt ihr sachen [illegible]
mich nichts mehr alß mit uhr oder Ja wider sagen
ab [illegible] seyn kan. [illegible] 26 [illegible]

ferendus. Nam regulariter priuilegiatus contra priuilegiatum uti priuilegio non debet [a]. His autem exceptis reliqui creditores æqualiter concurrunt, non attento contractus tempore: nam licet alicui contrahendo, adijciendoq́; ſibi creditores, creditoris ſui prioris conditionem facere deteriorem [b]. Sed hæc æqualitas ad Geometricam proportionem redigenda 7
eſt, ut uidelicet æqualiter diuidant non æqualibus Arithmeticæ portionibus: ſed pro rata debiti quantitate [c], cæteroquin eueniret, ut in debitis non æqualibus alteri integrum, alteri uix dimidium exolueretur: quod eſſet planè iniquiſsimum. Accipient igitur æquales pro debita cuique quantitate portiones, puta quadrantes, aut ſemiſſes, aut dodrantes: prout ſuppeditare bona debitoris poſſunt. Sanè ſi quis antequam bona poſsideren- 8
tur, ſibi uigilauerit, & ſuum ſit conſecutus, nihil ab eo repeti poteſt [d], niſi omnes creditores ſimul inſtiterint, uel bona ſint poſſeſſa. Tunc enim omnium ius æquale eſt, neque gratificationi locus relinquitur [e]. Sed iure Sa- 9
xonum illud ſpecialiter inualuiſſe uidemus, ut ſi quis præ reliquis creditoribus curarit ſibi à magiſtratu in bonis debitoris arreſtũ decerni: is non modò priuilegium perſonale, ſed ius etiam pignoris, quamuis cæteri inſtiterint, conſequatur, antè atq; reliquos. Poſtremò tenendum eſt, qui ſcien- 10
ter contrahit cum debitore poſt ſuſceptum fraudationis conſilium, eum numero creditorum eximi, excludiq́; Prætoris ædicto, quod ita habet:

“QVOD POSTEA CONTRACTVM ERIT, QVA'M IS CVIVS BONA VENIERINT, CONSILIVM CEPERIT FRAVDANDI, SCIENTE EO QVI CONTRAXERIT, NE ACTIO EO NOMINE DETVR [f].”

a d.l.aſsid. C. qui potior in pig.
b l.1. §. ex contrario. ff. tit.1.
c l.6. C. de bo. autor. iud. poſſ.
d l. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. creditor.
e d.l. pupil l. qui autem. 6. §. ſciendum. infrà, de his quæ in frau. cred. l. ſi nõ expedierit. 6. §. 1. ſuprà, de bo. autho. iud. poſſ.
f l. ait Prætor. 9. hoc tit.

## DE SEPARATIONIBVS. Tit. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Ex quibus cauſis petatur ſeparatio.*
3 *Qui petere poſsint.*
4 *Quando ceſſet.*
5 *An hæredi detur.*
6 *Cuius hac de re ſit notio.*

SCiendum autem eſt, in poſſeſsionibus diſtractioneq́; bonorum debito- 1
ris ſeparationem ſolere impetrari. Solet autem ſeparatio permitti ex 2
his cauſis: puta, debitorem quis Seium habuit, is deceſsit, hæres ei extitit Titius. hic non eſt ſoluẽdo, & patitur bonorũ uenditionẽ: creditores Sei dicũt, bona Sei ſufficere ſibi, & creditores Titij cõtentos eſſe debere Titij bonis. Etſi enim hæres Titius adeũdo ſe obligauit creditorib. Sei defuncti [a], ſitasq; obligationes cum illius bonis permiſcuit: tamẽ quia iniquũ eſſet, creditorum conditionem fieri deteriorem facto hæredis [b], qui fortè pluribus creditoribus eſt obligatus, indulſit ſeparationem bonorum prætorij [c]. Petere 3
igitur poſſunt ſeparationem creditores, & poſt hos legatarij: nam illis prius eſt ſatisfaciendum [d]. Hoc autem tamdiu licet, quoad res adhuc eſt inte- 4
gra, id eſt antequam hæreditas diſtrahatur, uel creditores deintegrò cum hærede animo nouandi contrahant, uel res hæreditariæ ita cum hæredis bonis confundantur, ut ſeparari amplius non poſsint [e]. Quòd ſi alij petant ſeparationem, alij non: qui non petunt, cum creditoribus hæredis connumerantur [f]. Hæredi autem non datur ſeparationis beneficium, quia ſpõ 5
te ſe creditoribus defuncti adeundo obligauit [g]: nec eius etiam creditoribus, quia licuit hæredi adijciendo ſibi creditores, ſuorum creditorum conditionem facere deteriorem [h]. Qui tamen coacti adeunt hæreditatem,

nec

a §. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contra.
b l. debitorum. 25. c. cum ibi nota. C. de pactis. iunc. l. 2. §. ex his. ff. de uerb. oblig. l. 2. §. incertam. de Præt. ſtip.
c l. 1. in princ. hoc tit.
d l. fin. §. etſi præfatam. et §. licentia danda. C. de iure deliberandi.
e d.l.1. §. illud. cum multis ſeq. l.2. hoc tit.
f l.1. §. quæſitũ. hoc tit.
g d. §. hæres. l. nec emere. C. de iure del.
h d.l.1. §.1. & §. quæſitum.

nec bona attingunt, hi ſeparationem poſtulare poſſunt[a]: de quibus omnibus an admittenda ſit ſeparatio nec ne, Prætoris erit uel Præſidis notio, & nullius alterius[b].

a d. l. 1. §. ſed ſi qui. & §. fin.
b d. l. 1. §. de his. h. t.

## DE CVRATORE BONIS DANDO. Tit. VIII.

1 *Quis ſit curator aut magiſter.*
2 *Quomodo & à quibus conſtituatur.*
3 *Qui conſtitui poſſint, & de eorum officio.*

1 SOlet etiam curator bonis debitoris præfici, quem olim magiſtrum appellabant, qui bona tueatur & diſtrahat, & ex redacto creditoribus ſa-
2 tisfaciat. Conſtituitur autem curator, uel priuata creditorũ uoluntate[a], uel authoritate magiſtratus, ſi conuenire nõ poſsint, aut nemo id onus ſubire uelit. Nec enim inuitus quiſpiam ad id eſt cogendus[b]. neq; uerò omnimodo creditorem eſſe oportet, qui curator conſtituitur: ſed poſſunt etiam non creditores, unus plureſue ex conſenſu maioris partis creditorũ eligi[c]. Hi autem de adminiſtratione propemodum, ut reliqui curatores ac procuratores tenentur[d].

a l. fin. h. t.
b l. 2. h. t.
c d. l. 2. in prin.
d l. 2. §. fi. cum ibi not. l. 3. h. t.

## QVAE IN FRAVDEM CREDITORVM facta ſunt, ut reſtituantur. Tit. IX.

1 *Continuatio & impulſiua cauſa edicti.*
2 *Duplex eſſe nomen huius actionis, & quare.*
3 *Primum edictum.*
4 *Secundum.*
5 *Quid inter utrumq; interſit.*
6 *Cuiuſmodi hæc ſit actio, ex qua cauſa, & contra quem titulum detur.*
7 *De actione in factum.*
8 *Quando ceſſet hoc edictum.*
9 *Quibus detur actio.*
10 *Aduerſus quos.*
11 *Ad quid.*
12 *Intra quod tempus.*

1 QVia uerò debitores poſſeſsionem aũt diſtractionem bonorum metuentes, maturè ſolent res ſuas in fraudem creditorum alienare & interuertere: huic quoq; rei prouiſum eſt actione à Prætore propoſita, qua
2 res alienatæ reuocantur: quæ Pauliana dicitur à Paulo Prætore, aliquando Caluiſiana, à Caluiſio, qui & ipſe Prætor, hac de re edictum fecit[a]. Vtriuſq; autem actionis eadem uis eſt, natura & effectus, ut quamuis nominibus diſtinguantur, pro una tamen eademq; actione meritò haberi debeant. Suſpicor autem diuerſas, aut ſaltem diuerſis nominibus actiones in hanc rem eſſe proditas, quòd diuerſa extarent edicta: quorũ tamen eadem eſt ſententia, ut ex lectione intelligi licet. Primum enim ita habet:

a l. 2. §. ſi quid in fraudem patroni. §. item ſi quis. Inſt. de actio. l. uideamus. 38. §. in Fauian. ſuprà, de uſuris.

3 QVAE FRAVDATIONIS CAVSA GESTA ERVNT, CVM EO
» QVI FRAVDEM NON IGNORAVERIT, DE HIS CVRATORI
» BONORVM, VEL EI CVI DE EA RE ACTIONEM DARI OPOR
» TEBIT, INTRA ANNVM, QVO EXPERIVNDI POTESTAS FV
» ERIT, ACTIONEM DABO: ID QVOD ETIAM ADVERSVS I-
» PSVM, QVI FRAVDEM FECERIT, SERVABO[b]. Alterum extat
4 apud Vlpianum in hanc ſententiam:

b l. 1. in princ. hoc tit.

QVAE L. TITIVS FRAVDANDI CAVSA SCIENTE TE, IN "
BONIS, QVIBVS DE EA RE AGITVR, FECIT: EA ILLIS EO "
NOMINE, QVO DE AGITVR, ACTIONEM EX EDICTO MEO "
COMPETERE, ESSE'VE OPORTET: EI SI NON PLVS QVA'M "
ANNVS EST, CVM DE EA RE QVA DE AGITVR, EXPERIVN "
DI POTESTAS EST, RESTITVAS: INTERDVM CAVSA CO- "
GNITA, ET SI SCIENTIA NON SIT, IN FACTVM ACTIONEM "
PERMITTAM [a]. Cum igitur utrumq; edictum in idem recitat, mirum 5
non eſt, utramq; actionem quæ inde oritur, eandem uim obtinere. Illud ſa-
nè amplius in ſecundo edicto eſt, quòd interdum in factum actionẽ datu-
rum ſe Prætor hic pollicetur, detracta fraudationis mentione [b]. Eſt ergo 6
hæc actio iuris Prætoris, & quidẽ perſonalis [c]. Datur enim ex dolo & frau-
datione tam debitoris alienantis, quàm accipientis [d]. Nam ut locus ſit huic
actioni, neceſſe eſt & debitorem in fraudem creditorũ alienaſſe, uel uerè [e],
uel ſaltem præſumptiuè [f], & eum qui accipit, non fuiſſe fraudulenti conſi-
lij ignarum [g]. Quod uerum eſt, quando titulo oneroſo accipit ex uenditio-
ne forte aut permutatione, ſecus uerò ſi lucratiuo: puta ex donatione aut
legato. Tum enim indiſtinctè is qui accepit, ad reſtitutionem tenetur: quã
do ſemper iniquum ſit, cum iactura creditorum eum locupletari [h]. Et hoc
caſu locum habet in factum actio, quam Prætor in fine ſecundi edicti ſe da-
turum pollicetur: quæ ideo in factum appellatur, quòd non in fraudẽ de- 7
bitoris, aut accipientis contra edictum: ſed in ſolum nudumq; factum alie-
nationis, detracta fraudis mentione, ſit directa. Sanè qui ſuum recipit, 8
nullam uidetur fraudem facere: quamuis ſciat debitorem non omnibus eſ-
ſe ſoluendo. Sibi enim uigilauit, recepitq; ſuum, ad quod ſoluendum de-
bitor authoritate magiſtratus cogi poterat [i]. Cum autem alienationem
tantum lex reuocet, perſpici poteſt, huic edicto locum non eſſe in ijs, quę
debitor cum poſſet acquirere noluit [k].

Datur autem hæc actio creditoribus, fraudatis re & propoſito: nam qui 9
duntaxat re fraudantur, non ἐκ προαιρέσεως, in iſtam actionem non habent [l],
ut nec illi qui conſenſerunt alienationi, cum nemo uideatur ſcientes frau-
dare [m]. Hæc actio & ſucceſſoribus competit, utpote rei perſecutoria [n].

Aduerſus eum autem datur, qui ſciens debitorem non eſſe ſoluendo, 10
ab eo aliquid aufert quocunque contractu: puta uẽditione, aut oppigno-
ratione [o], aut dotis datione [p], aut acceptilatione, alioùe quolibet pacto [q]:
nam contra ignarum fraudis agi nequit, niſi quatenus locupletior eſt [r],
multo minus aduerſus tertium bonæ fidei poſſeſſorem [s]. Sed & in ipſum
fraudatorem hæc actio datur, ut quidam uolunt, eo fine, ut debitor in-
carceretur [t], cum alioqui bonis iam poſſeſsis aut diſtractis inanem faciat
actionem eius paupertas [u]. Quod dicere durum eſt, quando diſertè
Imperator ſtatuat, hanc actionem dari in debitorem oportere, cum hoc
temperamento, in quantum facere poſsit [x]. In hæredes autem datur,
quatenus ad eos peruenit [y]. Venit autem in hanc actionem rei reſtitu 11
tio, quæ omni modo reſtituenda eſt in eum ſtatum, in quo fuit ante ali-
enationem [z], reuocato nimirum dominio, omni'que iure, quòd in alium
eſt translatum [aa]. Veniunt & fructus, [bb] qui uidelicet tempore alienatio-
nis terræ cohæſerunt, & qui poſt inchoatum iudicium percipiuntur. Nam
medio tempore perceptos, in reſtitutionem non uenire uerius eſt [cc]:
propterea

*a l ait Prætor.10.h.t.*
*b l.ut in caſu. qui autem. 6.§. ſimili. & l.has in factum.14. hoc tit.*
*c l.2. cum ibi not.C.eod.*
*d l.1. §. hæc actio.5. ſi quis in frau.patr. l.qui à debitore.9. hoc tit.*
*e l.ait Prætor. 10.§.ita demũ. h.t. l. patronus. 6. de probat.*
*f l.omnes.17. §.Lucius. h.t.*
*g d.l.6.§. hoc edictum.l.pe.C. eod.*
*h d.l.6.§.pe. et fi.l.5.C.eod.*
*i d. l. qui autẽ. §.apud. Labeonem.l.illud.13. hoc tit.*
*k l.1. §.1.l.2.3. 4.5.6.h.t.*
*l d.l. ait Prætor.§.1.cum ſeq.*
*m d.l.qui autẽ. §.præterea.*
*n d.l.ait Præt. §.ult. cum l.ſeq.*
*o d. l. qui autẽ. §.apud.d.l.ait Prætor. §.ſi cũ.*
*p l.2.C. eod.*
*q l.1.§.ait ergo. l.2. & l.3.h.t.l. 1.C.eod.*
*r d.l.qui autem. §.pe.*
*s l. qui à debitore.9.h.t.*
*t l. fi.§.fi.h.t.*
*u l. 6. de dolo mal. x l.fi.C.eod. t. y d. l. ait Prætor.§.fi.cum l.ſeq. z d.l.ult.§.ſi à ſocio. aa l.ſi ſciens.26.de contra.empt.§.item ſi quis.Inſt.de actio.l.hac in factum.14.l.ait Prætor.10.§.pactum hoc tit. bb d.l.ait.Prætor.§.per hanc. l. uideamus. 38. §.in Fauiana de uſur. cc d.l.fi.§.non ſolùm.*

Propterea quòd hos poſſeſſor ratione tituli & dominij quod habuit, meri-
tò lucretur, quantumuis reliqua cōmoda medij temporis in hac actione re-
12 putentur [a]. Competit autem hæc actio ex die factæ alienationis [b], & qui-
dem intra annum utilem indiſtinctè, etiam aduerſus eum qui particeps do-
li non fuit: poſt annum in fraudulentos tantum in id quod ad eos peruenit,
aut peruenire potuit [c].

a d. l. ait. Prætor. §. pactum.
b d. l. qui autē. §. ult. d. l. ait. Prætor in prin. hoc tit.
c d. l. ait Prætor. §. hæc actio.

# DIGEST. LIB. XLIII.

## DE INTERDICTIS, SIVE EXTRAORDINARIJS ACTIONIBUS quæ pro his competunt. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *De interdictis & extraordinarijs actionibus.*
3 *Vnde dicta ſint interdicta, & quid ſint.*
4 *Diuiſio & ſpecies interdictorum.*
5 *Cauſa efficiens.*
6 *Materia.*
7 *Forma & differentia edictorum ac interdictorum.*
8 *Finis.*

1 EXpoſitis ordinarijs poſſeſsionū iudicijs, ſequitur ut de extra-
ordinarijs diſſeramus: quæ ſunt interdicta ſeu extraordinariæ
actiones, quas interdictis poſterior ætas ſubſtituit. Nam o-
2 lim quidem interdicta reddebantur à Prætoribus, ſed poſtea
formulis & impetrationibus ſublatis [a], ex cauſa interdictorum
extraordinarijs actionibus, ſine ulla ſolennitate agi eſt cœptum [b]: ut ueriſi-
mile ſit, illa inſcriptionis huius tituli uerba, ſiue extra ordinarijs actionibus
à compoſitoribus iuris adiecta, neq; accepta eſſe aut ex perpetuo edicto,
aut commentarijs Iuriſconſultorum ad edictum ſcriptis: cum horum ætate
3 Prætores adhuc interdicta redderent. Interdicta ab interdicēdo, hoc eſt
uetando dicta ſunt, ut tradit Donatus in Hecyra Terentij. Interdicere enim
prohibere eſt: ut cum dicimus alicui interdici bonis [c], aqua & igni [d], &c.
Quam etymologiā ſequi uidetur & innuere Plautus in Aſinaria: Nequeo,
inquit, ego te interdictis facere manſuetam meis: & Cicero [e], cum edictum
Verris, quo prohibet ne pater gratis filium captiuum inuiſere poſsit, tyrā-
nicum interdictum uocat. Quare uerius eſt, interdicta ab interdicendo di-
cta. Prætor enim utplurimum interdictis prohibere quid ſolet: ac ſi quā-
do iubet, eæ ipſæ iuſsiones uim prohibitionis habent. Alijs placet interdi-
cta appellari, quòd inter duos aut interim dicātur, dum plenius de toto ne-
gocio cognoſcatur [f]. Interdicta olim erant formæ & conceptiones uerbo-
rum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tūc
maximè fiebat, cum de poſſeſsione aut quaſi poſſeſsione inter aliquos con-
tendebatur [g] aliquanto ſignificantius, Theophilus [h]: Interdictū, inquit,
eſt enunciatum Prætoris inter duos, qui de poſſeſsione contendunt, emiſ-
ſum: facti quidem ſpeciem cauſamq; non planè definiens, ſed quomodo de
ea iudicandum ſit, iudicem informans. Actiones extraordinarias, quæ ſub-
latis formulis & impetrationibus loco interdictorum introductæ ſunt, ni-
hil aliud eſſe dicendum eſt, quàm agendi formam, citra ſolennitatem ſub-
tilitatem'que uerborū, & iuris ciuilis, ex cauſa interdicti ſimpliciter in rem
conceptam, qua de poſſeſsione inter aliquos diſceptatur [i].
4 Diuiſio interdictorum partim ſumitur à materia. Alia enim perti-
nent ad res diuini iuris, alia ad ea quæ ſunt hominum: & horum quædam
reſpiciunt

a tot. tit. C. de formu. ſub.
b §. fi. Inſt. eo.
c l. is cui bonis. 6. de uerb. oblig. l. 1. de curato. fur.
d l. qui dolo. §. fin. ad l. Iul. de ui publico.
e in 7. Verrina.
f §. 1. uerſic. ſunt tamē. Inſtit. eod. Alciat. lib. 3. παρέργων. cap. 5.
g in prin. Inſt. eod. Cic. pro A. Cec. Quintil. lib. 7. cap. 6.
h in princ. Inſt. eod.
i l. 1. §. pe. h. t. d. §. fi. ubi Theophil. Inſt. eod.

reſpiciunt illa quæ nullius numerantur in bonis: quædam ea quæ ſunt alicuius [a], partim à forma interlocutionis. Nam quædam ſunt prohibitoria, quibus Prætor prohibet: quædam reſtitutoria, quibus iubet reſtitui: idq; dupliciter. Interdum enim mandat reſtitui poſſeſsionem rei [b], interdum uerò factum ipſum reſtitui, id eſt reponi, reduciq; in antiquum ſtatum & formam, ſublatis ijs per quæ res erat immutata [c]. Quædam uerò exhibitoria, quibus iubet exhiberi [d]. Deinde interdictorum alia in præteritum, alia in preſens, alia in futurum referuntur [e]. Item quædam ſimplicia ſunt, ut pleraque: nonnulla duplicia, in quibus uterque litigator duplicem perſonam ſuſtinet, & actoris & rei [f]. Quędam annalia ſunt, quædam perpetua, partim à fine. Nam quædam publicæ utilitatis cauſa [g], quædam iuris ſui tuendi, quædam officij gratia ſunt comparata [h]. Item pleraque interdicta poſſeſsionis controuerſiam, nonnulla proprietatis cauſam continent [i]. Poſtremò interdicta aut adipiſcendæ ſunt poſſeſsionis, aut retinendæ, aut recuperandæ [k].

Ad finiendas poſſeſsionum controuerſias, Prætor interdicta protulit. 5
nam oborta de poſſeſsionibus contentione, ne interea dum litigabatur, ad uim & arma res deueniret, utroque litigatorum in poſſeſsionis utilitatem imminente, Prętor ſtatim aliquid inter eos interdicebat: puta uetando uim fieri, donec cauſa ordinario iudicio plenius diſceptaretur.

Materia de qua interdici ſolet, ſunt res tam diuini quàm humani iuris [l]. 6

Forma uerò optimè intelligi poteſt ex diſcrimine, quo interdictum ab 7
edicto diſiungitur. Hæc enim differunt tanquam cauſa & effectus: ut enim ex legibus actiones ſiue conditiones [m], ita ex edictis oriuntur interdicta [n]. Solent autem Prætores inituri magiſtratum, ne quid dare uiderentur cuiuſquam odio aut gratiæ, edicta generalia proponere, ſine ullis perſonarum ac rerum circumſtantijs: ut inde ſciri poſſet, qua deinceps ratione de rebus futuris, durante officio, ius dicturi eſſent: ut oſtendit Cice. [o] unde & edicta, authore Theophilo, ſunt appellata [p]. Edicere enim prædicere eſt, ut apud Cice. de Finib. Eſt tibi edicendum quid obſeruaturus ſis. & in libello de Amicitia: Alius finis amicitiæ conſtituendus eſt, ſi prius, quod Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero. & ad Q. fratrem: Comitia edicta ſunt ad II. calendas Febr. At interdicta, ſicuti actiones, ex edictis, flagrante iam contentione, litigatoribus à prætore reddebantur: non ut inter omnes, ſed inter litigantes ius facerent, donec plenius in petitorio iudicio res tota examinaretur. & hoc eſt quod uoluit Vlpian [q], cum ait: Interdicta omnia licet in rem uideantur concepta, ui tamen ipſa perſonalia eſſe: hoc eſt, quamuis uideantur generaliter de re & poſſeſsionibus loqui, ui tamen, id eſt poteſtate & effectu, ad certas perſonas pertinere. Quod enim Prætor inter litigantes interdicit, nõ continuò inter certos ius facit, ut nec res inter alios actæ iudicatæue [r]. Hodie tamen poſtquã interdicta in Pandectas ſunt relata, ea certum ius, ſicuti aliæ leges, inter omnes faciunt: quanquam illud adhuc uerum ſit, poſſeſſorium iudicium inter alios conſtitutum, alijs nec obeſſe, neque prodeſſe. Inter litigatores autem olim interdictum ualebat, neq; Prætoris iuſſum detrectare fas erat [s]. Verùm uſu ſæpe uenire neceſſe fuit, ut interdicto rixa non ſopiretur, altero litigatorum aſſeuerante, ſe nihil contra interdictum feciſſe aut facere, quod alter negaret. exẽpli cauſa: Prætor ita interdicit, uti poſsidetis, nec ui, nec clàm, nec precariò alter ab altero, ita poſsideatis. Hoc interdictum non ſemper finiebat controuerſiã, cum fortè alter intenderet, aduerſariũ non poſsidere, aut certè ui poſsidere: alter contrariũ tueretur. Hoc ergo caſu Prætor cũ interdicti formula litigatores ad iudicem

a l.1. in princ. l.2.§.1.h.t.
b tot. tit. unde ui. cum ſimil.
c l.2. reſtitu.is. §. Prætor ait, ne quid in uia. ĵ. ne quid in le. pub. l. 1. in princ. quod ui aut clàm.
d l.1.§. interdictorum. h.t. §.1. Inſtit. eod.
e l.1. §. pe. h.t.
f l. 2. in princ. hoc tit.
g l.1.§. fin. h.t.
h l.2. §. homini. h.t.
i d. l.2. §. quædam.
k d.l.2.§. fin.
l l.1. in princ.
m l. unica. ſ̃. de cõdictio. ex lege.
n l.1.§.1. ſ̃. de oper. no. nuncia.
o lib.3. in Verrem.
p §. ſed & quod principi. et §. Prætorũ. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.
q in d. l.1. in fi.
r l. ſæpe. 63. ſ̃. de re iudic. tot. tit. C. res inter alios actas.
s l. fin. ĵ. ne quid in loco publico.

ad iudicem pedaneum ablegabat, coram quo cauſa ſummatim & extraordinarie, id eſt, citra ſcrupuloſam iudicij ſolennitatem, iuxta formam interdicti examinabatur [a]. Itaq; prout caſus ferebat, aut ſtatim cum interdicto formulam iudicij petentibus litigatoribus, ad pedaneum iudicem deferendã Prætor dabat: aut ſi uidebantur acquieturi, neq; quid ultrà poſtularent, interdicebat duntaxat, & iudicium, ni paritum eſſet, in futurum pollicebatur. Qua ratione factum eſt, ut quædam interdicta ita cõcepta ſint, ut iudiciũ in futurum polliceantur [b]: quædam autem præſens, ut poſtea uidebimus. Sed ne quis temerè falſóue cauſam ſuam interdicto cõgruere apud Prætorem teſtaretur, eóq; litem calũnioſè excitare auderet: olim uſitatum erat, ut ſpõſiones depoſitis pecunijs litigatores facerẽt, ni interdicto cauſa cõgrueret, aut nihil contra illud eſſet factũ. Quę pecunia poſtea uictori cedebat, ut intelligi licet ex oratione pro A. Cecin. & Quint [c]. Poſtea ſublatis per cõſtitutiones impetrationibus & formulis, agi cœptũ eſt ex cauſa interdictorum extraordinarijs, hoc eſt minus ſolennibus actionibus, tanquam ſi interdictum redditum eſſet [d]: perinde atq; ex perpetuis edictis perpetuæ actiones competere cœperũt, poſtquam deſitum eſt, ea quotannis à Prætoribus proponi. Nam & interdicta in edictum perpetuum à Iuliano fuiſſe relata, indicio ſunt Conſultorum reſponſa, in his titulis congeſta: quę ex commentarijs ad edictum perpetuum conſcriptis hauſta eſſe, ipſa inſcriptio docet. Ex his utcunq; apparet antiqua interdictorum ratio, cuiuſmodi fuerit, quantumq; ab edictis diſtet. Edicta enim generalia ſunt: at interdicta, uelut actiones, perſonis & rebus præſentibus accommodata. Et ut uno uerbo complectar, edicta formam & uim legum, interdicta actionum habent.

8 Finis interdictorum eſt, ut poſſeſsionum iura defendantur [e]. Nam etſi quædam rei perſecutionem, hoc eſt proprietatis cauſam continent [f], tamẽ id magis fit per conſequentiam ex qualitate rei, qua de agitur, quę iudiciũ petitorium poſt ſe non admittit, quàm ex natura aut forma interdicti. Omnia enim interdicta de uſu & iure poſſeſsionum loqui, poſtea deprehendetur. Deinde pertinent interdicta ad ordinationem iudiciorum, quibus res uendicantur. Nam hęc rectè inſtitui nequeunt, niſi prius expeditum fuerit, uter litigatorũ petitor, uter poſſeſſor ſit: ad quam cognitionem aditum interdicta patefaciunt [g].

*a Theoph. in princ. Inſt. eod.*

*b l. 1. de ui & ui arma. l. 1. ne uis fiat ei. & cũ ſimilib.*

*c lib. 7. cap. 6*

*d §. fin. Inſt. eo.*

*e Quint. præalleg. loco.*

*f l. 2. §. quadã. hoc tit.*

*g l. inter litigãtes. 62. ubi Dd. de iudicijs.*

## QVORVM BONORVM. TIT. II.

1 *Diſpoſitio titulorum ſequentium.*
2 *Continuatio huius tituli.*
3 *Verba interdicti.*
4 *Cur dicatur reſtitutorium.*
5 *Ratio interdicti.*
6 *Differentia inter hoc interdictum & petitionem hæreditatis.*
7 *Cui, aduerſus quem ex hoc edicto detur actio.*
8 *Cuiuſmodi detur actio, & quid in eam ueniat.*

1 DIximus, interdicta aut de rebus diuinis, aut de humanis proponi. De diuinis, ut de locis ſacris uel religioſis: de rebus hominum interdicta redduntur, aut de ijs quæ ſunt nullius in bonis, puta de homine exhibẽdo, aut quæ ſunt alicuius. Hæc porrò ſunt uel publica, uel ſingulorum. Quæ ſingulorum ſunt, aut uniuerſitatem rerum complectuntur, aut res ſingulas.
2 Cum autem uniuerſalia particularibus amplitudine præſtent: prius de his interdictis, quæ ad uniuerſitatem rerum pertinent, uideamus. Quo in genere primum eſt interdictum, Quorum bonorũ. quod licet etiam ad res

partic-

particulares competat[a], ſicuti petitio hæreditatis[b]: tamen ſua natura uni-
uerſalis eſt. Huius autem interdicti, uerba hęc ſunt: QVORVM BONO- 3
RVM EX EDICTO MEO ILLI POSSESSIO DATA EST, QVOD
DE HIS BONIS PRO HAEREDE AVT PRO POSSESSORE POS-
SIDES, POSSIDERES'VE SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET,
QVOD'QVE DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES POSSI-
DERE, ID ILLI RESTITVAS[c].
Hoc interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis eſt[d], & reſtitutorium abuſi- 4
uè dicitur: quia Prætor iubet poſſeſsionem reſtitui, quam bonorum poſſeſ
ſor nunquam habuit[e]. Quo in ſignificatu nonnunquam uerbum reddendi
accipitur[f]: ut cum dicimus, redditas nobis literas, quas antea nunquam ha-
buimus. Fuit autem neceſſarium interdictum hoc, ad poſſeſsionem con- 5
ſequendam. Nam etſi per decretum Prætoris bonorum poſſeſſor, ius & do
minium hæreditatis, tanquam hæres adipiſcatur[g]: tamen poſſeſsionē cor-
poralem, quæ facti[h] eſt, non habet ex decreto Prætoris, ſed à poſſeſſore ea
eſt petenda[i]: qui ad traditionem faciendam interdicto fuit compellendus.
Quanquam autem petitio etiam hæreditatis hoc caſu competat: tamen u- 6
tilius eſt agere ex hoc interdicto, quàm ordinaria hereditatis petitione. In
hoc enim non tam exactæ probationes, ut in ordinarijs iudicijs requirun-
tur[k]. Deniq; non poteſt hic obijci exceptio dominij[l]: nec à ſententia poſ-
ſeſsionis appellatur[m]. Datur actio ex hoc interdicto, directa quidē bono- 7
rum poſſeſſori, cui ſpecialiter Prætor prouidit, ut decretam à ſe poſſeſsio-
nem tueretu: utilis autem ex interpretatione, cuilibet hęredi[n]: aduerſus
eum qui pro hęrede eius, cuius de hęreditate agitur, uel pro poſſeſſore poſ
ſidet. Nam contra titulo iuſto poſsidentes, cum ne quidem petitio hæredi-
tatis detur, multo minus interdictum competere dicendum eſt: quod in pa
ri cauſa & titulo poſſeſſor obtinere debeat[o]. Qua de re alibi plura tradun-
tur[p]. Datur itaq; contra poſſeſſores rerum hæreditariarū, non etiam in
debitores defuncti: quibus cum perſonalibus actionibus eſt agendum,
cum nullum in rebus debitis, neq; dum traditis, defunctus ius habuerit: un-
de exemplo defuncti cui ſuccedit, perſonalibus condictionibus hæres exi-
gere eiuſmodi debet[q]. quanquam petitio hæreditatis quæ non poſſeſsio-
nem facti, ſed ius hæreditariū perſequitur, quod certè etiam apud debito-
rem eſt, meritò aduerſus hunc detur[r]. Eſt autem hoc iudicium uniuerſa- 8
le, ſicut & ipſa bonorum poſſeſsio ſiue hæreditas[s]. Quo iudicio petitur re-
ſtitui, hoc eſt tradi, omnium rerum hęreditariarū poſſeſsio: nec modò earū,
quæ poſsidentur, ſed etiam quæ dolo culpáue poſſeſſoris abſunt. uerbi gra
tia: Quia paſſus eſt uſucapi, uel frauduleuter alienauit, ut uerba interdi-
cti oſtendunt: POSSIDEAS'VE, SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET,
QVOD'QVE DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES POSSI-
DERE. Nam eiuſmodi fraudatores pro poſſeſſoribus habētur[t]: quia pro
poſſeſſore dolus eſt[u].

a l. hoc amplius. 29. de furt. Bart. in l. 1. §. hoc interdic. h. t.
b l. licet minimam. 10. de pet. hær.
c l. 1. in princ. hoc tit.
d d. l. 1. in fi.
e §. adipiſcendæ. uerſic. ideo. Inſt. eod.
f l. uerbum reddendi. 94. de uerb. ſig. l. cum quidem. 24. de legat. 2.
g l. 1. de bonor. poſſ. l. fi. C. qui admitti. ad poſſ.
h l. poſſeßio. 49. de acquir. poſſeß.
i l. 3. §. 1. de bonor. poſſ. l. cum hæredes. 23. de acquir. hæredit.
k Bart. hic & in l. 1. C. eod.
l l. fi. C. eod.
m Bart. in l. 1. C. eo. per l. unic. C. ſi à moment. poß. c. querelā. de electi.
n l. 1. C. eod.
o C. in pari. de reg. iur. in VI. §. cōmodum. Inſtit. de interdic.
p Bart. & Doctor. in d. l. licet. de pet. hæredita. et in l. 1. h. t. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollend. & j. l. 1. C. eod.
q l. 2. h. t.
r l. etiam. 15. §. fi. de pet. hæred.
s l. hæreditas. 63. de reg. iur.
t c. pro poßeß. de reg. iur. in VI.
u l. qui dolo. 17. de reg. iur.

## QVOD LEGATORVM. TIT. III.

1 *Continuatio.*
2 *Cuiuſmodi ſit hoc interdictum, & quid contineat.*
3 *Ratio interdicti.*
4 *Regulam, dolo facis, qui petis quod reſtituere debes, hic locum non habere.*
5 *Primum caput interdicti.*
6 *Cui, aduerſus quem hæc actio detur.*
7 *Ad quid.*
8 *Secundum caput.*

Huic

1 HVic affine eſt interdictum, Quod legatorum. Vt enim ſuperius ad to-
tam hæreditatem ſpectat, ita hoc ad partem, quæ ex hæreditate debe-
tur: nempe ad legata, quę nonnunquam uniuerſitatem bonorum compre-
2 hendunt[a]. Eſt autem adipiſcendæ poſſeſsionis interdictum, & continet
hanc cauſam, ut quod quiſq; legatorum nomine non ex uoluntate hæredis,
ſed propria autoritate occuparit, id reſtituat. Etenim æquiſsimum prætori
3 uiſum eſt, unumquemq; non ſibi ipſi ius dicere, occupatis legatis, ſed hoc
ab hærede petere[b]. Nam etſi lex ciuile quoddam dominium à morte teſta-
toris transfert in legatarium[c], unde & rei uendicationem habet[d], quæ do-
mino tantũ datur[e]: tamen illud traditione ex iure naturæ confirmari, resq;
ab alio poſſeſſa non occupari, ſed legitimè peti debet[f]. Periculoſum enim
eſt, & peſsimi exempli, quemq; ſibi ius dicere[g]. Rediguntur igitur ad hære-
4 dem, per hoc interdictum ea quæ legatorum nomine poſsidentur: ſic ta-
men ut legatarijs ſit integrum, hoc nomine heredes denuò conuenire[h]: ne-
que dolo poteſt uideri facere hęres, qui petit id quod reſtituere debet. nam
ea regula in petitorijs duntaxat locum habet[i], non in iudicijs poſſeſſorijs,
ut ſunt interdicta: in quibus ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus[k]. Dein-
de uſuuenire poteſt, ut neceſſe non ſit, integram reſtitutionem ab hærede
fieri, neq; integra legata ſolui debeãt: uel propter Falcidiam, quam ex ijs re-
tinere hæres poteſt[l]: uel quia hæreditas ære alieno grauata eſt. Creditorum
enim potior eſt, quàm legatorum cauſa[m]. Duo autem ſunt huius interdicti
5 capita: quorum primo quod huc pertinet, ita cauetur: QVOD LEGA-
TORVM NOMINE, NON EX VOLVNTATE EIVS AD QVEM
EA RES PERTINET, VIDELICET HAEREDIS AVT BONO-
RVM POSSESSORIS, QVIS OCCVPAVIT, AVT DOLO MA-
6 LO DESIIT POSSIDERE, ID ILLI RESTITVAS[n]. Ex hoc capi-
te actio datur hæredi, bonorumúe poſſeſſori, horumq; hæredibus[o]: aduer-
ſus legatarios, aut eorum hæredes[p], non autẽ in donatarios, cauſa mortis[q].
Nam hi ex uoluntate defuncti poſsident, ut hæredi meritò pręferantur: ne-
que intereſt hæredis reſtitutionem ab his fieri, cum Falcidiam ipſo iure ſal-
uam habeat[r]: propterea quòd non ex ſua, ſed teſtatoris uoluntate poſſeſsio
translata ſit, etiamſi de legatis quæ ſcienter ab hærede ſoluuntur, nihil detra
7 hi poſsit[s]. Datur autem hæc actio in hoc, ut uel res propria autoritate oc-
cupatas conuentus reſtituat, uel in id quod intereſt, condemnetur[t]: quod
obtinet, cum legatarius res legatas ante hæreditatem ab hærede poſſeſſam
inuadit. mitius enim cum eo agendum fuit, qui rem iuris interpretatione[u]
ſuam, à nemine poſſeſſam occupaſſet. Quòd ſi iã ab hærede poſſeſſam uio-
lenter ſubtrahat, aut ui extorqueat, iure legati cadit[x]: exemplo aliorum uio
8 lentorum creditorum[y]. Secundo capite prætor legatarijs aduerſus hære-
des conſuluit, qui cautionem facere detrectant. Nam hæc quæſtio præce-
denti coniungi permiſceriq; ſolet: NISI, inquit, SATISDATVM SIT
LEGATORVM NOMINE, IN POSSESSIONEM MITTAM[z]. Qua
de re plura alibi diximus[aa].

a l. qui quartã. 15. l. nõ amplius. 29. de legat. 1.
b l. 1. in princ. hoc titul.
c l. à Titio. 66. de furt.
d l. 1. & 2. C. cõmunia. de leg.
e l in rem. 24. de rei uend.
f l. ſi ex ſtipulatione. 5. ſ. de acquir. poß. l. 1. §. 4. parui. ſ. quod ui aut clã. l. miles. 6. §. qui iudicati. ſ. de re iud. l. dotis actio. 19. C. ſolut. matr.
g l. unica. C. ne quis in ſua cauſa.
h d. l. 1. in prin.
i l. dolo. 8. ſ. de doli mali excep.
k c. 1. 6. 7. & tot. tit. de reſtit. ſpoliat.
l l. 1. §. ſi qs. h. t.
m l. fi. §. licẽtia. C. de iure deliberandi.
n d. l. 1. in prin. & §. quod ait prætor. 1. & 2.
o l. 1. in princ. uerſ. hoc interd.
p d. l. 1. §. legat.
q d. l. 1. §. ſi quis mortis.
r in prin. Inſt. de donat. l. 1. de don. cauſ. mort.
s l. error. l. ad l. Falcid.
t l. 2. §. ex hoc interdicto. h. t.
u l. à Titio. de furt. l. 1. & 2. C. cum de legat.
x l. 5. C. de leg.
y l. extat. 13. quod met. cauſ. l. ſi qs. 7. C. unde ui.
z l. 1. §. pe. & fin. l. 2. §. 1. h. t.
aa ſ. ad tit. ut leg. nomine caueatur.

## NE VIS FIAT EI QVI IN POSſeſsionem miſſus erit. Tit. IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Summa edicti.*
3 *Verba.*
4 *Duo interdicta hinc dari.*
5 *Ad quid.*
6 *An pœnale hoc ſit iudicium ut in hæredes tranſeat.*

AD uniuerſalia interdicta pertinet & illud, quod redditur ex generali 1
edicto, ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt: quo prætor om- 2
nes omnium poſſeſsiones à ſe decretas, tuetur: promiſſo interdicto, ſiue iu-
dicio aut actione, ſi edicto non paritum eſſe dicatur. Verba eius ita habent:
SI QVIS DOLO MALO FECERIT, QVO MINVS QVIS PER- 3
MISSV MEO, EIVS'VE CVIVS IVRISDICTIO DE EA RE FVE- "
RIT, IN POSSESSIONE BONORVM SIT, IN EVM IN FACTVM "
IVDICIVM, QVANTI EA RES FVERIT OB QVAM IN POS- "
a l.1.in princ. hoc tit. SESSIONEM MISSVS FVIT, DABO[a]. Hinc interdictum redditur 4
partim prohibitorium, partim reſtitutorium[b]. Nam in edicto diſertè ius fie
b l.3.§.pe.h.t. ri prohibebatur, ut ex inſcriptione huius tituli intelligi licet: interdictorum
enim inſcriptiones, à primis cuiuſque interdicti uerbis deſumi, palàm eſt. Pla
nè ut probabile ſit, non integrum hic edictum in Pandectas à compoſito-
ribus eſſe relatum: ſed eam tãtum partem, quæ potiſsimùm ad interdictum
& actionis ſpeciem pertineret. Ergo & prohibitorium interdictum fuit, ex
forma edicti, & etiam reſtitutorium: quia eiuſmodi iudicium Prętor polli- 5
cetur. iubet enim poſſeſsionem reſtitui, aut niſi factum erit, damnari reum,
c l.1.§.hæc uerba.l.2.l.fin.h.t. quanti ea poſſeſsio eſt[c]. Hanc actionem excepta legatorum miſsione intra
annum competere, & non poſtea, ſciendum eſt, cum ſit pœnalis. Non enim 6
datur in quãtum ea miſsio eſt, quæ cuſtodiam potius quàm utilitatem miſ-
ſo creditori adfert: ſed quanti ea res eſt, ob quam in poſſeſsionẽ quis mit-
d l.1.in princ. & §.hæc uerb. titur[d]. Quæ cum poſſeſsione longè ſit impenſior, meritò hæc actio pœnalis
dicitur: neque enim damnũ quod quis ob impeditam facto alterius, ereptámque
poſſeſsionem habet, ſed omne illud continet, cuius gratia poſſeſsio decreta
fuit. Quare cum ſupra id quod intereſt, ſupráque utilitatem interuerſæ poſſeſ
ſionis damnetur reus, meritò pœnalis cẽſetur actio: eáque ratione nec in hæ-
redes, ſimileſque perſonas dabitur, niſi in id quod ad eos peruenit: quamuis
e l.1.in fin.h.t. hæredibus alijſque ſucceſſoribus non denegetur[e]. Quia à parte agentis, id-
quod intereſt & rei perſecutionem continet.

## DE TABVLIS EXHIBENDIS. TIT. V.

1 *Continuatio.*
2 *Verba interdicti.*
3 *Ad quas tabulas pertineat.*
4 *Conciliatio antinomiæ.*
5 *Cui detur hæc actio.*
6 *Aduerſus quem, & quando, ea ceſſante officio prætoris, tabulæ exhibeatur.*
7 *Ad quid detur.*
8 *Quamdiu duret, & an in hæredes tranſeat.*

AD cauſam etiam uniuerſitatis, nẽpe hæreditatis, refertur interdictum 1
de tabulis teſtamenti exhibendis. Nam ijs non uiſis, nihil de hæredita
te agi poteſt[a]. Prætor ait: QVAS TABVLAS LVCIVS TITIVS AD 2
a l.de his.6.de tranſactio. CAVSAM TESTAMENTI SVI PERTINENTES RELIQVISSE "
DICETVR, SI HAE PENES TE SVNT, AVT DOLO MALO "
TVO FACTVM EST, VT DESINERENT ESSE, ITA EAS "
ILLI EXHIBEAS: ITEM SI LIBELLVS, CODICILLI, ALIVDVE "
b l.1.in princ. & §.hoc interdictum.h.t. QVID RELICTVM ESSE DICETVR, DECRETO COMPREHEN "
DAM[b]. Hoc interdictum tabulas duntaxat teſtamenti, non etiam reliqua- 3
rum actionum inſtrumenta concernit: quorum copia actione ad exhiben-
dum pe-

dum petenda eſt[a]: nec ad uiuentis teſtamentum pertinet, ſed defuncti[b].
Neq; tamen ſolùm in perfecto teſtamẽto, ſed etiam in falſo aut imperfecto
4 locum habet. Non enim de iure ſcripturæ, ſed de ea exhibenda quæritur, ut
poſtmodum de ualore eius cognoſcatur[c]: quod ſi & falſum ſit, & imperfe-
ctum teſtamentum, idq; euidenter appareat, uel apparere in cõtinenti poſ-
ſit: ſane cauſa non erit, quare interdictum hoc detur, cum agentis intereſſe
nequeat talem ſcripturam exhiberi. atq; ita accipiendum arbitror Aphrica-
5 ni reſponſum[d]. Ex hoc interdicto datur actio omnibus, quibus aliquid in
teſtamento, uel libello, ſiue codicillo adſcriptum eſt, quorumq; intereſt ex-
hiberi[e] (nam horum cenſentur eſſe tabulæ[f]) dummodo iurent, quòd ſua
6 intereſſe credant[g]. Datur autem aduerſus poſſeſſorem uel tabularum deten
torem[h], qui negat ſe tabulas poſſidere, uel exhibere ob certam probabi-
lemúe cauſam oportere[i]. Nam ſi quis confiteatur, ſe poſſidere, nec ullam
iuſtam cauſam prætendat, quare exhibere non debeat, in hunc Prætor in-
terdictum non reddit. Quorſum enim in re aperta & euidenti, cui ulterio-
re cognitione non ſit opus? ſed ipſe ſtatim ex officio cogere eum debet ad
exhibendum[k]. Qui ergo negat ſe habere tabulas, aut exhibere oportere, re-
ctè conuenitur hoc interdicto in id ut eas exhibeat, id eſt apprehendenda-
7 rum copiam apud magiſtratum faciat[l]. Quod niſi factum erit, condemna-
8 bitur quãti actoris intereſt[m]. Interdictum hoc & poſt annum, & hæredi cæ-
teriſq; ſucceſſoribus competit[n]: non autem in hæredes, niſi detineat, aut in
dolo malo ſint. Nam hoc interdictum rem perſequitur, & in unumquemq;
poſſeſſorem ſuo nomine competit, uel quia poſſidet, uel quia dolo fecit,
quo minus poſſideat: ut non opus ſit hic quęrere, an in hæredem hæc actio
detur: idq; exemplo actionis ad exhibendum[o], cui hoc interdictum ualde
eſt affine, ab eaq; tantummodo obiectis & materia differt.

a tot. tit. ſ. ad exhibendum.
b l. 1. §. fin. l. 3. §. 1. hoc tit.
c d. l. 1. §. ſiue.
d l. ſi quis legatum. ſ. ad leg. Cor. de falſis.
e l. 3. §. interdictum. uerſic. ſolum. hoc tit.
f l. 2. quemad. teſta. aper.
g l. eius quod. C. quẽadmodũ. teſta. aper.
h l. 3. §. 1. h. t.
i l. 1. §. 1. h. t.
k d. l. 1. §. 1. l. 2. §. fi. ſ. quemad. teſta. aperia.
l l. 3. §. hoc interdic. h. t.
m d. l. 3. §. fi.
n d. l. 3. in fin.
o l. de eo. 12. §. fin. ad exhibendum. ſ.

## NE QVID IN LOCO SACRO FIAT. TIT. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Edictum.*
3 *Quid appellatione ſacrorum ueniat.*
4 *Alterum edictum reſtitutorium.*
5 *Actionem hanc eſſe popularem.*

1 ET hæc de interdictis quæ uniuerſitatem rerum continent. Porrò ſin-
gularia interdicta pertinent aut ad Reſpub. aut ad priuatas. Publicæ
res uel diuini iuris uel humani cenſentur. De diuinis rebus generale pro-
2 poſitum eſt interdictum hoc modo: IN LOCO SACRO FACERE,
,, (non ad ornamentum uidelicet, ſed detrimentum[a]) INVE EVM IM-
3 MITTERE QVID, VETO[b]. Appellatione ſacrorum etiam ſancta loca
ueniunt, quæ uiolari aut habitari ſine permiſſu principis non poſſunt[c].
Porrò de religioſis locis alibi[d] eſt expoſitum. Et hoc quidem interdi-
4 ctum prohibitorium eſt. ſed & reſtitutorium de locis ſacris extitiſſe, autor
,, eſt Vlpian.[e] IN LOCO, inquit, SACRO NON SOLVM FACERE
,, QVID, SED ET FACTVM RESTITVERE IVBEMVR, PROPTER
5 RELIGIONEM. Ex hoc interdicto cuilibet de populo datur actio[f]: quia
publicè intereſt, publica loca ſarta tectaq; ſeruari[g].

a Bart. hic in l. 1.
b l. 1. hoc tit.
c l. 2. & 3. h. t.
d in tit. de mortuo infer. & de relig. & ſumpt. funer.
e in l. 2. §. locorum. ſ. ne quid in loco public.
f l. ſi quis in hoc. 10. C. de epiſco. & cler.
g l. 2. §. 1. ne quid in loco publico.

## DE LOCIS ET ITINERIBVS publicis. Titul. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Summa huius interdicti.*

DE publicis rebus, quæ ſunt humani iuris, primò edictum generale 1
propoſitum eſt, de locis & itineribus publicis: quo uetat Prętor quid 2
fieri, ad impediendum loci publici uſum, & quolibet poſtulante, ſe ad tuen-
dam rempublicam interdicturum pollicetur [a]. Interdicit autem ijs ferè mo-
dis, qui ſequuntur.

*a l. 1. & tot. hoc tit.*

## NE QVID IN LOCO PVBLICO uel itinere fiat. Tit. VIII.

1 *Quæ ſint loca publica.*
2 *Verba interdicti primi.*
3 *Verbum faciendi quomodo accipiatur.*
4 *Quare in factis ceſſet interdictum.*
5 *Cui, aduerſus quem, ad quid detur actio.*
6 *Cur ſpecialiter de uijs publicis interdicatur.*
7 *Interdictum de uijs prohibitorium.*
8 *Reſtitutorium.*
9 *De non impediendo uiæ uſu.*

DE publicis locis omnibus, id eſt ijs quę utilitatibus publicis & ſingu- 1
lorum ſeruiunt, nullius tamen priuati in bonis exiſtunt, ſed proprie-
tate ad uniuerſitatem pertinent [a], Prætor initiò generaliter interdicit: NE 2
QVID IN LOCO PVBLICO FACIAS, INVE EVM IMMITTAS, “
QVA EX RE QVID ILLI DAMNI DETVR, PRAETERQVAM “
QVOD EX LEGE, SENATVSCONSVLTO, EDICTO, DECRE- “
TOVE PRINCIPVM TIBI CONCESSVM EST: DE EO QVOD “
FACTVM ERIT, INTERDICTVM NON DABO [b]. Verbum facien 3
di latè patet, & quoquo modo factum comprehendit [c]. Ergo ſi nihil fiat ad
loci detrimentum, ſed perſona tantum uſu publicæ rei prohibeatur, puta
piſcari, ceſſabit hæc actio, & iniuriarũ erit agendum [d]. De eo quod factum 4
erit Prætor negat ſe iudicium daturum, ne uidelicet ruinis urbs facilè de-
formetur: & quia prohibitorium eſt, nõ reſtitutorium interdictum [e]. Nam
de reſtituendo ſpecialiter poſtea interdicit. Quod ita uerum eſt, niſi facilè
tolli id quòd factum eſt, poſsit [f]. Rectè autem additur, qua ex re quid
damni detur. Nam ſi nihil noceatur, ceſſat interdictum: quia nemo publi-
co uti prohibendus eſt [g]. Hoc interdictum populare eſt. Datur enim ex 5
eo cuilibet de populo actio [h] (nam omnium & ſingulorum, loca publica
defendi intereſt [i]) & quidem actio perpetua [k], contra naturam actionum
popularium [l]. Non enim facilè debuit præſcribi, quæ publicam utilitatem,
eamq́ pecuniariam continet: nam publica non præſcribuntur [m]. Datur au-
tem aduerſus quemuis in publico quid molientem, in hoc ut caueat non
fieri [n]. Ac ita quidẽ in genere de locis publicis interdicitur. Quia uerò uias
publicas, quas libera Republica Prætorias uel conſulares, poſt eam ab Au
guſtis occupatam, baſilicas & regias appellarunt, nullo modo impeditas
eſſe, multo maximè propter hominum & rerum commeatum Reipublicæ
intereſt: de his ſpecialiter Prætor interdixit. Et in primis quidem prohiben-
do ad

*a l. 2. §. 1. & 2. hoc tit.*
*b l. 2. in princ. hoc tit.*
*c d. l. 2. §. cum quidam. & §. ſi quis.*
*d d. l. 2. §. ſi quis.*
*e d. l. 2. §. ſi quis nemine.*
*f d. l. 2. §. cum quidam. cum §. ſequen.*
*g d. l. 2. §. 1.*
*h d. l. 2. hoc interdictum perpetuum. 21.*
*i d. l. 2. §. 1.*
*k d. l. 2. §. hoc interdictum. 21.*
*l l. fi. de popul. actio.*
*m l. 2. ꝯ. de uia pub. l. competit. C. de præſ. 30. & c. l. res fiſci. Inſt. de uſucap.*
*n d. l. 2. §. ſi quis nemine.*

7 do ad hunc modum: IN VIA PVBLICA VEL ITINERE PVBLICO
,, FACERE IMMITTERE'VE QVID, QVO EA VIA ITERV'E DE-
8 TERIVS SIT, VETO [a]. Secundò reſtituendo: QVOD IN VIA, in-
,, quit, PVBLICA ITINERE'VE PVBLICO FACTVM IMMISSVM
,, HABES, QVO EA VIA, ID'VE ITER DETERIVS SIT, FIAT,
,, RESTITVAS [b]. Reſtituere eſt, in priſtinum ſtatum reducere [c]. Tertiò ſin-
,, gulariter de non impediendo uiæ uſu: QVO MINVS, inquit, ILLI VIA
,, PVBLICA ITINERE'VE PVBLICO IRE AGERE LICEAT, VIM
,, FIERI VETO [d].

*a l.2.§.ait Prætor in uia, &c.*
*b d.l.2.§.Prætor ait.2.*
*c d.l.2.§. reſtituas.pen.*
*d d.l.2.§.fin.*

## DE LOCO PVBLICO FRVENDO. Titul. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Duo ſingularia in hoc interdicto.*

1 VT ſuperioribus interdictis poſſeſsiones & uſum locorum Prętor tue-
tur: ita hoc interdicto detentionem ſiue fruitionem publicæ rei quæ
2 alicui eſt conceſſa: QVO MINVS, inquit, LOCO PVBLICO, QVEM
,, IS CVI LOCANDI IVS FVERIT, FRVENDVM ALICVI LOCA-
,, VIT, EI QVI CONDVXERIT, SOCIO'VE EIVS EX LEGE LO-
3 CATIONIS FRVI LICEAT, VIM FIERI VETO [a]. Hæc actio pu-
blicæ utilitatis gratia ad conſeruanda uectigalia, conductoribus publico-
rum locorum aduerſus inquietatores conceſſa eſt [b]: qua ſuam quaſi poſ-
ſeſsionem tueantur, cum nullam iure ciuili habeant [c]. Sed & ſocio publi-
cani datur, quod & ipſum ſingulare eſt: nam aliàs ex contractu ſocij non
poteſt ſocius niſi ceſſa actione uti [d].

*a l.1.hoc ti.*
*b d.l.1.§.1.*
*c l. ſi merces. 28.§.1.l. cum in plures. 62. §. meſſem locati.l. 2.C.de præſcri. 30.anno.*
*d l.3. in princ. cum ibi not. ſ. pro ſocio.l. loci. §. ſi fundus. ſi ſeruitus uendicetur.*

## DE VIA PVBLICA, ET SI QVID in ea factum eſſe dicatur. Tit. X.

SEd quia parum eſt, uſum uiarum liberum eſſe, niſi etiam purgentur eæ
& reficiantur, ut uſibus pateant [a], huic quoque rei prouiſum eſt. Vrbanis
quidem uijs edicto ædilium Curulium, penes quos harum cura eſt, qui ue-
tant aliquid immittere, facere, proijcere in uiam publicã, quod prætereun-
tibus aut impedimento aut noxæ eſſe poſsit: iubeatque unumquemque iuxta
propriam domum uiam publicam reficere & purgare [b].

*a l.3.§.utilitas. ſ. de itinere actuque priuato.*
*b l. unica. h.t.*

## DE VIA PVBLICA, ET ITINERE publico reficiendo. Tit. XI.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Cui, contra quem detur hæc actio.*
4 *Quare non utendo uia non amittatur.*
5 *Intellectus l.final.*

1 POrrò uijs ruſticis purgandis, quarum curam ſuſtinere magiſtratus ur-
2 bicus nequit, Prætor in ſubſidium hoc interdicto conſulit: QVO MI-
,, NVS, inquit, ILLI VIAM PVBLICAM, ITER'VE PVBLICVM APE-
,, RIRE, REFICERE LICEAT, DVM NE EA VIA ID'VE ITER DE-

DERIVS FIAT, VIM FIERI VETO [a]. Si quis ſpecie refectionis uiam faciat deteriorem, hoc eſt immutet, impunè uim à quouis patietur [b]. Hoc interdictum omnibus, & in omnes, ac perpetuò datur [c]. Nam quamuis reliquæ ſeruitutes negligentia præſcribantur: tamen populus non utendo uiam publicam amittere nequit [d]. Nam publica ut nec alienari, ita neque præſcribi poſſunt, exemplo rerum fiſcalium [e], uel potius regaliũ, quæ nunquam præſcribuntur [f]. Quanquam & illud dici poteſt, commeatum per uiam publicam meræ eſſe facultatis. Quæ autem ſunt eiuſmodi, in præſcriptionem non cadunt [g]. Sanè ſi quis reficiendo uiam publicam, hoc eſt, lutum uiæ in agrum uicini reiecerit: actio uiæ reiectæ quanti eius intereſt, cuius fundo iniuria irrogata dicitur, competit [h]. Inſtauratio enim ſine cuiuſq; iniuria aut damno facienda eſt.

3 (l. 1), 4 (l. 3), 5 (l. 9)

*a l. 1. in princ. hoc tit.*
*b d. l. 1. §. pen.*
*c d. l. 1. §. fin.*
*d l. 2. hoc tit.*
*e §. res fiſci. Inſtit. de uſucap.*
*f l. cõperit. C. de præſcript. 20. anno.*
*g Gloß. fi. in l. ſolent. in fin. de offic. proconſ. Bar. in l. cum de in rem uerſo. de uſur. l. ſi certis. 28. C. de pact. Bart. in l. pignori. de uſufr. tex. in l. ſuus quoq;. §. fi. de her. inſt. & l. final. C. de cond. inſt.*
*h l. fin. hoc tit.*

## DE FLVMINIBVS, NE QVID IN flumine ripaúe eius fiat, quo peius nauigetur. Titul. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum prohibitorium.*
3 *Interdictum reſtitutorium.*

FLumina cum publica ſint [a], de ijs quoq; interdicta propoſita hic enumerantur. Ac primùm generalia, quorum alterum eſt prohibitorium: 1
Ne quid in flumine publico, ripaúe eius facias uel immittas, quo ſtatio iterue nauigij deterius ſit, fiat [b]. Alterum reſtitutorium: Quod in flumine pu- 2
blico ripaúe eius ſit, ſiue quid in id flumen ripamúe eius factũ, immiſſumúe habeas, quo ſtatio iterúe nauigio deterius ſit, fiat, reſtituas [c]. 3

*a §. flumina. Inſtit. de rerum diuiſio.*
*b l. 1. in princ. hoc tit.*
*c d. l. 1. §. deinde ait Prætor.*

## NE QVID IN FLVMINE PVBLICO RIpaúe eius fiat, quo aliter aqua fluat, atq; priore æſtate fluxit. Titul. XIII.

1 *Continuatio, & ratio interdicti.*
2 *Interdictum prohibitorium.*
3 *Eius explicatio.*
4 *Interdictum reſtitutorium.*

POrrò quia de flumine non nauigabili, aqua duci poteſt [a], ne deriuationibus, conſtructione molarum, alijsq; eiuſcemodi operibus flumina exareſcant, aut curſus eorum mutetur, aut depreſsior uel altior fiat aqua, in detrimentum uel publicum uel accolentium: de ea quoque re dupliciter Prætor interdicit. primum prohibendo:

In flumine, inquit, publico, ripaúe eius facere, aut in id flumen ripamúe eius immittere, quo aliter aqua fluat, quàm priore æſtate fluxit, ueto [b]. 2

Hoc interdictum etiam ad deriuationes inconceſſas, ut quæ fiunt ex flumine nauigabili, pertinet: itaq; nihil refert, quod ad hoc interdictum attinet, nauigari flumen poſsit an non [c]. Idcirco aiunt, Prætorem æſtatem comprehendiſſe: quia ſemper certior eſt naturalis fluminum curſus æſtate quàm hyeme [d]. Secundò interdicit reſtituendo: 3

Quod, inquit, in flumine publico ripaúe eius factum ſit, ſiue quid in flumine publico ripaúe eius immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluat, atque 4

*a l. quo minus. ſ. t. 1. l. 1. §. quod autem. h. t. l. 3. in prin. & §. fi. infrà, de aqua quotidia. & æſtiua.*
*b l. 1. in princ. hoc tit.*
*c d. l. 1. §. 1.*
*d d. l. 1. §. is autem.*

„ priore æſtate fluxit, reſtituas[a]. Hæc interdicta, ut & ſuperiora, popularia atque perpetua ſunt[b], & in hæredes competunt[c].

a d. l. unica. §. penult.
b d. l. unica. §. hoc interdictũ.
c d. l. 1. §. pen.

## VT IN FLVMINE PVBLICO nauigare liceat. Tit. XIIII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdicta 2.*
3 *Eorum explicatio.*

1 VT ſuprà prohibuit uim fieri Prætor, quo minus quis uia publica utatur: ita uetat uſum nauigationis fluminiſúe publici impediri:
2 Quo minus, inquit, illi in flumine publico nauem ratem agere, quoúe
„ minus in ripa onerare exonerare liceat, uim fieri ueto[a]. Idem: Ne cui uis fiat,
„ quo minus pecus ad flumen publicum ripamúe fluminis publici appellat[b].
3 Quæ locum habent in fluminibus & ripis publicis; nam ſecus eſt in priuatis[c]. Priuata enim flumina nihil differunt à cæteris bonis[d]. Illud etiam ſciendum, ſi quis ſtagnum uel lacum publicum conduxit, ſi piſcari prohibeatur, eum utile interdictum ob uectigalis fauorem habere[e]: ſicuti & conductores locorum publicorum[f]. Quanquam & iniuriarum actio ijs detur, qui piſcari prohibentur[g].

a l. unica. in princ. hoc tit.
b d. l. unica. in fin.
c d. l. unica. §. 1.
d l. 1. §. 1. ſ. de flumin.
e d. l. unica. §. penult.
f tot. tit. ſ. de loco pub. fruen.
g l. 2. §. ſi quis. ſ. ne quid in loco public. l. iniuriarum. 13. §. fi. de iniurijs.

## DE RIPA MVNIENDA. Titul. XV.

1 *Continuatio & ratio.*
2 *Interdictum.*

1 QVemadmodum de uia publica reficienda interdictum propoſitum eſt: ita etiam de ripa fluminis munienda Prætor interdicit. Ripas
2 enim fluminum publicorum refici muniri, utiliſsimum eſt, ne damnum agris excurſu aquarum detur. Quominus, inquit, illi in flumine publico,
„ ripaúe eius opus facere, ripæ agriúe qui circa ripam eſt, tuendi cauſa li-
„ ceat, dum ne ob id nauigatio deterior fiat: ſi tibi damni infecti in annos de-
„ cem boni uiri arbitratu, uel cautum uel ſatiſdatum eſt, aut per illum non
„ ſtat, quominus boni uiri arbitratu caueatur, uel ſatiſdetur, uim fieri ueto[a].

a l. unica in princ. hoc tit.

## DE VI, ET DE VI ARMAta. Titul. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio ſequentium titulorum.*
3 *Quare primo de ui interdicatur.*
4 *Duplex fuiſſe interdictum olim, & uim duplicem.*
5 *Interdictum de ui priuata.*
6 *Interdictum de ui publica.*
7 *Quare unum tantum interdictum in Pand. relatum.*
8 *Interdicti uerba.*
9 *Eorum explicatio.*
10 *Quamdiu duret hæc actio.*
11 *Cui, & aduerſus quem detur.*

12 *An in ſingularem ſucceſſorem.*
13 *Ad quid detur.*

ET hæc quidem tuendis Rebuſpub. interdicta prodita ſunt: nunc de 1
ijs quæ ad res ſingulorum pertinent, agamus. Cuiuſmodi interdicta 2
omnia aut rei familiaris tuendæ cauſa, aut iuris conſeruandi, aut officij gra-
tia proponuntur [a]. Rei familiaris tuendæ cauſa interdicit Prætor primo lo- 3
co de ui. Quia non modò priuatim, ſed etiam publicè intereſt, uim co-
erceri. Cui argumento eſt, quòd huius criminis rei etiam publico l. Iuliæ
iudicio, de ui publica aut priuata conueniantur [b]. Sciendum autem eſt 4
olim duplex fuiſſe interdictum, ut & duplex iudicium criminale [c]. Nam &
ipſa uis bifariam infertur, & duplex eſt: quemadmodum inſcriptio huius
tituli oſtendit, de ui & ui armata. Altera ſimpliciter uis nullo addito, aut
uis priuata, ſiue quotidiana Ciceroni [d] dicitur. Hæc fit ſine armis, & quia
leuior eſt, de ea Prætor cum exceptione uitioſæ poſſeſſionis olim interdi-
cebat, ad hunc ferè modum: Vnde tu uel familia tua, uel procurator tuus 5
illum ui deiecit, cum nec ui, nec clàm, nec precariò à te poſsideret, eò reſti-
tuas [e]. Cuius interdicti ueſtigia non obſcura etiamnum in reſponſis Iuriſ-
conſul. deprehendere licet [f]. Altera uis dicitur atrox, ſiue publica, ſiue ar- 6
mata: quoniam fit adhibitis armis [g]. Ideo autem publica eſt, quia qui armis
uiolenter graſſatur, & ciues Romanos pulſat, aut bona eorum inuadit, ius
ciuium publicum & pacem publicam uiolare, & accendere ſeditionis faces
uidetur. Deinde & contra publicas conſtitutiones facit, qui armis ad a-
lium uſum abutitur, quàm qui conceſſus eſt [h]. Meritò igitur hoc crimen
publicum eſt: quia ad Rempub. pertinet [i]. Et proinde Prætor propter atro-
citatem facinoris, ut ait Vlpian. [k] in hoc ſine exceptione uitij poſſeſsio-
nis interdicebat, iubebatq́ ante omnia ſpoliatum reſtitui [l].

Poſtea cum priuatæ etiam uiolentiæ in tanta morum deprauatione, quæ 7
indies ſub Auguſtis creuit, inualeſcerent: placuit tandem in omni indi-
ſtinctè uiolentia ſpoliatum ante omnia reſtitui, nullo ad id habito reſpe-
ctu, fuerit ne eius poſſeſsio uitioſa, an non [m]. Quare factum eſt, ut abolito
priore Prætoris interdicto, quod exceptionem uitioſæ poſſeſſionis com-
plectebatur, unum tantum ſine exceptione interdictum in Pandectas ſit
relatum, cuius etiam ſolius in Inſtitut. [n] fit mentio. Verba huius hæc ſunt:

Vnde tu ui illum deieciſti, aut familia tua deiecit, de eoq́ quod ille tunc 8
ibi habuit, tantummodo intra annum, poſt annum uerò de eo, quod ad
eum qui ui deiecit, peuenerit, iudicium dabo [o].

Vnde, de loco ſolo cohærente accipe [p]. Nam ad res mobiles hoc inter- 9
dictum non pertinet [q]: cum in his ſufficiant actio & condictio furti [r]. Sed
ſolummodo ad immobiles, & utiliter etiam ad iura incorporalia quæ in
immobilibus habentur [s], ut iuriſdictio [t], extenditur [u]. Deiectus es.) aut
etiam prohibitus accedere [x]. Deieciſti, aut tua familia) ſed etiam deie-
ciſſe is uidetur, qui mandauit, uel iuſsit, ut aliquis deijceretur [y]. Quod 10
autem additur annalem tantum eſſe actionem, de eo quod ad ſpoliato-
rem non peruenit, quòd pœnam contineat, neque iure Pontificio, neque
uſu noſtro obtinet, cum perpetuò de ui indiſtinctè agi poſsit [z].

Ex hoc interdicto actio competit cuicunque qui deiectus eſt, & quali- 11
cunque

*a l.2.§.1.ſ.de interdict.*
*b l.1.§.1.hoc tit. tot.tit.ff.& C. ad leg. Iulia. de ui pub. & ui priuat.*
*c d.t.ſ.ad l.Iul. de ui pub. & tit.ad l.Iul.de ui priua.*
*d pro Cecinn.*
*e Cic. pro Cecinn. & Paul. lib.5.Sententia. titul. 6. §.ui aut clàm.*
*f l.1.§.ui poßidere. §.qui à næ nio.§.eum qui.l. ſed ſi ui armata. 14. l. cum fundum.18. hoc tit.*
*g §.ſed ex conſtitutio.Inſtit.de interdict. §. itē lex Iulia.Inſt.de pub. iudicijs.*
*h Nouell. conſtit. de armis. l. 1.ad leg Iuliam. de ui pub.tot.ti. C.ut armo.uſus. lib. 11.*
*i l.3.hoc tit. l. 3.l.lege Iul.l.qui dolo.§.final. ad leg. Iuliam. de ui pub.*
*k d.l.1.§. interdict.*
*l Cice. in dict. Oratio.pro Cecinn.l.1.in prin. hoc tit. l.ſi quis ad ſe. C. ad leg. Iul.de ui public.*
*m l.ſi quis emp. §. in hac. C. de præſc.30.anno. Cic.pro Cecinn. in intereſt. ar.l. t c. querelam. quis tantū. & tegranda.3.q.1.*

*cum ſimilib.tot.tit.extrà, de reſtitu.ſpoliat. n §.recuperandæ.Inſtit. de interdictis. o l.1. in princ.hoc tit. p d.l.1.§.hoc interdictum.hoc tit. q l.3.§.pen.hoc tit. r d.l.1.§.illud. s Gloſ.in l.fin.C. in quib.cauſ. ait Prætor.§.1.de iur.dot. gl.in c.2.in uerb. iura.de reb. eccle. non ad lib.6.per l.final.C. de leg.temp.præſcri. de electio.Bart.in l.fi.ſ.quorum bonorum.Papin.in for.lib.in cauſ.ſpol.poſſeß.nu.11. u nu.11. x d.l.1.§.ſi §.quòd ſeruus.l.3.§.1.in fin.hoc tit.l.peregrè.§.final.ſ.de acquir. poſſeß. y d.l.1.§.deieciſſe. z C.redin-*

cunq; poſſeſſori, ſiue animo ſiue corpore, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter poſſedit [a]. Sed & ei qui ſuo nomine detinet, ut uſufructuario, datur [b], & horum omnium ſucceſſoribus [c]. Interdicitur autem aduerſus eum qui deiecit, ſiue poſſideat, ſiue non [d], ſiue iuſtam poſſeſsionis cauſam habeat, puta quia antea deiectus, uel dominus eſt, ſiue non habeat [e]. In hæredes duntaxat, quatenus ad eos peruenit [f].
12 In ſingularem autem ſucceſſorem, puta emptorem, donatorem, legatarium, &c. non tranſit iure ciuili. Quia perſonale eſt interdictum, & ſoli uim facienti, ut uerba indicant, intentatur. Iuris uerò pontificij remedia in hanc rem prodita in quemcunque poſſeſſorem competunt [g].
13 In id autem competit, ut poſſeſsio reſtituatur cum omni cauſa, quam habuiſſet ſpoliatus, ſi deiectus non eſſet [h]. Vnde & earum rerum quæ amiſſæ ſunt, æſtimatio debetur [i]: quam actor iureiurando ſuo facere poteſt [k], etiamſi aliter iure Saxonum obſeruetur [l]. Sed & uolente actore, aut ſi reddi poſſeſsio nequit, condemnatio tota in æſtimationem concipitur [m]. Etſi autem de ui in hoc iudicio quæritur: tamen quia rei perſecutorium eſt, exiſtimationem non lædit [n].

*a d.l.1. §. deijcitur. §. interdictū. & §. ſi quis tamen.*
*b l.3. §. unde ui. hoc titul.*
*c d.l.1. §. interdictū. uerſi. hoc interdict.*
*d l. ſi ui me. 15. d.l.1. §. quod autem. hoc tit.*
*e l.3. §. cum igitur. l. qui poſſeß. 17. hoc tit. §. recuperādæ. Inſt. de interdictis.*
*f l.1. §. ult. cum l. ſeq. hoc tit.* *g c. ſæpe. de reſtitut. ſpoliat. d.c. de redintegranda.* *h d.l.1. §. eum qui. l. qui reſtituere. de rei uend.* *i d.l.1. §. quod autem. l. pen. hoc tit.* k *l. ſi quando. C. unde ui.* *l lib. 3. art. 47.* *m l. in interdict. 6. l. ſi ui me deieceris. 15. l. 1. §. quod autem. uerſi. fin. hoc tit.* *n l. neq; 13. hoc tit.*

## VTI POSSIDETIS. TIT. XVII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Quare de rebus mobilibus propoſitum ſit interdictum Vtrobi.*
4 *Quid ſit quod nec ui, nec clàm, nec precariò ab aduerſario poſſidere oporteat.*
5 *Cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*

1 POſt interdictum recuperandæ, quòd publicam etiam cauſam continet: ſequitur interdictum retinendæ poſſeſsionis, quod omnino rem
2 familiarem, id eſt ius poſſeſsionis tuetur. ait Prætor: Vti eas ædes, de quibus agitur, nec ui, nec clàm, nec precariò alter ab altero poſſidetis, quo minus ita poſſideatis, uim fieri ueto. De cloacis hoc interdictum non dabo, neq; pluris quàm quanti ea res erit, intra annum, quo primùm experiundi poteſtas fuerit, agere permittam [a].
3 Loquitur Prætor de ædibus, hoc eſt, de rebus ſoli. Nam ad res mobiles pertinet interdictum Vtrobi, quòd neceſſarium hic fuit, cum deficiant actiones ordinariæ, quarū ſuprà [b] facta eſt mētio. non enim hic de ablata, ſed de turbata tantū poſſeſsione agitur, quo nomine nec condictio furti, nec ui bonorum raptorum, nec actio ad exhibendum intentari poteſt, ut cum ui res ſunt ablatæ.
4 Nec ui, nec clàm, nec precariò, id eſt ſine uitio. Itaque ſi quis ui ab aduerſario poſſideat, in hoc interdicto ſuccumbit, quia iuris interpretatione poſſidere non uidetur [c]: & eius aduerſarius qui ciuilem adhuc poſſeſsionem habet, id eſt iure ciuili pro poſſeſſore habetur [d], meritò in hoc iudicio obtinet [e]. Vnde quamuis Iuſtin. requirat ad uictoriam, ut litis conteſtatæ tempore poſſideatur [f]: tamen uſu obtinuit, ut ſufficiat probare antiquiorem poſſeſsionem: ex eo enim præſumitur alterius uiolenta, niſi contrarium probetur [g]. De cloacis Prætor hoc interdictum non dat: quia de ijs ſpecialiter edixit [h].

Datur

*a l. 1. in princ.*
*b titul. 1.*
*c l. nō uidetur. 22. ſ. de acquir. poſſeß.*
*d l. ſi quis ui. 17. de acquiren. poſſeß.*
*e l.1. §. fin. l. 2. l. 3. hoc tit.*
*f §. quorum. Inſt. de interd.*
*g C. licet. extrà, de probat. Bal. in l. pen. contrà fin. C. S. à non comp. iud. Franc. Bal. in rep. l. Celſus in prin. & nu. 48. de uſucap. Alex. conſ. 6. circa proceſſum Vel. 3. & conſ. 103. ſuper num. 1. uol. 7. Matth. de aff. deciſ. Neap. 327. fuit bene. nu. 2. Item Goden. 17. mat. feud. conſil. 13. quidam. num. 7. & 8. Corn. conſ. 35. circa nume. 17. uol. 1. & conſ. 18. Viſa num. 3. eod. lib.*
*h ij. titul. de cloacis.*

Datur ex hoc interdicto actio ei qui ſuo nomine poſsidet, non qui alie- 5
no [a]: & quoquo modo turbatur in poſſeſsione, non modò rerum corpora-
lium, ſed etiam incorporalium [b], aduerſus turbatorem [c]: qui tamen facto
turbat, non ſolùm uerbo, ut rectè uoluit Faber [d]. Nam ubi facto opus eſt,
uerba non ſufficiunt [e]. Eo ipſo tamen quòd quis ſe opponit agenti ex hoc
interdicto, quaſi ius habens in poſſeſsione turbare uidetur [f]. In hoc autem
datur, ut condemnetur aduerſarius, ut à turbatione deſiſtat, & de eo in po-
ſterum caueat [g], reſtituátque fructus, & quanti intereſt turbationem non
fuiſſe factam [h].

*a l.3.§. creditores & §. cum inquilinus. h.t.*
*b l.3. in princ. & §.1. l. fi. h.t.*
*c d.l.1.§. huius.*
*d.l.3. §. inquilinus.*
*d in §. retinendæ. nu.11. Inſtit. de interdictis. argumẽto l.1.§. interdictũ. ſ. h.t.*
*e l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. l. peculio.1. §. fin. de pec. l.1. §. Iul. ad S.C. 5. q.11.*
*f l.3. §. illud q. ui aut clàm. Fab. præal. lo. nu.24.*
*g C. fi. in uerb. ſufficienti cautione. de reſtitu. ſpoliato.*
*h l.3.§. fi. h.t. l.1. C. eod. Bart. in l.1. §. interdictũ. nu.10. h.t. per l.3. §. in hoc interdicto. ubi gloſ. ĩ. de itiner. actuq; priuato. l. pen. ĩ. de aqua quotidia. l.3. ſ. de interdictis.*

## DE SVPERFICIEBVS. TIT. XVIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit ſuperficies.*
3 *Summa interdicti.*
4 *Verba interdicti.*

AFfine eſt huic interdictum de ſuperficiebus. Nam quæcunq; in ſupe- 1
riore ſeruantur, etiam in iſto locum habent [a]. Superficies autem hic ſi- 2
gnificat id, quod ſolo inædificatum eſt, ut apud Cice. Pro domo ſua. Itaq; ſi 3
quis in alieno ſolo conducto ędificarit, ut eius ædificij nomine actionem in
rem utilem habet ad adipiſcendam poſſeſsionem, ſi modò perpetuo aut in
longum tempus facta ſit locatio [b]: ita quoq; in retinenda poſſeſsione, inter-
dicto hoc defenditur. VTI EX LEGE, inquit Prætor, LOCATIO- 4
NIS SIVE CONDVCTIONIS, SVPERFICIE DE QVA AGITVR, “
NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO “
FRVIMINI, QVO MINVS FRVAMINI, VIM FIERI VETO. SI “
QVA ALIA ACTIO DE SVPERFICIE POSTVLABITVR, CAV- “
SA COGNITA DABO [c]. “

*a l.1. hoc tit.*
*b ſ. tot. titul. ſi ag. uectig. uel emphit.*
*c l.1. in princ.*

## DE ITINERE ACTVQVE priuato. Tit. XIX.

1 *Continuatio.*
2 *Primum interdictum.*
3 *Secundum.*
4 *Quomodo hoc à ſuperiore diſtet.*

EXemplo rerum corporalium, etiam de iuribus quę ſunt incorporalia, 1
puta ſeruitutibus, interdicitur. Nam & hæ quaſi poſsidentur [a]. De ſer-
uitute igitur itineris actusq; priuati dupliciter Prætor interdicit, primùm
de uſu eius. QVO ITINERE ACTVQVE PRIVATO, QVO DE AGI 2
TVR, VEL VIA, HOC ANNO, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRE- “
CARIO AB ILLO VSVS ES, QVO MINVS ITA VTARIS, VIM “
FIERI VETO [b]. Deinde de itineris refectione ita ait: QVO ITINERE 3
ACTVQVE HOC ANNO NON VI, NON CLAM, NON PRECA- “
RIO AB ALIO VSVS ES, QVO MINVS ITER ACTVMVE QVOD “
TIBI IVS EST REFICIAS, VIM FIERI VETO [c]. In hoc interdicto “
probatio iuris exigitur [d]: in priore nequaquam, ſed pro iure ſufficit uſus [e].

*a l. ſeruus.43.§. incorporales de acquir. rer. do. l. naturaliter.12. de acquir. poß.*
*b l.1. in princ. hoc tit.*
*c l.3.§. ait prætor. hoc tit.*
*d d.l.3.§. hoc autem.*
*e d.l.1.§.1.*

## DE AQVA QVOTIDIANA ET æſtiua. Titul. XX.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde ducantur aquæ.*

*Quotuplex*

3 *Quotuplex ſit aqua.*
4 *Tria interdicta de aquarum ductibus.*

1 EOdem modo & de aquis priuatis interdicta proponuntur: ac primò
2 de earum ductibus. Aquæ autem ducuntur aut ex capite, id eſt fonte:
3 aut ex flumine: aut ex caſtellis, id eſt receptaculis aquarum publicis[a]. Quæ
ex capite aut flumine ducitur aqua, aut eſt quotidiana, quæ quotidie duci
poteſt, aut æſtiua, quæ æſtate tantum ad irrigandos ſitientes agros ducitur.
4 De illa non impedienda interdicit ad hunc modum Prætor[b]: Vti hoc anno
aquam, qua de agitur, nec ui, nec clàm nec precariò ab illo duxiſti, quo minus ita ducas, uim fieri ueto. De æſtiua in hanc ſententiam[c]: Vti priore æſtate aquam, qua de agitur, nec ui, nec clàm, nec precariò ab illo duxiſti, quo minus ita ducas, uim fieri ueto. De aqua, quæ ex caſtellis ducitur: Quo ex caſtello, inquit Prætor[d], illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit, permiſſum eſt: quo minus ita uti permiſſum eſt ducat, uim fieri ueto. Quandoq; de opere faciendo, interdictum erit damni infecti, caueri iubebo. Quo in interdicto rectè addit Prætor, permiſſum eſt. Nam etſi ex fonte & flumine publico nō nauigabili licet aquā ducere[e]: tamen ex caſtellis, niſi permiſſu principis, non licet, ne per priuatorum deriuationes diminuatur aqua publica[f].

*a l.1.§.hæc interdicta. h. t.*
*b in l.1.in prin. hoc titul.*
*c in d.l.1.§.deinde ait prætor.*
*d in d.l.1. §. ait prætor quo ex caſtel.*
*e l.3.h.t.l. Imperator. de ſeru. ruſtic. prædior.*
*f l.1.§. permittitur. h.t.l. 4. et tot.t. C. de aquæ duct. lib.11.*

## DE RIVIS. TIT. XXI.

1 *Continuatio.*
2 *Verbum reficiendi quatenus pateat.*
3 *Interdictum.*

1 POſtquam de aquæ ductibus non impediendis dictum eſt: conſequenter de iiſdem reficiendis interdicitur[a]. Nam ſine refectione uſus ſerui-
2 tutis diu conſeruari nequit[b]. Verbum reficiendi latè patet, & omnem omnino inſtaurationem complectitur[c]. Prætor ait[d]: Riuos, ſpecus, ſepta, reficere, purgare, aquæ ducendæ cauſa, quo minus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quàm uti priore æſtate, non ui, non clàm, non precariò, à te duxit, uim fieri ueto.

*a in l.1.in prin. hoc titul.*
*b l.3.§.utilitas. ſ. de itinere actuq; priuato. l.1.§.1.h.t.*
*c d.l.1.§.deinde.*
*d l.1. in princ. hoc titul.*

## DE FONTE. TIT. XXII.

1 *Continuatio.*
2 *Primum interdictum.*
3 *Secundum.*

1 VT de ductibus aquæ, ita & de uſu fontis ſiue hauſtu Prætor interdi-
2 cit, dupliciter: primùm de uſu nō impediendo[a], ad hunc modum: Vti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aquam, nec ui, nec clàm, nec precariò ab illo uſus es, quo minus ita utaris, uim fieri ueto. De Lacu, puteo, piſcina
3 item interdicam. Secundò de refectione Prætor ait[b]: Quo minus fontem, quo de agitur purges, reficias, ut aquam coercere, utiq; ea poſsis: dum ne aliter utaris, atque hoc annò non ui, non clàm, non precariò ab illo uſus es, uim fieri ueto.

*a l. unica. in princ. h.t.*
*b d. l. unica. §. deinde ait prætor.*

## DE CLOACIS. TIT. XXIII.

1 *Continuatio, & quid ſit cloaca.*
2 *Interdictum de purgandis cloacis, & eius explicatio.*
3 *Interdictum reſtitutorium.*

Conſimi-

COnſimiliter de cloacis, id eſt locis cõclauis, per quæ colluuies fluit, ut 1
ſunt tubi, fiſtulæ, canales [a], duplex interdictum editur: alterum prohi
bitorium, alterum reſtitutorium. De nõn impedienda cloacarum purgatio- 2
ne, Prætor ait [b]: Quominus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas perti-
net, qua de agitur, purgare, reficere liceat, uim fieri ueto. Dãni infecti quod
operis uitio factum ſit, caueri iubebo. Qua in parte, quia cloacarum purga-
tio ad publicam utilitatem pertinet, ne ſordium immundicie & fætore aer
corrumpatur, ſine exceptione Prætor permittit cloacam purgari, ſiue quis
iuſtè ſiue iniuſtè eam habeat [c]. Eandemq; ob cauſam prohibet cloacam fa-
cienti uim fieri, etiamſi in publico exitum habeat [d]. Quod tamen ſine dam-
no uicinarum ędium faciendũ eſt [e]. In reſtitutorio ait prætor: Quod in cloa- 3
ca publica factum, ſiue ea immiſſum habes, quo uſus eius deterior ſit, fiat, re
ſtituas. Item: Ne quid fiat immittaturúe, interdicam [f].

a l.1.§.cloacis. hoc tit.
b in l.1.in prin. hoc titul.
c l.1.§.quia au tem. hoc tit.
d l.1.§.idẽ Labeo. l.2.h.t.
e d.l.1.§.pe.
f d.l.1.§.fin.

## QVOD VI AVT CLAM. TIT. XXIIII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Cui, aduerſus quem, hæc actio detur.*
4 *Quis ui, quis clàm feciſſe uideatur.*
5 *Ad quid competat.*
6 *Quamdiu duret, & an tranſeat in hæredes.*

SEd quia de ſingulis poſſeſsionum cauſis & controuerſijs interdici pe- 1
culiariter, propter infinitam litium uarietatem nequit: generale inter-
dictum propoſuit prætor, quo quicquid uí aut clàm factum eſt, iubet reſti-
tui, tueturq; poſſeſsiones. QVOD VI, inquit, AVT CLAM FA- 2
CTVM EST, QVA DE RE AGITVR, ID CVM EXPERIVNDI PO-
TESTAS EST, RESTITVAS [a]. Competit hoc interdictum non modò 3
dominis, ſed omnibus quorum intereſt [b]: aduerſus eum, qui uí aut clàm
quid fecit, aut fieri iuſsit [c]. Vim facit, qui per uim aut contra denunciatio- 4
nem facit [d]. Clàm facere uidetur qui celauit aduerſarium opus, neq; ei de-
nunciauit, ſi modò timuit eius controuerſiam, aut timere debuit, ne melio-
ris conditionis ſint ſtulti, quàm periti [e]. In hoc autem competit, ut ſi poſsi- 5
deat reus quod factum eſt, ſuis ſumptibus reſtituat: id eſt, reponat in anti-
quum ſtatum, deſtructo opere, quod uí clamúe fecit: ſi non poſsideat, reſti-
tui curet à poſſeſſore, refuſoq; etiam eo quod intereſt, & fructibus reſtitutis [f].
Hæredibus hæc actio datur. In hæredes uerò duntaxat, quatenus ad eos 6
peruenit [g]. Et eſt annalis, exemplo reliquarum, quæ ex iuriſdictione præ-
toris proficiſcuntur [h].

a l.1. in princ. hoc tit.
b l.cõpetit.16. l.quanquam.12. hoc tit.
c l.5.§.hæc uerb. cũ §. ſeq. l.ſi ego.6.l. deniq;.12.§.fin.
d d.l.1.§. quid ſit. l.uim facit. 19.hoc tit.
e l.3.§.fi. cum l.ſeq.
f d.l. is qui.§. quod ait prætor d.l.ſemper.15.§. in hoc interdicto. & §.fi. d.l. cõpetit.16.§.fi.
g d.l.ſemper. §. hoc interdictum.
h d.l.ſemper. §.hoc interdict.

## DE REMISSIONIBVS. TIT. XXV.

1 *Continuatio.*
2 *Quando remiſſa dicatur nunciatio.*
3 *Verba interdicti.*

QVod dictum eſt, uim facere eum qui contra nunciationem facit, di- 1
ſtinctionem recipit. Nam ſi quis nunciet ibi, ubi ius non habet, nun-
ciatio nequaquam tenet. Sin iure nunciet, tamdiu tenet renunciatio, quoad 2
remiſſa eſt uoluntate nunciantis: aut in ea cauſa eſt, ut remitti debeat: puta
cautione de demoliendo nouo opere, ſi iniuſtè ædificatũ apparuerit, pręſti
ta aut oblata [a]. Qua de re prætor quoq; interdixit, ad hunc modũ: QVOD 3
IVS

a l.5.§.ſi is cui de opere non nunc.

’’ IVS SIT ILLI PROHIBERE, NE SE INVITO FIAT, IN EO NVN
’’ CIATIO TENEAT. CAETERV'M NVNCIATIONEM MISSAM
’’ FACIO [a]. hoc eſt: alioqui, ſi non habeat ius nunciandi, miſſam facio, & non
’’ admitto nunciationem.

a l. unica. in princ. h. t.

## DE PRECARIO. TIT. XXVI.

1 *Continuatio.*
2 *Precarium quid ſit.*
3 *Quomodo diſtet à donatione.*
4 *Quomodo à commodato.*
5 *Interdictum.*
6 *Cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc interdicto detur actio.*

1 EST & de precario interdictum propoſitum: quia id iure Ciuili uim nõ habet, neque exemplo reliquorum cõtractuum defenditur, plane, ut
2 ad illud confirmandum Prætoris authoritate fuerit opus. Precarium dicitur, quod precibus utendum petenti cõceditur, tamdiu quoad is qui cõ-ceſsit, patitur. Quod genus liberalitatis ex iure gentiũ, ſicuti & cęteri con-
3 tractus [a], deſcendit [b]. Quanquam à donatione diſtat: nam donatio facta repeti, reuocariq; nequit [c]. At precarium ſic datur, ut qui dedit, repetere
4 ſemper poſsit: magis autem affine eſt commodato [d]: quanquam commodatum ciuiliter obliget, & ad certum uſum, certumq; tempus, uel expreſ-ſum uel tacitum detur [e]. Precarium autem, neq; ad certum uſum, neq; ad certum tempus prȩſtatur: unde & quotieſcunq; libitum erit, repeti poteſt: & habitatio precario concedi non dicitur, quia ad certum ſemper uſum datur [f]. Deinde in commodatum dolus & culpa ac cuſtodia uenit [g]: idq; ex uſitatis ciuilium cõtractuum regulis: quia commodatarij ſolius gratia contrahitur [h]. Qui precario uerò accipit tantum, de dolo & lata culpa tenetur. quia cum iuris Ciuilis regulis hic contractus non ſit alligatus, benignius cũ eo agendum Prȩtor putauit, cui is qui dedit benignè facere uoluit [i]. Prȩtor
5 ait: QVOD PRECARIO AB ILLO HABES, AVT DOLO MA-
,, LO FECISTI, VT DESINERES HABERE, QVA DE RE AGI-
,, TVR, ID ILLI RESTITVAS [k]. Hæc actio datur in perpetuum [l] ei
6 qui precario conceſsit, ſiue domino, ſiue non domino [m], eiuſq; hæredib. [n] aduerſus eum qui precarium habet, id eſt precario detinet [o], eiuſq; hæredes: quia actio eſt rei perſecutoria [p], in id ut res reſtituatur, aut ſi res reſtitui nequit, fiat condemnatio in tantum, quanti actoris intereſt rem reſtitui cũ omni cauſa, poſt interdictum editũ: id eſt, ut hodie interpretamur, poſt litem conteſtatam [q].

a l. ex hoc iure. 5. de iuſti. & iur.
b l. 1. h. t.
c l. 1. ſ. de donat. l. ſi repetendi. C. de condictione ob cauſam. tot. tit. C. de reuoc. donat.
d l. 1. h. t.
e l. in commodato. §. ſicut. ſ. commodati.
f l. & habet. 15. §. hoſpites. hoc tit.
g l. ſi ut certo. § §. nunc uidendũ. ſ. commodati.
h l. contractus. 24. cum ibi not. de reg. iur. & §. nunc uidendum.
i l. quæſitũ. 8. §. eũ quoq;. h. t.
k l. 2. h. t.
l d. l. quæſitũ. §. interdictum.
m l. quæſitum. in princ. l. certè. §. fin. h. t.
n l. cum precario. 12. h. t.
o l. 4. l. ult. §. ſi pupillo. h. t.
p d. l. quæſitũ. §. ult. l. 2. C. eod.
q d. l. quæſitũ. §. ex hoc interdicto. & §. pe.

## DE ARBORIBVS CAEDENDIS. TIT. XXVII.

1 *Interdictum de urbanis arboribus.*
2 *Alterum de ruſticis.*

1 SEd & de arboribus interdicit Prætor, de his quidẽ, quæ in urbano ſunt
,, prædio: QVAE ARBOR, inquit, EX AEDIBVS TVIS (id eſt, ur
,, bano prædio, horto, uel area) IN AEDES ILLIVS IMPENDET, SI
,, PER TE STAT, QVOMINVS EAM ADIMAS, TVNC QVOMI-
,, NVS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE (à ſtirpe ſcilicet [a]) SIBI'QVE
2 HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO [b]. De ijs quæ in agro ſunt,
,, hoc modo interdicit. QVAE ARBOR EX AGRO TVO IN AGRVM
,, ILLIVS IMPENDET, SI PER TE STAT, QVO MINVS PE-
,, DES QVINDECIM A' TERRA EAM ALTIVS COERCEAS, QVO
,, MINVS ILLI ITA COERCERE, LIGNA'QVE SIBI HABERE
,, LICEAT, VIM FIERI VETO [c].

a l. 1. §. 1. h. t.
b d. l. 1. in prin.
c d. l. 1. §. pe.

## DE GLANDE LEGENDA.
### Tit. XXVIII.

1 *Quid glandis nomine ueniat.*
2 *Interdictum.*
3 *De iure Sax.*

HVic ſimile eſt interdictum de glande legenda. Glandis autem nomi- 1
ne omnes fructus continentur[a]. GLANDEM, inquit Prætor, QVAE 2
EX ILLIVS AGRO IN TVVM CADIT, QVO MINVS ILLI TER-
TIO QVOQVE DIE (ab eo ſcilicet tempore, quo ceciderunt) LEGE-
RE AVFERRE LICEAT, VIM FIERI VETO[b]. Hoc interdictum 3
iure Saxonum non obtinet, qui fructus in alienum fundum pendentes aut
cadentes, poſſeſſori eius fundi concedunt[c].

a l.unic.h.t.l. qui uenenū.236. §.glandis. de uerb. ſignif.
b l.unica.h.t.
c Saxo.lib.2. artic.52. Fach. differ.ult. part.1.

## DE LIBERO HOMINE EXHIBENDO.
### Tit. XXIX.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum, & eius explicatio.*
3 *Cui, aduerſus quem, ad quid detur hæc actio.*
4 *De criminalibus iudicijs quæ contra eoſdem competunt.*

OFficij cauſa propoſitum eſt interdictum de libero homine exhiben- 1
do: nam communis humanitatis officium, & cauſa libertatis publicè
exigunt, ut ne quis alium iniuſtè detineri inuitum patiatur. ait Prætor:
QVEM LIBERVM HOMINEM DOLO MALO RETINES, EXHI- 2
BEAS[a]. Dolum malum requirit Prætor: nam ſi quis ſuo iure retineat, ceſ-
ſat interdictum[b], ut & cum uolentem retinet[c].

Hoc interdictum omnibus agere uolentibus communis fauore liberta- 3
tis competit[d]. Et quidem perpetuò[e]: quia libertate nunquam præſcribi-
tur[f]. Datur autem aduerſus detinentem dolo malo, in id ut hominem ex-
hibeat, id eſt in publicum producat[g]. Quod ni fiat, quanti ea res erit, reus 4
condemnabitur[h]: & quidem ſæpius, donec hominem liberarit[i]. Poteſt ta-
men & criminaliter conuenire ex l. Fab. de plagiarijs, & alijs iudicijs, qui ho-
minem inuitum detinet, aut priuatis carceribus includit[k].

a l.1. in princ. hoc tit.
b l.3.§.ſi tamē. & §.ſi eum.l. ſi filius.h.t.
c d.l.3.§.ſi quis uolentem.
d d.l.3.§.hoc interdictum.
e d.l.3.
f l.fin. cum ibi not. C. in quib. cauſis præſ. lōg. temp. ceſſet.
g d.l.3.§.ait Prætor.
h d.l.3.§.ſi tamen.reus.
i l.3.§.ſi tamē.
k l.unic.C.de priuat.carc. l.3. in pro.h.t.l. penult.§.fi.ad.l. Fab.de plag.

## DE LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM ducendis. Tit. XXX.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum de exhibendis liberis.*
3 *Interdictum de ducendis.*
4 *Quomodo hæc diſtent inter ſe.*
5 *Cui, contra quem, ad quid hæc detur actio.*

IVris ſui tuendi cauſa interdictum datur de liberis exhibendis uel ducen- 1
dis: nam permiſſum eſt parentibus, patriæ iure poteſtatis, liberos uendi-
care. De exhibendis liberis interdictum ita habet[a]. Qui quæue in po- 2
teſtate Lucij Titij eſt, ſi is eaue apud te eſt, doloue malo tuo factum eſt,
quo minus apud te eſſet: ita eum eaue exhibeas. De ducendis Prætor ait[b]: 3
Si Lucius Titius in poteſtate Lucij Titij eſt, quo minus eum Lucio Titio
ducere liceat, uim fieri ueto. Huius præparatorium eſt ſuperius interdictū[c].
Nam ut duci homo poſſit, antè exhibendus eſt: quemadmodum & res an- 4
tequam uendicari poſſit[d].

Datur ex utroque interdicto actio, ei qui habet in poteſtate[e], aduerſus 5
eum qui interdicto defendit[f]: non autem aduerſus ipſum filium[g]. Nam
lis inter

a l.1. in princ. hoc tit.
b in l.3. in prin. hoc tit.
c l.3.§.1.h.t.
d tot.tit. ſ. ad exhibend.
e l.1.§.1.h.t. l.2.C.eod.
f l.3.§.hoc aūt.
g l.fin.l.3.§. hoc autem. h.t. .1.§.1. de rei uendic.

lis inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum eſſe non poteſt[a]. Qua in actione ſolùm quæritur, an in poteſtate filius ſit: aliam enim cauſam quo minus pater filium ducere poſsit, non admittit Prætor[b]. Huius actionis exemplo datur & marito ius agendi, de exhibenda & deducenda uxore, etiam aduerſus ſocerum[c].

a l. lis nulla. 4. ſ. de iud.
b l. 1. §. in hoc interdict. 2. h. t.
c l. 2. h. t. l. fi. C. eod.

## VTRVBI. TIT. XXXI.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Idem hic ſeruari, quod in interdicto Vti poſsidetis.*

1 SEd quia de interdictis quæ iuris ſui, quod quis in hominibus habet, tuendi gratia competunt, dici cœptum eſt: reliqua quę eôdem pertinent, iam abſoluamus. Quæ licet propriè de iure dũtaxat in homines competente loquantur, unde meritò in hunc poſtremum ordinem ſunt relata: tamen ſciendum eſt, ex interpretatioue prudentum ad reliquas quoq; res mobiles ea omnia pertinere[a], cuiuſmodi in primis eſt, quod Prætor ad tuendam rei mobilis poſſeſsionem proponit. a l. 1. §. 1. h. t.

2 VTRVBI, inquit, HIC HOMO (ſeruus uidelicet aut ſeruitutem bona
" fide ſeruiens) DE QVO AGITVR, MAIORE PARTE HVIVS AN-
" NI FVIT, QVO MINVS QVIS EVM DVCAT, VIM FIERI VE-
" TO[b]. Huius interdicti uis hodie exæquata eſt interdicto Vti poſsidetis: nam in utroq; obtinet, non qui maiore parte anni, ut interdictum hoc habet, ſed qui litis conteſtatę tempore ab aduerſario iuſtè poſſedit. Illud intereſt, quòd hoc de mobilibus, illud de rebus ſoli loquatur[c].

b l. 1. h. t.
c §. quorum. Inſtit. de interdictis. l. 1. §. 1. hoc tit.

## DE MIGRANDO. TIT. XXXII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Quando, cui, & ad quid detur hinc actio.*

1 INterdictum quoq; quod inquilinis migrare uolentibus datur, ne impedimentum creetur, quo minus res ſuas importatas aſportent & euehant, huc pertinet. Nam de homine Prætor in interdicto loquitur in hanc ſententiam[a]:

2 SI IS HOMO QVO DE AGITVR, NON EST EX HIS RE-
" BVS DE QVIBVS INTER TE ET ACTOREM CONVENIT, VT
" QVAE IN EAM HABITATIONEM QVA DE AGITVR INTRO-
" DVCTA, IMPORTATA, IBI NATA FACTA'VE ESSENT, EA
" PIGNORI TIBI PRO MERCEDE EIVS HABITATIONIS ES-
" SENT: SIVE EX HIS REBVS ESSET EA MERCES TIBI SO-
" LVTA, EO'VE NOMINE SATISFACTVM EST, AVT PER TE
" STAT, QVOMINVS SOLVATVR: ITA QVO MINVS EI QVI E-
" VM PIGNORIS NOMINE INDVXIT, INDE ABDVCERE LI-
3 CEAT, VIM FIERI VETO. Ex quo intelligi licet, duobus caſibus ex hoc interdicto actionem dari: uel cum res de qua agitur, non eſt expreſsè aut tacitè pignori obligata: uel cum quidem obligata nomine penſionis fuit, ſed ea aut ſoluta eſt, aut eo nomine ſatisfactum, aut per locatorem ſtat, quo minus ſatisfiat. Hoc interdictum perpetuum eſt, & datur in ſucceſſores, & ſucceſſoribus[b]: non modò de rebus proprijs, ſed etiam alienis, dummodo importatis[c].

a l. 1. in princ. hoc tit.
b l. 1. §. fi. h. t.
c l. 1. §. illud. l. 2. h. t.

## DE SALVIANO INTERDICTO. Tit. XXXIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo diſtet hoc interdictum à Seruiana.*
3 *Quare dicatur Saluianum, & cui, aduerſus quem ex eo actio detur.*

SAluianum quoque interdictum, quod eſt de pignoribus repetendis 1
quæ è prædio conducto ablata aut alienata perhibentur, huc meritò
refertur: quippe in quo de homine, in fundum pignoris nomine inducto,
locutum Prætorem apparet [a]. Etſi autem Seruiana actione quoq; pignus 2
perſequi poſſumus [b]: tamen quia petitorij eſt iudicij, & grauat hoc proban-
di onere agentem, ut cogatur oſtendere, rem in bonis debitoris fuiſſe [c]:
uiſum fuit interdicto ei conſulere, ut pignus ſuum compendiaria uia perſe-
qui poſsit, eo uidelicet tantum probato, quòd pignoris nomine res ſint in-
ductæ [d]. Huius autem interdicti cum nec certus author, nec uerba in edi- 3
ctum perpetuum uideantur fuiſſe relata: ueriſimile eſt à Saluio Iuliano edi-
cti perpetui compoſitore & interprete, Saluianum eſſe appellatum. Da-
tur autem hinc actio ei cui penſionis nomine res obligata fuit, aduerſus
quemlibet poſſeſſorem: idq; exemplo Seruianæ [e].

a ex l. 1. in princ. h. t.
b §. item Seruiana. Inſtit. de actio.
c l. & quæ nõdum. 15. §. quod dicitur. de pig. l. ante omnia. de probat. Iaſ. & Dd. in §. item Seruiana. Inſt. de actio. C. quãdo. Bart. Bal. Salu. in l. cum res. C. ſi res alie. pigno.
d l. 1. in princ. hoc tit.
e l. 1. in princ. & §. 1. h. t.

# DIGEST. LIB. XLIIII.

## DE EXCEPTIONIBVS, PRAESCRIPTIONIbus & præiudicijs. Tit. 1.

1 *Continuatio.*
2 *Excipere quid ſignificet, & quæ hoc nomine ueniant.*
3 *Quid ſit exceptio.*
4 *Quid præſcriptio.*
5 *Quid præiudicium.*
6 *Explicatio l. fundum.*
7 *Diuiſiones, & ſpecies exceptionum.*
8 *Cauſa efficiens & materialis.*
9 *Forma proponendæ exceptionis.*
10 *Quando proponi exceptiones debeant.*
11 *Finis & effectus, & an per obiectionem exceptionis lis uideatur cõteſtata.*

DEfenduntur poſſeſsiones non modò interdictis, ſed obiectis 1
etiam à poſſeſſore exceptionib. quæ cum Prætoriæ ſint, quòd
dari à Prætore omnes ſolent, ut teſtatur Cicero [a]: meritò hic
inter iudicia Prætoria, de quibus in 6 & 7 Pandectarum parte
agi diximus, collocantur. Excipere inter alia ſignificat, exclu 2
dere uel eximere aliquid de numero: hinc defenſiones reorum quæ exclu-
dunt intentionem agentis, & à regula ac ratione qua nititur actio, excipiũt
caſum de quo agitur, ita ut æquum non ſit, in eo regulam obtinere, exce-
ptiones ſunt appellatæ. Propriè igitur fateamur, eas dici exceptiones, quæ
non eunt inficias, actionem iure ſubſiſtere, ſed eſſe iniquam aduerſus eum
qui cum agitur, demonſtrant: de quibus titulum de Exceptio. in Inſtit. acci-
piendum eſſe, exempla quæ ibi proponuntur, coarguunt. Vnde qui ſim-
pliciter negat factum quod proponit actor, non dicitur excipere [b]: & ſta-
tutum auferens omnem exceptionem non tollit hanc negationem aut im-
plorationem officij iudicis, aut aliam eiuſmodi iuſtam defenſionem [c]. Vſu
tamẽ obtinuit, ut defenſiones omnis generis exceptionum nomine τῷ πλά-
τει comprehendantur, etiamſi ius actionis funditùs tollant: ut ſi quis neget
factũ, aut ſe ſoluiſſe dicat: quas propriè exceptiones intentionis uulgò ap-
pellant [d]. Exceptio dicta eſt, quaſi quædam excluſio, quæ interponi acti- 3
oni cuiuſq; rei ſolet, ad excludendum id quod in intentionem condem-
nationemúe

a lib. 2. de Inuentione. cap. 4.
b Bald. Panor. Felyn. & cano. in rubrica. ext. de exceptionib. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de iur. & facti ignoran. et in l. peremptorias. C. ſenten. reſcind. nõ poſſ.
c Fely. præall. loco. Bart. in l. planè. in fin. de petitio. hæredita. & in l. 1. §. & parui. num. 3. ſ. quod ui aut clàm. latè Lanfran. in c. quoniam. ad uerb. excep. in princ. de probatio.
d Azo. in rubr. C. eod. Panor. in tit. extra, eod.

nationem'ue (id eſt, libelli concluſionem) deductū eſt [a]: uel, authore Paulo [b], eſt conditio quę modò eximit reum à damnatione, modò minuit dānationē. Theophilus in Inſtitu. eod. tit. ita definit: Exceptio eſt quędam iudicialis allegatio, reo competens, aduerſus actionem quæ iure quidem ciuili efficax ſit, ſed natura iniquas uires habeat. Exceptio itaq; actorem excludit, replicatio reum: quæ eſt contraria exceptioni, & quaſi exceptionis exceptio [c]. Sed contra replicationem dari ſolet duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio, & de
4 inceps multiplicant̄ nomina, dum aut reus aut actor obijcit [d]. Præſcriptio, quam Rhetores translationem nominant [e], propriè eſt, qua modus, tēpus, locus, aliæq; circumſtantiæ actionis determinantur & quaſi circumſcribūtur: ut cùm reus oſtendit coram alio iudice, aut ab alio actore, aut cum alio, aut non hoc loco, uel tempore eſſe agendum [f]. Promiſcuè tamen pro exceptionibus præſcriptiones uſurpātur [g]: unde & exceptio poſſeſsionis, qua ſe aduerſus dominum poſſeſſor tuetur, præſcriptio longi temporis appellatur [h]. Illud tamen ſciendum eſt, quas I. C. præſcriptiones propriè appellant, eas exceptiones declinatorias & dilatorias ab interpretibus uocari [i].
5 Præiudicium interdum detrimētum ſignificat [k], interdum iudicis interlocutionē, quę ſententiam antecedit, ut annotauit Duaren. [l] Sed crebrius in iure accipitur pro certo actionū genere, quæ pręiudiciales appellātur [m]: cum uidelicet antè quid petitur iudicari, quàm ad principale negocium perueniatur, quod tamen ipſum ex hoc iudicio ueniat declarandum. Quo in ſenſu etiam Cicero accipit in Orat. pro C. Planco: ut ſi patronus intendens petere à liberto operas, prius poſtulet declarari eſſe libertum: aut filius petiturus alimenta à patre, petat initiò dijudicari, an ſit filius uel maritus, qui ad exhibendam uxorem agere poteſt [n], aut omnia cupiat decerni, iuſtàne ſibi uxor ſit, an'non ſit [o]. Harum ad actionū ſimilitudinem exceptiones etiam quędam pręiudiciales ſiue pręiudicia dicuntur, quib. nimirum reus ita excludit agentem, ut dicat præiudiciū per nouū aliquod iudicium quod aduerſarius moliatur, principaliori actioni fieri non oportere.
6 uerbi gratia: Fundum Titianum poſsides, de cuius proprietate inter me & te cōtrouerſia eſt: & dico præterea, ſeruitutē illi fundo deberi ab alio tuo prædio non controuerſo. huic ſecundo iudicio ſeruitutis rectè opponitur præiudicialis exceptio, quod pręiudicium prędio, id eſt principali iudicio, uendicationiq; rei non fiat. Fieret autem præiudicium, ſi hęc confeſſoria actio de ſeruitute admitteretur. Nam cum ea nō detur, niſi domino fundi [p], ego dominus fundi cōtrouerſi eo ipſo declararer, ſi mihi poteſtas fieret hāc actionem proponendi. At hoc iniquum eſſet, priuſquam probatio dominij in principali uendicationis iudicio à me ſit facta, quæ meritò exigitur, cum tu poſsideas [q]. & hęc eſt ſpecies illa intricata, & à Caſtrenſe rectè ex-
7 plicata, quam proponunt Africanus & Paulus [r]. Exceptiones alię ſunt dilatoriæ, quę actionem differunt in aliud tempus: aliæ ſunt peremptorię, quæ eam perimunt & extinguūt ut rei iudicatæ, ſolutionis, præſcriptionis, &c. [s] Dilatoriarum aliæ uocantur declinatorię, quę iudicium & forum in quo agitur, declinant [t]: aliæ propriè dilatoriæ, quæ ex alia cauſa litem differunt, ut exceptio procuratoria: item de cautione & Guaranda, ut loquuntur, quæ apud Saxones uſitata eſt, præſtanda: de quibus omnibus latius Speculator [u]. Hæ autem omnes ante litem conteſtatam proponendæ

C 3 ſunt.

a l.2.h.t.
b l.antepenult. hoc tit.
c d.l. antepen.
d l.2. in fi.h.t. tot.tit.Inſt.de replicatio. l. 3. C. de excep.
e Cic. lib.1. ad Herenn.ca. 5. et de Inuent. lib.1. cap.3. & lib. 2.cap.4.
f l.fin.l. pe. C. de exceptio.c.2. c. dilecti.extra, eod.Quint.li. 7. cap. 6. & lib.3. cap.8.
g l. qui agnitis. 11. l. Paulus. 23. h.t.l.2.C.de precib.Imper.offeren.l.contra.C. de inoff. teſta.l. ita.C. de procuratorib. cum ſimilibus.
h tot. tit. C. de præſcripti.long. temp.
i in l.fin. C. eod. in l. fi. §.de dilatio.Specu.in tit. de exceptio.
k l.4. §. pe. ff. de cenſib.
l libr. Diſputationū 2. cap.2.
m §.præiudiciales.Inſt.de actionis.l.actionis uerbo.36. ff.de obligat. & actio.l. 1. §.1. de rei uendic.l. Imperatores.14.de priuileg.creditor.
n iuxta l. 2. de liber. exhibend.
o d. §. præiudiciales.
p l.2. in princ. §. ſi ſeruitus uendi.
q l.2. C.de probatio.l.fin.C.de rei uendicatio. §.retinendæ. uerſ. commodū.Inſti..de interdictis.
r in l.fundum.16.& duab.ll.ſeq.h.t.
s l.2.§.fin.l.3.h.t.
t l. fi. C. de exceptio.Lanfran.in c.quoniam.in uerb.recuſationes & exceptiones. extra,de probatio.Kling. in praxi. eod.
u in tit. ca.43. cum ſeq.

ſunt: poſtea enim non admittuntur[a]. Sed peremptoriæ poſt litem demum
conteſtatam opponuntur[b], quatuor exceptis, quæ ideo priuilegiatæ di-
cuntur, quòd litis conteſtationem impediant[c]. Item aliæ ſunt temporales,
quę durant ad tempus pręſtitutum aut à lege[d], aut ab homine[e]: cuiuſmo-
di omnes ſunt dilatorię[f]. Aliæ perpetuæ, quales ſunt omnes peremptorię[g]:
neq; enim ullo tempore præſcribuntur[h]. Poſtremò plerę; exceptiones
in rem competunt: nonnullæ ſunt perſonales, nec tranſeunt de perſona in
perſonam, ut exceptio pacti perſonalis, & ne quis, niſi quatenus facere po
teſt, conueniatur[i]. Exceptiones ex æquitate naturali proficiſcuntur[k]: un- 8
de & iuriſgentium eſſe dicuntur[l]. nam etſi Prætor pleraſq; induxit, unde
& hic tractatus inter Prætoria iudicia eſt collocatus: tamen ex æquitate na
turali, aut iure gentium eas deſumpſit, atque in foro ualere uoluit. Mate-
ria circa quam exceptiones uerſantur, ſunt actiones & iudicia.

Quod ad formam attinet, ſciendum eſt, exceptiones olim à Prætore da- 9
ri ſolere, perinde atq; actiones: qui aut purum præſcribebat iudicium, non
admiſſa rei exceptione ut ſi paret promiſiſſe cōdemnato: aut ſub conditi-
one, ut cum exceptionem admiſſam formulæ inſerebat. ſi paret promiſiſſe
Titium Seio decem, condemnato, extrà quàm ſi quid dolo malo, metuúe
geſtum ſit[m]. Conditionaliter enim per particulam, ſi exceptiones adijciebā
tur: unde & Paulus in d.l. antepen. conditiones appellat. Sed hodie exce-
ptiones formam nullam habēt, imò quibuſcunq; uerbis proponi poſſunt,
adeò ut ſufficiat uel nuda facti narratione ius exceptionis patefieri[n]. Eſt ta
men aliquo modo patefaciendum, alioqui iudex non ſupplet, ſi uel igno-
rantia, uel inſcitia, uel aliam ob cauſam litigator exceptiones omittat: ut la-
tius alibi tradunt Doctores, præſertim Caſtrenſ.[o] Quanquam autē plu- 10
ribus uti exceptionibus, & una omiſſa uel non probata ad aliam redire ne-
mo prohibetur[p]: tamen non uno omnes tempore proponi debent. Nam
dilatoriæ pleræq; ante litem conteſtatam, ut dixi, ſunt proponendę & pro-
bandæ: ut declinatoria fori[q], procuratoria, & ſimiles[r]: niſi reus ignorarit
eas ſibi competere[s]. Quare poſt litem conteſtatam, aut etiam poſt ſtatutū,
ut fieri ſolet, à iudice terminum, non recipiuntur[t], pręterquam ſi recens fu-
erint ortæ[u]. Quòd de dilatorijs iudicijs intelligendum eſt, non de dilatorijs
actionis & cauſæ de qua agitur, ut eſt exceptio pacti de non petēdo intra
certum tempus, &c. Nam hæc proponitur lite demum cōteſtata, ſicuti &
reliquæ peremptorię[x]. probanda autem eſt probata agentis intentione[y]:
exceptis quatuor illis priuilegiatis, uidelicet rei iudicatę, tranſactionis, iu-
riſiurandi & pręſcriptionis: quę ante litem conteſtatam inſtar dilatoriarū
proponuntur, ad impediendum litis ingreſſum, cum in continenti probari
poſſunt[z]. Poſtquam autem concluſum eſt in cauſa, exceptiones non audi-
untur[aa], ut nec poſt ſententiam quę tranſiuit in rem iudicatam, nec appella
tione eſt ſuſpenſa[bb], exceptis ijs quę ſententiā nō impugnāt, ſed temperāt
modū executionis[cc]. Finis eſt, ut inflexibilis actionū rigor ab exceptionū 11
ἐπιεικέᾳ tēperetur, & uti, quem iniquum eſſet ex æquitate naturali cōdem
nari, is obiecto quaſi exceptionū clypeo, tela ciuilium actionū aſpera præ
duraq; euitet: ut latius tradit Theophil. Inſtit. eod. Exceptionū dilatoriarū
effectus eſt, ut aut differant aut transferāt iudicium peremptoriarū, ut intē-
tionem

*a l. ita demum. C. de procuratorib. Doctores in l. fi. C. eod.
b l. ſiquidem. 9. C. eod.
c c. 1. de litis cōteſt. in 6.
d l. ſi intra. 8. & in l. in cōtractib. 14. C. de nō numera. pecu. tot. tit. C. de dote cauta non numera.
e l. 3. §. temporales. h. t.
f d. l. 3.
g §. appellantur. Inſt. eod.
h l. purè. §. ult. ꝭ. de dol. exceptio. l. ſi. pactū. C. eod.
i l. exceptiones. 7. h. t.
k Inſti. de exceptio. in prin. l. 1. ꝭ. de doli & metus exceptio. l. 1. ꝭ. de uacatione munerū, & excuſatio. Azo in rubr. C. eo. in fi.
l Doctores hic in rubric. & in tit. extr. eod.
m l. ſicut. 8. §. quid ſi quib. mo. pig. l. creditor. 12. qui pot. in pig. l. 1. §. Labe. de flum. l. 1. §. ſunt qui. ꝭ. ne quid in flu. pub. l. ſi uitem quod ui aut clàm. uid. Duar. in tit. de pact.
n Doctores hic, præſertim Socinus in l. 1. per l. itaq;. 48. de procuratori. & l. qui pendētem. 26. ꝭ. de actio. emp.
o nu. 4. in l. unica. C. ut quæ deſunt aduoca. iudex ſupple. gl. in l. ſi unus. 28. §. pactus. ad uerb. in pactis. ꝭ. de pact.
p l. nemo. 8. l. is qui dicit. 5. h. t.
q l. fi. C. eod
r l. licet. l. ita demū. C. de procuratorib.
s l. fi. C. ſi à nō compe. iudice.
t c. paſtoralis. de exceptio.
u Gloſ. in c. exceptionem. extr. eod. per. c. inſinuante. de offic. deleg.
x l. exceptionem. ubi Doctores. C. de probatio.
y l ſiquidem. C. de exeptio. c. auditis. de præſcriptio c. de teſtib. extr. de teſtib.
z c. 1. ubi Doctores. de litis conteſta. in 6.
aa c. cū dilectus. 9. de fide inſtru.
bb l. 2. C. ſententiā. reſcind. non poſſ. l. ſub ſpecie. C. de re iudica.
cc l. Neſennius. 41. §. fin. ꝭ. de re iudic. l. ex diuerſo. 18. §. fin. ꝭ. ſolut. matr.*

tionem excludant aut minuant[a]. Illarum obiectione litem non conteſtari, certum eſt[b]. De his dubitari ſolet in d.l.1. ubi Baldus inquit, communem eſſe Legiſtarum opinionem, peremptorię obiectu litem conteſtari. Quod Canoniſtę negant[c], niſi ulterius reus progrediatur intentionem negando, uel diſertis uerbis conteſtando litem[d]: id quod uſu propemodum ubique obſeruatur. Illud etiam ſciendum eſt, eum qui excipit, non fateri agentis intentionem eſſe ueram[e]. Quare uſu obtinuit, ut etiamſi reus exceptiones obijciat, cogatur nihilominus aut affirmatiuè aut negatiuè reſpōdere, atq; ita litem conteſtari.

## DE EXCEPTIONE REI IVDICATAE. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio, quare detur hæc exceptio.*
3 *Quando obſtet rei iudicatæ exceptio.*

1 POſt generalem de exceptionibus titulum, quædam nunc ſpeciatim de pręcipuis exceptionum ſpeciebus (nec enim omnes exequi huius eſt loci aut inſtituti) conſequenter proponuntur. Eſt autem inter pręcipuas exceptio rei iudicatę, cum obijcitur actori: Actum ne agas. quę etiam litis
2 ingreſſum impedit[a]. Quod probabili ratione placuit, ne aliter modus litium multiplicatus ſummā atq; inexplicabilem faciat difficultatem, maximè ſi diuerſa pronunciarentur. párere ergo exceptionem rei iudicatæ frequens eſt[b]: nam cum actionem etiam res iudicata pariat[c], multo magis exceptionem producere dicēdum eſt[d]. ac Cicero in Oratio. pro L. Flacco, oſtendit, olim Præſides de rebus iudicatis denegare actiones conſueuiſſe. & pro A. Cluentio inquit, extremæ impudentiæ eſſe, iudicata labefactare conari. Amplius in Oratione de Lege agraria ad populum dicta, rerū iudicatarum infirmationes, ait, ciuitatum afflictarū perditis iam rebus extremos exitiorum ſolere eſſe exitus. Sed illud Iulianus rectè reſpondit, exceptionē rei iudicatæ tum demum obſtare, quoties eadem res ſiue quęſtio inter eaſdem perſonas reuocatur[e]. nec enim ſentētia inter alios dicta, alijs debet nocere[f]: neq; de una re dicta, ad alias res quæ in ſuperius iudicium deductæ non ſunt, trahi[g]. Separatorum enim ſeparata eſt cauſa & ratio[h]. Eadem aūt quęſtio eſt, cum uel res eadem iterum petitur, quamuis aucta aut diminuta, aut pro parte tantum petatur[i]: uel eadem eſt cauſa petendi[k]. Eędem perſonæ dicuntur non modò principales, ſed etiam quæ in earum locum ſuccedunt[l], quæq; ab his mandatum habent[m].

## DE DIVERSIS TEMPORALIBVS* PRAESCRIptionibus, & de acceſsionibus. TIT. III.

1 *Cuiuſmodi ſint temporales præſcriptiones.*
2 *De acceſſ ionibus temporum.*
3 *Quanto tempore actionibus præſcribatur.*

1 PRæſcriptiones quoq; temporales uariæ & diuerſę ſunt, quę excludūt agentē, quia debito tēpore nō egit: ut cum dicitur, annalē actionē (cuiuſmodi pleræq; pretorię ſunt) intra annū utilē non eſſe intentatam[a]: item cum uendicāti rē pręſcriptio triennalis obijcit, aut decēnij uel uicēnij[b], aut etiā triginta uel quadraginta annorū[c]. qua in parte ſciendū eſt, acceſsionū tempora in poſſeſſorib. cōſiderari. Nam cōtinuatur defuncti tempus quo poſſedit, cum tēpore hęredis[d], & eius qui ab hęrede emit[e]: itē emptoris &
2 uenditoris etiā tertij, quartiúe[f]. Sed de acceſsionib. poſſeſsionū nihil in perpetuū neq; generaliter definire poſſumus. conſiſtunt enim in ſola ęquitate.



a l.excepti.22. cum l. ſeq. h.t. b Gloſ. & Doctores. in l.1. C. de litis conteſta. c.exhibita. de iudicijs. c per c.2. de litis cōteſta. lib.6. in c.1. ubi latiſsimè Socin. de lit. conteſt. d c. prout. de dolo & cōtumaci. c. cū cauſam. de appellat. c. cū uenerabilis. de exceptio. e l. nō utiq;. 9. h.t.c. exceptionē. de reg. iur. in 6. c. cū uenerabilis. ext. eod.

a d.c.1. de litis cōteſta. in 6. b l. ſingulis. 6. h.t.l.3. & 4. C. de re iudicata. c l. ſi actor. C. de reb. creditis. d l.1. §. nā cui damus. de ſuperficieb. e l.3.h.t. f l. ſæpe. de rei iudicat. l. 1. h.t. g l. ſi cū teſtamento. 21. in princ. l. ſi in iudicio. 23. l. & an eadem. 14. h.t. * aliàs, temporibus. h l. eum. 18. de negocij. geſt. l. ſi maritus. C de donatio. inter uir. & uxor. l. de ſeruo. de calūniatorib. i l. ſi quis cum totum. 7. cum l. ſeq. d.l. & an eadem. 14. in princ. & §.1. k l. ſi mater. 11. §. eandem. d. l. & an eadem. l l. 4. l. ſi à te hæreditatem. 9. §. fin. d.l. ſi mater. in princ. & §. Iulianus. & §. fin. m d. l. ſi mater. §. hoc iure.

a l.1.h.t. b l.3.h.t. §.1. Inſtit. de uſucapio. c tot. tit. C. de præſcrip. 30. ann. d l. cum hæres. 11. h.t. e l. pe. §. fi. h.t. f l. 5. 6. 14. 15. h.t.

Planè tribuuntur ijs, qui in locum aliorum ſuccedunt, ſiue ex cōtractu, ſiue
ex ultima uoluntate[a]. Eiuſmodi quoq; temporalis præſcriptio fiſco obſtat:
nam à bonis uacantibus quadriennij curriculo excluditur[b], in reliquis acti
onibus præſcriptione uicennij[c]. Quo tempore & alijs omnibus publi- 5
cis & criminalibus iudicijs præſcribitur[d]: ciuiles uerò actiones triginta an-
norũ præſcriptione eliduntur[e], niſi breuiorib. ſpacijs ſpecialiter ſint circũ
ſcriptæ: ut actio doli[f], iniuriarũ[g]. Quod quidem tempus continuum eſt[h],
curritq; non modò contra ſcientem, ſed etiam aduerſus ignorantem & ab-
ſentem[i]: quamuis ignorantibus ius ſuum, reſtitutio in integrum ex clauſu-
la generali, Si qua mihi iuſta cauſa[k], &c. detur[l].

a l. de acceſsionibus. 14. h. t. b l. intra 10. hoc tit. c l. in omnib. 13. h. t. d l. querelā. C. ad leg. Cor. de falſ. e l. ſicut. l. omnium. C. de præſcrip. 30. anno. in princ. Inſtit. de perpet. & tempor. actio. f l. fin C. de dolo malo. g l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. cum ſimilibus. h l. nunquam. §. in uſucapionib. ſ. de uſucapio. i l. fi. C. de longi tempor. præſcripti. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annor. k in l. 1. ex quib. cauſ. maior, &c. l tot. tit. C. quib. non obijc. longi temp. præſcrip. Bart. in l. 1. §. ſi quis autem. ſ. de itiner. actuq; priuato. Panor. in c. uigilāti. de præſcrip. latè Bald. in tractatu præſcriptio. 4 parte quartæ partis principal. quæſt. 29.

## DE DOLO MALO ET METVS EXCEptione. Tit. IIII.

1 *Diſpoſitio huius tituli, & quàm latè pateat hæc exceptio.*
2 *Quare detur.*
3 *Quomodo dolo quid factum dicatur.*
4 *Quando huic exceptioni locus ſit.*
5 *Quibus obijci poſsit, uel non.*
6 *Quamdiu.*
7 *De metus exceptione.*

LAtiſsimè patet exceptio doli, unde & generalis dicitur[a]: quippe quæ 1
ex omnibus in factum exceptionibus oriatur. quia dolo facit, quicun
que id quod qualibet exceptione excludi poteſt, petit[b]. Quo autem di-
lucidius intelligi poſſet hæc exceptio, ordinem I.C.[c] ſecuti, prius de cauſa
uideamus, quare propoſita ſit: deinde quemad. dolo fiat: tum quando &
quibus caſibus obſtet: deinde aduerſus quas perſonas locũ habeat: nouiſ-
mè intra quæ tempora hæc exceptio competat. Ideo autẽ eam propoſuit 2
Pretor, ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalẽ æqui
tatem prodeſſet[d]: quod foret planè iniquiſsimũ[e]. Quare ne replicatione
quidẽ doli hęc exceptio elidet, ne ex eo quod perfidè geſtũ eſt, actor quip
piam cōſequatur[f]. An dolo quid factum ſit, ex qualitate facti intelligitur[g].
Sed & is dolo facit, qui petit quod qualibet exceptione excludi poteſt[h]: uel 3
quod ſcit non oportere ſolui[i], aut ſi ſoluatur, eſſe reſtituendum[k]. Huic aũt
exceptioni locus eſt, cum dolus actoris coarguitur. Ex eadem enim propo 4
nitur cauſa, ex qua actio doli[l]: uidelicet cum dolus in negocio latet, cuiuſ-
modi multas ſpecies I.C.[m] proponit. Obſtat hæc exceptio ei qui dolum fe 5
cit, non alijs: nec enim ſufficit dolo factũ eſſe, ſed oportet actoris fraudem
coargui[n], aut eius procuratoris[o]. Nam ſicuti actio doli, ita & exceptio, quã
ex eadem cauſa dari diximus, in perſonam directa eſt. Aduerſus parentes,
aliasq; perſonas quib. reuerentia debetur, neq; doli exceptio, nec alia, quæ
exiſtimationem apud bonos ſugillet, cōpetere poteſt: in factũ itaq; erit ex-
cipiendũ[p]. Non autẽ ſicut de dolo actio, quæ exiſtimationẽ uiolat, certo 6
tẽpore finitur, ita etiã exceptio eodẽ tẽpore dãda eſt. Nam hęc perpetuò
cōpetit: cum actor quidẽ in ſua poteſtate habeat, quãdo utatur iure ſuo, is
autẽ cum quo agitur, nō habeat quãdo cōueniat[q]. Itaq; ea ratione ceſsãte,
cũ in modũ actionis quęſtio doli ꝓponi poteſt, perinde ut actio terminat[r].
In metus exceptione eadẽ omninò obtinẽt. Itaq; Caſsius eã omiſit, conten- 7
tus doli exceptione, quę generalis eſt. Sed utilius uiſum eſt, etiam de metu
opponere

a l. 4. §. fin. hoc tit.
b l. 2. §. & generaliter. l. qui æquitate. 12. h. t.
c in l. 1. h. t.
d l. 1. h. t.
e l. 2. de eo per quem factũ erit.
f l. 4. §. Marcellus. h. t.
g d. l. 1. in fin. l. dolus. C. de reſcind. uendit.
h d. l. 2. §. & generaliter.
i d. l. 2. §. circa.
k l. dolo facit. 8. h. t.
l d. l. 2. in prin.
m in l. 2. & ſeq. h. t.
n d. l. 2. §. 1.
o d. l. 4. §. quæſitum.
p d. l. 4. §. aduerſus. & §. fi.
q l. purè. 5. §. fin. h. t. l. ſi pactum. C. de except.
r l. ſi quis libertatem. de petit. hæredita. l. quæſitum. §. fi. de peculio.

opponere exceptionem:nam diſtat quadantenus à doli exceptione. Quia
eſt in rem ſcripta,ſicuti ipſa actio,ut non inſpiciamus, an is qui agit, metus
cauſa fecerit,ſed an omnino metus cauſa factum ſit. Et quamuis de dolo
authoris exceptio doli non obijciatur: ueruntamen hoc iure utimur, ut de
metu non tantum ab authore, uerùm à quocunque adhibito, obijci exce-
ptio poſsit[a].

a d.l.4.§.fin.

## QVARVM RERVM ACTIO NON datur. Tit. V

1 *De exceptione iuriſiurandi*
2 *De his quæ onerandæ libertatis cauſâ promittuntur.*
3 *De dolo qui cauſam dat contractui.*

1 SCiendum autem eſt,exceptione quandoq; non eſſe opus, ut ijs in reb.
quarum rerum actio à Prætore qui actiones olim cõcedebat, & à quo
erant impetrandæ,non datur.Quod uſuuenit,cum quis aduerſarium ſuum
delato iureiurando,iudicem de cauſa facit[a]. Iuſiurandum enim uicem rei
iudicatæ obtinet[b].Itaq; poſt rem iureiurando deciſam,non dat actionem
Prætor[c],ne periurio quæratur[d]. Quare & hodie hæc exceptio litis conte-
2 ſtationem impedit[e]. Item in ijs,quæ onerandæ libertatis cauſa patronus
à liberto ſtipulatur. Quia uiſum eſt,aduerſarium libertati ac uiolentiæ ple-
num, perpetuo uexationis metu libertum patrono ſubijci, propter quem
metum quiduis ſuſtineat patrono exigente[f]. Quo tamen caſu exceptione
opus eſt:quia ſtipulatio quantumuis dolo malo metuúe ſit inita, ipſo iure
3 ualet[g]. Sed quando res incidit in contractum bonæ fidei, tum etiam nõ
oppoſita exceptione denegat actionem Prætor, ut ſi ſocietatem oneran-
randæ libertatis cauſa patronus cum liberto iniuerit[h]. Nam cum uideatur
metu inita[i],cui dolus ineſt[k], ipſo iure ad nihilum recidit, nec ex ea actionẽ
dat Prętor[l]. Quia cõtractus bonę fidei dolo malo initi,ipſo iure nulli ſunt:
neq; ex ijs agi poteſt: cum neutiquam ſit conſentaneum, actionem bonæ
fidei cui dolus maximè aduerſarius eſt,dari ex eo quod fraudulenter inue-
nitur geſtum,ut latius alibi traditur[m].idq; præſertim in ſocietate obtinere
æquum eſt,quæ cum ius fraternitatis complectatur, & planè libera eſſe de
beat,ut ad tit.pro ſocio eſt dictum:meritò nullius momenti eſſe cenſetur,ſi
ad eam libertus, cauſa libertatis conſequendæ quaſi adigatur.l.Labeo.36.
de oper.lib. quanquam olim de ea quoque dictum fuiſſe ali. infrà, quando
ius appareat,ex l.1.de bon.liber.

a l.1. in princ. hoc tit.
b d.l.1.l.2.de iureiurando.
c l.ait Prætor.7.de iureiur.
d l.fi.de in litẽ iuran.l.nã poſtea.9.§.1. de iureiur.l. nam ſufficit.de dolo malo.§.æquè. Inſt. de excep.
e d.c.1. de litis conteſt. in 6.
f d.l.1.§.quæ onerandæ.
g l.5.C.de inutil.ſtipul.
h l.Labeo.de bon.lib.
i d.l.1.d.§. quæ onerandæ.
k l.ſi cum exceptione.14.§.eũ. de eo quod metus cauſa.
l d.l.1.§.ſi libertatis.
m in l.& eleganter. in prin. de dol.mal. & in l.3.ſ.pro ſoc.

## DE LITIGIOSIS, TIT. VI.

1 *Cuiuſmodi ſit hæc exceptio.*
2 *Quæ res dicatur litigioſa.*
3 *De pœnis alienantium res litigioſas.*

1 EST & exceptio de litigioſis rebus propoſita: nam ſi quis ſciens rem e-
mat litigioſam, huic petenti poſſeſsionem uel nondum acquiſitã, uel
2 amiſſam obſtat exceptio litigioſæ rei[a], quam emere non debuit[b]. Liti-
gioſa autem res dicitur,non de qua controuertitur extra iudicium, per de-
nunciationem fortè[c],ſed de qua agitur in iudicio,& lis mota eſt. quod fieri
intelligitur aduerſario citato, & propoſita petitione[d]:atq; hoc quidẽ in e-
3 mente rem litigioſam obtinet. Quòd ſi uerò ipſe litigator illiuſmodi rem
dedicet ſacris,quia non modò aduerſarium afficit iniuria, cuius duriores
reddit partes,ſed etiam contumelioſus eſt in Deum, quem falſa religionis
ſpecie colit,meritò dupli pœnam patitur[e]. Sed eiuſmodi pœnæ hodie la
tius uagantur, & ad omnem rerum litigioſarum nundinationem exten-
ſæ ſunt[f].

a l.1.hoc tit.
b tot.tit.C.de litigioſis.
c l.1.h.t.l.1.C. eod.
d Auth.litigioſa.ubi Doctores C.eod.
e l.fin.h.t.
f l.fin.cum auth.ſeq.C.eo.

DE OBLI-

## DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIOnibus. Tit. VII.


1 *Quomodo ſtipulationes dicantur Prætoriæ.*
2 *Quare inter iudicia Prætoria referantur.*
3 *Quare hic de obligationibus & actionibus agatur.*
4 *Quid ſit obligatio.*
5 *Quotuplex.*
6 *Quæ propriè dicatur obligatio.*
7 *Cauſa efficiens, qui quomodo obligationem contrahere poßint, aut non.*
8 *Materia, forma, finis & effectus obligationum.*
9 *Quomodo extinguatur obligatio.*
10 *Quid ſit actio, & quàm latè id nomen pateat.*
11 *Partes & ſpecies actionum, & quomodo rectè proponantur.*
12 *Cauſæ & effectus.*


POſt expoſita poſſeſsionum iura, ad ſtipulationes progrediamur, quæ 1
etiam ad iudicia Prætoria, tam petitoria quàm poſſeſſoria pertinent:
unde pleræq; Prætoriæ ac iudiciales appellantur [a]. Nam cùm multis rerũ
humanarum actionibus, tum pręcipuè iudicijs Prętor ſpõſiones adhibuit:
ut ex Cicerone, Quintiliano, & noſtris etiã legib. intelligi licet. Itaq; quam-
uis etiã iure ciuili quo iure introductę ſunt, ſtipulationes ualeant [b]: tamẽ in
iudicijs uerſant̃ magis ex authoritate & iuriſdictione Prętoris, qui harũ uin-
culis forenſes altercationes corroborat, & litigantiũ tum conſulit ſecurita-
ti, tum temeritatẽ coercet, quàm ulla iuris ciuilis introductione. Quòd 2
ſi quis autem fortè quærat, quamobrem non ad contractuũ genera hic tra-
ctatus ſit relatus, ſicuti factũ in Inſtitutionib. uidemus: nihil eſt quod tam fa-
cilè expedire queamus. Nam contractus de quibus ſuprà dictum eſt, ex iu-
re gentium oriuntur, & præcipuè conſenſu conſtant: cumq; non à Prætore
ſed iure ciuili uim habeant, meritò ad iudicia ciuilia referuntur. At ſtipula-
tiones à iuriſdictione Prætoris uſum & uim præcipuam mutuantur, & ex
ſubtili quadã iuris ratione uerbis obligationem gignũt, formulisq; iudici-
orũ à Prætore interponi atq; adhiberi ſolent: ut non immeritò iudicijs Præ-
torijs, quorum hoc loco tractatio eſt inſtituta, annumerentur. Sed quia 3
hæc materia latè patet, multaq; habet cum reliquis obligationib. cõmunia,
ut nihil prætermittatur: primùm in genere de obligationibus & actionib.
uideamus, quarũ ex altera oritur ſtipulatio, alteram ipſa producit: ut quæ
deinceps de uerborum obligationibus dicturi ſumus, facilius intelligatur.
Obligatio ab obligando uinciendoq; dicta eſt. nã in eo uis eius, & (ut loqui- 4
tur Paulus) ſubſtantia conſiſtit [c]. Etenim eſt iuris uinculum, quo quis neceſ-
ſitate adſtringitur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura [d].

Obligatio autem eſt naturalis, quæ ex naturali ratione cauſam habet [e], 5
& ut alibi dicitur, ſolo æquitatis uinculo nititur [f]: aut ciuilis, quæ oritur ex
iure ciuili. quam rurſus diuidimus in ciuilem propriè ſic dictam, quæ lege
introducitur: & prætoriam, quæ ex edicto aliquo Prætoris deſcendit [g].

Propriè autẽ obligatio dicitur, quæ utramq;, & ciuilem, & naturalẽ con- 6
tinet. Hæc enim demum efficax eſt, & uinculum illud iuris habet, cuius in
definitione fit mentio [h]. Obligatio cõtrahitur aut conſenſu [i]: tam uerò qui 7
cùm facto, tum uerbo, tum etiam nutu declarari poteſt [k]: quàm præſum-
pto, cuius uſus eſt in quaſi contractibus [l]: aut re, aut uerbis, aut ſcriptura,
prout quiq; cõtractus horũ aliquid ad perfectionẽ ſui pręcipuè requirũt [m].
quanquã in omnib. cõſenſus etiã deſideretur [n]. Item contrahitur obligatio
lege, cũ uidelicet ſecundũ aut contra leges quid facimus, unde teneamur [o].

a tot tit. j. de præ. ſtip.
b §. de conſtituta. Inſtit. de actio.
c l. 3. h. t.
d in prin. Inſt. eod.
e l. 1. §. ſi id quod. h. t.
f l. Stichum. 95. §. naturalis. de ſolutio.
g l. obligamur. 51. §. lege. hoc tit. l. 1. §. fin. de conſtitu. pecu.
h Gloſ. & Doctores. in princ. Inſtit. de obliga. & in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. de pactis. in l. frater à fratre. de cõdictioi indebiti. l. 1. de nouatio.
i d. l. obligamur. 51.
k d. l. obligamur. in fi. Doct.
l l. 4. §. 1. h. t. tit. Inſtit. de oblig. quæ quaſi contractu.
m l. 1. h. t. §. fi. Inſt. de obligati.
n l. 1. §. 1. de pactis.
o d. l. obligamur. §. lege.

Item

Item facto & neceſsitate[a]: denique ex uarijs cauſarum figuris[b]. Cum autem conſenſus requiratur in omni obligatione, ſicut diximus, aut principaliter, aut συνεργῶς: nec enim inuitus quiſpiam obligatur:[c] ſequitur, uoluntatem eius requiri qui conſentire poteſt, puta puberis & mente compotis, tam patrisfamil.[d] quàm filijfamil[e]. Nam furioſi & impuberes non obligantur [f] ne naturaliter quidem, quin ſolutum repetere poſsint[g], niſi in ijs, in quibus re ipſa citra uoluntatẽ n aſcitur obligatio[h]. Sed & impuberem, qui intelligat quid agatur, naturaliter obligari, quod ad conſenſum attinet, conſentaneum eſt[i]. Seruus etſi conſentire poteſt: tamẽ quia iure ciuili pro mortuo habetur[k], naturaliter tantum, non etiam ciuiliter obligatur[l], niſi in delictis, quorum nemo impunitatem ſperare debet[m]. Mutus & ſurdus
8 conſenſu & factis, uerbo uerò obligari non poſſunt[n]. Materia ex qua exiſtunt obligationes, ſunt facta: materia circa quam, ſunt res licitæ & poſsibiles. Neque enim ulla eſt rerum turpium obligatio[o], ut nec impoſsibilium[p]. Forma obligationum uaria eſt, pro uoluntate contrahentium: aliàs enim uerbis, aliàs conuentione & pactis, aliàs ſcriptura, aliàs aliter formatur obligatio[q]. Rectè autem contrahitur obligatio, aut proprio nomine, aut alieno[r]: dum tamen initium & ſubſtantia obligationis in perſona propria contrahentis conſiſtat[s]. Ad formam etiam pertinet, quòd obligationes neq; induci poſſunt tempore, nec finiri[t]: qui tamen contra pactum tẽpus agit, exceptionis æquitate repellitur[u]. Quare quod ad effectum attinet, obligationes diem recipiunt[x], ut & conditionem[y], non tamen poteſtatiuam[z]: item modum, acceſsionem[aa], &c. Cauſa finalis eſt, ut ex obligatione aliquid detur aut fiat. Effectus eſt, non ut nobis aliquid obligatio ipſo iure acquirat, ſed ad dandum faciendum'ue aliquem obliget[bb], a-
9 ctionemq; ad id exigendum producat[cc]. Aduerſantur obligationi diſſenſus[dd], error[ee], ſimulatio[ff]. Et hęc quidem impediunt ortum obligationis. Ortam autem iam & natam rurſus extinguunt & diſſoluunt mutuus conſenſus[gg], ſolutio, & quicquid ſolutionis uim habet[hh], interitus rei ante moram debitæ[ii]: item tempus ſaltem per exceptionẽ[kk], uel per præſcriptio-
10 nem[ll]. Quod ad actiones attinet, ſciendum eſt hoc nomine propriè cenſeri actiones perſonales[mm], etiamſi ἐν πλάτει actiones etiam reales & extraordinariæ comprehẽdantur[nn]: nec modò ciuiles, ſed etiã criminales[oo]. Quo ſenſu hoc in titulo accipi, uel ex eo liquet, quòd de quibuslibet formis actionum generatim hic diſſeratur. Actio autem nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debeť[pp]. Genus eſt ius perſequẽdi, id eſt facultas agẽdi uel couueniendi[qq]. Differẽtia eſt in uerbis, perſequẽdi in iudicio. Nam hoc ſecernunt actiones à poſtulationibus extraiudicialibus &
11 officij iudicis imploratione. Actionis partes ſunt tres, prœmium, narratio cõcluſio, uel, ut uolũt Doctores, propoſitio maior, propoſitio minor, & cõcluſio[rr]. Maior eſt ipſa facti narratio, quę apertè & breuiter eſt inſtituẽda, ut uoluit Iaſ. pręalle. loco: uel potius aliqua iuris regula maior eſt. Deinde narra-

*a d. l. obligamur. circa fi. b l. 1. in princ. hoc tit. c l. nec emere. C. de iure delibe randi. l. ſicut. C. de actio. l. cum poſtulaſſem. de damno infect. l. Imperator. de cõ trab. empt. cum ſimil. d l. obligari. 42. h. t. e l. filiusfam. 38. h. t. f l. 1. in fin. h. t. g l. pupillus. 58. hoc tit. h l. ſi à furioſo. 23. l. furioſus. 45. hoc tit. i l. 1. de noua-tio. k l. quod attinet. de reg. iur. l l. ſerui. 13. l. obligari. 42. hoc tit. m d. l. ſerui. n l. 1. in fin. l. in quibuſcũq;. 47. o l. generaliter. 26. ℱ. tit. 1. p l. 1. §. ſi id quod. cum ſeq. l. non ſolùm. 30. h. t. l. impoſsibiliũ. 145. de reg. iur. q l. 4. de pignoribus. l. contractus. C. de fide inſtru. cũ ſimilibus. r d. l. §. ſed aut proprio. s l. quæcunq;. 10. h. t. t l. obligationũ. 43. §. 1. hoc tit. u d. l. obligationum. x §. omnis. Inſtit. de uerbor. oblig. l. eum qui. ubi Doctores. ℱ. tit. 1. y l. is cui. 41. h. t. z l. ſub hac. 7. hoc tit. d. l. obligationum. aa d. l. obligationum. §. modus. & §. acceſsio. bb l. 3. hoc tit. l. traditionibus. C. de pactis. cc l. licet. 42. §. ea obligatio. de procuratoribus. dd l. in uenditionibus. 9. de cõtrah. empt. ee l. in omnibus. 56. hoc tit. ff l. contractus. 53. hoc tit. gg l. ab emptione. de pactis. hh tot. tit. Inſtit. quibus mo. toll. obliga. ii l. is qui. 44. hoc tit. kk d. l. obligati. §. placuit. ll l. ſicut. l. omnis. C. de præſcriptio. 30. annor. mm l. actio. 27. hoc tit. nn l. actionis. uerbo. 36. hoc tit. oo l. 1. & 2. ℱ. de crimine ſtellio. l. pe. ℱ. ſi ex noxali cauſa agatur. tot. tit. C. quando ciuilis actio præiud. crim. l. Caius. ℱ. de crim. expila. hæred. pp l. nihil aliud. 50. hoc ti. in princ. Inſtit. eod. qq l. 1. de eo quod certo loco. l. 6. §. uideamus. de negocijs geſtis. l. purè. §. fin. ℱ. de doli mali excep. rr Bart. in l. ſi prius. de operis noui nuncia. ℱ. Iaſon. in §. omnium. numero. 115. Inſtit. de actio.*

narratio ſpecialis facti de quo agitur, minoris locum obtinet, quod ſic deduci debet, ut ex eo appareat medium concludendi [a]. Quam cauſam appellant Iuriſconſulti [b]. Quòd ſi hæc cauſa cõcludendi fuerit inepta, libellus erit ipſo iure nullus [c]. Vltima pars eſt concluſio, quam conſtat omnino eſſe neceſſariam [d]. iudex enim non interponit officium, niſi quatenus petitũ eſt [e], cuiusq; forma totam actionem ampliat, reſtringit & moderatur [f]. Præcipuè actionum diuiſiones ſumuntur, primùm à materia circa quam: aut enim ſunt in rem, aut in perſonam directæ [g]. Secundo, à cauſa efficiente: nam aliæ ciuiles, aliæ Prætorię dicuntur [h]. Tertiò, à fine: quædam enim pœnā perſequuntur, quædam rem familiarem, nonnulla utrumque [i]. Quartò, à forma & modo petitionis: aliæ enim in ſimplũ, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum, nec ulterius concipiuntur [k]. Quintò, à ſui qualitate & natura: pleræque enim ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti iuris [l]. Sextò, ab effectu: nam aliæ ſolidum, aliæ minus conſequuntur [m]. Et has ſex actionum diuiſiones Imperator in Inſt. ordine exponit. Poſſunt autem & aliæ tradi. Sunt enim quædam ciuiles, quædam criminales: earumq; aliæ ordinariæ, aliæ extraordinariæ, aliæ directæ, aliæ contrarię: & alio ſenſu, quędam directę, quędam utiles, quædam in factum: pleræq; perpetuæ, nonnullæ temporales: quædam in hæredes tranſitoriæ, quædam non: nonnullæ uniuerſales, pleræq; particulares: quædam præparatorię, aliæ principales.

Obligationes cum ſint iuriſgentium [n], actiones etiam ex eo iure naſci 12
dubium non eſt. Quia tamen formā à iure ciuili accipiunt, quæ, ut loquuntur, dat eſſe rei [o], meritò iuris ciuilis eſſe perhibentur [p]. Materia ex qua, ſunt facta & obligationes: materia circa quam, perſonæ & res [q]. Forma actionum olim in impetratione & compoſitione, certiſq; uerborum formulis conſiſtebat: quæ omnia poſtea antiquata ſunt [r], ſufficitq; hodie, congruentem & aptam negotio proponere actionem, etiam nullo certo nomine expreſſo [s]. Finis eſt, ut quis ius ſuum legitimè conſequatur: quod quidem ad ſalutem Reipub. hominumq; ſocietatem inter ipſos retinēdam omnino eſt neceſſarium. Effectus actionis multiplex eſt: nam ad eam cogitur pars aduerſa reſpondere [t]: Iudex ſecundum eam, ſi probari poteſt, pronunciare, alioqui litem facturus ſuam [u]: item ea propoſita interrumpit præſcriptionem [x]. Deniq;, ut uno uerbo concludam, ueriſſimum eſt quod dicitur: Neminem perſequendo deteriorem cauſam ſuam facere, ſed meliorem [y].

*a* Bart. in l. certi condictio. numero 2. ſi certum petat. & in l. 2. C. de petit. hæredi. gloſ. magna in l. 1. de edendo. & in l. 2. §. circa. de dolι. except. *b* l. & an eadē. 14. §. de excep. rei iudic. *c* Bart. in l. edita. num. 1. C. de edend. per d. l. 2. §. circa ius. præalleg. loco. num. 116. & 117. *d* l. fin. C. de fideicommiſ. libertat. Bart. in d. l. edita. *e* l. 4. §. hoc autem. de damno infect. *f* Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. de liberatio. legata. Innocent. in cap. ſuper literis. de reſcrip. Iaſ. poſt Angel. in d. §. omnium. nu. 127. *g* l. actionũ. 24. h. t. §. 1. Inſti. eo. *h* d. l. actionũ. l. in honorarijs. 34. h. t. §. ſed iſtæ. Inſtit. eod. *i* §. ſequens. Inſtit. eo. d. l. in honorarijs. l. pe. h. tit. *k* §. omnes autem. Inſt. eod. *l* §. actionum. Inſtit. eod. *m* §. ſunt præterea. Inſtit. eod. *n* l. 5. de iuſt. & iur. *o* l. Iulian. 9. §. ſi quis rem. ad exhibend. *p* l. 2. §. deinde ex his. de origine iuris. *q* d. §. 1. Inſtit. eod. *r* l. 1. & 2. C. de formu. Impe. ſubl. *s* c. dilecti. de iudicijs. *t* auth. offeratur. C. de litis. conteſtatio. *u* l. fin. C. de fideicommiß. libertat. Bald. l. Doctores. in l. prolatum. C. de ſententijs. *x* l. fi. C. de perſcriptio. 30. annor. l. moræ. ubi Dd. C. de rei uen. *y* l. nemo. 88. de reg. iur.

# DIGESTORVM
## Pars ſeptima.
## LIBER. XLV.

### DE VERBORVM OBLIGATIOnibus. Titul. I.

1 *Continuatio, & diſpoſitio huius tractatus.*
2 *Vnde dicta ſit ſtipulatio.*
3 *Quid ſit, & definitionis explicatio.*
4 *Qui imperſonaliter promittit, an obligetur.*
5 *Partes ſtipulationis.*
6 *Diuiſio 1. de prætorijs & iudicialibus ſtipulat.*
7 *Diuiſio 2. de ſtipulationibus dandi & faciendi diuiduis & indiuiduis.*
8 *Diuiſio 3. de ſtip. certi & incerti.*
9 *Diuiſio 4. de ſtipulat. puris & condictionalibus.*
10 *Cauſa efficiens.*
11 *Materia, & quæ ſtipulari poſſimus aut non.*
12 *Forma contrahendæ ſtipulationis.*
13 *Finis.*
14 *Effectus, & de condictione certi, & actione ex ſtipulatu.*
15 *Contraria ſtipulationi.*

1 DIcturi de ſtipulationibus, materia uaria, multiplici & obſcura, eũdem retineamus in explicando ordinem, quem in alijs multo ad intellectum facilioribus, docendi gratia ſecuti ſumus: ut uidelicet primo loco in genere exponamus, quid ſit, & quomodo rectè cõtrahatur ſtipulatio, & à quibus, tum quẽadmodum cõfirmetur, ultimò quibus modis ſoluatur. Iis enim expoſitis facilius deinceps percipi poterunt, quæ de ſpeciebus ſtipulationum Prætoriarum ſubijciuntur. Vt igitur quid ſit, & qua forma rectè contrahatur ſtipulatio, intelligi poſſit, totam hanc materiam pro more noſtro per Methodum breuiter ducamus.

2 Varro lib. 4. de lingua Latina ſtipulationem à ſtipe, id eſt pecunia quam ſtipulari ſolemus, deducere uidetur. Sed quoniam præter pecuniam numeratam aliæ etiam res in ſtipulationem ueniunt, nec ſolent contractus à rebus circa quas uerſantur, quæ multiplices plerunq; & uariæ ſunt, ſed à ſua forma, cauſis & effectu denominari: ut mutuum, commodatum, permutatio, &c. maluit Iuſtinianus in princ. Inſtit. eod. à ſtipulo hoc nomen deriuare. Stipulum enim ueteribus firmum ſignificabat, fortaſsis à ſtipite, cui firmiter quid alligatur, ſicuti robur ab arborum robore. à ſtipulo igitur, id eſt, ab eo quod firmum eſt, dictam eſſe ſtipulationem cõſentaneum eſt, ſicuti & Theophil. in Inſtit. interpretatur, & Paul. lib. 5. receptarum ſententiarum, tit. 7. de obligationibus. Quia hæc una obligatio citra rationem iuriſgentium iure ciuili ex ſolis uerbis firma eſt: unde & uerborum obligatio appellata, quòd magis uerborum ſolennitate, quàm æquitate conuentionis conſtituatur. Et hic quidem contractus iam perfectus ſtipulatio dici-

tur [a]. Quare ad totum contractum nomẽ ſtipulationis pertinet, etiamſi ob-
tinuit, ut ſtipulari dicatur is qui interrogat, ſibiq́ uult promitti: promitte-
re, qui ſpondet & pollicetur [b]. Stipulatio eſt uerborum conceptio, quibus 3
is qui interrogatur, daturum factutumúe ſe quod interrogatus eſt, reſpon-
det [c]. Verborum conceptio loco generis ponitur. Alij enim contractus
tantum ſunt conuentiones [d]: quia in ijs ſufficit conſenſum interuenire ſine
uerbis [e]. Sed ſtipulatio uerborum conceptio dicitur, id eſt, certa & forma-
ta uerborum complexio, quæ interrogatione & reſponſione conſtat, ut
hæc uerba ſequentia indicant: is qui interrogatur, reſpondet, &c. in quibus
eſt differentia, qua ſtipulatio à reliquis conuentionibus & pollicitationi-
bus diſtinguitur. Ideo autem uerborum conceptio dicitur, quia à uerbis
uim omnem mutuatur: neque contrahi poteſt, niſi utroque loquente, & al-
tero alterum intelligente [f]. Neque tamen qualiacunq́ uerba ſufficiunt [g],
ſed idonea requiruntur: quæ interrogationi reſponſionem congruè copu-
lent [h]. Additur in definitione, daturum facturumúe. Vt enim aliorum om-
nium contractuum finis eſt, ut quid detur aut fiat: ita & ſtipulatio aut in
dando aut in faciendo conſiſtit [i]: ſic tamen ut uerbo dandi negatiua, uide-
licet non dari, faciendi, non facere contineatur [k]. Addita autem eſt per em-
phaſin particula ſe. Nam ſi quis alium daturum facturumúe promittat, inu-
tilis eſt ſtipulatio [l]. Hinc controuerſum uidemus, an qui indefinitè promi-
ſit, & imperſonaliter, puta dabitur, obligatus intelligatur? Et quamuis in 4
dubijs interpretatio facienda eſt, ut actus ualeat [m], & uideatur hæc reſpon-
ſio ad interrogationem commodè applicari poſſe, quaſi ita ſit reſponſum,
à me dabitur: tamen quia ſtipulationes ex uerbis metimur, uerius eſt, in
primis uidendum eſſe, quid ſit actum [n]. Id ſi non appareat, magis eſt ut
contra ſtipulatorem fiat interpretatio [o]: & non ualeat ſtipulatio, in qua
promittentis perſona non inuenitur expreſsè obligata, cum nec conſtitu-
tum hoc modo rectè contrahatur [p]. Stipulatio duas habet partes: inter- 5
rogationem eius qui ſibi acquirere uult, & congruam reſponſionem illius
qui ſpondet ac promittit [q]. Diuiſio autem ſtipulationum multiplex eſt. 6
Nam primò diuiduntur à cauſa efficiente. Aliæ enim ſtipulationes ſunt iu-
diciales, quas exigit iudex Pedaneus, qui de cauſa cognoſcit: aliæ Præto-
riæ, quæ Prætoris autoritate conſtituuntur: aliæ conuentionales, quæ ex
conuentione reorum, id eſt partium fiunt: aliæ communes, quæ neque ex
mero Prætoris, nec ex mero iudicis officio proficiſcuntur, ſed modò à Prę-
tore, modò à iudice decerni ſolent [r]. Porrò Prætoriæ ſubdiuiduntur in iudi
ciales, cautionales & communes, de quib. poſtea ſuo loco dicetur [s]. Deinde
diuiduntur ſtipulationes à materia. Aliæ enim conſiſtunt in dando, aliæ in 7
faciendo [t]. & quoniam facta pleraq́ ſunt indiuidua, fit ut quædam ſtipu-
lationes partium præſtationem recipiant, quædam non recipiant [u]. Hinc
aliæ diuiduæ, aliæ indiuiduæ ſunt appellatæ. Quia uerò res non ſolùm cor-
pore, ſed etiam intellectu diuiduntur [x], bifariam diuidui uerbum accipien-
dum eſt. Alia enim obligatio præſtationem partium numero & re ipſa re-
cipit, ut ſtipulatio earum rerum quæ numero, pondere & mẽſura conſtant,
puta pecuniæ. Pecunia enim uel integra uel per partes ſolui natura poteſt.
Sed iure inuitus creditor particularem ſolutionem, quæ magnam ſæpe in-
commoditatem adfert [y], admittere non cogitur, niſi in caſibus exceptis [z].
Alia autem diuidua dicitur, non quòd reuera præſtationem partium re-
cipiat, ſed quia diuiditur intellectu, ut obligatio ſpeciei, puta Stichi. Nam
etſi Sti-

*a l. 5. §. ſtipulatio. hoc tit.*
*b tot. tit. Inſtit. de uerb. obliga. et de duob. reis.*
*c l. 5. § ſtipulatio. hoc tit.*
*d l. 1. §. 1. l. iurisgentium. 7. in princ. de pactis.*
*e l. ſi ſtipuler. 35. § ult. h. t.*
*f l. 1. §. final. hoc titul.*
*g §. præterea. Inſtit. de inutilib. ſtipulatio.*
*h l. 1. §. uerbis. l. obligamur. 51. §. uerbis. ſ. tit. 1. d. §. præterea.*
*i l. 2. in princ. hoc titul.*
*k l. continuus. 137. §. pen. hoc titul.*
*l l. ſtipulatio iſta. 38. §. 1. hoc tit. §. ſi quis aliũ. Inſtit. de inutil. ſtipul.*
*m l. quoties. 80. hoc titul. l. quoties. 13. cum ſimilibus, de rebus dubijs.*
*n l. ſemper. 35. de reg. iur.*
*o l. quidquid. 99. d. l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. hoc tit.*
*p Auth. ſi quãdo. C. de conſtituta pecunia.*
*q l. obligamur. 51. §. uerbis. ſ. tit. 1. l. 1. §. final. hoc tit.*
*r l. 5. hoc tit.*
*s ad titul. ĩ. de prætorijs ſtipulatio.*
*t l. 2. in princ. hoc titul.*
*u l. 2. §. 1. l. 4. l. ſtipulationes. 72. hoc tit.*
*x l. Meuius. 168. §. duobus. de legat. 2.*
*y l. planè. ſ. famil. hercisc.*
*z l. obſignatione. C. de ſolutio. l. tutor. §. Lucius. de uſuris. l. cum hæres. §. penul. de ſtatu lib.*

etſi Stichus diuidi nequit ſine eius corruptione, unde apud Dialecticos indiuiduum uocatur, etiamſi Iuriſconſulti ſpeciei nomen uſurpent: tamen intellectu partes recipit, ac ſolui per partes poteſt: puta pro dimidia[a], &c. Plures enim poſſunt eſſe unius Stichi domini, & in eo partes habere[b]. Sunt etiam ſtipulationes, quæ partis quidem præſtationem recipiunt, ſed niſi res tota debita ſoluatur, non ſatisfit obligationi: ut eſt obligatio generis, cum hominem generaliter ſtipulor aut lancem. Etſi enim partes intellectu recipit hæc obligatio: tamen niſi totus homo, puta Stichus, ſoluatur, nulla ex parte tollitur obligatio, alioquin in diuerſis hominibus (omnes enim ſpecies ſolui poſſunt) rectè partes ſoluerentur. quod nō eſt admittendum: quia ſtipulator aliud conſequeretur, quàm ſtipulatus eſt, nempe partes diuerſorum hominum pro uno certo homine aut alio indiuiduo, quod in ſtipulationem erat deductum[c]. Aliud autem pro alio inuito creditore ſolui, iniurium eſt[d]. Eadem eſt cauſa obligationis alternatiuæ, quæ illi comparatur[e]: ut ſi promiſeris hominem, aut decem. Nam ſi hic per partes admittatur ſolutio, partem in decem, partem in homine: inuitus creditor, contrà quàm ſtipulatum eſt, accipere cogetur. Quare in his obligationibus parte ſoluta nō liberatur pro parte debitor, ſicuti in ſuperioribus ſpeciebus, cum ſpecies debetur. nam tunc parte ſoluta, pro parte tollitur obligatio: quia nihil aliud ſolui poſtea poteſt, quàm reliqua pars debitę ſpeciei: quod nō eſt in iſtis generis & alternatiuis obligationibus. Pendet ergo ab euētu hic ſolutio, donec altera pars ſoluatur, unde & ſtatim quod ſolutum eſt repeti poteſt, & alia ſpecies dari[f]. Indiuiduæ ſtipulationes ſunt earum rerum, quæ natura diuiſionem non admittūt, cuiuſmodi ſunt ſeruitutes[g] & facta[h]. Id autem ſciendum eſt, naturam harum ſtipulationum etiam in perſonis hæredum non immutari[i]. Quare ſi defunctus non potuit per partes ſoluere, ne hæredes quidem poterunt. Ideoq; in indiuiduis in ſolidum ſinguli tenentur[k]. Nam ſi pro partibus hæreditarijs obligarentur, ut ſemper alias[l], ad nihilum recideret obligatio, propter impoſsibilitatem ſolutionis: quia nec peti, nec ſolui per partes indiuidua poſſunt. Et hæc ſufficiant ad qualemcunq; interpretationem Pauli[m]. Nam plura de difficili & intricata materia

8 dicere, noſtrum inſtitutum non patitur. A' natura rerum quæ in ſtipulationes ducuntur, ſumitur & alia diuiſio. Nam quoniam res quæ in dando conſiſtunt, certò deprehendi & deſignari poſſunt, ut quæ, quales, quantęq; ſint appareat: quæ uerò in facto uerſantur haud quaquam circumſcribi & certò notari poſſunt: fit, ut ſtipulationes dandi appellentur certi, ſtipulationes

9 uerò facti, plerunq; incerti[n]. Poſſunt etiā à forma ſtipulationes diuidi: aliæ enim dicuntur puræ, aliæ in diem, aliæ conditionales. Puræ autem intelli-

10 guntur omnes, niſi dies aut conditio ſit adiecta[o]. Cauſa efficiens ſtipulationum ſunt uerba contrahētium, idoneè ſignificantia uoluntatem[p], ſine qua nec cæteræ conuentiones[q], nec ſtipulatio conſiſtit[r]. Verbis autem contrahi poſſe firmam obligationem, ius ciuile ſtatuit. Vnde & ſtipulatio iuris ciuilis dicitur[s]. Ideo autem ſtatuit, ut etiam citra ullum rei, quæ ſemper contrahentibus non eſt præſtò, interuentum, ſit aliqua certa & fixa ratio contrahendæ ex promiſsione ualidæ obligationis, cuius pœnitere non liceat. Quod omnino in Repub. & commercijs eſt neceſſarium, ne temerè eludere contractus & fruſtrari promiſſa liceat. Nam fundamentum iuſticię autore Cicerone, eſt fides: dicta ex eo, quia fiat quod dictū eſt. Quare haud abſurdum eſt quod aiunt Doctores, ſtipulationem neceſsitatis cauſa eſſe in-

11 uentam[t]. Materia circa quam, ſunt omnes res, quæ in dando faciendoúe conſiſtunt, & dari fieriúe poſſunt[u]. Nam quæ dari fieriúe nequeunt, fruſtra

a l. ſi ſtipulatus. 9. de ſolutio.
b l. 5. ſ. de ſtipul. ſeruor.
c l. in executione. 85. §. pro parte. hoc tit.
d l. 2. §. 1. ſ. de rebus creditis.
e Doctores in l. ſi unus. 28. §. ſed ſi ſtipulatus. de pactis.
f d. l. 2. §. 1. h. t. l. ſi non ſortem. 29. §. ſi decem. de condi. indebiti. d. l. ſi ſtipulatus. 9. §. ſi decem. de ſolutio.
g l. uiæ. 17. de ſeruitutibus.
h d. l. ſtipulationes non diuiduntur.
i l. 2. §. incertam. ſ. de prætorijs ſtipulatio.
k d. l. 2. §. 2. h. t. l. ea quæ in partes. 153. de re. iu.
l l. 2. C. de hæredita. actio. l. 6. C. fam. herciſ.
m in l. 2. & 4. hoc tit.
n l. ſtipulationum. 74. cum l. ſeq. hoc titul. in princ. Inſt. eod.
o §. omnis. Inſtit. eod.
p l. 1. §. ſi quis. hoc tit.
q l. 1. §. 1. de pactis. l. in uenditionib. 9. de contrahen. emptio. l. nec temerè. C. de iure deliberādi. cum ſimilib.
r §. ſi alia. Inſt. de inutil. ſtipul.
s §. de conſtituta. Inſt. de actio.
t Doctores hic in l. 1. Bald. & Cano. in c. 1. extra, de pactis.
u d. l. 2. l. ſcire debemus. 29. h. t. §. fi. Inſt. eod.

 & inuti-

& inutiliter ſtipulamur, cum impoſsibilium nulla ſit obligatio [a]: ſiue natura
dari nequeant: ut res quæ nec ſunt, neq; erunt in rerum natura [b] (nam fru-
ctus qui ſperantur futuri, rectè ſtipulamur [c]) ſiue lege, ut res ſacræ & extra
commercium poſitæ [d]: item turpes & illicitæ, ut promiſsio faciendæ cæ-
dis [e], &c. Sed etſi extra cōmercium ſolius ſtipulatoris res ſint, ſtipulatio nul-
lius erit momenti [f]. Illud etiam tenendum eſt, circa omnes fere contractus
ſtipulationem uerſari, adhiberiq; omnibus iuriſgentium conuentionibus
ſolere. quo caſu naturam earum ſequitur [g]: quod latè in utramq; partem di-
ſputat hic Iaſon [h]. Forma ſtipulationis in eo eſt, ut perficiatur utroq; lo- 12
quente & præſente. Ideo neq; inter abſentes contrahitur [i], neq; ſolo nutu [k]:
ſed neceſſe eſt ut ſtipulator ſibi (nam alteri nequit [l]) ſtipuletur dari uel fieri,
alter uerò id ipſum promittat: nam ex his duabus partibus conſtat uerbo-
rum obligatio [m]. Promiſsio enim ſine ſtipulatione tantū nudum eſt pactum
uel pollicitatio [n]: contrà ſtipulatio ſine promiſsione, nullius rei. Quia ubi
nulla eſt promiſsio, nulla eſt obligatio [o]. Interrogatio etiam præcedat pro-
miſsionē neceſſe eſt, alioqui mutato ordine uitiabitur obligatio [p]. Promiſ-
ſio autem uerbis futuri temporis faciēda eſt [q]: & certis quidem atq; idoneis,
quæ uoluntatem ſignificent, & ad interrogata congruant [r]: ac ſolennibus
olim, hoc eſt iiſdem: ut, dabis, dabo, ſpondes, ſpondeo: hodie quibuſcūq;, id
eſt æquipollentibus [s], etiamſi diuerſis linguis contrahentes utantur, dum-
modo res intelligatur [t]. In continenti tamen reſponſio ſtipulationem ſequi
debet [u]: nam quæ ſunt ſubſtantialia actus & ad formam pertinent, ea non
poſſunt interuallis temporū & locorum diuidi [x]. Et hæc quidem omnia ſa-
pienter excogitata ſunt: ut uidelicet appareret ex præſentia partium, item
uerbis ſeriis ac idoneis, & ordine interrogationis ac reſponſionis continua
to, contrahētes ſeriò & re deliberata ad faciendā obligationem acceſsiſſe,
præciſa omni in poſterum calumniandi anſa, quaſi minus ex animo fuerit
contractū. Stipulatio contrahitur aut purè: ac tum ſtatim debetur, licet præ-
ſens obligationis dies arbitrio ſoluentis cedat [y], aut in diem certū, ut ad ca-
lendas Auguſti, &c. [z] uel incertū: cùm tempore, ut cum moriar [aa]: tum re, ut
fructus quando naſcentur, dabo [bb]: tum loco, ut Romæ dabo. Tacitè enim
ineſt tempus indefinitū, quo Romam perueniri poteſt [cc]: aut ad diē, ut cer-
to tempore duret obligatio. Qua in ſpecie tēpore elapſo, non quidem ipſo
iure tollitur obligatio, ſed æquitate exceptionis [dd]: aut ſub conditione non
quidem præteriti tēporis, ſed futuri [ee]: & qualiacūq; quidem, quę tamen in
caſu ſit poſita [ff], non etiā poteſtatiua [gg]. Finis ſtipulationis eſt, ut uerborum 13
uinculo & nexu promiſſor obligetur, etiam nulla re interueniente. Propter
hanc enim neceſsitatem inuentæ ſunt iuris ciuilis ſtipulationes: ut quia uti-
le erat in Repub. contractum aliquē exiſtere, qui ſine aliis adminiculis pro-
mittentē obligaret, quòd res contrahentibus præ manibus ſemper nō ſint,
certa quædam uerborū forma cōſtitueretur, ex qua iure ciuili efficax exiſte
ret obligatio, & cui promiſſor ſatisfacere teneretur. Nam eiuſmodi contra-
ctus nullus iure gētiū eſt introductus, ut prouiſione iuris Ciuilis hac in par-
te planè fuerit opus. Effectus ſtipulationis eſt, quòd ad exigendū duplicem 14
producat actionem, nempe cōdictionem certi, & actionem ex ſtipulatu [hh].
Certi condictio datur cùm ex aliis contractibus omnibus qui certum con-
tinent,

*a l. impoſsibilium. 145. de regul. iur.*
*b Inſt. de inutilib. ſtipulatio. in princ.*
*c l. interdum. 73. hoc tit.*
*d l. inter. 83. §. ſacrā. l. liber homo. 118. h. t.*
*e l. generaliter. 26. l. Titia. 133. hoc titul.*
*f l. multū. 34. hoc tit.*
*g l. 4. de uſuris. l. damni. 43. de damno infecto.*
*h in Rubri. nu. 11. cum ſeq.*
*i d. l. 1. in prin. §. item. Inſtit. de inutil. ſtipulat.*
*k d. l. 1. §. ſi quis ita.*
*l l. ſtipulat. 38. §. alteri. h. t. §. ſi quis aliū. & §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipulat.*
*m l. obligamur. §. uerbis. ſ̄. tit. 1.*
*n l. 5. C. de cōtrab. et cōmitt. ſtipul. tot. tit. ī. de pollicitatio.*
*o d. l. 1. §. qui præſens.*
*p l. 1. C. de uſuris. Gloſs. in l. iurisgentiū. §. ſed cum nulla. ad uerb. igitur de pactis. Iaſo. poſt alios in l. 1. in prin. nu. 19. h. t.*
*q Inſtit. eod. in prin. ubi Doctores, Azo. in Rubric. C. eo. nu. 2.*
*r d. l. 1. §. ſi quis. & §. fin. l. quæ extrinſecus. 65. hoc titul.*
*s d. l. 1. §. ſi quis ita. h. t. §. in hac. in princ. h. t. l. 41. hoc tit.* *Inſt. eod. l. omnes. C. eod.* *t d. l. 1. §. ult. h. t. §. utrum autem. Inſt. eod.* *u d. l. 1. §. qui præſens. l. continuus. 137. duos. 6. §. ult. de duobus reis.* *x l. hæredes. §. ult. de teſtamentis.* *y §. omnis. Inſt. de uerb. oblig.* *z l. eum.* *aa §. poſt mortem. Inſtit. de inutil. ſtipulatio.* *bb d. l. interdum. 73. hoc tit.* *cc d. l. interdum. d. l. continuum. §. 1.* *dd §. at ſi ita. Inſt. eod. l. oblig. 63. §. placet. ſ̄. tit. 1.* *ee §. conditiones. Inſt. eod.* *ff §. ſub conditione. cum ſeq. Inſt. eo. l. quoties. 59. l. ſi ita. 63. h. t.* *gg l. centeſimis. 46. §. ult. l. ſi quis ſtipulatus. 112. hoc tit. l. ſub hac. 7. ſ̄. tit. 1.* *hh in princ. Inſt. eod.*

tinent [a]: tum ex ſtipulatione, quoties apparet, quid, quale, quantúmque ſit, quod promiſſum eſt [b]. Eſt autem actio perſonalis. oritur enim ex contractu: ac propterea & in hæredes tranſit, & perpetua eſt [c]. Sed actio ex ſtipulatu oritur, quando incertum in ſtipulationem eſt deductum. Incertum autem appellamus, non quod genere ſuo toto ita incertum eſt, ut definiri nequeat (nam eiuſmodi ſtipulationes nullius rei ſunt [d]) ſed quod ſpecie tantum incertum eſt: & quamuis quid, quale, quantumúe ſit, ſtatim non appareat, declarari tamen poteſt: ut cum quis uini boni Rhenani amphoras 100. ſtipuletur. bono enim & melius & deterius inueniri poteſt [e]: aut uſumfructum (nam incertus eſt fructuum prouentus [f]) aut aliquid quod in faciendo conſiſtat [g]. Hæc enim omnia incerta ſpecie ſunt. Quia non ſtatim atque petuntur, apparet quid, quale, & quantum eorum quidque ſit, ſed tamen declarari poſſunt. Itaque in his aut præſtet promiſſor conuenta neceſſum eſt, aut condemnationem in id quod actoris intereſt, patietur, ad quod in incertis deueniri ſolet [h]: niſi eius quod intereſt loco, pœna conuentione ſit comprehenſa: tum enim illa peti debet [i]. Differt autem hæc actio à ſuperiore non alia re, quàm materia petitionis, & condemnationis forma. Nam hac incertum, illa certum petitur: in hac plurimum in id quod intereſt, fit condemnatio: in illa, ipſa res præſtanda eſt [k]. Quomodo autem hæc actio, quæ incertum petit & indiuidua eſt, trãſeat in hæredes, pulcherrima diſtinctione ex-
15 plicat alibi Vlpia [l]. Aduerſantur ſtipulationi uitia, aut in cauſa efficiente, ut error, diſſenſus, &c. [m] aut in materia, ut ſi promiſſum ſit ſcelus uel aliqua turpitudo [n]: aut in forma ſtipulandi [o]. Quæ ſingula ipſo iure ſtipulationem uitiant. Sunt alia, quæ quidem aduerſantur, & tamen non annihilant ipſo iure contractum, ſed ope tantum exceptionis: ut dolus [p], item falſa ſiue iniuſta ſtipulationis cauſa [q], &c.

*a l. certi condictio. 9. ff. ſi certum petatur.*
*b l. ſtipulationum. 74. l. ubi autem. 75. h. t.*
*c d. l. 2. §. 1. l. in executione. 85. §. 1. hoc tit. §. ex cõditionali. Inſtit. eod.*
*d l. ita ſtipulatus. 115. hoc tit. l. triticum. 93. ubi Iaſ. latè h. t.*
*e d. l. ubi autẽ.*
*f d. l. ubi autẽ. §. fundi.*
*g d. l. ubi. d. l. quoties. d. l. ſtipulatio iſta.*
*h l. ſtipulationes. 72. hoc tit. l. ſi quis ab alio. 13. §. fin. ff. de re iudicata.*
*i §. alteri. & §. fi. Inſt. de inutil. ſtipulatio. l. fi. ff. rem ratam haberi.*
*k d. l. ubi. §. fi. l in d. l. in executione. 85. hoc tit. m §. ſi de alia. Inſt. de inutil. ſtipul. n d. l. generaliter. l. 4. C. de inutil. ſtipul. o l. 1. hoc tit. cum ſimilib. p l. ſi quis cum aliter. 36. hoc tit. l. 5. C. de inutil. ſtipul. q l. 2. §. circa. de doli exceptio.*

## DE DVOBVS REIS CONSTItuendis. Titul. II.

1 *Continuatio.*
2 *Rei unde dicti, & qui ſint.*
3 *Cauſa efficiens huius obligationis.*
4 *Materia.*
5 *Forma, & quomodo duo rei conſtituantur.*
6 *Finis.*
7 *Effectus, & quomodo in ſolidum petant uel conueniantur.*
8 *An unius pactum uel factum alteri noceat, explicatæ antinomiæ.*
9 *An unus, inuito altero, nouare delegaréue poßit.*

1 STipulantur porrò aut liberi, aut ſerui [a]. Liberorum autem non modò unus, ſed duo pluresúe & ſuſcipere, & ſibi quærere uerborum obliga-
2 tionem poſſunt: quorum hi rei ſtipulãdi, illi rei promittendi dicuntur [b]. Rei enim, autore Cicerone [c], à re dicti ſunt omnes, quorũ res agitur: ut & apud Vergilium, conſtituam ante aras uoti reus, id eſt promiſſor [d]. Duo igitur rei ſtipulandi appellantur duo uel plures qui eandem rem ſtipulantur, rei promittendi, qui eiuſdem debiti ſe reos una promiſsione conſtituunt, quos & conſponſores Cicero ad Atticum uocat. Nomine enim duorum tres etiam
3 pluresúe debent intelligi [e]. Conſtituuntur autem duo pluresúe rei, non tantum uerbis in ſtipulationibus, ſed & conſenſu ac rebus ipſis in cæteris iuriſgentium conuentionibus: ueluti in emptione, depoſito, locatione, cõmodato, teſtamẽto, &c. [f] etiamſi nomina ſtipulationis & promiſsionis propriè

*a tot. tit. Inſt. de ſtipul. ſeruor.*
*b l. 1. hoc tit.*
*c lib. 2. de Orat. c. forus. §. reus. de uerb. ſig.*
*d l. fideiuſſoris. 24. cum l. ſeq. de pactis.*
*e Inſtit. eod. in prin. & §. duo.*
*f l. eandem. 9. hoc tit.*

ad hunc contractum uerborum pertineant[a]. Earum autem rerum conſtitui 4
rei poſſunt, quæ in obligationem cadunt, quarũq; contrahentibus eſt com-
mercium[b]. Porrò rei ſtipulandi ita conſtituuntur, ſi poſt omnium interro- 5
gationem promiſſor reſpondeat, ſpondeo: uel cum duobus ſeparatim ſti-
pulantibus promiſſor reſpondet, utriq; ueſtrûm ſpondeo. Nam ſi prius Ti-
tio ſpoponderit, deinde alio interrogante promittat, alia atq; alia erit obli-
gatio, nec credentur duo rei ſtipulandi[c]. Duo pluresúe rei promittendi ita
fiunt: Meui decem aureos dare ſpondes, & Sei eoſdem 10. aureos dare ſpon
des: ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, ſpondeo[d], aut ſimul reſpõdeant, ſpon
demus[e]. Ex ipſa enim uerborum forma quæ attenditur, apparet, eandem
ſummam & quidem ſolidam ab unoquoq; eſſe promiſſam. Diuerſum eſt, ſi
coniunctim ab illis ſtipulatus ſis aureos 10. aut ſcriptum inueniatur, illos au-
reos 10. ſpopõdiſſe: tum enim quia particula copulatiua in uiriles obligatio-
nẽ diuidit[f], intelligitur quiſq; uiriles partes promiſiſſe: nec erunt rei promit
tendi, cũ ſeparatim ſuã unuſquiſq; obligationem ſuſtineat[g]. Quare rei pro-
mittendi dici nõ poterunt, qui ſeparatim debent, cũ eiuſmodi ſit uis duorũ
reorũ ut in ſolidũ ſinguli ad eandẽ rem obligẽtur[h]. Quin & ex interuallo re
ctè duo rei cõſtituũtur, ac fruſtra timetur nouatio, cũ hoc agatur, ut duo rei
conſtituãtur, neq; ulla nouatio fiat[i]: ac modicũ quidẽ interuallũ nihil impe
dire conſtat[k]. Sed ſi ex duobus reis qui promiſſuri ſunt, hodie alter, alter po
ſtera die reſpõdeat, non eſſe duos reos: apparet ac ne obligatũ quidem eum
qui poſtridie reſpondet[l], cũ poſt ſtipulationẽ ad alia negocia ſit deceſſum,
priuſquam promiſsio fieret. Secus autẽ fuerit, ſi poſtero die repetita ſtipula
tione alter ex promiſſoribus, qui pridie non promiſerat, continuò reſpon-
deat. Hoc enim modo perfecta utriuſq; obligatione, duo rei cõſtituũtur[m].
Itẽ duo rei promittẽdi ſic fieri poſſunt, ut unus purè, alter in diẽ uel ſub cõ-
ditione obligetur[n]. Nec enim diſpar obligationis qualitas impedit, quo mi
nus uterq; eandẽ ſummã repromiſiſſe uideatur. Secus eſt ſi ſit in quantitate
inęqualitas: aut ſi unus dolũ dũtaxat, alter culpã, aut hic 10. ille 20. ꝓmittat[o].
Inæqualitas enim quantitatũ facit inæquales & proinde diſpares obligatio
nes, cũ tot ſint diuerſæ ſtipulationes, quot res diuerſæ[p]: & alioqui hoc pro-
priũ ſit huius contractus, ut ſinguli ad eandẽ rem æqualiter teneri debeãt[q].
Sanè quãuis rectè dicitur, inter artifices ingens eſſe diſcrimen ingenij & do
ctrinæ[r]: tamen duo artificies eiuſdẽ peritiæ, earundẽ operarũ, rei utiliter fie
ri poſſunt[s]: quia ſimiles ſunt operę in genere & quadã iuris interpretatione
eædẽ in ſpecie, præſertim in iſtis opificijs mechanicis, in quibus ſimilia fa-
cere poſſe mediocres artifices uidemus[t]. Finis huius obligationis eſt, ut 6
pluribus quæratur obligatio facultaſq; conueniendi[u], & ut uterq; qui pro-
mittit, in ſolidũ obligetur[x]: qua in re cautio ineſt, ut uno facultatibus defi-
ciente, alij cõueniri poſsint, ſicut fideiuſſores[y]. Effectus ergo huius ſtipula- 7
tionis hic eſt, quòd ipſo iure ſingulis qui ſtipulati ſunt, ſolidã obligationem
acquirat, & qui promiſerũt, ſingulos integrè ſolideq; obliget. Quapropter
etiãſi unus obligationi eximatur, alter nihilominus in ſolidũ conueniri po-
teſt[z]. Nam & ab initio ab unoquoq; uel ſolidũ petitur, uel pars uirilis prout
creditori eſt uiſum[aa]: qui tamẽ ſolidũ exactus eſt, regreſſum habet aduerſus
correum, ut latius alibi traditur[bb]. Sed hæc nouiſsimo iure aliquantũ immu
tata ſunt. nam correi beneficiũ habent diuiſionis[cc], exẽplo fideiuſſorum[dd]:
imò ne conſtituuntur quidẽ aliter rei debẽdi, quàm ſi id expreſsè actũ ſit[ee].
Sanè ſolutione aut nouatione unius, tota tollitur obligatio[ff]. Etſi enim plu
res ſunt obligationes reſpectu petitionũ & perſonarũ[gg]: tamen quia unam
eandemq;

a §. ſi ſcriptũ. Inſtit. de inutil. ſtipul.
b d.l.multũ.ſ. titul.1.
c in prin. Inſt. eod.
d §.1.Inſt.eod.
e l. 4. hoc tit.
f l. 3. §. ſi quis ita.ſ.de eo quod certo loco. l. ſi mihi.110.ſ.t.1.
g l.reos.11.§.1. hoc tit.
h l.3.§.fin.h.t.
i d.l.3.in prin.
k l.duos.6.§.1. h.t.l.1.§.1.l.continuus.137. in prin.ſ.tit.1.
l l.ſi ex duobus. 12.hoc tit.
m d.l.3.in prin. d.l.eãdem.§.fi. Gloſ.& Doctores in d.l. ſi ex duobus.
n §.fi.Inſt.eo. l.ex duob.7.h.t.
o d.l eandem. §.1. l. ſi id quod 15.hoc tit.
p l.ſcire.29.h.t.
q d.l.3.§.fin.
r l.inter artifices.31.ĩ.de ſolutio.l.ſi nõ ſortẽ. §. libertus. ubi Doctores de cõdict.indeb.
s l.nemo eſt.5. hoc tit.
t d.l.nemo.5.l. ueteres.C.de cõtrah. & committen.ſtipul.
u §. ex huiuſmodi. Inſt. eod.
x l.3.§.fi.h.t.
y §.fin.Inſt.de replicatio.l.reos 11.hoc tit.
z l.duos.6.l.fi. hoc tit.
aa l.3.§.fin.l. reos.11.hoc tit.
bb in l.2.C.de duobus reis.
cc Auth. hoc ita.C.de duobus reis.
dd Auth. præſente.C.de fideiuſſorib.
ee d.Auth.hoc ita.
ff l.2.& 3.
gg d.l.eundem.§.ult.

eandemq́ omnes rē continent, eius rei ſolutione ſimul extinguuntur, cum
eadem res ſæpius ſolui non poſsit [a]. Sed cui ex pluribus reis ſtipulandi ſolu
tio facienda ſit, queſtionis eſt. Et quãuis uerum ſit, ante litem conteſtatã lo-
cum eſſe gratificationi: tamen poſtquã ex duobus reis ſtipulandi unus iudi
cialiter petijt, alteri fruſtra offeretur pecunia [b]: cùm quia melior eſt occupã-
tis conditio, tũ quòd res deſijt eſſe integra per litis conteſtationē: queadmo
dum cũ is qui duobus locis dare promiſit, in altero cõuenitur [c]. Quod autē
unus hoc modo exegit, an alteri communicare cogatur, dubitari poteſt. Et
uerius eſt, nõ cogi niſi ſint ſocij, uel ita conuentũ ſit, uel natura obligationis
8 & rei hoc ferat [d]. Nam cũ diuerſæ ſint obligationes [e], cõſequens eſt, factum
unius alteri neq; prodeſſe, nec nocere. Quin & correi inuicem fideiubere
uidentur [f]. Itaq; ut pactum factumúe fideiuſſoris non prodeſt aut nocet reo
uel confideiuſſori [g]: ita ſi quid correus aut ſtipulandi aut promittendi faciat
uel agat, puta paciſcatur, exigat, &c. nihil ea res pertinebit ad correos [h]. qua
re & mora unius alteri non nocebit [i]: iniquũ enim eſſet. quamuis in coniun
ctis obligationibus unius dolũ alteri nocere: ut latius alibi traditur [k]. Et hæc
quidem uera ſunt in perſonalibus: ſecus autem eſt in ijs quæ ad ipſam obli-
gationem pertinent, quorumq́ poteſtas ex lege obligationis ad ſingulos
correos pertinet. In his enim uerum eſt, quod dicitur [l], alterius factum alteri
nocere: cuiuſmodi ſunt ſolutio, & quæ loco ſolutionis cedunt, ut iuſiuran-
dum [m], delegatio, nouatio, acceptilatio [n]: item preſcriptio interruptionis, &
conſimilia [o]. Sed hæc obſcuriora uideri cuiquam poſſunt, niſi exemplis la-
tius declarentur. Ponamus ergo Seium & Meuium correos eſſe ſtipulandi,
& ex his Seium debitori pactum feciſſe de non petendo: hoc certè pacto
ſublata non eſt obligatio, ſed facultas agendi paciſcenti præcluditur. Qua-
re non magis id nocebit ſocio, quàm cum alter correus obligationi eximi-
tur, uel cum agere aut non uult, aut non poteſt [p]. Idemq́ obtinet in duobus
reis debendi, ut alterius pactum alteri neq; proſit, neq; noceat: cũ utriuſq;
uoluntate conſtitutam obligationem alterutrius conuentio altero inuito
mutare nequeat [q]. Sed ſi ſocij ſint obligationis, eatenus alteri nocebit, pro-
deritq́ pactum, quatenus res ad paciſcentē pertinet. nã etſi ſocius, ius ſocij
paciſcẽdo imminuere aut alienare nõ poteſt [r]: tamē ſibi præiudicare, & ſuo
iuri renũciare poteſt [s]. Etſi igitur ſocio nihil de ſuo iure pacto ſocij detraha-
tur: tamē obſtabit illi ſolidũ petenti exceptio in ea parte, quæ ad paciſcentē
erat peruentura. Socios autē hic accipimus, quorum obligatio ita cõmunis
eſt, ut partē inde quiſq; ſuã ferre debeat: nõ ſunt ſocij, cũ ad unũ tota obliga
tionis utilitas refertur, uel ex natura rei, uel quia ita eſt cõuentũ. ut ſi Titius
& Meuius ſtipulati ſint centũ reddi, quę ſolus Meuius numerauit, non erũt
ſocij: quia ad ſolũ Meuiũ ſumma obligationis redire debet. ſin uterq; pecu-
niã dedit, aut id actũ eſt, ut iure ſocietatis uel cõuẽtionis ſingulis pars quęre
retur, ſocios eos eſſe dicemus. Itē ſi Caius & Sempronius centũ acceperint
mutuò, quę ad ſolũ Caiũ peruenerint: non erunt ſocij, quãuis ut correi pro-
miſerint [t]. Sed Sēpronius pro Caio interceſsiſſe uidebitur [u]: correi enim eate
nus intelligũtur fideiubere, quatenus nõ ad eos, ſed ad correũ res peruenit.
Hactenus enim intercedũt & obligãt ſe ꝓ re aliena tãquã fideiuſſores [x]. ſed
ſi in utriuſq; rē redacta eſt pecunia, ſocij ſunt: quia ex mutuo q ſinguli acce-
perũt, reddere tenẽtur [y]. Atq; ita ſocios obligatiõis hic accipiẽdos eſſe, mul
ta prudẽtũ reſpõſa conuincũt [z]. Quare ut ad rē reuertamur, ſi Titius & Me-
uius correi ſtipulandi, ſocij ſint eiuſdē obligationis, Meuiusq́ pactũ fecerit
de non petendo, nihil id quidē per ſe nocet Titio: ſed ſi Titius ſolidum pe-
tat, obſtabit ei exceptio, quatenus res ad Meuiũ pertinet, qui pactũ de non

 petendo

*a §. ſic itaque Inſtit. de action. l. & eadē. 13. §. pen. ſ. de excep. rei iud. l. 3. §. ex pluribus. de acquir. poſſeſſ.*
*b l. ex duobus. 16. hoc tit.*
*c l. 3. in prin. de eo q certo loco.*
*d l. reos. 11. ubi latè Bart. nu. 9. h. t. per l. in Falcidia. ad leg. Falcid. & l. qui hominem. §. 1. de ſolutio.*
*e l. 13. hoc tit.*
*f d. l. reos. 11.*
*g l. fideiuſſoris. 24. de pactis.*
*h l. ſi unus. 28. in prin. de pact. l. ſi duo. 39. de recept. arbitr. l. ſi duo. 10. hoc tit.*
*i l. mora. 32. §. pe. de uſuris.*
*k in l. centũ. ſ. de eo quod cert. loci.*
*l in l. pen. h. t.*
*m l. iuſiurand. 26. cũ. l. ſeq. de iureiurand.*
*n l. 2. hoc tit.*
*o l. fin. C. eod.*
*p d. l. ex duob. 19. d. l. ſi ex duo. 16. l. ſi ex duob. 12. §. 1. l. fin. h. t.*
*q d. l. ſed ſi unus.*
*r l. nemo. 69. ſ. pro ſocio.*
*s l. pe. C. de pa.*
*t l. 5. C. ſi certũ petatur.*
*u l. reos. 11. h. t.*
*x l. uir uxori. 17. §. final. ſ. ad S. C. Velle.*
*y l. ſi in rē. 12. C. ſi cert. peta.*
*z l. Vranius. 75. ſ. de fideiuſſor. l. 1. ſ. rem ratam haberi. l. 4. §. pe. ſ. de liberatio. lega. uid. latius. D. Conna. lib. 6. cap. 5.*

petendo fecit. Nam hactenus nomine Meuij agere uidetur: & dolo facit, qui petit partem quam Meuio reſtituturus eſt, cui propter pactum nihil debetur. Quare ſi tota utilitas ad Meuium pertineat, in totum: ſi pro parte, pro ea parte obſtabit exceptio. Diuerſum erit, ſi non ſint ſocij: tunc enim Titio, ad quem obligationis utilitas peruenire debet, non erit impedimento Meuij conuentio, quo minus quod ſibi debetur, exigere poſsit. Eadem ratione ſi ex duobus reis debendi Caius pactum fecerit de non petendo à ſe, hoc quidem non proderit correo Sempronio, ſi ſocij non ſint: ſed ſi ſocij exiſtant, & ab utroque pecunia præſtanda ſit, iam quia Sempronius ſoli dum exactus, à Caio dimidiam repetiturus eſt [a], obſtabit pro ea parte exceptio. Pacta enim omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe paciſcentis intereſt [b]. Atque ex his utcunque intelligi poteſt, quod tradit Paulus [c], pactum correi alteri non nocere: quódque alibi dicitur [d], ſi eiuſmodi pacti intuitu correus, qui cum creditore compromiſerat, ab arbitro abſolutus ſit, uetitumq; ſub pœna ab eo peti: ſi à ſocio obligationis petatur, pœnam cõmitti. Quia ab ipſo peti uidetur per latus ſocij: qui ſi ſoluere cõpellatur, regreſſum habiturus eſt aduerſus eum, à quo ex cõpromiſſo nihil peti poteſt [e]. Diuerſum erit, ſi nulla intercedat ſocietas: quia tunc mea non intereſt, à correo debendi peti: qui etiamſi exigatur, nihil à me poterit repetere. Idem obtinet in duobus reis credendi. ut ſi unus compromiſerit, uetitusq; ſit agere, altero petente, committatur pœna: ſi ſocij ſint, non committatur, ſi ſocij non ſint, ut hæc tradit Paulus [f]. Neq; uerò is ſibi parum conſtare uideri debet, quod idem ait [g]: unius correi ſocij pactum alteri non nocere. Nam hoc uerum eſt, quatenus res ad ſocium pertinet, qui non eſt pactus. Illi enim ius ſuum auferri non poteſt: quare nec in propoſita ſpecie nocet ſuum petenti pactũ. unde & ei quod debetur ex obligatione ſoluẽdum eſt: ſed ei qui compromiſit, dummodò ratam habeat ſocij petitionem, damnoſa eſt hæc petitio. Quia certũ eſt, contra compromiſſum fieri, cũ pro parte, quæ ad ipſum peruẽtura eſt ex ſocietate, eius nomine agatur. Sufficit autem pro parte contra compromiſſum peti, ut pœna ſolidè debeatur [h]. Nec enim in ea quæritur, an & quatenus interſit eius cui pœna debetur, ſed an contra placita ſit factum, ut pœna committatur [i]. An uerò nouare correus poſsit, non iniuria dubites, propterea quòd hoc Venuleius [k] affirmare, Paulus [l] negare uideatur. uerius uidetur quod cõmuniter receptum eſt, ut ſocij nouare non poſsint [m], iam enim antè diximus, ſociũ ius ſuum auferre ſocio non poſſe. Atqui acceptilatione auferre poteſt [n]. Rectè: quia id in ipſa ſtipulatione actum eſt, ut alteri altero inuito ſolui poſsit. Integrũ enim unicuiq; promiſſum eſt: quare & integrũ uni ſolui poteſt. At acceptilatio nihil aliud eſt, quàm ficta ſolutio, quæ iure ciuili pro uera habetur, & obligationẽ tollit [o]. Sed nouatio non extinguit obligationẽ, uerùm ſolũmodò mutat. Quare cum per eam non liberetur debitor, ut nec per delegationem, neq; obligationi ſatisfiat: æquius eſt, correo ius ſuum aduerſus debitorem adhuc obligatum, durare, præſertim cum in ſtipulatione permiſſum non inueniatur correo ut mutare obligationem, ſed ſolùm ut ſolutionem acceptare poſsit. Contrà eſt, ſi nouatio fiat ab eo, qui ſocius non eſt, neq; ullam contractus utilitatem cum alio participat: ſed eam ipſe totam conſequitur, ut qui pecuniam mutuam ſolus dedit. Sanè hic nulla cauſa eſt, quare nouare is non poſsit, & alteri, cui nihil effectu debetur, quique tantum fideiuſſor eſt, poteſtatem agendi per nouationem auferre [p]. Reliqua correorum facta, quæ obligationem aut extinguunt, ut ſolutio, acceptilatio, iuſiurandum: aut extinguendam præſcriptione, retinent, ut interruptio quam facit cre-

a d.l.ſi in rem. 12. C. ſi certum peta. l. 2. C. de duobus reis.
b l. & hæredi. 22. §. fin. de pactis.
c in d.l. ſi unus. de pactis.
d l. ſi duo. 39. de recep. arb.
e d.l. ſi quis decedens. §. pe. de libera. leg.
f in l. ſi duo. 39. de recep. arbit.
g in d.l. ſi unus.
h l. 2. §. fi. ſ. de uerb. oblig.
i l. cum pœna. 43. de recep. arbitr. l. ſtipulatio. 38. §. alteri. ſ. de uerb. oblig. l. fi. ſ. de prætor. ſtipulat.
k in l. ſi rem. 31. §. fin. ſ. de noua.
l in d.l. ſi unus.
m d. l. ſi unus.
n d. l. nemo. 69. pro ſocio.
o §. item. Inſt. quib. mod. toll. obl. tot. tit. ſ. de acceptilatio.
p d.l. ſi rem. 31. §. ſi duo. ſ. de nouatio.

facit creditor,debitor admittit,quin correis noceant,& in his uera ſit Pomponij [a] regula,minus habet dubitationis. Quare cum pro inſtituto noſtro ſatis diu hic hæſiſſe uideamur, ad reliqua tranſeamus.

a in l.pen.

## DE STIPVLATIONE SERuorum. Titul. III.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio dubitandi & decidendi.*
3 *Quibus ſeruus ſtipulando acquirat.*

1 NOn modò liberæ perſonæ,ſed etiam ſerui ſtipulari poſſunt. Etſi enim
2 ijs quæ ad ius ciuile pertinent, nulla eorum habetur ratio [a], neq; per-
ſonam ſuſtinere aliquam uidentur [b]:tamen quia reſpectu domini,caput ha-
bent,rectè ſtipulari poſſunt. Nam dominus cui acquiritur, quadam iuris
interpretatione,per manum ſerui,tanquam inſtrumentum, contrahere fin-
3 gitur. Itaq; nihil intereſt, ſibi an domino, an ſine adiectione ſeruus ſtipule-
tur [c].Quòd ſi plurium ſeruus ſit communis,pro:dominicis portionibus ſin
gulis quæritur:niſi iuſſu unius, aut nominatim alicui ſtipulatus ſit [d]. Sanè ſi
factum ſtipuletur ſeruus, quod ſuam perſonam reſpiciat:ut, ſibi licere age-
re,ire,&c. perſona tantum ſtipulantis continebitur [e]: quia perſonalia facta
ad alios tranſire non poſſunt [f].Porrò cum hæreditas perſonam defuncti ſu-
ſtineat [g],hereditarius etiam ſeruus ſtipulari poterit [h]:exceptis ijs rebus quę
ſine uera perſona eſſe nequeunt,ut eſt uſusfructus [i].

a l. quod attinet.33.de re. iu.
b §.ſeruus.Inſt. de cap.diminut.
c l.1.in princ. hoc tit.
d §.fin. Inſtit. eod.l.1.§. ſi ſeruus.& §. cõmunis.l.5.cum ſimilib.hoc tit.
e §.pe.Inſt.eo.
f l.unica.§.ne autẽ. C. de caduc.toll.
g l. hæreditas. 34. de acquir. rer. do.
h in princ.Inſt. eodem.
i l.uſusfructus. 26.hoc tit.

# DIGEST. LIBER XLVI.

## DE FIDEIVSSORIBVS ET mandatoribus. Titul. I.

1 *Continuatio.*
2 *Fideiuſſor quis,unde dictus:quis expromiſſor,& mandator.*
3 *Cauſa efficiens, qui fideiubere poßint uel non.*
4 *Materia:& an naturali,ciuili,criminali obligationi fideiuſſor accedere poßit: & multarum antinomiarum conciliatio.*
5 *Forma, quomodo fideiußio contrahatur, & an in duriorem cauſam accipi poßit.*
6 *Finis & effectus, & quomodo fideiuſſores conueniantur.*

1 STipulationes facimus aut noſtro nomine, aut alieno. Qui au-
tem alieno nomine obligatur, fideiuſſor dicitur: & plerunque
ab eo quem proprio nomine obligamus,alios accipimus, qui
eadem obligatione teneantur: dum curamus, ut quod in obli-
gationem deduximus,tutius nobis debeatur [a]. Fideiuſſor lar-
2 ga ſignificatione omnis is dicitur,qui alterius obligationem ſuſcipit,& fide
ſua eſſe iubet: unde & fideiuſſor dictus [b], ſiue ſit fideiuſſor, ſiue mandator,
ſiue conſtituens, ſiue expromiſſor [c], hoc eſt, qui principalem ſe debitorem
conſtituit pro alterius obligatione [d].Propriè autem fideiuſſor accipitur pro
eo, qui per ſtipulationẽ ſe pro principali debitore obligat [e]:quẽ ſponſorem
aut appromiſſorem Cicero & ueteres. I. C. appellant [f]. Quo ſenſu & hic
accipi, inſcriptio tituli docet, quæ fideiuſſorem diſcernit à mandatore.
Mandator autem præcedit obligationem , & is dicitur cuius mandatu
contrahitur, uel qui mandat alicui credi aut cum aliquo contrahi, atque ita
fide ſua

a l.1.§.ſed aut proprio. ſ̃. de oblig.& actio.
b l.quamuis.8. §.ſi mulier.2.ſ̃. ad S.C.Velleia.
c d.l.quamuis. §.ſi conuenerit.
d l.& eleganter.§.ſeruus. ſ̃. de dolo malo. l. 4.ſ̃.de condict. cauſa data.
e l.1.C. de conſtitu.pecu.
f l.5.§.ſatis acceptio,de uerb, oblig.l.in omnibus.43.ſ̃. de ſolutio.

fide ſua eſſe iubet, uel ſe ſoluturum conſtituit [a]. Fideiuſſor autem plerumq;
ſequitur obligationem, quanquam & prȩcedere poteſt [b]: nec mandatu eius
principalis obligatio cõſtituitur, ſed ad alterius mandatum accedit ad prin-
cipalem obligationem, eamq; fide ſua munit, unde & mandati actionẽ ha-
bet [c]. Cauſa efficiens fideiuſsionis eſt uoluntas perſonæ idoneæ fideiuben- 5
tis, diſertis uerbis explicata. Dico idoneæ perſonæ. Nam etſi regulariter
omnes fideiubere poſſunt, qui obligari [d], tam patres quàm filijfamiliâs [e]: ta-
men quia fideiuſsionis contractus damno duntaxat eſt ſpondenti, ſicuti di
citur, Sponde, præſtò noxa eſt: quædam perſonæ excipiuntur, quarum uti-
litati leges conſulunt: ut mulieres [f], milites [g], ſeruus extra rem peculiarem
fideiubens [h]. Pupilli tamen & minores autoritate tutorum ac curatorum
rectè fideiubent, quamuis in integrum reſtitui poſsint [i]: eoq; pro idoneis
fideiuſſoribus non habentur [k]. Etſi autem ne cum autoritate quidem tuto-
rum his donare permiſſum eſt [l], quia (ut inquiunt) donare eſt perdere [m]: ta-
men aliud eſt in reliquis contractibus, quos infantiam egreſsi rectè tutore
autore ineunt [n]. Et certè fideiuſsio non eſt donatio, cum ſi quid præſtet fide-
iuſſor, actione mandati repetere poſsit, ut ſuprà dictum eſt. Sine horum au-
tem autoritate non obligantur [o]: niſi minor quando curatorem nõ habet [p],
aut dolo decepit aduerſarium tãquàm maior, uel curatorem non habens [q]:
quòd ſi dolus ceſſet, imputandum ei eſt qui cum eo contrahit, cuius condi-
tionem ignorat [r]. Porrò clerici & monachi an fideiubere poſsint, alibi latius
diſputatur [s]. Materia circa quam, & cui fideiuſſor accedere poteſt, ſunt 4
omnes omnino obligationes [t], ex quibuſcunq; ortæ contractibus [u], non
modò principales, ſed etiam acceſſoriæ [x]: nec tantum utroq; iure, tam ciuili
quàm naturali firmæ, ſed etiam alterutro. Nam pro naturali tantum obliga-
tione rectè fideiubetur [y]. Eoq; ſi debitor naturaliter obligatus maneat, di-
cendum eſt, & fideiuſſorem obligatũ manere [z]: ut ſi minor, aut mulier, aut
alius principalis debitor reſtitutione in integrum à ciuili obligatione libe-
retur [aa]. Ideo autem huic obligationi accedere poteſt fideiuſſor, nec intelli-
gitur in duriorem cauſam quàm principalis obligari. Quia & ipſe debitor
naturâ debet, ac ſi ſoluat, repetere nequit: nam de eiuſmodi obligatio-
ne naturali loquimur [bb]. Itaque fideiuſsio, quæ quædam eſt ſolutio, aut
certè ſolutionis ſecuritas, eodem modo ex obligatione naturali conſta-
bit, quo ſolutio. Econtrariò rectè ciuili obligationi accedit fideiuſſor [cc],
quæ tamen eandem uim habeat: uidelicet ut aut actionem producere,
aut ſoluti impedire repetitionem poſsit [dd]. Nam quæ obligationes nullo
iure tantam uim habent, ut conditionem indebiti impediant, ijs haudqua-
quam rectè accedere fideiuſſores dicendum eſt: ut cum quis præſcri-
ptione temporis ab obligatione liberatur [ee]. Solutum enim ex hac cauſa
repeti poteſt [ff]. De quo caſu loqui Paulum [gg] manifeſtum eſt. Requirit
enim fideiuſsio, cum ſit acceſſoria [hh], principalem obligationem cui ad-
hæreat [ii]. Nam acceſſorium ſine principali non conſiſtit [kk]: & iniquiſsi-
mum eſſet, ad ſolutionem eius rei cogere fideiuſſorem, quam principali

debito

*a l. ſi uerò. 12. §. ſi poſt creditam. ſ. mãdati. glo. 1. & Doctores in Auth. de fideiuſſor. in princ.*
*b §. fideiuſſor. Inſt. de fideiuſſ.*
*c l. hæredẽ. 14. l. ſi mandauero. 22. l. ſi fideiuſſor. 29. l. rogatus. 33. l. ſi quis. 46. l. ſi is qui. 50. cum ſimilib. ſ. mandati.*
*d Azo in prin. C. eod.*
*e l. 3. § ſed ſi filius. de peculio. l. filiusfamiliâs. 8. C. eod.*
*f tot. tit. ſ. ad S.C. Velleia.*
*g l. milites. 31. C. de locato & conduct.*
*h l. ſeruus. 20. hoc tit.*
*i l. ſi Titius. 49. h. t. l. ait. 7. § nõ ſolùm de minor.*
*k l. de die. 8. §. 1. ſ. qui ſatiſdare cogantur.*
*l l. fi. §. fi. C. ſi maior factus alienat. ratã habu. l. ab agnato. 12. l. fi. ſ. de curatore furioſi.*
*m l. filiusfamiliâs. 7. in princ. ſ. de donatio. l. contra. 29. §. fi. ſ. de pact. Bald. & Doctores in l. 1. C. ſi aduerſus donatio.*
*n tot. tit. ff. & C. de autorita. tutor.*

*o l. ſi curatorẽ. 3. C. de in integr. reſtitut. p l. puberes. 101. ſ. de uerbor. obligat. q tot. titul. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. r l. qui cũ alio. 20. ubi gloß. 1. Deci. & alij, de reg. iur. s in Auth. de ſanctiß. Epiſcop. & ab Hostienſ. in rubri. extra, eod. num. 3. t l. 1. hoc tit. u §. 1. Inſt. eod. x l. ſi plures. 18. §. ult. hoc tit. y l. quod enim. 18. l. fideiuſſor. 17. §. fideiuſſor. l. Marcellus. 26. hoc tit. z l. ubicunq;. 61. hoc titul. aa tot. tit. C. de fideiuſſor. minor. bb d. l. quod enim. d. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. cc d. §. 1. Inſtit. eod. dd ut in l. 4. § ſi ex conuentione. ſ. de re iudic. l. Græcè. 9. & poſt litem. hoc tit. l. pe. C. de non num. pec. ee l. ſi quis poſtquam. 38. hoc tit. ff l. indebiti. 15. §. 1. de condict. indeb. l. ſi quis. 8. C. de præſcriptio. 30. anno. optim. tex. cum gloß. in l. fi. §. fi. ſ. rem ratam haberi. gg in l. ſi poſteaquam. 38. hoc tit. hh l. hi qui. 35. hoc tit. ii l. qui contra. 12. hoc tit. l. 1. §. debitum. l. eum qui Epheſi. 5. ſ. de conſti. pecu. kk l. 4. C. de poſ. l. cum principalis. 139. de reg. iur.*

debitor adeò non debeat,ut etiamſi ſoluerit, repetere nihilominus poſsit. Quare nec tunc tenebit fideiuſsio,cum pro non obligato [a], aut turpi,improbatoꝗ legibus contractu interceditur [b]: ut quando pro eo fideiuſſum eſt, qui cum libertus non eſſet, operas promiſit [c], quas ab ingenuis exigi quoquo pacto legibus eſt uetitum [d].Idꝗ tuendę libertatis cauſa [e]:quæ cum iuris ſit naturalis,conſequens eſt,promiſsionem in eius fraudem factam,ex iure naturæ nullam uim obtinere: aut cum quis pro ſe ipſo fideiubet [f], aut pro eodem eidem [g]. Sed an in criminalibus cauſis fideiuſsio locum habeat,quæſtionis eſt. Et uerius uidetur locum habere [h]: hactenus tamen, ut fideiuſſores ſe ad pœnam pecuniariam obligent [i], non etiam ad corporalem [k]. Nam cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum [l], non poteſt ſe ullo quis contractu ad pœnam corporalem [m], aut carceres [n] obligare (nam & hi pœnam continent) ſicuti nec ad torturam [o]. Quare non ualet fideiuſsio de ſiſtendo aliquem ſub pœna corporali [p].Et qui ſimpliciter pro ſonte fideiuſsit, etiamſi is aufugiat, pœna tamen ſolummodò pecuniaria mulctari debet [q]: niſi dolo malo non exhibeat, aut eius dolo malo fiat,quo minus reus exhibeatur. Tunc enim extra ordinem tenetur [r]. Iure porrò Sax. Vuerigeldio tantum multari poſſe uidetur [s].

Forma fideiuſsionis in ſtipulatione conſiſtit [t], quæ ſemper interueniſſe præſumitur, ſi ſcriptum ſit fideiuſſum eſſe [u]. Sicuti autem reus principalis, niſi de ſe promittat, non obligatur [x]: ita fideiuſſores non aliter tenentur, quàm ſi quid daturos uel facturos ſe promittant [y], & quidem eidem creditori,cui debitor debet [z]: atꝗ id ipſum quod in principali obligatione comprehenſum eſt. Nam ad aliud durius cauſa, re, tempore, loco obligari non poſſunt [aa]:etſi in cauſam leuiorē poſsint [bb], puta in partem pecuniæ aut ſub conditione, &c. [cc] Etenim cum leuius obligantur, ſubeſt certè obligatio cui accedant: cum durius, nequaquam, ſaltem in eo quod plus eſt in fideiuſsione,quàm in principali.Deinde & illud abſurdum eſſet,maius accedere minori, & in acceſſoria obligatione plus eſſe quàm in principali [dd]. Qua ratione placuit, fideiuſſorem in cauſam duriorem acceptum, ne ad id quidem obligari, quod principalis debet. Cum enim plus promiſerit, diuerſum à principali promiſiſſe uidetur, & alia eſt obligatio: ac proinde omnimodo non tenebitur [ee]. Quod uerum puto, cum reuera alia eſt obligatio: ut cum debitor ſub conditione, fideiuſſor purè promittit [ff]. Hic enim alia obligatio eſt, unde & ſtipulatio uitiatur, in qua pura eſt ſtipulatio, promiſsio conditionalis,uel contrà [gg]. At cum non alia eſt obligatio, ſed maior ſumma promittitur,hic uidetur ualere fideiuſsio,ſaltem in eam quantitatem cui obnoxius eſt principalis debitor. In maiore enim ſumma ineſt minor, quæ & ipſa promiſſa uidetur: quare & promiſsio maioris ſummæ quàm quæ ſtipulatione concepta erat, non omnino nulla eſt, tanquam diuerſa, ſed obligat in quantitatem ſtipulatione comprehenſam [hh].

Quamuis

*a* ut in d.l. qui contra. *b* l.cū lex. 47. hoc titul. *c* l. ſi quis pro eo.57.hoc tit. *d* l.pen. ꝟ. ſi à parente quis fuerit manumiſſ. l. pen.ꝟ.de obſeq. præſtād.Iaſ.in l. ſi non ſortem.§. libertus de condict.indeb. *e* l.Titio.7.§. Titio. de conditio.& demonſt. *f* l. hæres.22. hoc titul. *g* d.l.ſi quis pro eo.57.§.1.h.t. *h* d.l.ſi quis.57. §.fi.hoc tit. l. 1. l. diuus. 3. ꝗ. de cuſtodia reor. Auth.hodie. C. eo.c.ſi clericus. 15.§.fin.de ſent. excōmu. lib. 6. uid. etiā c. cum homo.cum gloſ. 23.quæſt.5. *i* l.ſi quis.4.de cuſtod.reor. *k* Dd. in l.ſi à reo.71.§. fi.h.t. *l* l.liber.13.ad leg. Aquil. c.ſi nō licet.23. q.5. *m* Bart.in d.l. ſi quis. circa princ. Bald. in l.1.C.ne fideiuſſores dotiū dentur.& in l.quoties.de noxal. actio. Cyn. in l. ad Commentarieſem.C.de custo.reor.Panor. Imol. & communiter Canones in Rub.de fideiuſſor. *n* Bart.in l.aliàs.15.num.10.& Dd.ff.ſolut.matr.& in l.ob æs.ibi Bald.Sal. C. de art. Hippol. ſing. 164. *o* Doctores cōtra Gl.in l.interdum.58.§. qui furem.ꝗ. de furtis. Hipp. in pract.§. expedita.nu.55. Paris de Put. in tracta.Syndic. in uerb. tot. iura. *p* Bart.in l.4. de custo. reor. Angel. in tracta. malefici. ad uerba. pro quibus fideiuſſio.in princ. *q* d.l.ſi quis de cuſto. reor. *r* l.ſi Berſatorem. 13. ubi Doctores. C.eodem.d.l.ſi quis. ubi Bart. & Doctores gloſſ.in c.cum homo.23. diſt. 5. Panor. in d. l. rubr. de fideiuſſor. *s* Land. lib. 1.art.65. *t* l. blanditus. 12.C. eod. *u* §.fi.Inſt.eod. *x* l.ſtipulatio.38.§.1.ꝟ. de uerb.oblig. *y* l.ſicut.66.hoc tit. *z* d.l. fideiuſſor obl. 17.in princ. l.ſi mihi.24.hoc tit. *aa* d.l.Græcè.§.illud.cum §§.ſeq. *bb* §.fideiuſſores.Inſt.eod. d.l.hi qui acceſſionis.34. d. l. Græcè. §. illud. *cc* l.fideiuſſores.10.hoc tit. *dd* d.l.hi qui acceſſionis.l.unica.ubi Doctores.C.de ſent. quæ pro eo, quod inter profer.l.Titius.in fin.44.cum l.ſeq. ꝟ.de actio. emp. *ee* d.l.Græcè.§.illud. *ff* d.§.illud. *gg* l.1.§. ſi quis. de uerbo.oblig. *hh* l. 1. §.ſi ſtipulanti.

Quamuis autem hæc ita ſe habent: tamen nihil impedit, quo minus fideiuſsio non modò ſequi, ſed etiam præcedere principalem obligationem poſsit[a], atq; ita in futurum concipi[b]: ſic tamen ut prius fideiuſſor conueniri nequeat, quàm principalis[c]. Habet enim eius obligatio tacitam conditionem ex promiſsione principali, & ad id tempus trahitur, quo illius nempe principalis dies eſt uentura[d]. Quare quod ad effectum attinet, ſemper ſequitur obligationem principalem. Finis fideiuſsionis eſt, ut creditori ca- 6
ueatur[e]. Effectus, quòd fideiuſſor peræquè tenetur, atq; principalis debitor, uidelicet ad id quòd tempore fideiuſsionis erat in obligatione, ſiue ſors fuerit, ſiue uſura[f], non etiam quod ex mora aut delicto debitoris accedere poteſt[g], niſi in omnem cauſam fideiuſſerit[h]. Deinde fideiuſſores ſinguli in ſolidum obligantur & conueniri poſſunt, ſi plures ſint: niſi creditor petitionem ipſe diuidat[i]. ſinguli enim obligationem principalem fide ſua eſſe iubent[k]. Ex epiſtola tamen diui Hadriani beneficium diuiſionis habent: & à ſingulis qui tempore litis conteſtatæ ſoluendo ſunt, uiriles exigi debent[l]. Dico, qui ſoluendo ſunt: nam inopis aut obligatione exempti portionem reliqui ſuſtinent[m]. Id autem ſciendum eſt, iure nouo (nam apud ueteres contrà fuit[n]) non aliter quàm in ſubſidium, excuſsis uidelicet principalis debitoris bonis, fideiuſſorem poſſe conueniri[o]. Item ſi unus fideiuſſorum conuentus ſoluat, reliquos liberari: poſſe tamen eum petere à creditore ceſsionem actionum, quibus aduerſus fideiuſſores agat, ut uiriles præſtent[p]. Quod ante ſolutionem, uel in ipſa ſolutione petendum eſt, ne poſtea ſublata per ſolutionem omni obligatione atque actione, nihil ſuperſit quod cedi poſsit[q].

a §. fideiuſſor. Inſt. de fideiuſſ. b l. non quæad. 35. ſ. de iudicijs. c l. fideiuſſor. 58. l. fideiuſſor. 16. §. 1. hoc tit. d l. ſi teſtamento. §. fi. l. ſi fideiuſſor. 32. h. t. e in prin. Inſt. eod. §. fi. Inſt. de replicatio. f l. fideiuſſores. §. 1. hoc tit. l. initio. 5. C. de pac. inter empt. l. ſi mandator. 8. C. quod cũ eo qui in alie. poteſt. g l. centum. de eo quod certo loco. l. cum quis. 20. de act. h l. quæro. 56. ſ. locati. i l. reos. 23. l. liberum. 16. C. eo. titulo. k l. 3. C. eod. titul. l §. ſi plures. Inſt. eod. m l. ſi Titius. 49. l. ſi plures. 18. hoc tit. l. 3. C. eodem. n l. 5. C. eodem. o Auth. præſente. C. eod. p l. ſi fideiuſſores. 42. §. idem reſpondit. l. fideiuſſoribus. 18. l. cum is. 37. hoc titul. q d. l. cum is. l. Modeſtinus. 76. ſ. de ſolutionibus.

## DE NOVATIONIBVS, ET DE legationibus. Titul. II.

1 *Continuatio.*
2 *Nouatio unde dicta, quid ſit.*
3 *Species nouationum.*
4 *Cauſa efficiens.*
5 *Materia, & nu. 2.*
6 *Forma, quomodo contrahatur.*
7 *Finis & effectus.*
8 *De delegationibus 2. tituli parte.*
9 *Quomodo contrahatur.*

QVandoquidem executi ſumus, quomodo contrahantur confirmen- 1
turq; ſtipulationes: reſtat, ut qua ratione iterum diſſoluantur, excutiamus. Soluuntur autem nouatione, delegatione, ſolutione eius quod debetur, & acceptilatione[a]: de quibus ordine eſt exponendum. Nouatio à no- 2
uo ſeu nouando nomen habet. Eſt enim prioris debiti in alienam nouam obligationem, uel ciuilem uel naturalem, transfuſio atq; translatio: hoc eſt, cum ex præcedente cauſa ita noua conſtituitur, ut prior obligatio perimatur[b]. Nec intereſt, qualis obligatio præceſſerit, utrum naturalis, an ciuilis, an honoraria: utrum uerbis, an re, an conſenſu conſtituta: modò ut obligatio fuerit. Nam quæ non eſt, ut conditionalis, tolli non poteſt, priuſquam conditio extiterit[c]. Nouatio autem duplex eſt. Alia uoluntaria, quæ fit ſti- 3
pulationi-

a Inſtit. quibus modis tollitur obligatio. b l. 1. l. ſi pupillus. 9. hoc tit. c l. ſi Stichum. 8. §. 1. hoc tit. l. quod in diẽ. 12. ſ. de acceptilat.

pulationibus:alia neceſſaria,quam inducit aut litis conteſtatio [a],aut ſenten
tia[b].Ideo autem neceſſaria dicitur, quia uolens nolens debitor ad eam com
4 pellitur:iudicium enim redditur in inuitum [c]. Cauſa efficiens nouatio-
nis eſt,aut litis conteſtatio,aut uoluntas perſonarum contrahentium, uer-
bis declarata:dum tamen adultæ perſonæ ſint, & ſui iuris.neque enim noua-
re poſſunt in aliena poteſtate conſtituti:ut pupilli,minores [d], prodigi [e], filij
5 familiâs [f],& ſeruus [g]. Quod ad materiam attinet, dictum eſt,omnes obli-
6 gationes quocunque modo contractas,nouari poſſe [h]. Forma nouationis
conſiſtit in uerbis.nam extra iudicium per ſtipulationem conficitur [i]. No-
uatio autem fit aut purê,aut in diem,aut ſub conditione: ſed non ante con-
ditionis euentum nouatio perfecta eſſe intelligitur [k]. Quam etiam in uni-
uerſum tum demum fieri placuit, cum hoc expreſsè & diſertis uerbis agi-
tur, ut prior obligatio nouetur. Qua in parte ius uetus à nouo diſcrepat.
nam iure ueteri ſufficiebat quomodocunque id agi,ſiue uerbis,ſiue conuen-
tione,ſiue nouę perſonæ interuentu [l]. Hodie autem ex conſtitutione Iuſti
niani,non aliter fit nouatio,quàm ſi diſertè contrahentes exprimant ſe uel-
7 le primam obligationem aboleri,& fieri nouam [m]. Finis & effectus noua-
tionis eſt,ut perempta priore obligatione, unà cum acceſſorijs,fideiuſsi-
ne puta & pignoribus [n], ex ſecunda is qui nouauit teneatur. Et hęc de no-
uationibus: iam alteram tituli partem quæ de legationes complectitur,
8 paucis percurramus. Delegare eſt,uice ſua alium reum creditori, uel cui is
iuſſerit dare [o].Nec multum diſtat delegatio à nouatione,preterquam quòd
in delegatione ſemper inſit nouatio iure ueteri [p], non autem ediuerſò no-
uationi ſemper delegatio:cum inter eoſdem ſine perſonæ nouæ interuen-
9 tu,nouatio rectè conſtituatur. Delegare autē quis poteſt, uel uoce, uel
ſcripto,uel nutu [q]:nihil enim aliud eſt,quàm mandare [r].qui contractus con
ſenſu conſtituitur,ut alibi diximus [s]. Et hoc quidem uerum eſt, quod ad de
legantem attinet:nam is qui delegatur non modò conſentire,ſed etiam ſti-
pulanti uerbis promittere debet [t].cōſenſus enim eius neceſſarius eſt, quia
nemo inuitus obligatur [u]. Stipulatione autem opus eſt: quia hæc conuen-
tio in nullum iuriſgentium contractum incidit, planè ut uerbis ciuilibus ſit
corroboranda.At nominis uenditio,aut ceſsio, etiam ignorante eo aduer-
ſus quem actiones mandantur, contrahi ſolet [x]. nec enim hic noua aliqua
obligatione implicatur debitor, ſed tantummodo ſolutionem ueteris obli
gationis,& exactionem creditor alteri mandat [y]: quod inuito etiam debi-
tore fieri poſſe, certum eſt [z].

## DE SOLVTIONIBVS ET LIBERA-tionibus. Tit. III.


1 *Quid ſit ſolutio.*
2 *Diſpoſitio huius tituli.*
3 *Quis rectè ſoluat.*
4 *Cui rectè ſoluatur.*
5 *Forma, & quomodo ſolutio rectè fiat.*
6 *Finis & effectus.*
7 *Explicatio l.1.h.t.*
8 *Quæ uim ſolutionis habeant.*


1 SOlutio largè accipitur pro qualibet liberatione [a]: propriè autem pro e-
ius rei quæ debetur exolutione [b].de qua hęc ordine uideamus:quis re-
ctè ſoluat, cui quid, quo modo, qui ſit ſolutionis effectus, & quę affinia.
E Is igitur

*a l.etiā.29.h.t. b Gl. in l.1.C. de iudicijs.per l. Iulianus. 60.de condictione indebiti. c l.inter.83.§. 1.ſ.de uerb.obligationib. d l.nouare.20. §.5.h.t. e l.3.h.t. f l.filiusfamil. 23.h.t. g l.ſeruus.16. l.fin.h.t. h l.2.h.t. i l.1.l.2. de legat.11.§.1. h.t.l. 1.C.eod.tit. k l.quoties.14. l.ſi rem.31.h.t. l l.2.h.t.l.2.C. eod. m l.fin.C.de nouationib.§. pen. Inſt.quibus modis tollitur oblig. n l.nouatione. 18.h.t. o l.delegare. 11.h.t. p l.1.C.eod.§. pen.Inſt.quibus modis tollitur obligat. q l.delegare. 17.h.t. r l.ſi quis.12.in fin.h.t. s ad tit. mandati.ſ. t l.1.C.eod. u l.nec emere. C. de iure deliberandi. l.ſicut. C.de actionib. x l.1.C.eod. y l.3.C.eod. z l.1.C.eod.in fin.l.nominis. C.de hæred. uel act.uend.l.nomina.ſ.de hæred.uend.*

*a l.ſolutionis. 54.h.t.l.ſolutionis.176.l.liberationis.47.infra,de uerb.ſignificatione. b ut in tot.hoc tit.& Inſt.quib.mod.toll.obliga.*

Is igitur qui debet,rectè ſoluit,ſi maior ſit,ſuiq́ iuris.nã qui ſub tutorib. cu-
ratoribusq́ degunt,ut ſine horũ authoritate contrahere prohibetur,ita nec
ſoluere poſſunt[a]. Quin etiã is qui non debet, nomine debitoris,quamuis
ignorantis,ſoluere poteſt,& cõtinget liberatio[b].Secus ſi ſuo nomine,id eſt
ad ſuam obligationẽ, puta fideiuſſoriã diſtrahendam ſoluat[c]: tũc enim de-
bitor ſolummodo ope exceptionis adiuuatur[d]. Soluitur autem rectè 4
creditori adultæ ætatis, non etiam minoribus,ſub cura tutelaùe conſtitu-
tis[e]. Et quidem inuito creditori rectè ſoluitur[f]:item adiecto ſolutioni in o-
bligatione[g].Sed & ſeruo ex peculiari contractu rectè ſoluitur[h]. Extraneis
autem,quibus neq; debetur,nec ſolutio permiſſa eſt,non rectè[i]: niſi uolen
te mãdanteq́ creditore[k],aut habente ratum[l]: ut cum procuratori genera-
li, uel ad hoc ſpeciale mandatum habenti ſoluitur[m]. Dico generali: nam ei
qui ad litem tantum datus eſt, non rectè fit ſolutio[n]: ut nec falſo procura-
tori,aut ei cuius mandatum eſt reuocatum[o]. Quanquam hoc caſu debitor
reuocatum mandatum ignorans ſi ſoluerit, ex æquitate liberatur[p], id autẽ
ſoluendum eſt quod debetur:non enim cogitur creditor aliud pro alio re-
cipere[q]. Forma ſolutionis eſt,ut eodem omnino modo ſoluatur,quo de- 5
betur.nam,uerbi gratia, inuito creditori alio loco quàm quo conuentum
eſt,non rectè ſoluitur[r]:aut alio tempore[s],niſi citeriore. Tempus enim ad-
iectum debitoris gratia uidet[t],aut in alia moneta,niſi creditoris nihil inter-
ſit[u]:deinde & totum quod debetur eſt ſoluendum, ad hoc ut contingat li-
beratio[x]: neq; enim per partes ſolutionem admittere creditor compelli-
tur,ut uerius pleriq; exiſtimant[y]. Et quidem ita ſoluendum,ne quo modo
res auferri poſſint, ſiue in ſpecie debeatur[z],ſiue in genere[aa]. Finis & ef- 6
fectus eſt,ut tollatur obligatio, quæ ſolutione ipſo iure perimitur[bb]. Sed
quoties quis ex pluribus cauſis debet,& ſoluit aliquid,quod non omnibus
ſed aliquibus tantum debitis ſufficiat:hic quæri ſolet,in quam rem ſolutum,
& quæ extincta obligatio uideatur. Et quidem, ut inquit Vlpianus[cc], in 7
arbitrio ſoluentis eſt dicere,quòd potius debitum uoluerit ſolutũ:& quod
dixerit,id ſolutum erit. Poſſumus enim certam legem dicere ei,quod ſolui-
mus. Quoties uerò non dicimus id quod ſolutum ſit, id eſt quòd nã ex de-
bitis ſolutum eſſe uelimus,in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito ac-
ceptum ferat,dũmodo in id conſtituat ſolutũ, quod ipſe ſi deberet, eſſet ſo
luturus,quoq; debito ſe primo exoneraturus eſſet:id eſt,in id debitũ,quod
non eſt in controuerſia,aut in illud quod quis pro alio fideiuſſerat: hoc eſt,
quod fideiuſſores habet annexos,& ſatiſdato debetur[dd]. aut, inquit Vlpi-
anus[ee],cuius dies nondum uenerat:quæ quidem lectio ſi mendoſa nõ eſt,
hanc interpretationẽ neceſſariò habet, ut tum ſolutio cedat debito in diẽ,
cum nullum pręſenti die debetur:alioqui planum eſt certa & pręſentia gra
uiora eſſe futuris,& in illa potius quàm hæc, ſolutionem conuertendam[ff].
Neq; uerò Vlpi.hic certos gradus facit obligationum, ad quas ſolutio ſit
referenda:ſed promiſcuè exempla recenſet,omiſſo grauiſsimo etiam debi-
to, quod uidelicet uſuris pœnisq́ implicatũ eſt, & ante omnia ſolui debet.
Quare hæc exempla ſuo quoq; loco ualere debent, ut ita in unumquodq;
ſolutio imputetur,cum nullũ grauius maioriſq; momenti debitũ pręcedit.
Permittitur autem creditori, in id quod uelit ſolutũ cõuertere: dummodo
ſic con-

*a l. quòd ſi fortè.13.§.1.cum l. ſeq. h.t. l. quoties.10.§.ſicut. de administrati one tutorũ. l. ſi procurator.6.§ ſi.de cõdictione indebiti.*
*b l. ſolutionis.25.l.ſi pro me.40.h.t.l.ſoluẽdo.41.de negocijs geſtis.*
*c l.Caſsius.16. l.quoties.37. hoc tit.*
*d l.Papinia.28. cum ibi notatis. ſ.mandat. Dd. in l.Modeſtinus.76.h.t.*
*e d.l. quòd ſi fortè.§.1.l.in pupillo.47.h.t.*
*f l.quod quis.49. de actionibus.l.quod in diem.70.h.t.l.acceptã.19.C.de uſuris.l.obſignatione.1.c.eodẽ. Dd.in l.qui Romæ.122.in prin. ſ.de uerb.obli.*
*g l. ſi ſtipulatus fuero.11.l.cũ quis.28.l.cũ decem.71.h.t.*
*h l. ſi quis ſeruo.18.l.ſi ſeruus.31.l.quod ſeruus 35.h.t.*
*i l.inuito.12.C. de ſolutionibus.*
*k l.4.C.eod.l. ſolutã.49.h.t.*
*l l.ratũ.13.d.l. ſolut.49.l.cum decẽ.71.§.1.h.t.*
*m l.uerò.12. hoc tit.*
*n l.hoc iure.86.h.t.*
*o d.l.uerò.l.cũ quis.38.§.1.h.t.*
*p l.qui hominẽ.34.§.ſi Ticinũ.d.l.uerò.§.ſi. q l.1.§.1.ſ.ſi cert.petat.l.cum is.C.eod. r l.pen.de eo quod certo loco. s l.qui Romæ.122.in prin.ubi Dd.de uerb.oblig. t l.eum qui calendis.41.§.1.de uerb.oblig.l.quod in diem.70.h.t.l.quod quis.49. de actionib. u l.Paulus.99.h.t. x l.etiã.27.l.qui ſibi.33.§.1.h.t.d.l.obſigationes.C.eod. y in l.tutor.§.Lucius, de uſuris.& in l.2.§.1.de uerb.oblig. z d.l.qui ſibi.in prin.l.ſi rem meã.20.h.t. aa d.l.etiam.d.l.qui ſibi.§.1. bb Inſtit. quibus modis tollitur obligat.in princ. cc in l.1.h.t. dd l.4.l.cum ex plurib.97.h.t. ee in d.l.1. ff l.cum ex plurib. 03.h.t.*

ſic conſtituat, ut in re ſua conſtitueret ipſe:[a] ſed conſtituere in re præſenti, hoc eſt, ſtatim atq; ſolutum eſt, debet[b]. Quòd ſi non conſtituat, ſiquidem ſummę ſint omni ex parte æquales, decedit de omnibus pro rata[c]: ſin autē
8 aliqua durior uel grauior exiſtat, primò in eam accepto feretur[d]. Sunt porrò quædam ui & effectu ſolutioni paria: ut primò oblatio rei debitę, depoſitio & conſignatio, quæ ipſo iure liberat[e]. Secundò, cōfuſio obligationū: ut cum debitor creditori, aut contrà creditor debitori ſuccedit[f]. Tertiò ſatisfactio, cum alio modo ſatis fit uolenti creditori, quàm de quo conuentū eſt: puta pignoribus, nouatione, delegatione[g]. Interitus etiam ſpeciei liberat debitorem, perinde atq; ſolutio[h]: dum tamen ante moram debitoris intereat[i]. quin & iuſiurandum loco ſolutionis cedit[k], & pactum de non petēdo: quod tamen naturalem tantum obligationem, quę cōſenſu conſtat, cōtrario conſenſu tollit. nam ciuilem ſolūmodo elidit ęquitate exceptionis[l]. Sed ex his omnibus, nihil tam ſolutioni conſimile eſt, quàm acceptilatio: de qua reſtat, ut pauca exponamus.

## DE ACCEPTILATIONIBVS. TIT. IIII.

1 *Quid ſit acceptilatio, & unde dicta.*
2 *Cauſa efficiens, & an ſit iuris ciuilis acceptilatio.*
3 *Qui acceptum rogare & facere poſſint.*
4 *Materia, quæ obligationes per accept. tollantur.*
5 *Forma, quomodo contrahatur, an conditionem recipiat: & de Aquiliana ſtipulatione.*
6 *Finis & effectus.*

1 ACceptilatio eſt liberatio per mutuā interrogationem, qua utriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio[a]. nam debitor per acceptilationem, quaſi ciuilem ſolutionem liberatur: & creditor dicitur abſolui ac liberari obligationis nexu, quia deſinit ei actio competere[b]. Acceptilatio, inquit Iuſtin.[c] eſt imaginaria ſolutio: id eſt, quæ ſpeciem ſolutionis iure ciuili refert. tollit enim obligationem, cui Theophilus[d] differentiæ gratia addit, ſolennibus uerbis conſtās: quare hæc ab alijs imaginarijs ſolutionib. diſcriminatur. Etſi autem nouatio quoq; ſolennibus uerbis conſtat, & priorem obligationem tollit: tamen propriè imaginaria ſolutio non eſt, quippe quę debitorem nō liberet, neq; abſoluat, ſed alio nouo nexu retineat deuinctū. Acceptilatio autem dicta eſt, ab acceptum ferendo: acceptum enim ferre nihil aliud eſt, quàm fateri, ſe ab aliquo accepiſſe[e]. Vnde rectè acceptilatio dicta eſt ea uerborum conceptio, qua creditor tanquā ſolutione facta
2 acceptum ſe habere dicit, & debitorē liberat. Cauſa efficiens eſt, uoluntas benigna creditoris, acceptum ferētis: quam lex fauens liberationibus[f] approbat, & hanc liberandi formā ualere iubet: unde & iuris ciuilis actus, quod ad formā attinet, dicitur[g]: quamuis quatenus conſenſum conuentionemq; continet, rectè ad ius gentium referantur[h]. Sciendum tamen eſt,
3 eum duntaxat acceptum rogare poſſe, qui debet: & acceptum facere, cui debetur. Itaq; procurator, tutor, curator, ſeruus, filius, pater, &c. non rectè alieno nomine acceptum faciunt aut rogant, niſi nouata priore, & in perſonam rogantis transfuſa obligatione[i]. Acceptilatio enim uerbis fit per ſti-
4 pulationem: nemo autem alteri ſtipulari poteſt[k]. Materia quæ in acceptilationē cadit, eſt uerborum obligatio: acceptum enim ferri non poteſt, niſi quod uerbis contractum eſt. nam acceptilatio uerborum obligationē tollit, quia & ipſa uerbis perficitur: quod autem uerbis nō eſt contractum,

a d.l.cum ex pluribus.97.
b l.1.2.3.4. cū multis ſeq. h.t.
c l.illud.8.h t.
d l.3.cum multis ſeq.h.t.
e l.obſignatione.C.eod.l. acceptam.C. de uſuris.
f l. Stichū. 95. §.aditio.h.t. l.1. §.ſi debitor. ad l.Falcidiā.l.ſi Stichum. 39.§.1.l. Vrannius. 72. de fideiuſſorib.
g l.ſatisfactio. 52.h. t. l. ſi rem alienā.§.omnis. de pignor. actione.
h l. uerborum. 107.h.t.l.ſi ex legati cauſa. 23. ſ.de uerb. obli.
i l.quod te. ſ.ſi certum petatur.
k l.iuſiurandū. 27. de iureiurā.
l d.l. Stichum. §.naturalis. h.t. §.præterea. Inſt quib.mod. tollitur obligat.

a l.1.h.t.
b Gloſ.in l.1.§. non aūt. de exercitoria actione. & in l. quoties. 10.§.ſicut.de administratione tutorum.
c §.1.Inſt.quib. mod.toll. oblig.
d in d.§.1.
e l ſi ex plurib. 89.de ſolutionibus. l.ſeruus. 6. de manumiſsionibus.l.tali.48. §.1 de iure dotiū l.cum & ſortis. 35.de pignor.actione.
f l.Arrianus. 41.de actionib.
g l. actus. 78. de regulis iuris.
h l.an inutilis.8.§.fi.h.t. i l.5.l.an inutilis.8.§.ſeruus.cum §.ſeq.l. ſpeciei.11.l. & per iuſiurandum. 13.§. tutor.l.pen.h.t.
k l.ſtipulatio.38.§.alteri.ſ.de uerb.oblig.

tolli hoc modo nequit[a]. Vnumquodq; enim eo modo eſt tollendum, quo eſt colligatum[b]. Quia tamen ratione conuentionis iuris gentium cenſetur eſſe acceptilatio: ideo ſi aliæ quàm uerborum obligationes accepto ferantur, uim pacti habebit ea conuentio, niſi appareat conſenſum non eſſe[c]. planè quoniam libertorum operæ per ſtipulationem promittuntur[d], nihil cauſę eſt, quo minus per acceptilationem ea obligatio tolli poſsit, etiamſi iuſiurandum, ut fit nonnunquam[e], fuerit adiectum[f]. Formam acceptilationis hãc tradit Imperator[g], ex Vlpiano[h], ut debitor interroget ad hunc modum: Quod ego promiſi tibi, habés ne acceptum? & creditor reſpõdeat habeo. Quin & græcis aut alterius linguę uerbis fieri poteſt, ſicuti alia quęuis ſtipulatio, ut hoc modò: ἔχεις λάβων δ᾽ηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. Ex his apparet, & uerbis tantummodo fieri acceptilationẽ: & ideo per hanc eas tantummodo diſſolui obligationes quæ uerbis conſtant. Quare ſi quid ex alia cauſa debeatur, in ſtipulationem id prius deduci, atq; ita demũ per acceptilationem tolli debet. quem ad uſum compoſita eſt ab Aquilio iuriſcõſulto (unde & Aquiliana dicta) ſtipulatio, per quam contingit ut omnium rerum obligatio in ſtipulationem deducatur, & ea tollatur per acceptilationẽ[i]. Acceptilatio autem nec in diem, nec ſub conditione fieri poteſt[k]: quia exemplo ſolutionis naturalis (quam realem uocant) eſt inducta[l]. ut igitur uera ſolutio non fit niſi numerata in præſens pecunia[m]: ita nec ficta, cuiuſmodi eſt acceptilatio, quicquã operatur, ſi in præſens nihil efficiat, ſed per adiectionẽ diei aut conditionis ſuſpendatur[n]: fictio enim imitari rei ueritatem debet[o]. Finis & effectus eſt, ut quaſi ſolutione facta omnis tollatur per acceptilationem obligatio atq; actio[p].

Line markers in right margin: "5" beside "randum, ut fit nonnunquam … Formam acceptilatio-"; "6" beside "tatem debet … Finis & effectus eſt".

## DE PRAETORIIS STIPVLATIONIBVS, Tit. V.

1 *Continuatio.*
2 *Species Prætoriarum ſtipulationum.*
3 *De iudicialibus.*
4 *De cautionalibus.*
5 *De communibus.*
6 *Quomodo hæ diſtent ab ijs quæ in l.5. de uerb. obl. explicantur.*
7 *Cauſa efficiens & materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis & effectus.*

1 POſtquam in genere dictum eſt de ſtipulationibus, quomodo contrahantur & diſſoluantur: exequamur nunc quaſdam earum ſpecies, quæ 2 Prætoris authoritate ſunt introductæ. Prætoriarum ſtipulationum tres uidentur eſſe ſpecies: iudiciales, cautionales, & cõmunes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium, ut quod in illud deductũ eſt, firmũ ratumq; ſit, interponuntur: puta rem in iudicio ratam haberi, iudicatum ſolui, & ex operis noui nunciatione. Hæ porrò diſtant ab ijs iudicialibus ſtipulati- 3 onibus, quarum alibi fit mentio[a]. Quas ideo iudiciales appellant, nõ quòd ad iudicium pertineant, ſed quia inductæ legibus aut conſtitutionibus, mero iudicis officio exiguntur: ut cautio de dolo malo & conſimiles, de quib. Theop.[b] At hæ iudiciales dictę ſunt, non à iudice, ſed à iudicio, quòd à Prętore ad firmanda iudicia ſint inductæ, multumq; ab illis diſcrepant: quia ex iuriſdictione Prętoris deſcendunt, & ſatiſdatione opus habẽt, ut poſtea di- 4 cemus, quę in illis non obtinent. Cautionales etſi omnes dici poſſunt Prętoriæ aliquo reſpectu[c]: tamen propriè illæ dicuntur, quæ in hoc proditæ ſunt, non ut iudicium, ſed rem de qua agitur, conſtituant cautiorem. Hę inſtar

a d.l.8.§. acceptum. l. niſi. 94. h.t. §. item. Inſt. quib. mod. tollitur obligatio.
b l. nihil. 36. de regulis iuris. l. ab emptione. ubi Dd. de pact.
c d.l. an inutilis. 8. l. ſi. h.t. l. cum empt. 5. de reſcindenda uẽditione. l. ſi unus. §. & acceptilatio. de pactis.
d l.3. cum legibus ſeq. l. cũ Pano. 23. cũ l. ſeq. de ope. libertor.
e l. iuſiurandi. 7. de operis libertorum.
f l. & per iuſiurand. 13. h.t.
g in d. §. item & Vlp.
h in d.l. an inutilis. § fi.
i l. & ex uno. 18. h.t. d. §. itẽ.
k l. 4. & 5. h.t. l. actus. 78. de regulis iuris.
l l. in diem. 5. h.t.
m l.3. de pigno ratio. actione. l. acceptũ. ubi Dd C. de uſuris.
n l. actus. 78. de regulis iuris.
o l. filio. 23. de liberis & poſthumis. l. adoptio. 16. de adoptionib. Bar. in l. ſi is qui. num. 22. de uſucap.
p d. l. in diem. d. §. itẽ. l. 4. C. de tranſactionib. cum ſimilib.
a in l.5. de uer. oblig.
b Inſt. de diuiſ. ſtipulationum.
c l.1. §.1. in fi. hoc tit.

ſtar actionis habet [a]:hoc eſt, ab officio magiſtratus nobili imploratur, quaſi
per actionem. quod enim illo officio expediendũ eſt, id nõ minus peti po-
teſt, quàm quod iure actionis debetur [b]. Deniq;, inquit I.C. [c] ut ſit nouatio,
intercedũt:hoc eſt, ut quod alioqui præſtandũ ex aliqua obligatione erat,
in nouam obligationem, nempe ſtipulationem deducatur, & in tuto loce-
tur, datis fideiuſſoribus, ut de legato ſtipulatio [d]:de tutela, quæ eſt rem pu-
pilli ſaluam fore [e], rem extra iudicium ratam haberi [f], & damni infecti : de
5 qua ſtipulatione alibi eſt dictum. Communes ſunt ſtipulationes, quę fi-
unt iudicio ſiſtendi cauſa [g]. nam cum neq; planè iudiciales ſunt (non enim
in hoc fiunt precipuè, ut iudiciũ ſit firmius, & res quę petit̃ in tutiore loco
collocetur, ſed ne fruſtra dies agendi præſtituatur) nec omni modo cautio
nales: nam aliquatenus ad firmitatem iudicij pertinent: eoq; miſtam quan-
6 dam habeant naturã, uiſum fuit communes appellare. Alia ſanè ratione
communem uocat Pomponius [h], eam quæ eſt rem pupilli ſaluam fore (nã
ea hîc ad cautionales pertinet) ſtipulationeq; duplæ & de rato : propterea
uidelicet, quòd hæ interdũ à Prętore, interdum à iudice dato exigantur [i].
Ac ne temerè hę ſpecies cõfundantur, illud in uniuerſum tenendũ eſt, à Põ
ponio [k] generalem tradi ſtipulationũ diuiſionem : hîc autẽ agi de certa ſti-
pulationum ſpecie, nempe de Prætoria : quæ rurſum ſubdiuiditur in eas
7 quas modò dixi ſpecies. Cauſa efficiens harum ſtipulationũ eſt Prætor,
qui eas introduxit, & cuius iuſſu interponi ſolent. Materia circa quã, intel-
8 ligi poteſt ex exemplis ſuprà propoſitis. Forma eſt, ut his ſtipulationib.
quid fieri conueniat [l] : eoq; nomine fideiuſſores dentur. Generaliter enim
in omnibus Prętorijs ſtipulationibus ſatiſdatur [m], perſonæq; deſiderantur
interuenientium [n]: adeò ut neq; pignoribus quis, neq; pecunię, uel auri ar-
gentiue depoſitione in uicem ſatiſdationis fungatur [o]. quod hodie nõ ad-
modum obtinet. Sunt tamen quædam, in quibus repromiſſio ſufficit, quas
Vlpianus enumerat [p]. Quia uerò hæ ſtipulationes incertum cõtinent, quã-
ti nimirum ea res erit: ideo ad euitandas probationum eius quod intereſt,
difficultates, ſolet in his primò conuenire, ut quid fiat: & ſi factũ non ſit, cer
ta pœna inſeri, ut pœnæ nomine ſtipulatio committatur [q]. Illud etiam ſcien
dum eſt, ſæpius interponi Prætorias ſtipulationes, cum ſine culpa ſtipula-
9 toris cautum eſſe deſijt [r]. Finis eſt, ut res de qua agitur cautior ſit, interpo
ſita ſtipulatione : ideoque hę omnes ſtipulationes natura ſui cautionales
ſunt [s]. Effectus eſt, ut niſi quod conuenit ſit factũ, agatur ex ſtipulatione
aduerſus debitorem principalem, eiuſq; fideiuſſores [t], in id quãti ea res eſt:
hoc eſt, quanti intereſt factum eſſe: aut ad pœnã, ſi qua ſit ſtipulatione com
prehenſa [u].

a d.l.1.§. cautionales.
b l.4.§.hoc aut de damno infecto.l.quòd ſi.25 §.fi.de minorib.
c hic in d.l.1. §.cautionales.
d l.ſi Stichũ.8. §.1.de nouat. to. tit. ut legatorũ nomine caueatur.
e tot.tit.j.tit.1.
f j.tot. tit. ratã rem haberi.
g d.l.1.§.communes.
h in l.5.de uer. obligat.
i d.l.5.tot. tit. Inſt. de Prætorijs ſtipulat.
k in d.l.5.
l l.6.h.t.
m l.3.h.t.
n l. Prætoria. 9.h.t.
o d.l.Prætoriæ.7.
p in l.5.§. ſtipulat.h.t.
q l. in omnib. 6.l.fi.h.t.
r l.4.h.t.
s l.1.§.1. in fin. hoc tit.
t l.4.§.1.tit.1.
u d.l.6.d.l.fin. hoc tit.

## REM PVPILLI VEL ADOLESCENTIS ſaluam fore. Tit. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Qui rem pup.ſal.fore promittere cogantur.*
3 *Cui promiſſio fiat.*
4 *De actione huius ſtipulationis, cui, quando, aduerſus quem, ad quid detur.*

1 CVm pleræq; ſtipulationum Prætoriarum ſpecies, alio loco, pro ut e-
rat commodum, ſint tractatæ, ut de legato [a], operis noui nunciatio-
ne [b], damno infecto [c], &c. nunc reliquas hîc expediamus, de quib. nihil ha-
ctenus fuit dictum : cuiuſmodi ſunt, rem pupilli ſaluam fore, iudicatũ ſolui,
2 rem ratam haberi. Rem pupilli uel adoleſcentis ſaluam fore, tutores &
curatores, antequam adminiſtrationem ſuſcipiant, ſatiſdare debent : exce-
ptis teſtamentarijs & datiuis, qui ex inquiſitione ſunt. His tamen à collega

a ad tit. ut legat. nom. ſ.
b ad tit. de oper. no. nunc. ſ.
c ad tit de damn infer. ſ.

a l. datiuus. 7. hoc tit.
b l. 4. in prin. hoc tit.
c l. ſeruum. 6. hoc tit.
d l. 2. l. ſeruum. 6. hoc tit.
e l. 3. h. t.
f l. 4. h. t.
g l. cum rē. 11. l. cum pupillus. 9. l. ſi poſtea. quam. 10. h. t.
h l. 1. h. t.
i l. 4. §. hanc ſtipulationem. hoc tit.
k d. l. 4. §. pen. & fin.
l d. l. 4. §. 1.
m l. fin. in fi. h. t. l. 2. de exercitoria actio. cum ſimilib.

poterit offerri, utrum ſatis accipere uelint, an ſatiſdare[a]. Cauetur autem hac 3
ſtipulatione ipſi pupillo[b]: qui ſi præſens eſt & fari poteſt, etiamſi eius ætatis erit, ut non intelligat, quid agatur: tamen propter utilitatem receptum eſt, rectè eum ſtipulari & agere[c]. Quòd ſi aliter erit, ſeruus pupilli, aut eo deficiente, ſeruus ſeu notarius publicus, eius nomine ad acquirendam pupillo actionem ſtipulabitur[d]: aut ſanè dare aliquem Prætor debebit cui caueatur[e]. Ex cuius ſtipulatione non quidem ipſo iure pupillo acquiritur: 4
nemo enim alteri ſtipulari poteſt, ſed ex æquitate utilis actio datur[f]. Hac autem ſtipulatione continetur id quod ex tutela fieri oportet[g]. Itaq; datur eodem modo quo tutelæ actio, & ex ea tum demum agi poteſt, cum & tutelæ[h]: finita uidelicet tutela[i], etiamſi in curatoribus & protutoribus ſtipulationis dies cedat: & agi poſsit, ſimulatq; quid ſaluum eſſe deſijt[k]. Agitur autem ex hac ſtipulatione aduerſus tutores, protutores, curatores, qui tamen geſſerunt, eorumq; fideiuſſores[l]: & quidem aduerſus ſingulos in ſolidum ſi pupillus agat, ne ex una tutela plures cauſæ uariæq; quæſtiones apud diuerſos fortè iudices, diuiſa actione conſtituantur[m].

## IVDICATVM SOLVI. TIT. VII.

1 *Tres clauſulæ huius ſtipulationis.*
2 *De re iudicata clauſula.*
3 *De re defendenda.*
4 *Dolum malum abeſſe.*
5 *Explicatio l. nouiſſima.*

a in prin. Inſt. de ſatiſdationib.
b l. iudicatum. 6. h. t.
c l. iudicati. 9. h. t.
d l. ult. C. de fideiuſſorib. l. centum. de eo quod certo loco.
e Gloſ. & Dd. in l. conquerebatur. 13. & in l. iudicamus. 9. h. t.
f l. ex clauſula. 17. h. t.
g l. 5. §. fi. h. t.
h d. l. 2. §. ob rē.
i l. nouiſſ. 19. hoc tit.
k d. l. cum quærebatur. d. l. nouiſſima.
l l. 1. h. t.
m l. 5. §. in hac. hoc tit.
n l. fi. h. t.

OLim conuentus actione reali, aut in perſonam, ſed alieno nomine, ſa- 1
tiſdare iudicatum ſolui cogebatur[a]. quæ quidem ſtipulatio tres clauſulas in unum collectas habet: nempe de re iudicata, de re defendenda, &
de dolo malo[b]. Prima eſt de re iudicata, ut in tantum committatur ſtipula- 2
tio, præſtetur q; quantum iudex deberi pronunciauerit[c], ex cauſa tamē principali: nam ſi quid rei iudicatę acceſſerit ex contumacia aut delicto rei, ad
id iniquum eſſet fideiuſſores teneri[d]. Secunda eſt de re, hoc eſt de cauſa 3
defendenda: ut niſi boni uiri arbitratu lis agatur, & defendatur reus, quanti hoc nomine intereſt, exigere actor à reo & fideiuſſoribus poſsit[e]. Res autem defenſa non uidetur, ſi non in ſolidum defendatur[f], aut non loco idoneo[g], aut quando certum eſſe incipit, neminē poſſe exiſtere, qui reum de-
fendat[h]. Nouiſsima clauſula iudicatum ſolui, ſtipulationis eſt, dolum ma 4
lum abeſſe abſuturumq; eſſe. Quare & ad principium ſtipulationis re- 5
fertur, & in futurum tempus permanet[i]. In hac ergo ſtipulatione, quia plures cauſæ ſunt una quantitate concluſę, ſi committatur ſtipulatio, ex uno caſu ſtatim (id eſt, ante ſententiam, ut fieri poteſt in duabus poſterioribus clauſulis[k]: etiamſi prioris dies non niſi poſt rem iudicatā cedat[l]) amplius committi ex alio non poteſt[m], ſi ut idem, puta id quod in uniuerſum intereſt, & ex eadem cauſa ab eodem petatur: aliàs ſecus eſt[n].

## REM RATAM HABERI, ET DE RATIHABITIONE. Tit. VIII.

1 *Qui ſatiſdare debeant rem ratam haberi.*
2 *Quando committatur hæc ſtipulatio, & quæ actio hinc detur.*
3 *De iure Sax.*

a §. ſin autem. Inſt. de ſatiſdati.
b l. maritus. 21. C. de procuratorib.

REm ratam haberi petunt à ſe mutuò procuratores actoris & rei, aut 1
cum non ſatis idoneè de mandato conſtat[a], aut cum alioqui mandatū exhibere non coguntur: ut coniunctæ perſonæ[b]. nam qui alieno nomine agit, quacunq; ut inquit Vlpianus, actione, id ratum habiturū eum, ad quē

ea res

ea res pertinebit, cauere debet [a]: rei tamen defenſor ſi iudicatum ſolui ſatiſdederit, non alio ſatiſdationis onere grauandus eſt, niſi in certis caſibus [b].
2 Ex hac ſtipulatione agitur aduerſus promiſſorem, eiusq; fideiuſſores & ſucceſſores, niſi aliud ſit actũ [c], in id quanti intereſt dominũ rem ratam habuiſſe [d]. quę quidem ſtipulatio cõmittitur ſtatim atq; dominus de re geſta certior factus, ratam eam non habet. Hoc autem accipiendum eſt ἐν πλάτει, & cum quodam ſpacio temporis, quod magis intellectu percipi quàm elocutione exprimi poteſt: eiuſmodi enim relinquendum eſt, quod ad deliberandum de pręſenti negocio ſufficiat, niſi fortè certum tempus in ſtipulatione ſit adiectum. Quòd ſi dominus primò ratum non habeat, poſtea immutata uoluntate ratificet, etſi ſummo iure commiſſa eſt ſtipulatio, tamen exceptione doli promiſſor ſe tueri poterit [e].
3 Huius ſatiſdationis apud Saxo. qui in iudicijs unam tantum de expenſis cautionem ab actore exigere ſolent, nullam à reo [f], non magnus eſt uſus, niſi quando coniuncta perſona ſine mandato agit: tunc enim iuxta leges [g], rem ratam dominum habiturum, cauere debet [h].

a l. non ſolùm. 39. §. 1. de procuratoribus.
b d. l. non ſolũ. §. ſi ſtatus. & §. eſt caſus.
c l. ſi ſine. 22. §. ſi procuratores. & §. ſi in ſtipulatione. h. t.
d l. in ſtipul. 19.
e l. quo enim. 12. §. 1. h. t.
f Chil. in Prac. cap. 46.
g d. l. non ſolũ. d. l. maritus.
h Chil. præal. loco cap. 21.

# DIGEST. LIBER XLVII.

## DE PRIVATIS DELICTIS. TIT. I.

1 *Continuatio & nu. 3.*
2 *Diuiſio criminalium iudiciorum.*
3 *Quæ priuata, quæ publica iudicia.*
4 *Regulæ communes quæ in hoc titulo traduntur.*

1 EXpeditis iudicijs tam ciuilibus quàm Prętorijs, ad ea tandem
2 quę crimẽ continent pœnamq; perſequũtur, ueniamus. Hęc autem criminalia iudicia, aut ſunt priuata, aut publica: ut etiã
3 Platoni, Ciceroniq; placuiſſe uideo. Priuata ſunt, in quibus iniuria priuato illata uindicatur: publica, quę ex legibus publicorum iudiciorum ueniunt [a], & ſcelus in Rempublicam commiſſum perſequuntur. Sed de priuatis quæ magis cohęrent, & uicina ſunt ſuperiorib. iudicijs, prius eſt exponendũ: quorum in ingreſſu hæc uelut cõmunia ἀξιώματα prænoſſe oportet.
4 Primò, pœnalibus actionib. hæredes non teneri, nec cęteros ſucceſſores [b], niſi lis cum defuncto fuerit cõteſtata [c]: ſed noxã ſemper caput ſequi, ſuumq; tenere authorem [d]: hæredibus tamẽ actiones plerorumq; priuatorũ iudiciorũ dari, ut furti, &c [e]. Deinde, nunquam plura delicta cõcurrentia facere, ut ullius impunitas detur, quin potius unum pręgrauare alterum [f]. Poſtremò, duobus modis agi priuatis iudicijs: aut ordinariè ad multam pecuniariam legibus præſtitutam apud ordinarium iudicem: aut extra ordinem ad uindictam, & in certam, neq; iure definitã pœnã, ſed ab arbitrio eius cuius ea de re notio eſt, ut pręfecti urbis pendentẽ [g].

a l. 1. infrà, de pub. iudicijs.
b l. 1. in princ. hoc tit.
c l. unica. C. ex delictis defunctor. l. pœnalia. 124. l. omnis. 181. de regulis iuris.
d d. l. 1. in fin. h. t. l. ſancimus. C. de pœnis.
e d. l. 1. §. hæredes.
f l. 2. h. t.
g l. fin. h. t. l. fi 7. tit. 1.

## DE FVRTIS. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Furtum unde dictum.*
3 *Quid ſit.*
4 *Nec uoluntate ſola, neq; conatu furtum fieri.*
5 *Quarum rerum furtum fiat.*
6 *Cuiuſmodi uoluntas doloſa attendatur in furto.*
7 *Furtum lege naturæ prohiberi.*
8 *Species furtorum.*
9 *Cauſa efficiens.*
10 *Materia.*

11 *Forma, qui furtum quomodo faciant.*
12 *Finis & effectus.*
13 *De actionibus ciuilibus.*
14 *De actione dupli & quadrupli.*
15 *De actione criminali, & iudicio capitali.*

INter priuata delicta frequentiſsimum eſt furtum: cui coercendo, nullæ 1
hodie cruces, nulla tormenta ſufficiunt. tanta eſt in plerisq; aliena haben
di rapiendiq; libido. Furtum, Labeo ſecutus Varronem ait, dictum à fur- 2
uo, id eſt nigro, quod clàm & obſcurè, ac plerunq; noctu fiat. ut apud Ho-
merum κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω. Nam & Græci κλέπτην furẽ, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν,
hoc eſt, à tegendo & occultando dixerunt. Sabinus autem Iurisconſultus [a],
& Gellius [b], à Greco uocabulo, quo fures φῶρες appellantur, dictũ malũt.
nam & Græci παρὰ τὸ φέρειν, à ferendo φῶρας dixerunt [c]. idq; probabilius eſt
& rei congruentius, ut furem ac furtum à ferendo appellatum dicamus:
quia aliter fieri nequit furtum, quàm auferendo & contrectando. Sola e-
nim cogitatio furem non facit [d]. Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa: 3
lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius, poſſeſsionisue: quod
lege naturali prohibitum eſt admittere [e]. Eſt contrectatio.) qui enim alie-
nam rem attrectat, cum ſe id inuito domino facere iudicare deberet, furti
tenetur [f]. Itaq; neq; ſolus animus ſufficit [g], neq; conatus furandi ſine cõ 4
trectatione: ut ſi quis intrarit in domum alienam furti faciendi gratia, neq;
dum quippiam cõtrectarit [h]. Non enim econtrariò plena ablatio amotio-
que neceſſaria eſt, ſed ſufficit attrectari rem tantummodo, animo lucran-
di defraudandiq; ea dominum: ut fit in re depoſita, commodata, oppigno- 5
rataq; [i]. Rei.) uidelicet alienę, mobilis & corporalis. nam propriæ regulari-
ter furtum non fit [k], niſi cum alio ſit communis [l], aut alius in ea ius habeat,
ut ſi ſit oppignorata [m]: aut alterius uſusfructus ſit, uel poſſeſsio [n]. Addo,
mobilis.) nam immobilia auferri aut occultari ad defraudandum dominũ
non poſſunt [o]: licet ueteres aliter exiſtimarint [p]. Subiũgo, corporalis.) nam
incorporalia nec tangi, neq; contrectari poſſunt [q]: etiamſi qui poſſeſsio-
nis interuertendæ gratia, quæ incorporalis eſt, rem contrectat, furtum fa-
cere uideatur, in re tamen corporali [r]. Fraudulosa.) id eſt, eo animo facta, 6
ut dominus inuitus re ſua fraudetur [s]. nam ſine eiuſmodi fraudulenta uo-
luntate furtum non committitur: ut ſi quis uoluntate domini ſurripiat [t],
aut probabiliter putet dominum permiſſurum [u]. nam ſine affectu furandi
furtum non fit [x]. In hoc autem uerbo differentia latet, qua furtum diſtin-
guitur à rapina, quę & ipſa lucri gratia fieri ſolet: nec tamen occultè ac
fraudulenter, ſicuti furtum, ſed aperta inuaſione per uim & arma [y]. Addi-
tur, lucri faciendi gratia.) nam qui alio animo occultat, aut fraudem com-
mittit, non facit furtum: ut qui libidinis cauſa alienam ancillam celat [z], aut
qui tabulas inſtrumentáque amouet, non lucrandi (nam ſic furtum com-
mitteretur [aa]) ſed occultandæ ueritatis cauſa. Hic enim potius in falſi cri
men ſe induit [bb]. Itaque uoluntas maleficia diſtinguit [cc]. Nihil autem inter-
eſt, ſiue ipſam quis rem lucrari uelit, ſiue uſum & poſſeſsionem [dd]: quod
enim ius eſt in tota re, idem eſt in parte aut uſu rei [ee].

Poſtremò

*a l.1.h.t. b lib.1.cap.18. c l.1.h.t. d l.1.§.1.h.t. e l.1.in fin.h.t. §.1.Inſt.de obligat. ȷ̃.quæ ex delicto. f Gell.lib.11. cap.18. g d.l.1.§.1. h l.uulgaris. 21.§.qui furti. hoc tit. i l.ſi pignore. 56.h.t.§.furtũ autem. Inſtit.de obligat. quæ ex delicto. k l.qui iniuriæ. 55.§.fin.h.t. l l.ſi ſocius.46. hoc tit.l.rei communis.45.l.merito.51.ſuprà, pro ſocio. m §.aliquãdo. Inſt. de obligat. quæ ex delictis. l.in actio.19.§.fi.h.t. n l.credito.15. §.1.l.cũ æs.20. l.qui iniuriæ.55. §.fin.hoc tit. optimus textus, in l.2.§.in hac actione.ȷ̃.de ui bon. raptorum. o l.rerum.25. hoc tit. p l.quare.35. s̃.de uſucap.§.quod autẽ. Inſti. de uſucap. q l.ſeruus.§.incorpo.s̃.de acquir.rerum dominio. r l.rerum.25.hoc tit. s l pen.in fin.s̃.de condictione cauſa data,&c. t l.qui uas.49.§.qui ex uoluntate.hoc.tit. u §.placuit.Inſtit. de obligat. quæ ex delicto. x d.§.placuit. y tot.tit.ȷ̃.de ui bono.raptor.& tit.ad l.Iulian.de ui publica.& ad l.Iulian.de ui priuata. z l.uerum.40. hoc tit. aa l.qui tabulas.29.hoc tit.l.Paulus.16.in princ.infrà, de falſis bb d.l.Paulus.in fin. cc d.l.qui iniuriæ.55. hoc tit. dd d.l.creditoris.d.l.uerum.d.l.cum æs.cum ſimilibus. ee l.quæ de tota.75.s̃.de rei uendicat.*

7 Poſtremo loco adijcitur: quod lege naturali prohibitum eſt admittere.)
quod accipiendum eſt de lege in natura humana & ratione poſita: quę do-
cet, abſtinendum eſſe alienis, oſtenditque diſtinctionē dominorum, huic cor
8 ruptæ naturę planè eſſe conſentaneā[a]. Furtorum duo ſunt genera: mani
niſeſtum, & nec manifeſtum. Fur manifeſtus eſt, quem Grçci ἐπ' αὐτοφώρῳ
appellant: id eſt, in aut cum ipſo furto deprehēſum[b], aut iudicatum[c], ante-
quam quo deſtinauit, perferret[d]. nec manifeſtum furtum quid ſit apparet:
nam quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum eſt[e]. Conceptū
& oblatum furtum ſpecies potius actionum ſunt furto cohęrentes, quàm
9 genera furtorū[f] Cauſa efficiens furti eſt, fraudulosa uoluntas & contrecta-
tio. Cauſa προκαταρκτική poteſt eſſe oportunitas tēporis, loci, rerū, ſpes
10 lucri & occultationis. Materia cuius furtū fit, ſunt ſicuti dixi, res alienę[g],
corporeæ & mobiles: ut ſerui, animalia, pecunia, tabulæ, &c.[h] nec intereſt
cuius ſint quantitatis aut precij, quod ad delictum attinet[i]. Itaque & pro re
minima ciuiliter furti agi poteſt[k], non etiam criminaliter, ſicuti moribus u-
ſurpatur: niſi furtum duos Hungaricos & dimidium excedat. nam actio-
nes quæ infamiam aut grauiorem pœnam irrogant, non debent ex paruis
ſummis dari, ſcilicet quæ minores ſint duobus aureis ueterū[l]: quorum au
reos pluris ualuiſſe, quàm hoc tempore noſtros, conſtat[m]. Pro alienis autē
rebus in hac materia habentur, quæ communes ſunt, uidelicet reſpectu por
tionis quæ ſocij eſt[n]: item propriè reſpectu iuris, quod alius in ea habet[o].
Alienæ autem dici non poſſunt, quæ nullius ſunt in bonis: unde rerum hæ-
reditariarum iuris ſubtilitate furtum non fit[p]. Rerum tamen ciuitatis furtū
fieri dicitur, quia ſunt in alicuius bonis, nempe uniuerſorum[q]: quanquam
hoc crimen etiam in peculatum incidit[r], ut cum res ſacræ ac religioſę in-
teruertuntur[s]. Liberorum etiam hominum, ut filiorum qui ſunt in aliena
11 poteſtate, furtum fieri dicitur[t]. Forma furti eſt ipſa rei contrectatio, ſine
qua furtum nō committitur[u]. Contrectationem autem accipimus, aut ue-
ram, ut cum res aufertur, abducitur[x]: aut fictam, quam effectu conſiderato
ius pro uera habet: quomodo tenetur falſus procurator, qui ſe præſente alij
numerare iubet[y]: item receptator rerum furtiuarum[z], & qui in officio frau
dulenter uerſatur, de quo latius alibi traditur[aa]: item is qui opem & conſi-
lium ad furtum faciendum præſtitit[bb]. Nonnunquam & ille qui tantū cōſu
luit, dummodo aliàs furtum non erat futurū, ut communiter uolunt Dd.[cc]
aut qui duntaxat opem præſtitit ſine conſilio[dd]. Sed opem ferre, uel conſi-
lium dare, tunc nocet, authore Vlpiano[ee]: quando contrectatio eſt ſecuta,
id eſt furtum conſummatū. Quia tamē res mali exempli eſt, memini etiā
non ſubſecuto furto, carcere aliquandiu fuiſſe punitos, qui conſilium furā-
di dediſſent, aut operam ad id ſceleris eſſent polliciti. Illud uerò ſciendum
eſt, qui cōſilium & opem pręſtant, mitius puniri quàm ipſos fures, ut rectè
contra Bartolum[ff] exiſtimat Angelus[gg]. quod & uſu obſeruatur, niſi in i-
pſo furandi actu auxilium fuerit præſtitum: tunc enim auxiliator cum prin
cipali eadem pœna plectitur: ut latè confirmat, & optimè diſcutit Angelus
12 in Practica criminali[hh]. Finis furti eſt lucrū, adeò quidem, ut ſine intētione
lucrandi furt ū non fiat, ſicuti paulo antè eſt oſtēſum. Effectus furti in actio
nib. & pœnis quę inde exiſtūt, uertit: de quib. deinceps eſt dicendū. Planè
odio furum inductum eſſe uult Iuſtini. ut pluribus teneantur actionibus[ii].

Itaque

*a l.1. cum ibi notatis. ſ. de acquir. rerum dominio. b l.3.h.t. c l.7.in fi. h.t. d l.4.h.t. e l 8.h.t. f §.furtor. Inſt. de oblig. quæ ex delicto. g l.ſi is qui. 61. hoc tit. h l.qui tabulas. 27. l.ſi quid fur. 22.§.fin.l.itaq;. 12. cum ſimilib. hoc tit. i §.gallinarum. Inſt. de rer. diuiſione. k Gl. Faber, Angelus & Dd. in d.§.gallina. l l.idem.11. de dolo malo. m Aut. auguſt. emend.lib.2.ca. 9. Balduinus in §.pe.Inſt. de Attiliano tutore. n d. l.ſi ſocius. o d.l.ſi is qui rē pig. d.l. ſi is qui. d.l.creditoris.§. fin.d.l. cum res. p l. hæreditariæ. 70. h.t. q l. ob pecuniā.83. h.t. r l. 4.§.fin. ad leg.Iulian.peculatus. s l.1.& 4.ſ. ad l. Iulian. peculatos. t §. interdum. Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. u d.l.1.l. ſi quis uxori.53.§. neq; uerb.l.inficiendo.69. l.falſus. 44.§. ſi quis nihil.h.t. x d.l.ſi quis uxori.§.ſi quis aſinum.l.alienum.6.C.eod. y d.l.falſus.44.§.1. z l.eos.14.C.eod.§.conceptū. in fin.Inſtit. de obligat. ſ. ex delicto. aa in l.etiam.8.& in l.ſi ſeruum.16.C.eod. bb l.is qui opem.34. h.t. §. interdum.2. Inſt.eodem. cc in d. §.interdum ij.in l.ſæpe.53.ubi Barto.de uerb.ſignifica.textus.in l.qui ſeruo.36.h.t.Decius in l.conſilij.43.de regulis iuris. dd l. ſi pig.56.§.pen.h.t. ee in l.ſi quis uxori.53.§.neq; uerbo.h.t. ff in d.l.is qui opem. gg in d. §. interdum. hh ad uerb.dicto maleficio ſemper aſtitit. ij §.ſic itaq; uerſiculo planè.Inſt.de actio.*

Itaq; conueniri poſſunt,non modò rei perſequutorijs actionibus, puta ad 13
exhibendum rei uendicatióne,condictione furtiua, &c. de quibus ſuo lo-
co diximus:ſed etiam pœnalibus,quæ quidem olim pro diuerſis furtorum
generibus erant diuerſæ. Ac concepti & oblati furti pœnam tripli fuiſſe,
author eſt Gellius [a].Quæ furtorum genera,cum in uſu eſſe deſierint,ſuper- 14
ſunt duæ tantum furti actiones,ſicuti & ſpecies:nempe furti nec manifeſti,
& furti manifeſti:quarum illa in duplum, hæc in quadruplum datur [b].uerę
uidelicet æſtimationis ipſius rei [c]. Nec in hoc quadruplo aut duplo, ſim-
plum,id eſt rei perſecutio continetur [d]. Furti autem nec manifeſti actionē
ex l. XII. Tabularum deſcendere, contra Baronem contenderim [e]. nam
quamuis Gellius pręallegato loco,& Theoph. [f] dicant pœnam capitalem
lege XII.Tabularum in fures conſtitutã,à qua deinceps receſſum ſit: tamē
cõſtat,eos ſolùm loqui de furti manifeſti pœna,quam oſtēdit Gellius capi-
talem fuiſſe,morte naturali uel ciuili irrogata. Itaq; Prętores poſtea mitiga
ta legis acerbitate,pœnã quadrupli in eiuſmodi fures cõſtituerunt [g]:ſed du
pli pœnam furtis nõ manifeſtis,lege XII.irrogatã eſſe,uerba ipſa Gellij o-
ſtendunt:Alijs deinde,inquit, furtis omnibus quę nec manifeſta appellan-
tur,pœnã impoſuerũt dupli.quo loco nõ de Prętorib. Gellius agit, ut uult
Bato, cum de ijs uerbũ ibi extet nullum, ſed de decem uiris legum XII.la-
toribus,quorũ antea fecerat mentionē.idq; conſentaneũ eſt ex legibus So
lonis acceptum fuiſſe: qui abrogatis Draconis inſtitutis, quę propter acer
bitatem ſanguine ſcripta perhibebantur, eiuſmodi pœnam in fures ſtatuit.
At cur dicemus grauiorem uindictã placuiſſe in manifeſtis furtis,quàm in
occultis? An quia propter exemplum grauiora delicta cenſentur,quę aper
tè fiunt,quàm quæ ſecreto [h]? Adde quòd qui palàm furatur,maiorem præ
ſe fert impudentiam:nec caret uiolentiæ inferendæ ſuſpicione, qui in ag-
grediendo palàm facinore,uim aliorum non extimeſcit:quod non eſt in ijs
qui clàm quid ſurripiunt: quorum aſtum & dolos etiam ad uirtutem acu-
endam conferre, Lacedæmonij, unde multa diſciplinæ exempla Romani
mutuati ſunt,arbitrabantur.atq; his quidem actionibus ciuiliter furtũ uin-
dicatur,quæ dantur ijs quorum intereſt, furtum factum non eſſe [i]: paucis
perſonis exceptis,ut domeſticis [k],aduerſus ipſum furē etiam impuberem [l],
non uerò in eius hæredē:quia pœnales actiones ſunt. Sed meminiſſe opor 15
tet,rectè etiam furti criminaliter agi, iure quidem ciuili extra ordinem ad
pœnam arbitrariam [m].quod tamen iudicium non fuiſſe publicum I.C. [n] o-
ſtendit.Hodie uerò reditum eſt ad ius illud antiquiſsimũ Draconis,legiſq;
XII.& publicum iudiciũ furti conſtitutũ, quod certã pœnam,eamq; capi-
talē continet ex conſtitutione Friderici: qui furtũ quinq; ſolidorũ, ſeu, ut
interpretamur, Hungaricorũ, quorũ ſinguli ſeſquitalerum ualent, laqueo
& cruce:minora autem furta,forcipe ac fuſtigationib. puniri uoluit [o]. Quo
iure his in terris utimur:niſi quòd minora furta,quę tamē duos & dimidia-
tum Hungaricũ ſuperãt, ſola fuſtigatione & exilio perpetuo plectãtur.In-
feriora autē in criminale iudiciũ non cadunt, ſed ciuiliter tantũ uindicant̃.
Atq; hęc quidē pœna etſi grauis eſt:qui enim in pecunia tantũ delinquit,
punitur in corpore,uitamq; pro ęre reddere cogitur, contra ius gentiũ [p]:ta
men omnib. ferè populis placuit,& neceſſaria uiſa eſt, quia frequētia furto
rum teſtatur iſtis nouiſsimis ac deterrimis temporib. leui animaduerſione
hæc delicta coerceri nõ poſſe. Quid quòd in pœnis non tã res quę uiolant̃,
quàm qualitas delicti eſt attēdenda, an uidelicet & quatenus Rempub. ac
ſalutē communē lędant:ad cuius conſeruationē, omnes leges ſunt referen
dę,ſicuti inquit Cic. Salus populi ſuprema lex eſto. Porrò fures non minus

ſocietatem

a lib.11.ca.ult.
b d. §. conceptũ.in fin.§.dupli.Inſt.de actionib.l.quid ergo.13.§.fin. de his qui notantur infa.
c l.in furtis.51.h.t.
d §.fin.Inſt.de obligat. quæ ex delicto. in prin. Inſt. de ui bonor.raptor.
e §.ſunt autē. Inſt. de noxal. & argumēto à contrario ſenſu ſumpto. Inſt. de perpetuis & tēporalib. actionibus. in princ.
g Inſt de perpet. & temp. action.
g in prin.Inſt. de perpet. & temp.action.
h l.2.§. qui re depoſita.ꝟ. de ui bonor. raptor. l.3.ubi Gloſ. & Dd. C. de ſumma trinitate.
i l. is cuius. 11. l.eum qui.14.l. interdum. 50.l. qui iniuriæ. 55.§. qui alienis. l. 15. cuius intereſt.87.h.t.
k l.ſerui.17.l.ſi quis uxori. 53.h.t.l.1.& 2. ꝟ.rerum amota. l. reſpiciendũ. 11.§.furta.ꝟ.de pœnis.
l l. impuberē. 23.h.t.
m in l.fi. h.t.
n in d.l.fin.
o §.ſi quis quinq; ſolid.etc. de pace tenēda.
p Theophilus in tit.Inſt.de iure naturali gentium & ciuili. §.1.

ſocietatem humanam uiolant, quàm homicidæ & adulteri. Vnde & inter capitalia delicta in Decalogo furtum refertur, & apud ueteres Romanos ac Græcos pœna capitis luebatur. Nec enim modò concordi & tuto conuictu, ac caſta maris & fœminæ coniunctione, ſed etiam diſtinctione dominiorum, tuitioneq́ rerum ac iuſtorum cōmerciorum, ad ſocietatē uitę tenendam opus eſt: quam cum uiolent fures, non mirum eſt, ſi exemplo ſicariorum & adulterorum extremo ſupplicio afficiantur.

## DE TIGNO IVNCTO. TIT. III.

1 *Continuatio.*
2 *Tigna quid.*
3 *Sententia l.12. de tigno iniunсto, & ratio.*
4 *De S.C. huc pertinentibus.*
5 *An hoc caſu detur rei uendicatio.*

1 ET hæc quidem in genere de furto dicta ſunt: nunc ſpecies quaſdam ſigillatim enarremus. Ac in primis ſciendum eſt, tigna aliena quandoq́
2 ſurripi, & ad eludendam actionem ædibus iungi. Tigna autem à tegendo dicta ſunt, eiusq́ appellatione continetur omnis neceſſaria materia, ex
3 qua ædificium uineæq́ conſtant[a]. Porrò tigna furtiua ędibus uel uineis iuncta, lex 12. Tabularum neq́ ſoluere permittit, neq́ uendicare: quod prouidenter lex efficit, ne uel ædificia ſub hoc prętextu diruātur, deformeturq́ ruinis aſpectus publicus, cōtrà quàm ex uſu eſt ciuitatum[b], uel uinearū turbetur cultura: ſed in eum qui cōuictus eſt fraudulenter iunxiſſe, in duplum
4 dat actionē[c]. Qua pœna ob eandē rationē tenetur, ex S. C. & is qui rem legatā ædibus eo conſilio iunxit, ut ne præſtare eam cogeretur[d]: item qui do
5 mum ea cauſa uendidit, ut deſtruatur[e]. Sanè ſi quis non pœnā, ſed rei æſtimationem uelit conſequi, hactenus poterit ad exhibendū & rei uendicatione agere, non ut res reſtituatur, ſed ut aduerſarius, qui ſciens tignū alienum ædibus iniunxit, in æſtimationē cōdemnetur: quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſsideat[f]. nec enim hoc ulla in parte legi 12. quę dūtaxat tolli tignū uetat, aduerſatur. Atq́ hoc modo res uindicari poteſt: etſi proponas tigni furtiui nomine in duplum actum. Extrinſecus enim eſt rei uendicatio, & cum actione dupli concurrit, nec alia aliam electione conſumit[g] (quippe cum ex diuerſis factis oriantur, altera ex delicto, altera ex dominio) ſed ſolùm perceptione & ſolutione. Nam ſi quis duplū ex hac actione ſit cōſecutus, in quo ſimplum ineſt, cum bona fides non patiatur bis idem exigi, non poterit poſtmodum rem uendicare[h].

a *l.1. §.1. h.t. l. tigno. 162. l. pali. 168. de uerb. ſignif.*
b *l.2. & 3. C. de ædif. priua. l. fin. l.2. §. ſi quid à nemine ne quid. in loc. publ.*
c *l.6. h.t. l. gēma. 6. ad exhibendam. l. adeò, 7. §. cum in ſuo. de acquir. rerū dom. §. cum in ſuo. Inſt. de rer. diuiſio.*
d *l. ſenatus. 45. in princ. de leg.*
e *l. ſenatus. 52. de cont. empt. l. fin. de dam infe.*
f *d. l. 1. in fin. l. in rem. 24. §. pen. ubi Gloſ. et Dd. de rei uendicatione. l. qui res. 98. §. fin. in fin. de ſolutionibus.*
g *l.2. h.t.*
h *§. cum in ſuo. in fin. Inſt. de rerū diuiſione.*

## SI QVI TESTAMENTO LIBER ESSE IVSſus fuerit poſt mortem domini, ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe aut corrupiſſe dicetur. Tit. IIII.

1 *Ratio edicti.*
2 *Edictum.*
3 *Cui hinc actio, aduerſus quos detur.*

1 HOc edicto Prætor coercet proteruitatem calliditatemq́ eorum, qui propter defectum ciuilis actionis hæreditates depopulantur. Nam ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus ante aditam hæreditatem, dolo malo quid auertiſſet, agi cum eo nulla ciuili actione poterat. Facit enim hęreditati furtum, hoc eſt dominę[a]. Dominus aūt dominaúe nō poſſunt habere furti actionē cum ſeruo, etiā poſt libertatē, niſi poſtea quoq́ eam rem cōtrectauerit[b]: ut interim taceamus rerū hæreditariū furtum non fieri, quia à nemine poſsidentur. quod aūt non poſsidetur, eius furtum fieri nequit: furto enim

a *l.5. in princ. hoc tit.*
b *l. ſeru. 17. §. de furtis. l.1. C. de noxalibus actio. l. ulti. C. an ſeruus ex ſuo facto.*

tantum

a d.l.1.§.Secuo l.4.9.h.t.l. hære di.ariæ. 70. cum l.ſeq.§.de furt. tantum poſſeſsio aufertur, non dominium [a]. Itaq; ne expilatæ quidem hæreditatis nomine conueniri poteſt à domino, quia nec furti tenetur [b]. Proinde cum natura ſit æquum, eum non eſſe impunitum, qui hac ſpe hæreditatem diſsipauit, Prætor eiuſmodi edictũ in illũ ꝓpoſuit: SI DOLO MALO EIVS QVI LIBER ESSE IVSSVS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HAEREDITATEM, IN BONIS QVAE EIVS FVERVNT QVI EVM LIBERVM ESSE IVSSERIT, FACTVM ESSE DICETVR, QVO MINVS EX HIS BONIS AD HAEREDEM ALIQVID PERVENIRET: IN EVM INTRA ANNVM VTILEM DVPLI IVDICIVM DABO [c]. Hæc actio certum habet finem, ut dolo fecerit, & poſt mortem, & ante aditam hęreditatem [d]. Item hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus competit [e], aduerſus unum pluresúe: & quidē ſolidè in ſingulos, qui ſtatu liberi cum eſſent, dolo malo hæreditatem diminuerunt [f]. 2

b l.pen.§. de crimine expilatæ hæreditatis.

c l.in prin. h.t.

d d.l.1.§.1.uerſ. habet.

e d.l.1.§.pen.

f d.l.1.§.fin.

## FVRTI ADVERSVS NAVTAS, CAVPONES, ſtabularios. Tit. V.

IN eos qui naues, cauponas, ſtabula exercent, ſi quid à quoquo eorum, quoſúe ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, iudicium datur: ſiue furtum ope conſilio, exercitoris factum ſit, ſiue eorũ cuius qui in ea naui gandi cauſa eſſet, &c. Nauigandi autem cauſa accipere debemus eos, qui adhibentur ut nauis nauiget: hoc eſt nautas. eorum enim factum præſtat exercitor, quia eius eſt bonos ſeruos ad tale miniſterium eligere [a]: uectorũ autem culpam non præſtat, ut nec caupo uiatorum. neq; enim repellere poteſt iter agentes, & probabiliter eorum ingenia atque mores ignorat: ſed inhabitantium atq; miniſtrorum facta præſtat, quos ipſe elegit. Itaq; de his in duplum conuenitur [b]: qua de actione ſuprà diximus [c].

a l.3. in princ. de publicanis.

b l.unic.h.t.

c ad tit. naut. caup. ſtab.

## SI FAMILIA FVRTVM FECISSE dicetur. Tit. VI.

VTiliſsimum id edictum Prætor propoſuit, quo dominus proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: uidelicet ne cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, ſi omnes dedere noxæ, aut pro ſingulis ęſtimationem litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edicto, ut ſiquidem uelit dedere noxios ſeruos, poſsit omnes dedere, qui participauerunt furtum. Sin autē maluerit æſtimationem offerre, tantum pro omnibus offerat, quantum ſi unus liber furtum feciſſet, & retineat familiam [a]: id eſt, pœnæ nomine duplum, & condictionis ſimplum præſtet [b]. Hæc autem facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factum eſt. Cæterùm ſi ſciente eo, & non prohibente, facultas ei non erit data. nam & ſuo & ſingulorum nomine, iudicio noxali conuenietur, nec una æſtimatione, quamlibet homo ſufferret, poterit defungi [c].

a l.1. in princ. hoc tit.

b l.2.h.t.

c d.l.1.§.1.

## ARBORVM FVRTIM CAESARVM. Tit. VII.

1 *An cum l. Aquilia hæc actio concurrat.*
2 *Quid arborum nomine contineatur.*
3 *Quid ſit furtim cædere, cingere, deglabrare.*
4 *Cuiuſmodi ſit actio, cui, aduerſus quos detur.*
5 *Quæ actiones cum hac concurrant.*
6 *De iure Sax.*

SI furtim arbores cæſæ ſint, & ex l. Aquilia, & ex l. 12. Tabularum dandam actionem Labeo putat. Sed Trebatius ita utramq; dãdam ait, ut iudex in po- 1

in poſteriorem deducat id, quod ex prima conſecutus ſit, & reliquo reum
condemnet [a]. Eſt igitur actio arborum furtim cæſarum antiquiſsima, ut po-
2 tè quæ ex l. XII. Tabularum deſcendat [b]. Arborum nomine etiam uites
3 continentur: item hæderæ, arundines, ſalicta, & ſtirpes [c]. Furtim cædit arbo
res qui clàm cędit [d], ignorante uidelicet domino, celandiq́ eius cauſa [e]. Cæ-
dere autem eſt, non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa [f]. In eo-
dem delicto ſunt, qui cingunt arborem uel ſubſecãt [g]. Cingere arborem eſt
deglabrare, hoc eſt, amputatis ramis aut abſtracto cortice glabram facere.
4 ſubſecare, eſt aliquo modo ſubſecuiſſe [h]. Huius actionis eadem cauſa eſt,
quæ & legis Aquiliæ [i]: niſi quòd in duplum detur [k], à facienda æſtimatione,
quanti domini interſit, non lædi [l]. Hæc actio datur dominis etiam utilibus,
non autem uſufructuarijs aut colonis [m]. Et quamuis pœnalis ſit, perpetua
tamen eſt, in ſucceſſoresq́ tranſit [n]. Datur autem aduerſus eos qui cædunt,
ſiue unum, ſiue plures, in ſolidum, in ſingulos [o]: item aduerſus mandantẽ [p].
5 in hæredem autẽ non datur, quia pœnalis eſt [q]. Sed & aliæ actiones aduer-
ſus hos competunt. nam & furti tenentur, ſi lucri faciendi cauſa contrecta-
uerint [r], & interdum ex locato ſi colonus cædat [s]: item cõdictione, & ad ex-
hibendum [t]: ac criminaliter etiam extra ordinem tanquam latrones puniun
6 tur, maximè ſi uites cæciderint [u]. Iure Saxonum mulcta pecuniaria in eos
qui arbores cædunt aut depopulantur, conſtituta eſt: quòd ſi etiam aufe-
rant, furtum fit, & pœna furti locum habet [x].

a l. 1. hoc tit.
b l. pen. h. t.
c l. 3. hoc. t.
d l. 7. & 9. h. t.
e d. l. 7. h. t.
f l. 5. hoc tit.
g d. l. 7. §. 1. & 2.
h d. l. 5. h. t.
i d. l. 5. hoc tit.
k l. 7. in fin. h. t.
l l. 8. in princ. hoc titul.
m l. 5. in fi. h. t.
n d. l. 7. in fin.
o l. 6. l. 9. h. t.
p d. l. 7. §. 2.
q d. l. 7. in fin.
r d. l. 9. h. t.
s l. ſi colonus. 10. h. l. h. t.
t d. l. 9.
u l. 2. hoc tit.
x Saxo. lib. 2. art. 28.

## VI BONORVM RAPTORVM, ET de turba. Titul. VIII.

1 *Quomodo differat uis à furto.*
2 *Edictum.*
3 *Cui hinc actio detur.*
4 *Aduerſus quem.*
5 *Cuiuſmodi, & ad quid.*
6 *Quare ſingulare iudicium in raptorem detur.*
7 *Cur actio furti non manifeſti, neque tamen manifeſti cum hac concurrat.*
8 *De alijs actionibus quæ cum hac concurrunt.*
9 *De damno dato in turba, edictum & actio.*

1 SEcundò oritur priuatum criminale iudicium ex rapina & damno in tur
ba dato. quod genus delicti non multum à furto abeſt, præterquã quòd
2 ui & palàm iſtud cõmittatur, furtum autẽ clandeſtinè fiat. De ui bonorum
raptorum Prætor ita edixit: SI CVI DOLO MALO HOMINIBVS CO-
,, ACTIS DAMNI QVID FACTVM ESSE DICETVR, SIVE CVIVS
,, BONA RAPTA ESSE DICENTVR, IN EVM QVI ID FECISSE DI
,, CETVR, IVDICIVM DABO: ITEM SI SERVVS FECISSE DICE-
,, TVR, IN DOMINVM IVDICIVM NOXALE DABO [a]. Ait Prætor,
3 Si cui: uidelicet non modò domino, ſed omni ei ex cuius bonis res rapta
eſſe dicetur: nam ui bonorum raptorum actione agit, qui furti agere poteſt,
nempe is cuius intereſt [b]. Quare bonæ fidei poſſeſſor, fructuarius, cõmoda-
tarius, creditor, conductor, &c. quatenus eorum intereſt, rem non eſſe ra-
4 ptam, hanc actionẽ rectè intentant [c]. Additur in edicto, dolo malo.) In eum
igitur ſolum datur hæc actio, qui dolo malo rapuit, aut rapi curauit [d]: dolus
autem ineſſe ſemper præſumitur [e]. Eſt enim uis de genere illicitorum, quæ
ſemper præſumũtur dolo malo fieri [f]: niſi error, aut alia uiolentiæ cauſa iu-

a l. 1. in princ. hoc tit.
b l. 2. § & generaliter. 18 h. t.
c l. 2. §. in hac actione. 17. h. t.
d d. l. 2. §. ſi quis. 8.
e d. l. 2. §. doli. 4. l. ſi cum exceptione. 14. §. eum. de eo quod metus cauſa.
f l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. l. 1. C. ad l. Iulian. de ſicarijs.

ſta probetur[a]. Hæc actio etſi ſucceſſoribus datur, quia etiam rei perſecutio-
nem continet[b]: tamen in eos non datur: nam reſpectu rei pœnalis eſt. qua-
re ſufficere aduerſus eos condictionem Prætor putauit[c]. Additur in edicto,
(hominibus coactis) uidelicet ad hoc ut damnũ daretur. Sed unũ coactum
eſſe, aut ſolum quem damnum dediſſe, ſufficit[d]. Adiectũ eſt (damni) etiam 5
minimi, uel una tantum re erepta[e], iudicium dabo, inquit Prætor: uidelicet
intra annum utilem in quadruplum, in quo tamen rei perſecutio ineſt: poſt
annum uerò in ſimplum. Quadruplatur autem uerũ rei precium, non etiam
quod intereſt[f]. Singulare autem hoc iudicium in ui rapientem proditum 6
eſt, quòd aliud ſit ui rapere quàm furari[g]: imò fur improbior eſt, ut inquit
Iuſtinianus, qui rapit[h]. Itaque Prætor omnino in triplum punit raptorem,
nulla adhibita ſicuti in furto diſtinctione, deprehenſus ne ſit in delicto, an
non ſit. In eo quoq; grauius eſt hoc iudicium, quòd hac actione quæ igno-
miniam irrogat[i], res rectè petatur. Præterea rerum raptarum nomine furti 7
nec manifeſti agi poteſt, neq; altera actio alteram conſumit, niſi quatenus
amplius eſt in actione ui bonorum raptorum[k]. Etſi enim manifeſtus fur eſt,
quia rapit, quia palàm & manifeſtè furatur[l]: eoq; pœna furti manifeſti nem
pe quadrupli dignus uideatur: tamen quia Prætor ſingulare iudicium in
hunc conſtituit, quòd aliud eſſe furtum, aliud rapinam arbitraretur: quo iu-
dicio non quadrupli ut in furto manifeſto, ſed tripli pœnam irrogati meri-
tò ulterius conueniri raptor nequit: & proinde contra hunc furti manifeſti
actio non datur. Sed ſciendum eſt, & alijs actionibus raptores conueniri 8
poſſe, tam ciuilibus ut lege Aquilia, condictione furti, rei uendicatione,
alijsq; condictionibus[m]: quàm criminalibus[n]. De damno quod in turba 9
datum eſt, ita Prętor ait, &c. CVIVS DOLO MALO IN TVRBA DAM-
NVM QVOD FACTVM ESSE DICETVR, IN EVM IN ANNO,
QVO PRIMV'M EA DE RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT,
IN DVPLVM: POST ANNVM IN SIMPLVM, IVDICIVM DABO[o].
Loquitur hoc edictum de damno dato, & de amiſſo, non etiam de rapto,
ut ſuperius[p]. Turba, à tumultu dicta, eſt multitudinis hominum cum mini-
mum decem perturbatio: rixa uerò duorum[q]. Hoc edicto tenetur non ſo-
lùm qui damnum in turba dedit, ſed etiam is qui dolo malo fecit, ut in turba
damni quid daretur: item is qui dolo malo turbam concitauit, unde dam-
num datum eſt[r]. Hęc actio in duplum intra annum eſt, & ad uerum rei pre-
cium refertur: æſtimatione ad illud tempus relata, quo damnum factũ eſt[s].

a §.1. Inſt. eod. d. l. 2. §. hac actione. 13.
b in prin. Inſt. eodem.
c d. l. 2. §. fin.
d d. l. 2. §. homines. 3. cum ſeq.
e d. l. 2. §. uel cuius. 7. in prin. Inſt. eod.
f d. l. 2. §. ſi quis. 8. et §. in hac. 9. l. 1. C. eodem. in princ. Inſt. eod.
g d. l. 2. §. ſi quis in re depoſi. 20.
h in prin. Inſt. eodem.
i l. 7. de his qui notantur infamia.
k l. 1. hoc tit.
l l. ſi uendidero. 82. §. cũ raptor. 2. ſ. de furtis. d. l. 2. §. ſi in re depoſita. 20.
m d. l. 2. §. pen. l. ſi quis in tantã. C. unde ui. l. ſi cõſtituit. 4. C. finium regundor. l. extat. quod metus cau.
n tot. tit. ff. & C. ad l. Iulia. de ui priuat. & ad l. Iulian. de ui publica. l. unica. C. de raptorib. uirginum. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleric.
o l. Prætor. 4. in princ. h. t.
p d. l. 4. §. loquitur. ſ.
q d. l. 4. §. 1.
r d. l. Prætor. §. 1. & 2. cum ſequen.
s d. l. 4. §. 6.

## DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, rate, naue expugnata. Titul. IX.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio edicti huius.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio.*
5 *De alijs actionibus quæ in illis competunt.*
6 *De pœna incendij.*

EAdem actione tenentur qui licet alijs per uim nihil auferant, tamen ex 1
incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, quid capiunt, reci-
piuntq; dolo malo. Cum enim in hiſce caſibus res per tumultum incuſto- 2
ditæ, multorum iniurijs ſint obnoxiæ, publicè interfuit, ſeueritatem adhi-
beri, ne quid in eiuſmodi tumultibus rapiatur, Ait Prætor: IN EVM, QVI

,, EX INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPV-
,, GNATA, QVID RAPVISSE, RECEPISSE DOLO MALO, DAM-
,, NI'VE QVID IN HIS REBVS DEDISSE DICETVR, IN QVA-
,, DRVPLVM IN ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVN-
,, DI POTESTAS FVERIT. POST ANNVM, IN SIMPLVM IVDI-
,, CIVM DABO: ITEM IN SERVVM ET IN FAMILIAM IVDI-
,, CIVM DABO [a]. Ex incendio) id eſt, propter incendium, aut occaſione in-
4 cendij uel naufragij [b]. Quid rapuiſſe, &c.) Non ſolùm autem qui rapuit, ſed
etiam qui abſtulit, uel amouit, uel damnum dedit, uel recepit, hac actione
tenetur [c]. Meritò autem doli mali mentionem Prętor facit. nam ſi dolus ab-
ſit, ceſſat delictum: ut ſi uicini domum orto incendio defendendarum mea-
rum ædium cauſa diſsipem [d]. In quadruplum dat actionem hanc Prætor, ſi-
5 cuti in ſuperiore edicto, nempe ut & rei perſecutionẽ contineat [e]. Hæ actio
nes hęredibus dantur: at in heredes eatenus, quatenus ad eos peruenit [f]. Sa-
nè grauiores etiam pœnæ in eiuſmodi raptores Senatuſconſultis & conſti-
6 tutionibus decretæ ſunt [g]. Quòd ſi quis autor etiam incendij aut naufragij
dolo malo fuerit, capitali pœna tenetur, ac plerunq; iiſdem ignibus quos
in damnum aliorum excitauit, concrematur [h]. Dico, dolo malo: nam qui
culpa & negligentia cauſam incendio dedit, uenia indiget hactenus, ut ui-
tæ corporiq; parcatur [i]: nam damnum meritò uicinis reſarcit [k]. Quin & re-
legationem hoc caſu imponi memini, pręſertim apparente culpa aliqua la-
tiore. Sed qui extra omnem omnino ſit culpam, nulla pœna dignus eſt [l].
quod demonſtrandum erit. cæteroquin incendium præſumitur negligen-
tia habitantium exortum [m].

a l. 1. in princ. hoc tit. l. in eum. 18. cum Auten. ſeq. C. de furt.
b d. l. 1. §. ex incendio. cum §§. & ll. ſeq.
c l. 3. §. notandum. 3. hoc tit.
d d. l. 3. §. quòd aiunt. 6.
e Glo. & Dd. in d. l. in eum.
f l. 4. §. fin. h. t.
g l. 3. §. fi. l. 4. l. ne quid. 7. h. t. d. Authen. nauigia. C. de furtis.
h l. 3. §. fi. l. qui ædes. 9. l. fi. h. t. l. capitaliũ. 28. §. incendiarij. ff. de pen.
i l. pen. h. t.
k d. l. qui ædes.
l l. ſi uendita. 11. ff. de peric. et commodo. rei uenditæ.
m l. 3. de officio præfecti uigilũ. d. l. ſi uendita. ubi Dd. uid. Hẽ. Goden. in conſilt. de includ.

## DE INIVRIIS ET FAMOSIS libellis. Titul. X.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta iniuria, & quid ſit.*
3 *Diuiſio.*
4 *Cauſa efficiens, qui iniuriam faciant: an etiam impubes, furioſus, dormiens, ebrius, iratus.*
5 *Tot iniuriæ, quot perſonæ, conuicia, loca.*
6 *Materia, & qui iniuriam patiantur.*
7 *Forma, quot modis fiat iniuria.*
8 *Conuicium, & quæ ſint uerba iniurioſa.*
9 *Finis, & ſine animo non fieri iniuriam.*
10 *Effectus, & pœna iniuriarum.*
11 *Edictum Prætoris de iniurijs.*
12 *Cui, aduerſus quos hinc actio detur.*
13 *An ea tranſmittatur, & quomodo pereat.*
14 *Ciuiliter & criminaliter agi poſſe, & de ciuili iudicio.*
15 *De lege Cornelia de iniurijs, & an ſit annua.*
16 *De criminali iudicio, an in eo procurator admittatur.*
17 *De Iure Saxonum ſuper iniurijs.*
18 *Quomodo intelligatur ciuiliter uel criminaliter actum.*
19 *De ſecunda parte huius tituli nempe de famoſis libellis.*

1 EX iniurijs quoq; per contumeliam illatis pœnale iudicium conſtitui-
2 tur. Iniuria dicta eſt ex eo quod non iure fit. itaq; uariè id uocabulum
accipitur. in l. Aquilia, pro culpa ſiue dolo [a]: in Iudicijs, pro iniuſticia: ut ſi
quis dicat ſententiam per iniuriam eſſe datam, quia iure uacet: quam Gręci
ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν appellant. Hoc autem in tractatu accipimus iniuriã pro

a l. 5. §. 1. ad l. Aquiliam.

 contume-

contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt[a]: ſiue pro eo, quod ad alterius fit
infamiam[b]. Iniuria porrò alia realis eſt, quæ re fit: alia uerbalis quæ uerbis[c]: 3
item alia leuis, alia atrox. quod genus ex facto, loco, perſona, alijsq́; circum-
ſtantijs æſtimatur[d]. Cauſa efficiens contumelię ſunt, homines mentis com- 4
potes, & doli capaces. Nec enim animantes reliquæ, quoniam affectu iniu-
riæ faciendæ carent, contumeliam inferre uidentur[e]. Eademq́; ratione nec
furioſus neq; impubes non doli capax, iniuriarum tenentur[f]. Eadem eſt ra-
tio in dormiente, quia furioſo æquiparatur[g]: nec peccare uidetur, cum do-
lo careat[h]. In eo qui per ebrietatem iniuriam fecit, magis dubites. etſi enim
dolus abeſſe poteſt[i], tamen culpa non abeſt[k]: quæ cum caſum præcedit,
excuſare non ſolet[l]. Verius putarim in atrocibus eum teneri, mittigata ta-
men pro qualitate circumſtantiarum pœna[m]: in leuioribus uerò ut iniuria
uerbali, omnimodo excuſari, ſi diſcuſſa uinolentia ſobrium pœniteat[n]. pro
quo optimè facit, quod eum qui per iracundiam (quæ multo minus excu-
ſat quàm uinolētia[o]) iniurioſa uerba dixit, excuſari propter animi commo
tionem plerique uolunt, dummodo poſtea ſedato animo pœniteat atq; reuo
cet[p]. Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur qui re ipſa facit iniuriam, ſed 5
qui perſuaſit, iuſsit, mandauit, curauit ut iniuria fieret[q]. Et cum plures iniu-
iuriam faciunt, ſinguli tenentur. tot enim ſunt iniuriæ quot ſunt perſonæ[r]:
quia in delictis quiſq; obligatur ex ſuo dolo in ſolidum. & pluralitas circum
ſtantiarum plures efficit iniurias: ut ſi pluribus locis iniuria repetatur, aut
uno loco plura conuitia non ad unum finem tendentia alicui ingerantur[s].
Porrò qui faciunt iniuriam hos conſtat & pati poſſe[t]. Sed & qui facere ne- 6
queunt, nonnunquam tamen patiuntur ut impubes, furioſus[u]. Item aut per
ſemetipſum alicui fit iniuria, aut per alias perſonas. Per ſemetipſum pati
quis dicitur, cūm directò ei iniuria infertur: per alias perſonas, cum in alium
quàm qui paſſus eſt iniuria per conſequentiam redundat: ut cum liberi no-
ſtri uel miniſtri, item uxor, nuruſúe, contumelia afficiuntur. ſpectat enim ad
nos iniuria, quæ ijs fit, qui uel poteſtati noſtræ, uel affectui ſubiecti ſunt[x].
Omnis porrò iniuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatē, aut infamiam
pertinet[y]. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut uerbis. Re, quoties ma- 7
nus inferuntur[z], aut alio quo facto iniuria fit: ut ſi quis contumeliæ & ue-
xationis cauſa, alicui litem moueat[aa]: aut impediat quo minus in ſuo publi-
cóue ire, agere, piſcari, aucupari poſsit[bb]. uerbis, quando fit conuicium[cc].
Conuicium quaſi conuocium dicitur, cum in unū plures uoces conferun- 8
tur[dd]: eæq́; iniurioſæ, id eſt ad alicuius contumeliam & contemptum perti-
nentes[ee]: ut cum quis appellatur ſcurra nebulo, ſpurius[ff]: aut ſi cui dicatur
mentiris calumniaris, &c.[gg] etiamſi additū ſit, ſalua reuerentia[hh]. niſi quis
eiuſmodi dicat laceſsitus, ad exiſtimationem ſuam tuendam[ii]. Huiuſmodi
autem multa conuiciorum genera apud Dd. alibi uidere licet[kk]. quo in ge-
nere no-

a l.1. hoc tit. in princ. Inſt. eod. b l. item. 15. §. ait Prætor ne quid. 20. h.t. c l.1. §.1. h.t. d §. atrox. Inſt. eod. l. uulneris. 8. h.t. l. aut facta. 16. §. qualitas. ǰ. de pœnis. e l.1. ſ. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. cum ibi notatis. f l.3. §.1. h.t. g c.3. §. item quæritur de baptiſmo. h c. teſtamentum. ubi Gloſſa ad uerb. rea. diſtinct. 6. Clementina. 1. de homicidijs Bart. in l. pen. ǰ. ad l. Pōpeian. de parricidijs per l. flumi. 24. §. uitium de damno infecto. c. fi. ubi Dd. de his qui filios occiderunt. i l. omnes. 6. §. per uinum de re militari. l. unica. C. ſi quis Imperatori maledix. k l. reſpiciendum. 11. §. pen. ǰ. de pœnis. l l. ſi ſeruus. 27. §. ſi formacarius. & §. ſi ex plauſtro ad l. Aquilian. m d.l. omne. §. primum. c. inebriauerunt. c. ſanè 15. q.1. Salicetus in l.1. C. de ſicarijs. Bart. & Dd. in d.l. reſpiciendi & in l. diuus de offic. præſidis. n l. unica. C. ſi quis Imperatori maledixerit. Roma. latiſsimè in l.1. de uerb. oblig. Angelus in pract. criminali ad uerbum ſcienter. nume. 17. o Decius & Dd. in l. quicquid. 48. de regulis iuris. p l. unic. ubi Salicet. C. ſi quis Imperat. maled. Angelus in l. ſi non conuicij. 5. C. de iniurijs. Felinus in c. ſicut ex literis nu. 2. & 3. de iureiurand Angel. in pract. criminali ad uerba iniurioſa nu. 10. Kilian. in pract. c. 58. nu. 4. q l. non ſolùm. 11. in princ. & §.1. ubi elegantiſs. Bart. h.t. r l. ſi plures. 34. h.t. l. ſi famil. 9. de iuriſd. omnium iudicum. s Bart. in d.l. item. §. ait gloſs. Bart. & cōmuniter Dd. in l.2. ſ. de priuat. delictis. t l.3. in princ. h.t. u d.l.3. §.1. x d.l.1. §.2. y l.1. §. omnem. h.t. z l. ſed eſt. 9. h.t. aa l. iniuriar. 13. §.1. h.t. §. illud pen. in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem. bb d.l. iniuriarum. 13. §. fin. cc d.l.1. §.1. dd d.l. item. 15 §.1. ee d.l. ſed eſt. 9. h.t. ff l. ſi non cōuicij ubi Dd. C. de iniurijs. l.1. in fine de obſeq. præſtandis Fab. Aug. & alij ſcribētes in §.1. Inſt. eo. gg Bart. nu. 3. & Dd. in d.l. item. §. ait Prætor. hh Dd. in l. ſi quis extraneus. 21. de acq. hæreditate. ii Aug. in pract. crim. ad uerb. uerba iniurioſa. nu. 9. Iaſ. latè in l. fin. nu. 3. ſ. quod quiſq; iuris. kk in d.l. ſi non conuicij in d.l. item apud. 15. in l.3. de liber & poſth. in l. turpia. 57. de legat. 1. Bart. conſilio 108. Corneus conſilio 172. uolum. 3. Socinus conſilio 118. uolum. primo Boerius latè in conſilio 1. Angelus præallegato loco.

nere notandum eſt, ſubſannare uel exagitare aliquem, pro uerbali etiam iniuria haberi [a]. Sed & ſcripto fit iniuria, cum famoſis libellis aut literis alicuius nomen proſcinditur: quo pertinet ſecunda pars huius tituli de famoſis
9 libellis [b]. Finis iniuriarum eſt, ut contumelia alicui fiat: nam ſine hoc animo iniuria non committitur, ut paulo antè dixi [c]. Quid enim ſi magiſtratus ex officio quid faciat nocenti ignominioſum [d]? Quid ſi quis publico iure utatur? certè iuris executionem non habere iniuriam, dicendum eſt [e]. Si ſceleratum aliquem infamet uel accuſet, cuius delictum patefieri reipublicæ intereſit [f]. Quòd ſi quis ad reprobandos teſtes crimen obijciat, certe iniuriæ cauſa feciſſe non uidebitur [g]. Quod conſuetudine ſeruari teſtatur Boerius [h]. licet Salicetus [i] contrà ſenſiſſe uideatur. Tutius tamen eſt, hoc caſu proteſta
10 tionem addi: non fieri contumeliæ gratia eam criminationem. Pœna autem iniuriarum ex lege XII. Tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os uerò fractum nummariæ pœnæ erant conſtitutæ: quæ quidem tum temporis in magna ueterum paupertate, ſatis uidebantur graues & acerbæ [k]. Qua de re plura Gellius [l]. Sed ea pœna in deſuetudinem abijt, cœperuntque Prætores permittere ut iniuriam paſſi eam æſtimarent, iubereque ut iudex aut tanti reum condemnaret, quanti iniuriam paſſus æſtimaſſet, aut minoris, pro ut ei eſſet uiſum [m].

11 Qua de re eiuſmodi Prætoris edictū extat: Qui agit iniuriarum, certum dicat quid iniuriæ factum ſit [n]. Qui aduerſus bonos mores conuicium cui feciſſe, cuiuſúe opera factum eſſe dicetur, quo aduerſus bonos mores conuicium fieret, iudicium dabo [o]. Ne quid infamandi cauſa fiat, ſi quis aduerſus ea fecerit, prout quæque res erit, animaduertam [p]. Qui ſeruum alienum aduerſus bonos mores uerberaſſe, deúe eo iniuſſu domini quæſtionem habuiſſe dicetur, in eum iudicium dabo: item ſi quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita, iudicium dabo: ſi ſeruus iniuriam fecerit, noxale iudicium dabo [q]. Si ei qui in alterius poteſtate erit, iniuria facta eſſe dicetur, & neque is cuius in poteſtate eſt præſens erit, neque procurator quiſquam exiſtat qui eo nomine agat: cauſa cognita ipſi, qui iniuriam accepiſſe dicetur, iu-
12 dicium dabo [r]. Ex hoc edicto apparet, non modò ei qui iniuriam paſſus eſt dari actionem, ſed omnibus qui per eius latus patiūtur: ut parentibus, marito, &c. Itaque ex una iniuria interdum tribus actio datur, neque unius actio per aliam conſumitur [s]. Datur autem aduerſus eum qui iniuriam fecit, uel qui curauit, mandauitque ut fieret [t]: & quidem aduerſus ſingulos in ſolidum. tot enim ſunt iniuriæ, quot perſonæ [u]. Non tamen in hæredes, ut nec hæredibus competit, niſi à defuncto lis fuerit conteſtata [x]: quia ad uindictam
13 tantum actio tendit [y]. Neque in bonis eſt, antequam lis conteſtetur [z]. Quare nec tranſmittitur ad hæredes, lite non conteſtata: quod enim non eſt in bonis, in hæredes tranſire nequit, cum nemo alteri plus iuris relinquere poſſit quàm ipſe habeat [aa]: & cum ſit odioſa propter uindictam quam ſolam perſequitur, alijs etiam modis facilè perit atque extinguitur: puta nudo pa-
14 cto [bb], diſsimulatione [cc]: item ſpacio anni continui [dd]. Sciendum autem eſt, aut ciuiliter aut criminaliter iniuriarum agi poſſe [ee]. Altera tamen actione alteram conſumi, quia utraque ad uindictam tendit [ff]. ac ſiquidem ciuiliter ex edicto agatur, licebit actori iniuriam ſuam ęſtimare [gg]: moderatione tamen à iudice adhibenda, quemadmodum & cum ex l. Cornelia agitur [hh]. Quæ lex iniuriam manu factam eodem modo quo Prætor, uindicat: puta, cum

*a Lucas de penna in l. errati. C. de caſtrenſi pecul. lib. 12. Boerius in d. cōſilio 1.*
*b l. 5. §. fi. cum l. ſeq. l. item. 15. §. ſi quis libello. 23 h. t. l. unica. C. de fa. libellis.*
*c d. l. 3. §. 1. h. t. l. qui ſeruum. 33. de actio. l. 1. §. ſi omnes. 2. de uentre inſpiciendo.*
*d l. q. reipub. 33. hoc titul.*
*e d. l. iniuriarum. 13. §. 1.*
*f l. eum qui. 18. ubi Dd. h. t. latè Boerius in d. cōſilio 1.*
*g l. fi. ubi Baldus et alij, quod quiſque iuris.*
*h d. conſilio 1.*
*i in d. l. ſi non conuicij.*
*k §. pœna. Inſt. de iniurijs.*
*l lib. 20. cap. 1.*
*m d. §. pœna.*
*n l. Prætor. 7. in princ. h. t.*
*o d. l. item. 15. §. ait Prætor. 2.*
*p d. l. item. §. ait. 20.*
*q d. l. item. §. Prætor. 26.*
*r l. ſed ſi unius. 17. §. ait. 8. h. t.*
*s d. l. 1. § fina.*
*t §. non ſolùm. Inſt. eod. l. nō ſolùm. 11. §. ſi mandatum. h. t.*
*u l. ſi plures. 34. hoc tit.*
*x l. iniuriarum. 13. hoc tit.*
*y l. 2. §. mancipat. de collat. bonor.*
*z l. iniuriarū 28. hoc titul.*
*aa l. traditio. de acquir. rer. dominio. bb l. ſi cubi. 18. §. quædam. de pactis. cc §. fin. Inſt. eod. dd l. ſi non conuicij. 5. C. eo. ee §. in ſumma. Inſt. eod. ff l. quod ſenatuſconſult. 6. l. Prætor. 7. §. 1. h. t. gg d. §. in ſumma. hh l. conſtitutionib. 27. h. t.*

quis ſe pulſatum, uerberatum, aut domum ſuam ui introitam dicit[a]. Quan-
quam in eo actionem legis Corneliæ grauiorem Prætoria quidam eſſe uo-
lunt, quòd perpetuò duret, ſicuti reliquæ ciuiles[b]. Quod alij negant[c], quia
Imperator[d] generaliter omnes iniuriarum actiones anno includit: quorum
ſententia etiam hodiè ſeruatur, ut uidelicet poſt annum nulla iniuriæ quæ-
rela, tanquam præſcriptione & diſsimulatione ſopita, audiatur[e]. Aeſtima-
tionem igitur ab actore factam moderabitur, & temperabit iudex ex bono
& æquo, pro ratione circumſtantiarum: puta perſonarum, temporum, loco-
rum, quæ augent minuuntq; iniuriam[f]. Quòd ſi criminaliter agatur, pœna 16
extra ordinaria reo imponetur, pro modo delicti, & perſonarum: & ple-
runq; humiliores quidem fuſtibus ſubijciuntur, cæteri exilio temporali uel
interdictione alicuius certæ rei cohercentur[g]. Non tamen hoc publicum,
ſed priuatum iudicium eſt[h]: quia ad uindictam priuatam pertinet. Itaque &
procurator admittitur, non modò cum ciuiliter agitur[i], ſed nonnunquam
etiam quando criminaliter[k]. Quare Chilianus[l] hoc pro cautela tradit, uti
conuentus iniuriarum per procuratorem agat, ut hac ratione condemnato
procuratore infamiam effugiat, quæ alioqui ex utrolibet iniuriarum iudi-
cio ſequitur[m]. Quæ cautela parum tuta eſt: quia lex diſertè iubet, ſenten-
tiam ferri in principalem, non autem in procuratorem[n]. Iure Saxonum æ- 17
ſtimatio iniuriarum ad infamiam & triginta groſſos redigitur, utrolibet
modo agatur: niſi enormis grauitas, iniuriæ præſertim realis, maiorem uin-
dictam exigat[o]. Illud tamen intereſt, quòd ubi ciuiliter agitur, parti pecu- 18
nia debetur: cum criminaliter, fiſco. Quare cùm quis ſibi petit applicari pœ-
nam, ciuiliter agere: cum uero fiſco aut ærario publico, criminalem actio-
nem intentaſſe uidetur[p]. Illud etiã notandum eſt, cum iure Saxonum utrũq;
iudicium ſit pecuniarium, indiſtinctè procuratores admitti, ut Lipſenſes &
alij Scabini pronunciãt, & quidem hæc de iniurijs. Altera pars tituli famo- 19
ſos libellos arguit, de quibus lex in hanc ſententiam lata fuit: Si quis librum “
ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, doloúe “
malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamſi alterius nomine ediderit, uel “
ſine nomine, uti de ea re agere liceat, etſi condemnatus ſit, inteſtabilis ex “
lege eſſe iubetur. Eadem pœna ex S.C. tenentur, qui epigrammata, aliud úe “
quid, etiam ſine ſcriptura in notam aliquorum produxerit. Item qui emen-
dum uendendumúe curauerit[q]. Conſtitutiones porrò Imperatorum eiuſ-
modi delictum capitali ſupplicio uindicandum ſtatuunt: quam pœnam
etiam ijs irrogant, qui famoſum libellum repererunt, neq; ſtatim corrupe-
runt, ne emanaret[r]. Quod tamen hodie ita reſtringimus ac interpretamur,
ſi in libello famoſo capitale aliquod, aut aliud graue ſcelus, ad creandum ali
cui periculum, obiectum ſit: tunc enim pœna talionis locum habet, eadéq;
animaduerſione cohercetur autor libelli, qua dignum eſt illud crimẽ, quod
in libello obijcitur: ſiue falſo, ſiue etiam uerè obijciatur. aliàs uerò mitius &
extra ordinaria iniuriarũ pœna iſtiuſmodi petulãtia uindicatur[s]. Atque ita
etiam conſtitutũ eſt in ordinationibus imperij quæ à Carolo V. ſunt factę[t].

## DE EXTRAORDINARIIS criminibus. Tit. XI.

ET hæc quidem de ordinarijs priuatorum delictorum iudicijs dicta
ſint. Iam uideamus de ijs quæ extra ordinem proponuntur, unde nul-
læ certæ pœnæ exiſtunt: nam eæ in his arbitrio iudicis committuntur[a].
Extra ordinem puniuntur ſolicitatores alienarum nuptiarum, etiamſi effe-

ctu po tir

a l. lex Cornel. 5. hoc tit. §. ſed & lex. Inſt. eo.
b Mart. Fab. Baro & alij. d. §. ſed & lex. Kilia. in prac. c. 59.
c Azo. in Rub. C. eod. num. 17. Gloſ. ex ſententia Ioan. in d. §. ſed & lex.
d in d. l. ſi non conuicij.
e Suffr. conſil. 10. cent. 1. Faxius different. 67. & ipſe Kilia. in d. c. 59.
f l. Prætor. 7. §. fi. h. t. §. atrox Inſt. eod.
g l. fina. hoc tit.
h l. iniuriar. 7. C. eod.
i l. non ſolùm. 11. §. 1. hoc tit.
k l. fi. C. eod. §. in ſumma. Inſt. eod. Kilian. in pract. cap. 58.
l præall. loc.
m l. iniur. de his qui notãtur infamia.
n in d. l. fin. C. eodem.
o Fachſius latè in d. differẽt. 67. Kilia. d. c. 58. & 59.
p Kilian. d. c. 58. & Maranta latè in Speculo ſuo aureo. parte 4. nu. 10. cum ſequent.
q d. l. lex Cornelia. 5. §. final. cum l. ſeq.
r l. unica. C. de famoſis libellis.
s Ioan. de platea. Inſt. de iniurijs. Bonifacius in practi. crimi. tit. de fam. lib. Kilian. d. c. 59.
t c. 110.
a l. hodie. 13. de pœn. l. 1. C. de recept. l. fin. C. de mod. mult.

ctu potiri non potuerint, ſi tamen efficere uoluerunt [a]: nam pœnitentiæ ignoſcendum eſt [b]. Item qui fimo corrupto aliquem perfundit, aut ad iniuriam publicam lacus fiſtulasúe aquarum contaminat [c], qui puerum puellamúe de ſtupro interpellat: atq; hic quidem perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in inſulam deportatur [d]. qui cœtus illicitos habent [e]. quę data opera partum abigit [f]: hęc in temporale exilium datur, ſi fœtus necdum 40. dierum ſit [g]: quòd ſi maior fuerit, cum uiuere præſumatur, legi Corneliæ de ſicarijs locus erit [h]. item qui annonam flagellant, falſiſúe menſuris in uendendo utũtur [i]. qui iure Sax. propter ſolũ uſum exilio plectuntur: quod ſi porrò falſas menſuras etiam fecerint, fuſtigantur [k]. Denique omnis generis delicta, quæ nulla certa lege uindicantur, extra ordinẽ coerceri ſolent [l]: uidelicet pro modo delicti, ætatis, aliarumq; circunſtantiarum, ex arbitrio iudicis [m], qui tamen modum excedere non debet [n]: nec ad pœnam capitalem, niſi ex grauiſsima cauſa, peruenire [o]: ſed plerunq; temporali relegatione, aut fuſtigatione, aut etiam multa erit contentus [p].

*a l. 1. in princ. in uerb. propter uoluntatem. b. t. b l. qui falſam. 19. ad leg. Corn. de falſis. c d. l. 1. §. 1. d d. l. 1. in fin. e l. 2. hoc tit. f l. 4. hoc tit. g d. l. 4. ubi gl. h l. 1. ad l. Pōp. de parr. l. pen. C. de ſicar. l. ſi mulierem. ſ. eo. titul. Cicero pro Cluentio. i l. annonã. 6. hoc tit. l. pen. ſ. de fal. k Chil. in pract. tit. von der peben falſches maß, &c. per art. 13. Land. lib. 2. l d. l. annonam. l. pe. & l. fin. hoc tit. m d. l. penul. l. aut facta. 16. ſ. de penul. n l. hodie. 13. de penul. o d. l. 1. de furt. baln. l. 1. §. expilatores. de effract. d. l. hodie d. l. penult. p l. 1. 4. 6. 7. hoc titul.*

## DE SEPVLCHRO VIOLATO. TIT. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Edictum.*
3 *Pœna uiolantium ſepulchra multiplex.*

1 IAm in ſpecie de quibuſdam delictis extraordinarijs, quæ edicto aliquo
2 aut conſtitutione ſunt comprehenſa, dicamus. Ac primò de uiolatione rerum religioſarum, puta ſepulcrorum. qua de re Prætor ita ait [a]: „Cuius dolo malo ſepulchrum uiolatum eſſe dicetur, in eum in factum iudicium dabo: ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquũ eſſe uidebitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem ea res pertineat, ſiue agere nolet, quicũq; agere uolet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere uolent, cuius iuſtiſsima cauſa eſſe uidebitur, ei agẽdi poteſtatem faciam. Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit, ædificiumúe aliud, quàm quod ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit: in eum ſi quis agere eo nomine uolet, ducentorum aureorum iudicium dabo. Ex hoc edicto iudicium infamiam irrogat [b].
3 Huc etiam edictum Adriani pertinet, quo pœna 40. aureorum in eos ſtatuitur, qui in ciuitate ſepulchrum faciunt: eademq; pœna tenetur magiſtratus, qui fieri paſſus eſt [c]. Illud etiam ſciendum, eos qui cadauera ſpoliant, uel corpora oſſaq; extrahunt, ſeuerius, & interdum capite puniri [d].

*a l. 3. hoc titul. b l. 1. hoc tit. c l. 3. §. diuus. 5. hoc tit. d l. 3. §. aduerſus. 7. l. fi. h. t.*

## DE CONCVSSIONE. TIT. XIII.

CIcero [a] ait, terrorem eſſe metum concutientem. Quare concutere dicitur, qui percellit ac perturbat aliquem iniecto terrore. Hinc concuſsionis crimen appellatum, cum quis iudicij, magiſtratus, alicuiusúe poteſtatis quam habet metu, aut alio terrore, pecuniã alicui extorquet [b]: quod crimen extra ordinẽ punitur [c]: quanquã etiam pœna quadrupli [d], Senatuſcõſultis [e], iudicio calũniatorũ [f], atq; adeò interdũ lege Cornelia de falſis [g] coerceatur.

*a lib. 4. Tuſc. b l. 1. & 2. b. t. c. milita. 23. q. 1. c d. l. 1. l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. d l. iubemus. C. eo. l. fin. ad l. Iul. repet. e l. 1. ad S. C. Vurp. f l. 1. de calum. g l. 1. §. 1. ad l. cor. de fal.*

## DE ABIGEIS. TIT. XIIII.

1 *Qui ſint abigei.*
2 *Quomodo puniantur.*

ABigei ꝓpriè habentur, qui pecora ex paſcuis uel armẽtis ſubtrahũt, & quodãm. deprędanť, ac abigẽdi ſtudiũ quaſi exercẽt, oues de gregib. uel boues de armẽtis abducẽtes. cęterũ ſi qs oues aberrãtes, uel equos in ſolitud. relictos abduxerit, nõ eſt abigeus, ſed fur potius [a]: niſi ſępiꝰ abegerit, & hanc

*a l. 1. §. 1. h. t.*

hanc quaſi artem exerceat [a]. Oues pro numero abactarũ, aut abigeum, aut
furem faciunt. Quidam decem oues gregem eſſe putauerũt: porcos etiam
quinq; uel quatuor abactos, equum unum uel bouem ab armẽto abactum,
abigeatus crimen facere [b]. Is quoq; qui à ſtabulo domitum pecus abducit, 2
non à ſilua, uel grege, plenius & grauius coercetur [c]. Abigeatus crimen pu-
blici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt. Sed tamen quoniam ferro ple-
runq; abigei utũtur, ſi deprehendantur, grauius furto eorum admiſſum pu-
nitur [d]. Cum duriſsimè, ad gladium damnari [e], aut beſtijs obijci ſolent [f]. Pu-
niuntur autem duriſsimè, non ubiq;, ſed ubi frequentius hoc delictum eſt [g]:
item cum gladio abigunt [h], tanquam graſſatores. Cæteroquin humiliores
in opus temporarium damnantur: honeſtiore loco nati, aut relegandi ſunt,
aut ordine mouendi. Sed & hoc notandum, qui porcam uel capram abegit,
non tam grauiter quàm qui maiora animalia abigunt, plecti oportere [i]. Re-
ceptatores porrò abigeorum decem annis extra terram Italiam relegari uo
luit Adrianus [k].

*a l.fin.h.t. b d.l.final. c d.l.final. d l.2.hoc tit. e l.1.in princ. hoc titul. f d.l.1.§.quanquam.2. g d.l.1.in prin. h d.l.1 §.2. i d.l.1.§.1. & 2. k l.fin. in fin. hoc titul.*

## DE PRAEVARICATIONE. TIT. XV.

1 *Qui ſint præuaricatores.*
2 *De publico iudicio in præuaricatores.*
3 *De priuato.*

PRæuaricatorem à uaricando dictum eſſe, uerius eſt [a]. uaricari autem in 1
tranſuerſum ire ſignificat, à uaricibus crurum, teſte Nonio: quibus qui
laborant, rectà incedere nequeunt. Præuaricator, inquit Vlp. [b] eſt quaſi ua-
ricator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua. quod nomen La-
beo à uaria certatione tractum ait. nam is qui præuaricatur, ex utraq; parte
conſiſtit, quinimò ex altera, cui ſe aduerſarium ſimulauit: de qua etymolo-
gia etſi probabiliter diſputari poteſt [c], tamen uerius eſt à uaricando præua-
ricatorem dictum [d]. Nam & Labeoni ſyllabæ ratio aduerſatur, quæ in uari-
cando præuaricatoreq; producitur, cum uarius primam corripiat. Alibi
idem Vlp. [e] Præuaricatores, inquit, eos appellamus qui cauſam aduerſarijs
ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. Præuaricationis 2
iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum eſt [f]. Publicum eſt, cum
queritur de præuaricatione eius, qui publico iudicio accuſauit: iſq; pro-
priè præuaricator dici poteſt [g]. Id autem ideo publicum eſt, cùm quia agi-
tur de corruptela publici iudicij, tum quòd ex hoc extra ordinem eadem
pœna publica afficiatur præuaricator, qua teneretur, ſi ipſe in legem com-
miſiſſet, qua reus propter præuaricationem abſolutus eſt [h]. Quarè & infa-
miam hoc iudicium irrogat [i], exemplo publicorum iudiciorum [k]. Ad exem 3
plum huius, moribus & ex interpretatione introductũ eſt aliud priuatum
præuaricationis iudicium, in eum qui non quidẽ accuſando, ſed dum par-
tes aduocati ſuſtinet, & accuſatori aſsiſtit, præuaricatus eſt, qui extra ordi-
nem punitur [l]: ut & is qui in iudicio non publico prodidiſſe cauſam argui-
tur [m]. Hodie autem generaliter ijs qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur
extraordinaria [n]: iure uerò Sax. multa.

*a l.præuaricatores.212.de uerbor.ſig. b l.1.h.t.l.2.§.fi.de his qui no.inf. c Cic. in partit.Orat. d Alc. in d.l. præuaricatores. e in d.l.præuaricatores. f l.3.ho. tit. g d.l.1.hoc tit. Cic.præall.lo. h l.penul.h.t. i l.4.h.t.l.4. in fin. de his qui not.inf. k l.infamem.7. de pub.iud. l l.1.in fin.l.3. h.t.l.1.C.de aduo.diuer.iud. m l.1.in fi. ubi gloſ.l.2.h.t.l.1. §.præuaricatorem.iuncta l.3. ĵ.ad S.C.Turp. n l.2.hoc tit.*

## DE RECEPTATORIBVS. TIT. XVI.

1 *Qui ſint receptatores, & quomodo puniantur.*
2 *An cognati receptatores puniantur.*
3 *Quando pœna ceſſet.*

PEſsimum genus eſt receptatorũ, ſine quibus nemo diu latêre poteſt. & 1
precipitur, ut perinde puniãtur atq; latrones [a], ſi tamẽ opem ijs tulerint:
alioqui ſi tãtũ ſciãt & receptẽt, mitius puniẽdi uidẽtur [b]. Receptator autẽ eſt
qui maleficum receptat in ſuo uel alieno, præſtans ei cauſam ſe occultãdi [c].

*a l.1.h.t.l.1.C. de his qui latr. b l.2.C.eo. gl. hic in l.1. c l.1.§.quod autem de ſer.corr.*

In pari

In pari cauſa ſunt, qui cum apprehendere latrones poſſunt, pecunia uel ſur-
reptarum rerum parte accepta, diuiſerunt [a]: quoniam cum publicè interſit
2 delicta puniri, magiſtratui eos tradere oportuit [b]. Sed eos apud quos affi-
nis uel cognatus latro ſeruatus eſt, neq; abſoluẽdos, neq; ſeuerè admodum
puniendos conſtat. Non enim par eſt horum delictum, & eorum qui nihil
ad ſe pertinentes latrones recipiunt [c]. Si enim ſuum ſanguinem quomodo-
cunq; redimere licet [d], certè & ſuorum [e]: cum parentes magis ſoliciti ſint de
liberis quàm de ſeipſis [f]. Quare ignoſcendum aliquo modo eſt ijs, qui con-
ſilium pro tuendis ſuis capiunt [g]. Itaq; nec in totum excuſantur, nec ſeuerè
puniuntur, ſed multa ijs pecuniaria pro modo delicti & facultatibus delin-
quentis imponitur [h]: quæ pœna etiam iure Sax. in uniuerſum uidetur obti-
nere [i], niſi in grauioribus delictis, cumq; etiã opem receptatores præſtãt [k].
3 Porrò receptatorum pœna non tenetur qui ignarus eſt maleficij [l]: ſed & in
priuatis delictis, puta iniurijs, &c. paceſſat: ut memini aliquãdo iudicatum.

## DE FVRIBVS BALNEARIIS. TIT. XVII.

FVres nocturni extra ordinem audiendi ſunt, & cauſa cognita puniendi: dummodo ſciamus in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum [a]. idem eſt & in balnearijs furibus [b]. Etſi autem & alij fures extra ordinem accuſari poſſunt [c]: tamen quoniam in ijs pœnam ordinariam iudex excedere non ſolet, hos autem fures grauius caſtigari publicè intereſt: uiſum fuit de iſtis ſpecialem titulũ proponere. Ideo autem durius puniuntur, nocturni quidem, quòd tenebræ atrocius reddant delictum [d]: balnearij autẽ, quia propter cõmunem balneorũ uſum, grauioribus ſanctionibus ueſtimẽta lauãtiũ ab iniurijs defendi, publicè omniũ maximè refert [e].

## DE EFFRACTORIBVS ET expilatoribus. Tit. XVIII.

1 *De pœna effractorum.*
2 *De pœna expilatorum.*
3 *De pœna ſacculariorum.*

1 DE his qui carcere effracto euaſerunt, ſumendum ſupplicium diui fra-
tres reſcripſerunt [a]. Quòd ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint,
mitius puniendi ſunt [b]: ut & reliqui effractores, puta qui furti gratia parie-
tem aut oſtia effringunt. Nam hi ſi quidem uiliores ſint, in opus damnari,
honeſtiores ordine moueri, aut relegari ſolẽt [c]. Eaq; pœna arbitraria etiam
hodie plurimùm utimur, quamuis uim ædibus illatam ſupplicio uideatur
ius Sax. uindicare [d]: nocturni tamen grauius puniuntur. fuſtibus enim cæſi
2 damnantur in metallum [e]. Eodem modo animaduertitur in expilatores, qui
ſunt fures improbiores [f]. Expilatores, inquit Aſcon. [g] ſunt, qui ne pilum qui
dem in corpore ſpoliatorum relinquunt, unde apparet eos propriè dici ex-
pilatores qui per uim ueſtimentis aut pecunia hominem exuunt, qui λωπο-
δύτας à ueſtium ereptione Demoſtheni appellantur. Sed hoc crimen præ-
ſertim ſi noctu committatur in magnis urbibus, ut Antuerpiæ, quæ patria
mihi eſt dulciſsima, irremiſsibiliter capitale eſt ut & cum in uia ac itinere fit:
3 nihil enim propter uiolentiam diſtat à graſſatione. Sacculario etiam impo
ſtores, quos Græci ψηφολόγυς aut ψηφοπαίκτας Germani ſpitzbuben appel
lant, qui uetitas in ſacculo artes exercentes, partem ſubducũt, partem ſub-
trahunt: item directarios qui in aliena cœnacula ſe dirigunt, & inſinuant fu
randi animo, eadem extraordinaria pœna manet [h].

a l.1. in fi. h.t. b l. 1. & 2. C. eod. c l.2. hoc tit. d l.1. ĵ. de his qui mor. ſibi cõſ. e Iaſ. & Dd. in l.3. de iuſtic. & iur. f l. iſti. 8. ſ. de eo q; me. cauſ. g l. nec in ea. 22. ĵ. ad l. Iul. de adult. l. milites. de re mil. h Bonif. in pra. cri. tit. de recep. l. 1. 2. hoc tit. l. 2. §. ſi eũ de lib. hom. ex l. 1. C. de recep. i lib. 3. art. 23. k lib. 2. art. 72. l l. 2. C. de his qui latro. l. qui naufragium. §. nõ tãtũ de in c. uni. naufra. l. ſi quis ſeruũ. C. ad l. Fla. de plag. l. quicunque. §. quòd ſi ſeruus. C. de ſer. fug.

a uid. lib. 2. iur. Sax. art. 13. b l.1. hoc tit. c l. fina. de fur. d l. fin. ĵ. tit. 1. l. itaq;. 5. ad l. Aquil. e l.3. in fi. ſ. de off. præf. uig.

a l.1. h. t. l. in eos. 13. ĵ. de cuſt. reor. ubi uide l. milites. 2. §. eius. de re milit. b d.l.1. c d. l. 1. & 2. d Vueith. art. 38. ubi gloß. & Land. lib. 3. art. 67. e d.l.2. f d.l.1. l. ſi te ex pilaſſe. C. ex quib. cauſ. infa. g in 2. Verr. h d.l.1. l. ſacculario de ext. cri.

## EXPILATAE HAEREDITATIS. TIT. XIX.

1 *Continuatio: & quare furti actio in re hereditaria ceſſet.*

CVm hæreditas expilatur, palàm eſt, ante aditam hereditatẽ uel ab hærede poſſeſſam, furti agi non poſſe[a]: quia nullius in bonis res hereditariæ tunc temporis fuerint[b]. Itaq; quamuis hoc nomine ciuiliter rei uendicatione[c] aut petitione hæreditatis agi poteſt[d]: tamen quia his actionibus poſſeſsio tantum reuocatur, non etiam coercetur crimen, uiſum fuit ceſſante furti actione extraordinario iudicio fraudem expilatæ hæreditatis uindicare[e]. Hæc actio datur ijs quorũ intereſt[f], aduerſus eos qui ſurripuerunt, etiam uitricum[g], aut nouercam[h]: cum tamen de hęreditate patris non agitur. Nam in uniuerſum uxor defuncti, de cuius hæreditate agitur, expilatæ hæreditatis crimine non accuſatur: quia nec furti cum illa agi poteſt[i]. Sed nec in cohæredem facilè hoc iudicium dabitur[k]: cùm quia in rebus communibus pro ſuo iure uerſari uidetur[l], tum quòd abundè per iudicium familiæ herciſcundę damnum hac fraude datum reſarciatur, & purgetur dolus[m], ut huic ſubſidiariæ actioni locus eſſe non debeat[n]. Placuit tamen interpretibus[o], ſi apertè cohæres in dolo hæreat & expilarit, eum hoc quoq; iudicio teneri, perinde atque furti tenetur[p]. Pœna autem expilatorum hæreditatis extraordinaria eſt[q].

*a* l. hæreditariæ 70. de furt. ſ.
*b* l. ſi homo. 35. de uſucap. l. ſi is. 68. §. 1. l. hæreditariæ. 70. de fur. l. cum hæredes. 23. de acq. poſſ.
*c* l. 4. C. eod.
*d* l. 3. hoc tit.
*e* l. 2. h. t. l. fin. C. eod.
*f* l. 4. hoc tit.
*g* l. 2. C. eod.
*h* l. 3. C. eod.
*i* l. pen. h. t. l. 4. C. eod.
*k* l. 3. C. famil. herciſ.
*l* l. merito. 51. ſ. pro ſoc.
*m* d. l. 3.
*n* l. fin. C. eod. l. 2. hoc tit.
*o* in d. l. 3. fac. l. 1. C. eod.
*p* Dd. in d. l. merito. fur. l. tres fratres de pact.
*q* l. 1. h. t. d. l. 1. ſ. de effrac. uid. Alb. in trac. ſtat. 4. parte. quæſt. 91. Caſtr. cõſ. 31.

## STELLIONATVS. TIT. XX.

1 *Quid ſit ſtellionatus, unde dictus.*
2 *Quibus hoc crimen obijciatur.*
3 *Quæ actio & pœna ex hoc crimine deſcendat.*

PLinius[a] ſcribit, ſtellionem animal eſſe lacertæ ſimile, quo nullum fraudulentius homini inuideat: indeq; ſtellionum nomẽ in maledictum tranſlatum. 1 Stellionatus autem crimen obijcitur ijs qui dolo quid fecerint, ſcilicet ſi aliud crimen non ſit quod obijciatur. 2 Quod enim in priuatis iudicijs eſt de dolo actio, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Vbicũq; igitur titulus criminis deficit, ibi ſtellionatum obijciemus. Maximè autem in his locum habet, ſi quis rem fortè alij obligatam aut datam, diſsimulata priore obligatione alij diſtraxerit, obligarit, in ſolutum dederit[b]. Sed etſi quis merces ſuppoſuerit, ſuppreſſerit, uel obligatas auerterit, uel corruperit: æquẽ ſtellionatus tenetur: item ſi quis impoſturam fecerit uel colluſionem, in necem, hoc eſt fraudem & damnum alterius[c]. 3 Actio ſtellionatus neq; publicis neq; priuatis iudicijs continetur[d]: ideoq; pœnam nullam legitimam habet, cum legitimum crimen nõ ſit. Solent autem ex hoc crimine extra ordinem plecti. neq; tamen debet pœna in plebeijs opus metalli egredi: in ijs autem qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio aut ab ordine remotio remittenda eſt[e]. Stellionatus iudicium famoſum nõ eſt, ſed coercionem extraordinariam habet[f]: uidelicet niſi ex eo crimine deſcendat, quod etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importaret[g]. uerbi gratia, ſi quis ex aperto dolo condemnetur: tunc enim quia & priuatum doli iudicium exiſtimationem notat, dicendum eſt & crimen ſtellionatus damnato infamiam irrogare[h]. ſecus ſi dolus in contractu ſit, de quo iure Ciuili non actione doli, ſed ea quæ ex contractu deſcendit, quæreretur: quæ cum exiſtimationem non lædat[i], conſentaneum eſt, nec ſtellionatus iudicium extraordinarium hoc caſu infamiam irrogare[k].

*a* lib. 30. cap. 3.
*b* l. 3. h. t. l. 1. 2. 4. C. eod.
*c* d. l. 3.
*d* l. 1. h. t. l. 3. C. eod.
*e* d. l. 3. §. pœna.
*f* l. 2. hoc tit.
*g* l. infamem. 7. ſ. de pub. iud.
*h* l. quid ergo. 13. §. final. de his qui not. infa.
*i* l. ceſſat. 31. de act.
*k* l. tutor. 16. §. 1. de pig. act. d. l. 1. 2. et 4. C. eo.

## DE TERMINO MOTO. TIT. XXI.

TErminorum auulſorum nõ hodie mulcta pecuniaria eſt, ſicuti ex lege agraria C. Iulij Cæſaris, qui necdum conſtituta monarchia mitius agendum putauit[a]: ſed pro conditione admittentium extraordinaria pœna eiuſmodi admiſſum uindicatur: puta relegatione, uerberibus, &c.[b]. Iure Saxon. qui ignorans amouet, 30. ſolidis multatur: qui ſciens, grauius, pro qualitate delicti[c].

*a l.3.hoc tit.*
*b l.1. & 2.h.t. Panor. in c. ex literis. num. 13. de probat.*
*c Land. lib. 2. art. 28. Fach. diff. 65.*

## DE COLLEGIIS ET CORporibus. Titul. XXII.

COllegæ (inquit Varro) ſunt, qui unà lecti ſunt, ad idem uidelicet munus, eandemque poteſtatem, quaſi coelecti[a]. Hinc collegia dicta, conuentus & concilia opificum, aut aliorum eandem artem exercentium: in quibus qui dant nomina, eliguntur, dum tamen ne pauciores tribus ſint[b]. eiuſmodi nonnulla à rege Numa fuerunt inſtituta[c]. Sed cum multa improba aduerſus leges & ordinum concordiam prætextu talium conuentionum improbi machinarentur[d]; primùm Senatuſconſulto huiuſmodi conuentus collegiaq; prohibita ſunt, niſi quæ ſpecialiter propter uſum reipub. eſſent approbata, ut publicanorum, piſtorum, nauiculariorum[e], &c. Poſtea eam rem & Imperatores curæ habuerunt[f]: extátque ea de re Traiani reſcriptum in epiſtolis Plinianis. Etſi autem qui collegium illicitum uſurpat, contra conſtitutiones & Senatuſconſulta facit, eóque reus Maieſtatis & legis Iuliæ de ui publica, atque ex his legibus puniendus uideatur[g]: tamen apparet olim collegium illicitum ſolere diſſolui, & pœnam mitiorem fuiſſe, ac planè extraordinariam[h]: unde & hic titulus inter extraordinaria iudicia eſt collocatus.

*a l. collegarũ. 173. de uerb. ſig.*
*b l. Neratius. 85. de uerb. ſig. Cic. in Orat. pro domo ſua.*
*c Plin. lib. 35. cap. 12. & Plutar. in eius uita.*
*d Liuius lib. 39. Suet. in Aug. cap. 32.*
*e l.3. hoc tit.*
*f l.1. & 3. h.t. l. 1. quod cuiuſ. uniuer. l. conuenticula. 15. C. de epiſc. & cler. Sueto. in Caio Cæſ. cap. 42.*
*g l.2.h.t. iunc. l.1. ff. ad l. Iuli. Maieſt. & l. qui cœtu. ad l. Iul. de ui pub.*
*h l.1. in princ. hoc tit. d. l. conuenticula.*

## DE POPVLARIBVS ACTIOnibus. Titul. XXIII.

SCiendum etiam eſt, plerorunque criminum præſertim extraordinariorum accuſationes quia ius publicum populi tuentur[a], eſſe populares, & cuilibet de populo competere, qui tamen integrę ſit exiſtimationis[b]. Quòd ſi plures concurrant, Prætor eligit maximè idoneum[c]: ac potiſsimê eum cuius intereſt[d]. Mulieribus & pupillis populares actiones non dantur, niſi cum ad eos pertinent[e]. Omnes populares actiones neque in hæredes dantur, neque ſupra annum extenduntur[f]. quod de ciuilibus & extraordinarijs iudicijs accipiendum eſt: de quibus in hoc libro eſt actum, & ad quę hic titulus refertur. nam publica iudicia quamuis etiam popularia ſint, tamen plerunq; uiginti annis durant[g].

*a l.1. hoc tit.*
*b l.4. hoc tit.*
*c l.2. hoc tit.*
*d l.3. hoc tit.*
*e l. mulieri. 6. hoc tit.*
*f l. fin. hoc tit.*
*g l. querelam. C. de falſ.*

# DIGEST. LIBER XLVIII.

## DE PVBLICIS IVDICIIS. TIT. I.

1 *Quæ ſint publica iudicia.*
2 *Cauſa efficiens.*
3 *Materia.*
4 *Forma exercendorum pub. iudiciorum.*
5 *Finis.*
6 *Effectus.*

Tranſgre-

TRanſgrediamur ad iudicia publica. quæ ita appellata ſunt au-
tore Iuſtiniano, quòd cuius ex populo executio eorum ple-
runq; detur [a]: uel potius quia in ijs de crimine publico, quod
omnes tangit, queritur [b]. Non omnia autem iudicia in quibus
crimen uertitur, publica ſunt, ſed ea tantum, quæ ex legibus
publicorum iudiciorum ueniunt: ut Iulia maieſtatis, de adulterijs, Cornelia
de ſicarijs [c], &c. hoc eſt quæ publica eſſe certa aliqua lex uoluit ac decreuit.
Publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædã non capitalia. Ca-
pitalia ſunt, ex quibus pœna, mors aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis in-
terdictio. cuius in locum hodie depottatio ſucceſsit [d]: per hanc enim eximi
tur caput de ciuitate. quod inſtar mortis eſt, & certè ciuilis mors appella-
tur [e]. cætera exilia non exilia propriè ſed relegationes dicuntur, cum ciui-
tas retinetur: quemadmodum & Ouidius in Pontum relegatus, diſputat, ſe
non exulem, ſed tantum relegatum eſſe. Non capitalia ſunt, ex quibus pecu
niaria aut in corpus aliqua coercitio aut relegatio pœna eſt [f]. Cauſa efficiẽs 2
publicorum iudiciorum eſt certa aliqua lex [g]: ut & Cic. [h] pluribus locis te-
ſtatur, quæ modum & formam inquirendi puniendiq; alicuius delicti præ-
ſcribit. Hæc iudicia olim in prouincijs exercebant Præſides & Procoſs. in
urbe quæſtores rerum capitalium, qui ad hoc ſpecialiter cum eſſet opus,
conſtituebantur [i]: ſed poſterioribus temporibus præfectura urbana om-
nia ſibi crimina in urbe commiſſa uendicauit [k]. Materia circa quam uerſan 3
tur, ſunt grauiora delicta: quæ cum publicam & ſingulorum turbent tran-
quillitatem, uindicari publicis iudicijs propter exẽplum publicè intereſt [l].
Ordo exercendorum olim publicorum iudiciorum, cuius Cice. [m] & alij [n] 4
meminerunt, in uſu eſſe deſijt: durante tamen legum pœna, cum extra ordi
nem & ſolennitatem antiqui iuris crimina probantur [o]. quare de eo ordine
ſuperuacuum eſt plura uerba facere. Illud ſanè ad formam adhuc pertinet,
quòd procurator in iſtis iudicijs neutra ex parte admittatur [p], niſi ad pro-
bandas abſentium excuſationes [q]: quòd accuſatio & totus proceſſus uſita-
to ſolenniq; more ſit conficiendus, ut paulo pòſt oſtendemus [r]: quòd præ-
ſes uel alius qui cognoſcit, clariſs. uiros & peritiſs. cauſarum adhibere [s]: neq;
pendente uno iudicio aliud [t], non cõpenſationes relationesq; criminum [u],
neq; probationes non luce clariores [x] admittere debeat. Finis eſt, cùm ut 5
abſoluatur innocentia, tum ut delicta ſontium puniantur: quibus duabus
rebus, præmio ſcilicet atq; pœna, quaſi anchoris ciuitatem retineri Solon
arbitrabatur: utq; ſublatis malis ac pernicioſis hominibus, & ſeruetur diſci-
plina publica, & alij exemplo commonefacti, conſimilibus flagitijs abſti-
neant [y]. unde & Gellio [z], τιμωρίαι, νουθεσίαι καὶ παραδείγματα, & Iuſtiniano
ad totius ciuitatis ſalutem hęc iudicia cõparata dicuntur [aa]. Pulchrè in hanc
ſententiam Cic. [bb] In corpore, inquit, ſi quid eſt eiuſmodi, quod reliquo cor
pori noceat, uri ac ſecari patimur, ut membrorum aliquid potius quàm to-
tum corpus intereat: ſic in reipub. corpore ut totum ſaluum ſit, quicquid eſt
peſtiferum amputemus. Effectus horum iudiciorum eſt, quòd & accuſa- 6
torem temerè aut dolo malo pericula alteri creantẽ puniant [cc]: & reos con-
uictos non modò legitima ipſius iudicij pœna, uerùm etiam per conſe-
quentiam exiſtimationis, interdum etiam bonorum iactura plectant [dd].

a Inſt. de pub. iud. in princ.
b l. 4. C. de hæret.
c l. 1. hoc tit.
d l. 3. ĩ. ad l. Iul. pecul.
e l. 1. §. fina. de bono. poſſ. contra tab. l. 4. ſ̃. qui ſatiſ. cogãt.
f l. 2. h. t. §. 1. Inſtit. eod.
g l. 1. hoc tit.
h in 7. Verr.
i l. 2. §. et quia. ſ̃. de orig. iur.
k l. 1. ſ̃. de off. præf. urb.
l l. congruit. 13. de off. preſ.
m pro Roſ. ame pro Milo. & alijs locis.
n Aſcon. pro Milo. et in Ver. Liuius lib. 1. in hiſtoria Horatij.
o l. ordo. 8. h. t.
p l. pe. §. 1. h. t.
q l. inter. 10. hoc tit.
r ad tit. de accuſat.
s l. cuſtodias. 12. hoc titul.
t l. 4. ubi gloß. & Dd. hoc tit.
u l. 5. hoc tit.
x l. final. C. de probat.
y d. l. congruit. 13.
z lib. 6. c. 14.
aa §. 1. Inſt. de pub. iud.
bb Philip. 8.
cc uid. ĩ. tit. 1.
dd l. infamem. 7. hoc tit. uid. ĩ. tit. de bon. damnat.

## DE ACCVSATIONIBVS ET INſcriptionibus. Titul. II.

1 *Diſpoſitio ſequentium titulorum.*
2 *Continuatio huius.*

3 *Sine accuſatione an procedat iudicium, & de denunciatoribus.*
4 *Quid ſignificet accuſare.*
5 *Quid ſit accuſatio.*
6 *Cauſa efficiens.*
7 *Apud quem accuſatio inſtituenda.*
8 *De remiſſionibus.*
9 *Qui accuſare poſſint.*
10 *Qui accuſari.*
11 *Materia.*
12 *Forma proponendæ accuſationis, faciendæ inſcriptionis, & formandorum libellorum.*
13 *Quomodo contra abſentem procedatur.*
14 *Finis accuſationum.*
15 *Effectus.*
16 *Quomodo extinguantur.*

1 POſtquam in genere naturam & uim publicorum iudiciorum utcunque
delineauimus: nunc ſigillatim ſingulas eorum partes perſequamur. &
primò quidem quomodo conſtituantur, tum quot ſint horum genera: po
ſtremò quomodo peragantur & ad executionem perueniãt, exponamus.
2 In conſtitutione publici iudicij, neceſſe eſt ante omnia de accuſatore &
3 accuſatione queri, ut oſtendit author ad Heren[a]. quia ſine accuſatione iu-
diciũ criminale non procedit[b], ut nec ciuile ſine actore[c]: niſi cũ ex publi-
ca fama, quæ loco accuſatoris eſt[d], magiſtratus in delicti authorem inqui-
rit[e], quod olim per denũciationes fiebat. Ne enim deficientibus accuſato-
ribus delicta manerent impunita, quę coerceri publicè intereſt: cõſtituti o-
lim erant ſtationarij ſeu irenarchæ, quibus publicè mandabatur, ut ſi quid
grauius accidiſſet, id denunciarent magiſtratibus[f]: qui poſtea ex officio, ſi-
cuti fieri debet, nocentem conquirebant[g]. Denunciatorum autem in eo
melior erat conditio, quòd exemplo accuſatorum inſcribere ſe non coge-
4 bantur[h]. Accuſare etſi generaliter ſignificat aliquem ad cauſam dicendã
urgere[i], unde accuſationis nomine etiam ciuilis[k] actio & perſecutio[l] ue-
nit, ſicuti contrà actio pro accuſatione ponitur[m]: tamen obtinuit, ut pro-
priè accuſare & accuſatio ad criminationes & delationes delictorum refe-
5 rantur[n]. Accuſare autem eſt, Azone[o] authore, aliquem reum criminis
per libellum deferre, ad uindictam & pœnam[p]: uel ſecundum Duar.[q] Ac-
cuſatio eſt maleficij alicuius apud iudicem delatio, ad uindictam publicam
ſolenniter facta. Prima differentia ſumpta eſt à materia in uerb. maleficij de
latio.) nam in ciuilibus de pecunia agitur. Secunda à fine, ad uindictam pu
blicam.) in pecuniarijs enim ius noſtrum petimus[r]. Tertia à forma, ſolen-
niter facta.) hoc eſt, oblata libello & inſcriptione[s]: quare accuſatio ab ex-
6 traiudiciarijs delationibus oſtenditur differre. Conſtituitur autem accu-
ſatio ex aliqua lege publica, ut diximus[t]: ita tamen ut coram idoneo & cõ-
petente iudice inſtituẽda ſit, ab ijs quibus accuſandi ius eſt, cõtra eos quos
accuſare licet. De his igitur omnibus uideamus, quandoquidem ſine iuſta
harum perſonarum, ut ita dicam, legitimatione accuſatio ritè formari non
poteſt. Quod igitur ad eos pertinet qui de crimine cognoſcunt, ſciendũ

G eſt, in

*a lib.1.cap.5.*
*b l.quãuis.19.C.de adult.l.reſcripto.6.§.ſi quis de mun.l.pen.C.de his qui accuſ.l.ſi cui.h.t.c.1.ut uult.Sene.c.1.de accuſ.*
*c l.inter.62.de iud. Dd. in rub.ff.et ext. de iud. forus.5.de uer.ſignifi.*
*d c.cam oporteat.19.ext.eod. Panor.7.in c.qualiter.17.eo.*
*e l.2.§.ſi publico.ff.de adult.l.3.§.præterea de ſuſ.tut.l.pen.C.de prolat.l.nullum.C.de teſt.l.1.C.de cuſto.reo.l.ea.7.C.de accuſat.*
*f l.ea quidem.C.eo.l.1.§.quies.de off.præf.urb.l.diuus.ff.tit.1.l.1.C.de cur.et ſta.li.12. Duar.diſp.lib.1.cap.38.*
*g d.l.1.§.quies.l.4.ad l.Iul.pec.l.3.de off.præf.§.ult.in Auth.de collat.l.1.C.de cuſt.reo.l.ſi quis.C.de epiſ.*
*h c.ſuper.17.extr.eod.*
*i c.forus.§.accuſator.de uerb.ſig. Alc.in l. qui accuſare.C.de æden.* *k d.l.qui accuſare.l.ex iudiciorum.in fin.t.t.* *l l.uero.40.ff.ſol.mat.* *m l.1.de crim.ſtell.tot.tit.C.quan.ciu.ac.præ cri.* *n ut h.t.& C.eo.* *o in rub.C.de his qui accuſ.* *p l.cũ rationib.16.l.1.nõ ignorat.9.l.ſi quis.20.C.de his qui accuſ.l.libellorum.3.in uerb.reum deferre.h.t.l.fin.de priuil.deb.l.2.§.ſi publico.de adult.* *q præal.loc.* *r in princ.Inſt.de act.in uerb.quod ſibi debetur.* *s l.3.hoc tit.l.3.C.de his qui acc.poſ.* *t l.1.ff.tit.1.l.3.ff.de præuar.*

eſt,in prouincijs ad præſides & procoſſ. penes quos merū erat imperium,
cognitionem executionemq; criminnm pertinuiſſe [a]: & ad eum præcipuè,
in cuius territorio crimen contractum eſſet. In ea enim prouincia agebatur
cauſa,in qua erat delictum [b]: nam & certius,quaſi in re pręſenti cognoſci
poterat,& conſentaneum uidebatur ibi extare exemplum pœnę,ubi crimen
extitiſſet. unde remitti eò rei ſolent [c].Sed hodie uix remiſsionib. uti-
mur,maximè cum nō uni principi omnes ditiones pareāt, nec par in parē 8
eiuſmodi remiſsionis habeat imperiū [d]: quare plerumq; ſontes eo loci coer
ceri uidemus,ubi inueniūtur [e]. Quod obtinet,ubi reus apprehenſus eſt.nā
ſi lateat aut in fuga ſit,iure Sax.eo loci ubi delictum eſt, iudiciū in fugitiuū
conſtituitur:qui niſi ueniat ſe defenſurus, tertiò in termino pro cōuicto cō
demnatur. In ipſa autem urbe nulli permiſſum erat magiſtratui ordinario,
ne Coſ.quidē de capite ciuis Rom.ſtatuere,ex lege Valerij Publicolę:qua-
re quæſtores à populo olim in ſingula delicta,cum opus eſſet,creabantur,
qui capitalib.rebus pręeſſent.Hi queſtores parricidij ( id enim generale cę-
dis nomē eſt) appellabantur,quorū lex etiā XII.Tab.meminit [f]. Sed has
quæſtiones Lucius Cornelius Sylla poſtea ab equitibus, qui cognitionib.
præfici ſolebant,ad Senatum tranſtulit, pœnaſq; in plurib. delictis & iudi
cia certa ac perpetua conſtituit, ut de falſo,de cęde:idq; eo fine & conſilio,
ut eadem forma inſtitueretur ſemper quæſtio,& certa pœna lege compre-
henſa locum perpetuò obtineret [g].quæ etiā quæſtiones propterea Corne-
litę dictę ſunt. Sed progreſſu tēporis prefectura urbis, omnia ſibi crimina
uindicauit [h].quanquā & latrunculorum alibi meminerūt leges [i]:quos ueri-
ſimile eſt inquirendis latronib.ac graſſatoribus Reip.foris operā nauaſſe,
& ius eos coercendi habuiſſe:cuiuſmodi Magiſtratus etiānum in Belgico
durare paſsim uidemus. Porrò qui accuſare poſsint intelligemus, ſi ſci 9
erimus qui nō poſsint.Itaq; prohibentur accuſare alij,propter ſexū,ut mu-
lier [k]:nec enim publicorum munerum ac iudiciorum eſt particeps [l], neque
priuatas aliorum cauſas agere poteſt [m],nedum publicas: niſi ſuam,ſuorūq;
iniuriam perſequatur [n],aut quæſtio ſit de atrociſsimo crimine,quod quàm
ociſsimè uindicari Reipu.interſit [o].alij propter ætatem,ut pupillus [p],extra
quam ſi paternam iniuriam authore tutore uindicet [q]. adultos autem quā-
uis 25.annis minores accuſare poſſe uerius eſt [r]: alij propter ſacramentum,
ut qui ſtipendia merent [s]. nam nec procuratores priuatorum rerū eſſe poſ-
ſunt [t],multo minus Reipub.alij propter Magiſtratū poteſtatemúe:nam cū
ipſi impunè in ius durante Magiſtratu uocari nequeāt [u], certè nec alios in-
terea uocare atq; accuſare debent [x].alij propter delictū proprium, ut infa-
mes [y], & iudicio publico damnati [z]:alij propter turpē queſtum, ut qui duo
iudicia aduerſus duos ſubſcripta habent. Sufficit enim ex duob.uno tēpo-
re eos pręmia accuſatorū conſequi, de quib. alio loco dicemus [aa]: niſi in-
iuriarū ſuarum cauſa agant [bb]. Item qui nummos ob accuſandū uel non ac-
cuſandum acceperunt [cc].Quidam propter ſuam conditionē,ut ſerui [dd],niſi
in caſib.exceptis, [ee] filij contra parentes,liberti cōtra patronos [ff]. pleriq; ob
ſuſpicionem calumniæ,ut illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerūt [gg]:
nonnulli propter paupertatem,ut ſunt qui minus quàm 50.aureos in bonis
habent [hh].hi tamen omnes ſi ſuam iniuriam exequātur, mortemúe propin-
quorum defendant, ab accuſatione nō excluduntur [ii].Sed & propter con-
ſanguinitatem

a l.antepē. & l.pen.ſ. tit.1.l. leuia.6. l. ſi cui. 7.h.t.
b d. l.ſi cui. §. pen.l.fi.h.t.l.nō dubium. 11. ubi Gl.ĵ.ut.1.
c l.ſolent. 7. ĵ. tit.t.Auth.qua in prouincia. c. ubi de crim.
d l.4.de recep. arb.
e l.1.c. ubi de crim.
f l.2.§.& quia de orig.iur.
g d.l.2.§.& quia Tac.anna. lib.3.
h d.l.1.de off. præf.urb.
i l.ſolemus.61. §.1. de iudic.
k l.qui accuſare.8.h.t.
l l.2.de reg.iur.
m l.alienam. 18.C.de procur.
n l.de crimine. C.qui accuſ. l.1. & 2.h.t. §.1. Inſt.de ſuſp.tut.
o l.in quæſtionib. ad. l. Iuliam.l.fi.ad l.Iul. de anno.l.2.h.t. l.13.h.t.
p d.l. qui accuſare.
q l.2.h.t.l.2. C.qui accuſ. nō poſſ.
r Azo.in rub. C.qui accuſa. nu.4.per l. clarum.C.de auth. præſt. & l. ſi maritus.§.lex Iulia. arg. à prætorio ſenſu. ĵ. de adult.
s d. l. qui accuſare.h.t.l.non prohibentur. 8. l.ſi crimen.C. qui accuſ.
t l.militem.7.C.de procurat.
u l.32.de iniur.l.2.ſ.de in ius uocan.
x d.l. qui accuſare. h.t.l.ſi maritus.15. ad l.Iul.de adul.
y d.l.qui accuſare.
z l.4.h.t.
aa ĵ.de iur.fiſ.
bb l.cum rationib.16.C.qui accuſ.l. inter.6. §.ult.de adult.
cc d.l.qui accuſare. l. eadem.§.1.& 2.ad l.Iul.rep.
dd l.uix certis.53.de iudic. Azo. nu.4. C.qui accuſ.
ee l.nullo. ĵ. de fal. l.1. C. de prec.nup.off.
ff d. l. qui accuſare.
gg l.alij.9.h.t
hh l.nonnulli.10.h.t.
ii l.hi tamen.11.

ſanguinitatem de enormi delicto conſanguineum accuſare prohibemur[a], quòd minus ex bona fide accuſatio proceſſura uideatur, ut in amicis & con iunctis probat Cic.[b] Is etiam qui reus factus eſt, purgare ſe debet, nec antè accuſare poteſt, quàm fuerit excuſatus[c]: nã nec procurator pro alio antea eſſe poteſt[d]. Plures aũt ſimul unũ accuſare poſſe, ſi ſimul cõcurrant, & omniũ interſit, rectè cõtra cõmunem diſputat Duar[e]. quanquã ſi ab uno accuſatus iam ſit, ab alio accuſari de eodem crimine nequeat[f]: quia de uno delicto plus quàm ſemel queri non poteſt[g], niſi prima accuſatio deſerta ſit, aut aliquo caſu impedita[h]. Sed de diuerſis delictis rectè uno tẽpore alicuius nomen defertur[i]: ut, Milo poſtulatus eſt ab Appijs de ui & de ambitu, de ſodalicijs à P. Nerato[k]. ſed ne in diuerſa reus diſtringatur, tãtum de uno, pòſt de alijs reſpondere cogitur[l]. ut in accuſatione Milonis primum iudicium fuit de ui: eo expedito, de alijs cognitio futura erat, ut oſtẽdit Aſcon. Quòd ſi autem nõ cõueniat inter plures qui'nam accuſare debeat, erit iudicis, magis idoneũ eligere[m]: qua de re etiã elegãter diſputat Cic. in Diuinatione in

10 Verrem. uocatur enim hæc quæſtio diuinatio, quòd diſceptetur de futuro, uter accuſare debeat[n]. Iam qui accuſari poſsint uideamus. & conſtat, omnes poſſe tam mares quàm fœminas, tam impuberes quàm puberes[o], tam liberos quàm ſeruos[p], paucis exceptis. Excipiuntur autẽ abſentes, contra quos offerri tantum libellus poteſt[q], mortui[r], legati & magiſtratus[s]. nam cuius famę uult magis, eius uitę parcendum eſt[t]: & ſerui, in ijs quorũ pœna tantum ciuitatem aut bona adimit[u] hæc enim in ſeruum non cadit. Nec qui accuſatus eſt aliqua lege, de eodem crimine alijs legibus reus fieri poteſt[x]. dico de eodẽ: nam diuerſorum nomine poteſt[y]. Sed & plures de eodem crimine ſimul certè accuſantur[z]: de diuerſis autem ab uno non rectè, niſi ſuam iniuriam perſequatur[aa]. Sed etſi quis ſemel crimine ac iudicio ab-

11 ſolutus ſit, non debet Præſes pati, eundem iterum accuſari[bb]. Materia circa quam accuſationes uerſantur, ſunt delicta: non quidẽ omnia, ſed quæ publica & ſpeciali aliqua lege uindicantur: ut & antea ſæpe dictũ eſt. Forma exercendarum accuſationum ueterib. uſitata[cc], cum ſit abolita[dd], alienum à noſtro inſtituto ſit, de ea uerba plura facere. Id ſciendũ eſt, qui accerſitur alicuius publici criminis, eum cum plurimùm ex uinculis cauſam dicere oportere, niſi perſonæ & rei qualitas lenior cautionẽ, puta prędes, aut promiſſionẽ, cui relinquatur reus, impetret[ee]. Sed ne innocentia cuiuſquã temerè uim calumniæ patiatur, utiliter prouiſum eſt, ne id antè fiat, neu cuiuſquam nomẽ inter reos referatur, priuſquàm qui crimen intendit, in iudiciũ ueniat, nomen rei indicet, uinculũ inſcriptionis, quo ſi in probatione deficiat, eidem pœnę quam reo intentat, obligatur, arripiat: cuſtodię ſimilitudinẽ (habita tamẽ dignitatis æſtimatione: nam & ſatiſdationes de exercenda lite admittuntur[ff]) patiatur, nec impunitã fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij[gg]. Libellorum autẽ inſcriptionis conceptio talis eſt, Coſ. & dies: Apud illũ Prętorem (ad hoc conſtitutũ electumq; in urbe) uel procoſ. (in prouincia) Lucius Titius profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia de adulterijs ream deferre: quòd dicat eam cum C. Seio ex ciuitate illa, domo illius, menſe illo, Coſſ. illis, adulterium cõmiſiſſe. Vtiq; enim & locus deſignãdus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt, & perſona cum qua admiſſum dicitur, & men-

G 2 ſis: neq;

*a l. ſi magnum. 13. l. propter. 14. l. ſi ſororem. 18. C. qui accuſ. b in diuinat. in Verrem. c l. 15. qui. 5. ſ. tit. 1. l. 1. l. negãda. C. qui accuſ. d l. reum. 6. C. de procur. e Diſp. lib. 1. ca. 39. per l. ſi accuſatorib. C. de accuſat. l. 3. de ſup. uiol. f l. qui de crimine. C. eo. l. ſi tamẽ. 11. §. ult. h. t. g l. ſi cui. 7. §. 1. hoc tit. h d. l. 11. in fin. l. 3. uerſ. quòd ſi. hoc tit. i l. qui de crimine. C. eod. k Aſcon. in orat. pro Milo. l l. 2. §. ult. ĵ. de cuſt. reo. m l. ſi plures. 16. h. t. l. 3. de lib. ho. exh. l. ſi uerò. §. hæc autẽ. de his qui decer. l. ſi plures. de pop. act. l. 2. §. fi. de adult. n Ar. in diui. o l. pupillum. 112. de reg. iur. p l. hos accuſare. 12. §. omnib. hoc tit. q l. abſentem. C. eo. l. 2. C. de exh. re. r l. antep. h. t. l. penult. ĵ. ad l. Iul. per. l. defuncto. 6. ſ. t. 1. s d. l. 12. t l. ſi adulteriũ. 38. §. pen. de adult. u d. l. hos accuſare. §. omnibus. h. t. x d. l. ſenatus. 14. h. t. l. qui de crimine. C. eod. y d. l. libellorũ. §. ſed ſi aliud. h. t. Az. in rub. C. eo. nu. 4. z l. 1. C. ſi. reus uel accuſ. mor. fu. l. uim paſſam. 38. §. pen. ĵ. de adulter. aa d. l. 12. §. lege. h. t. l. cum rationib. C. qui accuſ. bb d. l. ſi cui. 7. §. 1. cc Aſc. pro Mil. Cic. in Ver. ad Her. lib. 1. cap. 5. dd l. ordo. ſ. tit. 1. ee l. 1. ĵ. tit. 1. l. 1. C. de cuſto. reo. l. 2. C. de exh. re. ff l. 3. C. de his qui accuſ. non poſ. gg l. pen. & l. fin. C. eo. l. 2. C. de exh. re.*

ſis:neq; tamen diem neq; horam inuitus cõprehendet[a]. Quòd ſi libelli in-
ſcriptionum legitimè ordinati non fuerint,rei nomen aboletur, & ex inte-
gro repetendi reum poteſtas fiet. Itẽ ſubſcribere debebit is qui dat libellũ,
ſe profeſſum eſſe,uel alius pro eo,ſi literas neſciat[b]. Sed ſciendũ eſt, execu
tores & denunciatores,ſimilesq;, qui ex officio crimina deferũt & inqui-
runt,inſcriptionis uinculo non alligari[c]: itẽ eos qui de leuibus tantum cri-
minibus accuſant[d], ut quidã uoluerunt[e]. Hodie ſanè generali quadam u-
ſurpatione inſcriptiones obſoleuerũt,præſertim apud nos Sax.[f] quorũ mo
ribus ſolummodo cautio pecuniaria de ſumptibus litis, perinde atq; in ci-
uilibus eſt interponenda[g]: nec enim nomine accuſationis & appoſitæ cu-
ſtodię tenetur,niſi ad pecuniariam æſtimationem[h].Inſtituta autem accuſa-
tione, relatoq; inter reos nomine, eodẽ modo cauſa agitur per litis conte-
ſtationẽ,exceptiones,probationes,&c.quo in ciuilibus agitari ſolet[i]. Illud
intereſt,quòd in criminalib. apta libelli cõcluſione non ſit opus, imò ne cõ
cluſione quidẽ,puta ad certam pœnã.nam ea iure cõprehenſa eſt,ita ut ſup
pleri à iudice poſſit:qui propter eandem rationem aliter poteſt condemna
nare quàm ſit petitum[k], quòd probationes requirantur euidentiores[l], &
celeriter examinatio ſit cõficienda[m],ne reus diuturna cuſtodia affligatur[n].
Sanè leuia crimina audire & diſcutere de plano procoſ.oportet[o]. Itaq; mul
to magis in his ſufficiet qualis qualis petitio, nec nocebit inepta concluſio:
nam quod de neceſſitate non requiritur,ſi ineptè interueniat, non uitiat a-
ctum[p]. Et hæc quidem ita ſe habẽt,cum utraq; pars præſentiã ſui in iudi- 13
cio facit.Sed quia plerunq; ſontes fuga ſibi conſulunt,priuſquam in uincu-
la conijciantur,uideamus quomodo cõtra abſentes accuſatio procedat. Et
quamuis reſcriptũ eſt[q], abſentem capitali crimine accuſari nõ poſſe, mul-
to uerò minus damnari,quamuis contumaciter abſit[r], ſed tantum bona e-
ius annotari, & poſt annum publicari[s]: tamẽ uſu apud nos inualuit, ut ter
per interualla dierum 14. citetur reus,poſt quę ſi non compareat,nec abſen
tiæ excuſationes alleget,pro conuicto habetur, & banno imperij proſcri-
bitur,ut impunè poſtmodũ interfici poſſit[t].Econtrariò ſi cõtumaciter deſi
ſtat,& fruſtretur accuſator,reus ab obſeruatione iudicij,ut in ciuilib. abſol-
uitur[u],ita tamen ut ab alio accuſari poſſit[x]: eamq; rem accuſatores morib.
impunè ferunt plerunq;, quamuis iure ciuili aliter atq; aliter temeritatẽ &
contumaciã eorum punitã fuiſſe cõſtet[y]. Quam pœnam extraordinariam
etiã hodie durare iure Sax.præſertim in calumniãtibus accuſatoribus uult
D. Robelius[z]. Finis accuſationũ idem eſt qui publicorũ iudiciorũ, ut ui- 14
delicet delicta puniantur,quod Reipub.ad communẽ ſalutem & tranquil-
litatem intereſt[aa]. Cic.[bb] de accuſatione: Sin,inquit,erit,cur faciẽdum ſit ſę-
pius,Reipub.tribuat hoc muneris, cuius inimicos ulciſci non eſt reprehen
dendum: modus tamen adſit. duri enim hominis, uel potius uix hominis
eſſe uidetur,periculum capitis inferre multis. Effectus accuſationis eſt, ut 15
ea impleta pœnæ à legib.ordinatæ per ſententiã reus ſubdatur[cc]: non im-
pleta aut derelicta,reus quidẽ abſoluatur, accuſator uerò pœnas talionis,
aliasúe de quibus poſtea dicemus[dd],incurrat. Non impletur autem accuſa 16
tio,uel quia deficit in probatione accuſator, uel quia ſoluitur ceſſatq; iudi-
cium,aut per mortem actoris[ee], uel rei[ff], aut per cõtumaciam eorundem,
ut ſuprà dictum eſt,aut quia indulgentia principali aboletur[gg].

*a* uid. omnino Iaſ. in l. 2. §. ſi quis Epheſi. de eo quod cert. lo. *b* l.3.h.t. *c* d.l.ea quidẽ. *d* l.leuia.h.t. *e* Azo. in rub. C.eo.nu.7. *f* lib.2.art.8. *g* Chil.cap.47. in praxi. *h* Land. lib.1. art.68. *i* l.2.C.de exh. reo. l. qui accuſare.C. de æd.l. adulterium. C. de adult.l. maritus. §. præſcriptiones.ĩ.eo.tit. Azo. in rub. C. eod.nu.9. *k* Iaſ. latè in.l. uinum.nu.24.et 25.ſi cert.pet. Bart.in l.quid ergo.§.pœna.ſ. de his qui not. inf. *l* l.fin.C.de probat. *m* l.properandum. C. de iud. tot.tit. C. ut intra cert.temp. quæſt.cri. *n* l.1.et tot. tit. C.de cuſto. reo. *o* l.leuia.6.h.t. *p* Iaſ.in. d.l.uinum.nu. 33. per l. 1. in princ. C. de rei ux. act.cũ alijs ibi allega. *q* l. abſentem. 6.C.eod. *r* l.5.de pœn.ĩ. *s* d.l.abſentẽ.l. 1.et 2. C.de req. re. *t* Chil. in tit. Von der acht. *u* l.4.C.eod. *x* l. accuſator. ſ.tit.1. *y* l.4.C.eo.l. qui crimen. C. de ijs qui accuſ.d.l.5.§.pen.de pœn.l.1.C.ut intra cert.temp. Ang in trac.mal.ad uerb. & ad querelam. nu. 66. cũ ſeq. Hip. in pract.§.quoniam.nu.47. *z* in Gl.noua.Landt.lib.2.art.8. *aa* Cic.in 1.in Verr. *bb* Off.lib.3. *cc* l.5. ĩ.tit.1. *dd* ad S.C.Turp. *ee* l.2.§.fin.h.t. *ff* l.defuncto.ſ.tit.1.l.ex iudiciorum.20.h.t. *gg* tot.tit. C. de aboli. & de gen.abol.

## DE CVSTODIA REORVM. TIT. III.

1 *Continuatio.*
2 *Quando quis cuſtodiæ uel uinculis mancipandus.*
3 *Mulieres non tradi cuſtodiæ.*
4 *Pœna captiuorum fugientium.*
5 *Pœna cuſtodum fugiente captiuo.*
6 *Pœna fideiuſſorum.*

1 POſt accuſationem inſtitutam, ordinarium eſt, ut reus in uincula aut cu-
ſtodiam conijciatur, ne elabi poſsit[a]: præſertim ſi confeſſus fuerit[b]. nã
2 tunc pro conuicto habetur[c]: antè uerò quàm quis conuincatur, nõ temerè
uinciendus eſt in cuſtodia, ſed aſſeruandus[d], niſi de grauiſsimo aliquo cri-
mine agatur[e]. Sanè mulieres ne cuſtodiæ tradantur, Iuſtin. propter ſexus
3 pudorem iniuriæ cuſtodum ac captiuorum obnoxium, rectè ſanciuit[f].
4 Porrò cuſtodiæ traditi ſi effugiant, quamuis alioqui innocentes ex eo cri-
mine inueniantur, propter quod impacti ſunt, puniuntur[g] tãquam, ut uult
Accurſ. conuicti[h], quod dicere durum eſt, nec ſeruari uidi: ad torturã tamẽ
iudicium facere fortè eiuſmodi fuga poteſt[i], & effractio extra ordinem
puniri[k]. Quòd ſi dolo aut culpa commentarienſium & cuſtodum effuge-
5 rint, pro modo culpæ in eos ſtatuetur[l], & ex cõſtitutionibus eadem pœna
qua is qui aufugit puniri debebat, afficiũtur[m]: quod & ipſum plenum acer
bitatis eſt. quare ſatius eſt pro admiſsi qualitate officio iudicis eos puniri[n]:
præſertim cum magiſtratui qui temerè reos ſoluunt, & abire patiũtur, mul-
tam tantummodo dici uideamus[o]. Olim cum militibus permitti cuſtodias
& curam carcerum uſitatum eſſet, minus graue fuit eorum negligentiã ca-
pite puniri: cum omnia ferè delicta militaria, etiam leuia, hoc modo punian
tur. Sed hodie cum pagani plerunq; huic rei præficiantur, arbitrarer pœna
pecuniaria, ſicuti in magiſtratibus ſeruatur, negligentiam eorum punien-
dam. Quòd ſi dolus acceſſerit, uidentur extra ordinem tanquam effracto-
res puniendi. Neq; enim grauius puniri debent conſcij aut opem ferentes,
quàm ipſi effractores, quos extra ordinem tantum puniri oportere oſten-
ſum eſt. At qui non reos, ſed iam conuictos damnatosq; emittunt, & uin-
dictæ publicæ ſuffurantur, meritò, cum maieſtatis rei ſint, grauius puniun-
tur[p]. Sed ſępenumero fit, ut aut ex criminis qualitate, aut propter ampliſs.
facultates dignitatemq; eius qui accuſatur, fideiuſſoribus reus committa-
tur, aut ſibi, hoc eſt nudę ſuæ promiſsioni[q]: qui quidem ſi elabatur, præter
6 perfidiæ crimen quòd incurrit, etiam delictum confiteri uidetur[r]. Fideiuſ-
ſores autem eorum, non quidem corporaliter plectuntur, nec enim ad talẽ
pœnam obligare ſe poſſunt[s]: ſed multãtur pecunia pro arbitrio iudicis, niſi
uel ex promiſsione, uel ex conſuetudine certa ſumma oſtendatur[t], ſicut iu-
re Sax. Vuerigeldio, ut uocant, multantur[u]. Si tamen dolo fideiuſſor faciat,
quo minus reus exhibeatur, etiam extra ordinem rectè coercetur[x].

a *l. fin. C. de accuſ.*
b *l. 7. h. t.*
c *l. 1. de confeſ.*
d *l. 2. C. de exhib. re.*
e *l. 3. l. carceri. 9. h. t.* Landt. li. 2. art. 9.
f *Auth. hodie. C. eod.*
g *l. in eos. 13. h. t.*
h Gl. *in d. l. eos per. §. prohibemus. in nouel. de tollat. tex. in l. 1. ſ. de effract.*
i *uid. Iaſ. poſt alios. in l. admonendi. de iureiu.*
k *tot. tit. ſ. de effract.*
l *l milites. 12. l. fin. h. t.*
m *l. pen. C. eo.*
n *l. 9. h. t.*
o *l. ne quis. 10. hoc tit.*
p *l. 3. §. fi. ĩ. t. 1.*
q *d. l. 1. h. t. d.* Auth. hodie. *l. cũ clericis. §. 1. C. de epiſ. & cl.*
r Gl. *in d. l. in eos.*
s Bart. & Dd. *in. l. 1. 3. & 4. h. t. per l. ſi à reo. 71. §. fin. de fideiuſſ.*
t *l. ſi quis. 4. h. t.*
u Land. *lib. 1. art. 65.*
x *d. l. 4. l. ſi uerſatorem. 13. C. de fid.* Gl. *in d. art. 64.*

## AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS. Tit. IIII.

1 *Diſpoſitio ſequentium titulorum.*
2 *Continuatio.*
3 *Quid ſit maieſtas.*
4 *Quis maieſtatem lædere uideatur.*
5 *Qui, quos de hoc crimine accuſare poſſint.*
6 *Quæ in hoc iudicio obſeruanda.*
7 *Pœna huius delicti, & de l. 12. Tab. ac Iulia huc pertinente.*

SEd iudicia publica uariè conſtituuntur, ex uarijs generibus delicto- 1
rum. Delinquitur autem, uel in Remp. uel in eius membra: puta aut in
perſonas ſingulorum, aut in res. Quod in Rempub. aut principem qui Rei 2
pub. caput eſt committitur, crimen læſe maieſtatis appellatur. Maieſtas e- 3
nim, authore Cic.[a] eſt magnitudo quædam populi Rom. in eius poteſtate
ac iure retinendo: uertiturq; in imperio, atq; omni popu. Rom. dignitate.
Maieſtatem igitur minuere, ut idem[b] ait, eſt de dignitate, aut amplitudine,
aut poteſtate populi, aut eorum quibus populus poteſtatem dedit, aliquid
derogare: à quo non abhorret definitio Vlp[c]. Maieſtatis crimen eſt il- 4
lud quod aduerſus pop. Rom. uel aduerſus ſecuritatem eius committitur.
quod quibus modis, & quàm uariè fiat, explicat Cic.[d] & I.C. hic paſsim[e], ac
noſtri Dd.[f] quos conſulere poteſtis. Porrò quia hoc crimen denudari pu- 5
blicè intereſt, ius accuſandi hic habent, qui aliàs non admittuntur: ut famo-
ſi, milites, mulieres, ſerui[g]: & accuſantur non modò ſuperſtites, uerumetiã
defuncti, etiamſi aliàs reatus mortalitate extinguatur[h]: idq; ideo quoniã
& bona publicantur, & memoria rei poſt mortem eius damnatur, ne uel
commemoratio tam pernicioſi ſceleris ſuperſit[i] quòd tamen non de quo-
uis maieſtatis reo accipiendum eſt: ſed qui perduellionis reus perhibetur,
hoc eſt, qui hoſtilia aduerſus Rempub. aut principẽ agitaſſe conuincitur[k].
In cognitione autem hoc uertitur, ut non modò reus ſuſpectus torque- 6
atur, non admiſſa ulla dignitatis aut priuilegij exceptione[l], uerùm etiam
ipſe accuſator[m]. Hoc tamen crimen à iudicibus non in occaſione iniuriæ
faciendæ ob principalis maieſtatis uenerationem habendum eſt, ſed in ue-
ritate rei: nam & perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere, & an antè quid
fecerit, & an ſuæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè eſt
trahendum[n]. Hoc crimẽ quod quidẽ ad perduelles attinet, lex 12. capite 7
puniri uoluit, nec in alijs locum habere iuſsit, quàm qui hoſtilia in Remp.
eſſent machinati. Poſtea lex Iulia imminui maieſtatem pop. Ro. & alijs mul
tis modis, ſtatuit etiam Prætor perduellionatum[o] quã legem Auguſtus tu
liſſe uidetur[p], Iuliamq; ſicuti aliàs à familia Iulia, in quam ab auunculo Iu-
lio erat adoptatus, nominaſſe. Ex hac lege apparet aqua & igni condem-
natis interdictum fuiſſe. nam Modeſt.[q] ait in militibus pœnam exacerbari:
non igitur in reliquis uidetur fuiſſe capitalis. Sed ea pœna in capitalẽ tranſ
lata eſt[r], memoria ſontis inſuper damnata, boniſq; publicatis: olim quidẽ
non extantibus liberis[s], hodie ex conſtitutionibus[t] indiſtinctè. quin & fi-
lij infamia notãtur, & factione teſtamenti carent[u]. quod crudele uideri po
teſt: ſed antiquum eſſe, & omnium ciuitatum cõmune, inquit Cic.[x] ut cha-
ritas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet.

a in Part. orat.
b lib. 2. de Inuent. cap. 3.
c l. 1. h. t.
d in Part.
e l. 1. 2. 3. §. 1. 4. 5. 6. 7. in fin. 10. 11. h. t.
f in l. quiſquis. C. eod. & in extra, qui fuit reb.
g l. 7. et 8. h. t.
h l. fin. h. t.
i l. pen. in l. fi. C. eo. §. publica. Inſt. de pub. iud.
k d. l. fin. h. t.
l l. 4. C. eod.
m l. 3. C. eod.
n l. 7. h. t. l. unic. C. ſi quis imper. mal.
o l. 3. h. t.
p Tac. lib. 1. Cic. Phil. 1. Paul. lib. 5. ſent. cap. 31.
q l. 3. §. fi. h. t.
r d. l. quiſquis. §. publica.
s l. eorum. 9. hoc tit.
t d. l. quiſquis.
u d. l. quiſquis. §. filij.
x in epiſt. ad Brut.

## AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS.

### Tit. V.

1. *Continuatio, & de atrocitate huius criminis.*
2. *Adulterium non modò maritum, ſed etiam totam eius ac delinquentium familiam maculare.*
3. *Differentia inter ſtuprum & adulterium, & unde hoc ſit dictum.*
4. *Quid ſit adulterium.*
5. *Adulterium ab actu, non uoluntate intelligi.*
6. *In qua muliere committatur.*
7. *An in ſolutam, meretricem, ſponſam committatur. 5. 6.*
8. *Maritum præ reliquis accuſare.*
9. *Intellectus l. ſi conſtante.*
10. *Pater, agnati, extranei, quando accuſare poſſint.*

11 *Ab uxore accuſari uirum non poſſe.*
12 *Qui accuſari poſſint.*
13 *Adulterium ſine dolo non cõmitti, & opem ferentes pro adulteris haberi.*
14 *Forma accuſandi olim.*
15 *Pœna lenocinij, & quomodo ius antiquum ſit mutatum.*
16 *De iure mariti.*
17 *Intra quod tempus accuſandum.*
18 *De pœna adulterij, & l. Iulia.*
19 *Quomodo ciuiliter & priuatim de adulterio cognoſcatur.*
20 *De ſtupro, eiusq; pœna.*
21 *Aliud ſtuprum eſſe, aliud raptum: & de pœnis aliarum libidinum.* 2.

1 PErſonæ præcipuè læduntur per intolerabilem adulterij iniuriam, qua
2 grauior nulla inferri poteſt [a]. Quippe quæ non modò maritum, ſed totam eius familiam conſpurcet [b]: nec tantum mariti, ſed etiam adulteri adulteræq; gentem dedecoret atq; euertat, ut elegãtiſsimè Philo [c] docet. Quare cum hoc ſcelus admodum graue ſit, ac ipſa natura [d] deteſtabile [e], in primisq; ſocietati humanę exitioſum [f]: de hoc primo loco agamus.

3 Lex Iulia ſtuprum & adulteriũ promiſcuè & καταχρηστικότερον appellat [g]: hoc eſt, indifferenter his uerbis utitur [h]. Sed propriè adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum, compoſito nomine, quaſi dicas alterius partum: ſtuprũ uerò in uirginem uiduamúe, quod Gręci φθόραν appellant [i]. Etſi autem lex indiſcriminatim his uerbis uſa eſt, fortè quia utrunq; delictum non ſupplicio capitali, ſed mitius puniebat, ut poſt ea dicemus, ſic ut diſtinctione non fuerit opus: tamen conſtat poſtea aliam in adulteris, aliam in ſtupratoribus placuiſſe pœnam [k]: quapropter ſepara-
4 tim de utroq; erit dicendum. Eſt igitur adulterium uiolatio thori alieni [l]: ſiue illicitus coitus, cum uxore aliena [m]: aut, ut uerecundius loquitur I.C. [n]
5 eſt alienę matrisfamiliâs corruptio. Dico illicitum eſſe coitum: nam ab actu non à uoluntate adulterium intelligitur [o]. dico, cum uxore uel matrefa. aliena: nam in uiduam aut uirginem propriè adulterium non cadit [p]. quod & Rabini Iudęorum in interpretatione Decalogi, & Theologi ſcholaſtici, ut Liranus, Magiſter ſententiarum, & alij tradunt. Perinde autem eſt quomodocunq; ſit uxor, ſiue iuſta, hoc eſt ſolenni Romanorum ritu, ſtipulationibus, ac in manuũ conuentione, in matremfa. empta atq; cœpta, ſiue iniuſta, hoc eſt, minus ſolenniter per ſimplicem in domũ deductionem uſumq;
6 coniuncta [q]. neq; enim qualecunq; matrimonium uiolare permittitur. Sed & in ea uxore poteſt maritus adulterium uindicare, quę pudicitiam uulgauit [r]. nec enim impudica uita uxoris iniuriam maritali thoro factam lenit, ſed exaſperat magis atq; aggrauat: quòd & Tiberio placuiſſe, author eſt Suet. quamuis ſi uidua eſſet, impunè in eam ſtuprum cõmitteretur, pudore nimirum proſtrato. Nam ſtuprũ in meretricibus & uilibus perſonis, ſiquidem non ſit uiolentum, haudquaquam iure noſtro punitur [s]. Atq; ita accipiendæ ſunt Cæſarum conſtitutiones [t], quæ proculdubio de ſtupro, id eſt carnali copula, cum perſona ſoluta facta, loquuntur: ut nõ modò uerba,
7 ſed etiam facti ſpecies oſtendunt. Deniq; Diui, Verus & Antoninus reſcripſerũt, etiam in ſponſa adulterium committi: quia neq; matrimoniũ qualecunque, nec ſpem matrimonij uiolare permittitur [u]. deinde & ſponſa pro uxore habetur [x]: ut mirum non ſit, iniuriam ſponſæ factam, in ſponſum, ueluti maritum redundare [y]. Sed & ea adulterij tenetur, quæ ut licentius

 pecca-

*a l. codicillis. 91. §. matre. ubi Dd. Bal. & alij de legat. 2.*
*b l. quamuis. 5. 30. C. de adult. Bald. l. unic. nu. 5. C. de rap. uirg. & conſ. 427. quædã. nu. 7. & 8. uol. 5. Rom. conſ. 451. num. 10.*
*c in lib. De decem præcep.*
*d l. probrũ. 42. de uerb. ſignif.*
*e c. 1. 81. diſtin. c. quod in omnibus. 32. q. 7. §. ul. clericorum. ex. de uit. & hon. cler. Auth. de nupt. in patri.*
*f Iob. 31. Lactã. lib. de Ira Dei. cap. 22.*
*g l. 6. §. 1. h. t.*
*h l. inter. 101. de uerb. ſig.*
*i d. l. 6. §. 1. l. ſtuprum. 35. h. t.*
*k §. item. l. Iulia. Inſt. de pub. iud.*
*l c. nõ mœchaberis. 32. q. 5. §. 6. Hoſt. in tit. de adult. in princ.*
*m Azo in rub. C. eod.*
*n l. fugitiuus. 225. de uer. ſignif.*
*o d. l. fugitiuũ. l. quod ait. 23. l. capite. 25. h. t.*
*p d. l. 6. §. 1. d. l. ſtuprum.*
*q l. ſi uxor. 13. §. plané.*
*r d. l. ſi uxor. §. 1.*
*s d. l. ſi uxor. §. 1. uid. ſ. de concubin.*
*t l. ſi ea. 22. l. quæ. adulterium. 29. C. de adult.*
*u d. l. ſi uxor. §. 1. uerſ. diuus. l. propter. 6. j. eodem.*
*x l. ſi ſponſa. de iur. dot. lege §. Iulia. de fu. dot.*
*y l. item apud. 15. §. ſponſum. de iniur. latè Tiraq. in leg. connub. leg. 15. nu. 4.*

peccaret,repudium uiro miſit[a]: fraus enim legi facta non excuſat[b].
At in perſonis ſolutis non committitur adulterium, ut ſuprà oſtendi:etiã 8
ab eo qui uxorem habet: quod quidem ad pœnam ciuilem attinet[c]. nam
& nomen ipſum indicat, quæſtionem adulterij ad eam iniuria pertinere,
qua alterius familiæ ſtirpes adulterinæ inſeruntur[d]. Et conſtat, hac de cau-
ſa pœnam adulterijs præcipuè præſtitutam, ne uidelicet per hæc confun-
derentur familiæ, redderetur'q; incerta conſtuprati lecti ſoboles, ac inno-
centes mariti ſæpe inimiciſsimorum filios pro ſuis alere atq; agnoſcere co-
gerentur[e]. quę ratio cum ceſſet in in nuptis, mirum non eſt ſi nec in ijs adul
terium, quod ad pœnam legis attinet, committatur. Non enim agẽtis per-
ſonam, ſed patientis, ſemen'q; adulterinum concipientis, ac confundentis
cum maritali, intuemur. Quare econtrariò ſoluti iuuenes cum coniugatis
mulieribus rem habentes, lege Iulia tenentur: ut paſsim uſu apud Sax. etiã
ſeruari uidemus. Eadem ratione in ſeruis mulieribus non committitur a-
dulterium[f], quia finguntur non in matrimonio, ſed contubernio tantum
eſſe uirorum, nec ſobolem etiam ex marito iuſtam procreant[g]. His ita prę-
cognitis, uideamus qui à quibus accuſari poſsint, tum quis ſit accuſationis
ordo atq; forma: poſtremò de effectu & pœna huius iudicij. Ante reli- 9
quos omnes præcipuum ius accuſandæ uxoris maritus habet, etiam ante
patrem mulieris. Nam & propenſiore iure, & maiore dolore executurum
eum accuſationem credendum eſt[h], niſi pater maritum ut infamẽ arguat,
aut doceat colludere magis cum uxore quàm accuſare: quo caſu ius accu-
ſandi non modò erit patri prę marito[i], ſed etiam reliquis conſanguineis ad
quos iniuria pertinet[k]. Quid enim ſi maritus negligat, neq; contamina-
tione indignetur: an cogentur agnati eius pati, ut familia alienis falſisq; he-
redibus inquinetur[l]? Nec obſtat quòd Vlp.[m] uult, conſtante matrimonio 10
ad accuſationem mulieris extraneum non admitti: propterea quòd proba-
tam à marito uxorem & quieſcens matrimonium, non debeat alius turbare
atq; inquietare: non enim prohibet conſtante matrimonio inſtitui accuſa-
tionem, ſed uult ordinem legibus pręſcriptum ſeruari[n]: ut uidelicet primò
accuſetur lenocinij maritus, qui uxorem adulteram contra bonos mores
retinet: ac deinde eo lenocinij damnato, ad adulteram mulierem perueni-
atur. Sed cum hic ordo hodie ſublatus ſit, nec teneatur maritus lenocinij,
quamuis impudicam retineat[o]: nihil cauſæ eſt, quamobrem omiſſo mari-
to, non poſsit mulier poſtulari[p]. Secundum maritum itaq; ceſſantẽ aut no-
lentem agere, admittitur mulieris pater[q], ac deinceps reliqui cognati. & ſi
plures cõcurrant, lege expreſſum eſt, ut is cuius ea de re notio erit, de iuſto
accuſatore cõſtituat: ſed ceſſantibus agnatis, ijsq; ad quos iniuria pertinet,
an extraneis permittenda erit accuſatio? Et quin iure mariti excuſare ne-
queant, extra controuerſiam eſt[r]. ſed Conſtantini cõſtitutione etiam aliàs 11
prorſus excluſi uidẽtur[s]: quod mihi neutiquã probabile uidetur. nam ipſe
etiã Iuſtin.[t] iudiciũ adulterij inter publica numerat, quorũ executio ad quẽ-
libet de populo pertineat[u]. Magis igit̃ eſt cõſentaneũ, nõ uoluiſſe Cõſtant.
omnino excludere extraneos, ſed ſolùm ab ea accuſatione quę fit iure ma-
riti, quàm propinquiorib. duntaxat concedit. At his omnib. ceſſantibus cur
extranei iure extranei accuſare crimẽ publicũ prohibeãtur, nulla cauſa eſt[x].
Publico autem iudicio, ut ſuprà dictum eſt, neminem accuſare poſſunt 12
mulieres, niſi ſuam ſuorum'q; iniuriam perſequantur: at de adulterio ne ſic
quidem agere poſsunt, ſi fidẽ maritalem ſibi à coniuge uiolatam conque-
rantur.

a l. pen. C. eod.
b l. non dubiũ. C. de leg.
c Gl. in l. 1. cũ ibi not. l. quæ adulterij. C. eod.
d d. l. inter. 6. §. lex Iulia.
e Philo præal. loco.
f l. inter. 6. h. t. l. ſerui. 23. l. et ſi. 25. C. eod.
g Gl. in d. l. ſerui. per l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt.
h l. 2. §. fin. hoc tit.
i l. 3. h. t.
k l. quamuis. 30. C. eod.
l l. 2. §. 1. & §. fin. l. 3. l. ſi maritus. 15. §. ſi negauerit. ubi Bar. hoc tit.
m l. ſi conſtante. 26. h. t.
n l. 2. §. 1. h. t.
o Auth. ſed nouo iure. ubi Salic. & alij. C. eodem.
p Azo. in rub. C. eod. nu. 8. per §. quia uerò. in Auth. ut lic. mat. fac. l. quamuis. in uerb. ne temerè liceat fœdare connubia. C. eod.
q l. ſi maritus. 1. & 2. h. t.
r l. 4. §. 1. & 2. h. t. l. nec mariti. 7. C. eo. l. 5. §. fin. ĩ. t. 1.
s d. l. quamuis.
t Inſt. de pub. iud.
u in princ. Inſt. de pub. iud.
x Gl. in l. 4. ad uerb. qui accuſare. h. t. & in d. l. quamuis. ubi Bal. Salic. & Azo. in rub. C. eod. nu. 6. Lan. in c. 1. extr. eod Imol. in c. in literis. ext. de præſumpt.

rantur[a]. Adulter enim maritus non ſuum ipſius thorũ inquinat,ſed illius,
cuius cum uxore conſuetudinem habet. Huic enim ex adultera cõiunctio-
ne ſperandi ſunt liberi adulterini, nõ uxori ipſius adulteri. Quare cum ad
ipſam nec præcipua iniuria, neq; ratio legis Iuliæ pertineat: mirum non
eſt,ſi iure Ciuili ad accuſandum maritũ,cui reuerentiã[b] debet & obſequiũ[c],
non admittatur:quamuis iniuriarum, propter uiolatũ matrimoniũ, aut ad
ſeparationem thori recte agat[d]: etiamſi ne id quidem apud ueteres Ro.fu-
erit ſolutũ[e]. De iure Ciuili nũc loquor.nam canones contrà ſtatuere, & fœ-
minas ad accuſandum mariti adulteriũ admittere uidentur[f]: quos ordina-
tiones imperij ſequuntur[g]. & hæc de accuſatorib. iam de reis uideamus.
13 Accuſari de adulterio poſſunt omnes,quacunq; dignitate præditi[h],etiã
ſerui[i]:dum tamẽ habuerint conſcientiam thori maritalis, id eſt ſciuerint eã
14 qui cum ſcortantur,alterius eſſe uxorẽ[k]. Nam adulterium ſine dolo malo
nõ committitur[l]. Nec modò hi qui adulterãt rectè accuſantur, ſed etiã qui
quauis ratione ex eo quæſtum captant:puta lenocinium faciendo,domum
ad ſtupra præbendo[m],&c.item qui illicitas & prohibitas nuptias contra-
hũt[n],quiq; ſuper adulterio tranſigunt.Nam cum tranſactio nullo dato non
procedat[o],non poteſt non in lenocinio herere,qui accepta per tranſactio-
15 nem pecunia accuſationem adulterij remittit[p]. Quod ad formam huius
iudicij attinet,ſciendum eſt,olim conſtante matrimonio accuſationem mu
lierũ ceſſaſſe,niſi maritus antea lenocinij cõuictus eſſet, qui compertam a
16 dulteram in matrimonio retinuiſſet[q].Sic enim marito amoto per pœnã le-
nocinij, quę olim erat eadem cum pœna adulterij,nempe relegatio aut de-
portatio[r],rectè procedebat accuſatio,& non aliter[s].Cęteroquin obijci po
terat agenti,cur marito cuius potiſsimùm iniuria hic uertit,pręceptum iret
actionẽ? quamobrẽ quietum & pacatũ alterius matrimoniũ inquietaret?
quare in mores alterius cõiugis inquireret, quos maritus necdũ de lenoci
nio conuictus,nõ aſpernaretur? Sed hęc ratio in accuſando uiro ceſſat. nã
cum adeò nõ pręcipua ſit uxoris cauſa,ut nullo modo accuſare poſsit intel
ligi, licet adulterũ ab extraneo,etiã durante matrimonio poſtulari poſſe[t]:
non tamẽ à marito adulterę[u],quia ſuam ipſius allegaret turpitudinem, nec
ſe ſatis à lenocinij crimine tueri poſſet,qui damnari uellet adulterium,in ea
muliere cõmiſſum,quã ipſe adeò non dãnarat,ut etiã in cõiugio & lare ſuo
retinere nõ uereretur. Sed ſi maritus diuortium ultrò faciat, tum ei & patri
mulieris currũt à die diuortij 60 dies utiles, intra quos nemo præter ma-
17 ritum, & eo ceſſante,patrẽ mulieris agere poteſt[x]. Et maritus agit quidem
intra hos dies iure mariti,quod eiuſmodi eſt,ut accuſator inſcribere ſe non
cogatur,abolere poſsit accuſationẽ pro ſuo arbitrio: & quamuis ex nudis
ſuſpicionib. egerit, de calumnia nõ teneatur[y], niſi ea planè ſit euidens & a-
perta[z]. Sanè pater ſine periculo calumnię agere nequit[aa]:quamuis aliàs iu-
ſto eius dolori, & paternę pietati ignoſcatur, ſi necem filiæ uindicare ſtu-
dens in probatione defecerit[bb]. Poſt aũt elapſos hoſce 60 dies,admittũtur,
etiam extranei, & inter hos quoq; maritus & pater: ſed iure extranei, ita ut
accuſare uſitato inſcriptionis more cogantur[cc]:idq; inter quatuor menſes
18 utiles[dd].Itaq; apparet,utroq; tempore & 60 dierum, & quatuor menſium
coniuncto,mulierem intra ſex duntaxat menſes à tempore diuortij accuſa
ri poſſe:idemq; tempus in uidua ſeruatur,à die admiſsi criminis computã-
dum[ee]. Sed quod dixi ex die diuortij ſex menſes accuſationibus præſtitui,
id ita

a l.1. C. eod.
b l.unic.§.cum aũt.C.de rei ux. act. l.alia.15.§. ult.ſolut.matr.
c l.ſicut.48.de oper. lib. Gl.et Dd.in l. 5. C. de cond. inſert.
d l.cõſenſu.8.C. de repud.c. tuæ. ext. de procura. Dd.in c.1. de adult.
e Plut. in uita Romuli. Plau.in Mercat. Gell.li. 10.ca.23. Eurip. in Medea.
f uid. Gl. in d.l. 1.not. in §.publico.32.q.1. & in c.apud nos. et c. fin 32. q. 5. Panor.in c. tuæ.de procur. & in c. 1. & 2. ut lit.nõ conteſt.
g Peinlich. ord.cap.120.
h l.ſi adulteriũ. 38.§.ult.h.t.
i l.5.ſ.de accuſ.
k l. uxor. 7.in fin.C. de repud.
l l.pen.l.miles. 11.§.pen. h.t.
m l. qui domũ. 8.l.mariti.29.§ qui quæſtũ.h.t.
n l.qui pupillã. 7.h.t.l.ſi hi qui. C.eod.
o l.tranſactio. 38.C.de tranſ.
p l.tranſig.18. C.de traſ.l.mariti.§. qui quæſtũ.l.2. l. qui domũ l. miles.10. hoc tit.
q d. l.conſtante. hoc tit.
r l.auxiliũ.38. de minor.l. mariti.29.h.t.
s l. 2. §.1.l.qui domũ.8. l. is cuius.14.ht.
t l. uim paſſam.39.§.1.h.t.
u l.miles.11. §.uolẽti.l.ſi dum.14. l.crimẽ.11. C.eo.
x l.2. §.fin.l. 3.4.l.pater.30. l.is.cuius.14.§.pen.h.t.
y l.iure mariti.6.l.quamuis.30.ubi Dd.C.eod.
z d.l.is cuius. 14.§.fin.d.l.pater.
aa l.pater.30. h.t.
bb l.fin.ſ.de pub.iud.
cc d.l.is cuius.§.pen.
dd l.4.§.1.h.t.
ee l.mariti.29. §.ſex menſium.h.t.

id ita uerum eſt,niſi quinquennium ex die cõmiſsi criminis pręterierit, ne uidelicet crimen quinquennio ſopitum excitetur:nam quinquenniũ obſeruari uoluit Legiſlator,ſi reo reæue ſtuprũ,aut lenociniũ,aut adulteriũ obijciatur [a].Etenim diuturnitas tẽporis à cõmiſſo delicto effluxi, quamuis non legitimi,pœnã minuit [b],nedum iſtud quod legib.eſt accuſationi præfinitũ. Omnis igitur quęſtio ex lege Iulia,puta adulterij,ſtupri,lenocinij,quinquẽnio pręſcribitur [c]: niſi præuaricatio aut aliud impedimentũ accuſationẽ eluſerit,uel uis publica in ſtupro facta arguatur [d]. nam de ui publica diutius queri poteſt [e].Sedquod ad 60.dies attinet,uix eorum hodie eſt cõſideratio: nam quia placuit,maritũ ſine crimine lenocinij uxorẽ adulterã retinere poſſe, non modò ſi quadam credulitate diſsimulet [f],ſed etiam ſi deprehẽdat in adulterio.quippe cum & damnatam impunè recipere poſsit [g]: etiam conſtante matrimonio,accuſatio hodie rectè inſtituetur [h]:pręſcriptione tamen quinquennij de qua dixi,alijsq; exceptionib.reo ſaluis, tã dilatorijs [i],quàm
peremptorijs [k].In reliquis autẽ eadem ſeruatur iudicij forma, quę uſitatè in 27
publicis iudicijs ſeruari ſolet: præterquam quòd non ſolùm extranei,ſed etiam domeſtici ad teſtimonium in hoc crimine admittantur [l]( quia ſecretò committi ſolet) & nonnunquã ex præſumptionib. ad condemnationem perueniatur [m]. quod uerum eſt in ijs præſumptionibus, quas lex pro idonea probatione habet,& ſuper quibus ſententiam profert [n]:alioqui,quantumuis ex urgentiſsimis ſuſpicionibus,non eſt ad condemnationem perueniendum [o]: etiamſi ſint qui putẽt [p] in adulterio & furto ac conſimilibus quæ clandeſtinè fiunt,momenta urgentiſsimarũ ſuſpicionum ad damnandum reum ualere,etiamſi eas lex pro liquida probatione haberi oportere, non certè definiat.Quod uerum non eſſe,alibi [q] fuſius oſtẽdi, probauiq;,ne illam quidem præſumptionem ſufficere,quæ à Canonibus traditur [r]: ſolus cum ſola,nudus cum nuda,&c. nam poteſt quidem ea præſumptio probationem facere in cauſa ciuili, quando agitur ad ſeparationem thori [s]: qua de facti ſpecie alibi Pontifex [t] loquitur. At in iudicio criminali, ubi luce clariores requiri probationes palàm eſt [u], nequaquam pro idoneo plenoque documento recipi debet. Atque ita peritiſsimi quique criminaliũ rerum cenſuerunt [x]: pro quibus leges noſtræ faciunt,quæ in hoc crimine longè apertiorem probationem requirere uidentur [y], & ipſa etiam l. Iudaica quæ tantũ deprehenſos in ipſo adulterio punit [z]. Quare & Ioan. 8. Iudæi ſententiam à Chriſto Domino noſtro & mediatore, in adulteram proferri cupientes, ita eam accuſant: κατειλήφθη ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ μοιχευομένη: hoc eſt in ipſo facto ſeu opere adulterij eſt deprehenſa, ut inficias ire non poſsit. Id enim Græcis αὐτόφωρον ſignificare cõſtat. Quò etiam illud pertinet, quòd probatio quæ ualuit aduerſus adulterum, fidem contra adulteram non faciat [aa]. Ex quibus omnibus intelligi licet,ex ſuſpicionibus & præſumptionibus nihil in hoc crimiue ſtatuendũ eſſe. ſi quis tamen tam ſit temerarius & confidens,ut quorundã errorẽ ſecutus, ex iudicijs condemnare audeat: is ſaltem

*a d.l.mariti. §.præterea.cum §.ſeq.l.1.§. accuſationem.ĵ. ad Turp.* *b Gl.& Dd. l.ſi diutino.25. de pen.in l.querelam.C.de fal.* *c d.l.mariti.§. hoc quinquennium.l.adulter. 6.C.eod.* *d d.l.mariti.§. fin. d.l. quinquennium. d.l. 4. Gl.in d.l.adulter.* *e arg.d.l. querelam.* *f l.2. l. mariti. hoc tit.* *g Auth.ſed hodie.C.eod.* *h Azo & Hoſt.num.5.in rub. de adult.* *i l. ſi maritus. §. præſcriptiones. & §.pen. l.ult. l. qui uxori.l.denunciaſſe. l.uim paſſam.§. duos. l. nihil. §. ult.h.t.* *k l.2.§.1. l.4. l. adulter.19. l. ſi uxor.3. §. iudex. & §.pen. l.uim paſſum. 39. hoc tit. l. quoniam.26.C. eod.* *l l. conſenſu.§. ſi ex plagis. C. de rep. d. l. uim paſſam. §. ulti. hoc tit.l. 3. l. in adulterij.32. C. eodem.* *m l.ſi qui adult.34. C.eod. §.his quoque.in Aut. ut lic. mat.Auth.ſi quis ei. C.eod.* *n Caſt. in d.l.final. C. de prob. & conſ.197.uol.1.Hippol.latè in rub.de prob.num.236. & in prac.crim.§. quoniam. num.29.* *o d.l. abſentẽ. de pen. §.literas.14.de præſumpt.* *p Dd.in d.l.final.& d. l.ſi qui.Euer.17.princ.loc.leg.Chil.in prac. cap.2.nu.7.uid. omnino Boer.deciſ.164.qui latiſſimè tractat,& tandem concludit arbitrio iudicis relinquendum.* *q in d. l.fi. C.de prob.* *r c.literis.12.de præſumpt.* *s c.tuæ.de procur.* *t in d.c.literis.12.* *u d.l.final.d.l.abſentem. d.c.liter.is.* *x Ang.in l.2.de fur. et in trac. mal.ad uerb.fama publica.num.22.Imol.in l.fin.de her.inſt.Gaud.in trac.mal. de præſumpt. num.23.Iacob.de bel.in prac. tit. de leno.in fin.cano. in c.2.de præſumpt.* *y l. quod ait.23. in uerb. in ipſa turpitudine. deprehendat.ἐν ἔργῳ. l. capite.25.in uerb.adulterum in uxore ſua deprehenſum. ubi Gl. ad uerb. accuſaturo. h.t.* *z Leuit. 21.in uerb.ſi deprehenſa fuerit in ſtupro.* *aa l.etſi crimine.12. C.eod.l.denunciaſſe.17.§.fin.h.t.*

is ſaltem hac in parte ſuæ conſcientiæ & religioni conſulat, ut non pœnam ordinariam & legitimam, ſed leuiorem aliquam reo arbitretur irrogandā[a].

19 Iam de effectu & fine accuſationis, nempe de pœna adulterij, uideamus. Lege Iulia, quæ ab Auguſto lata eſt[b], pœnam adulterio non capitalem fuiſſe præſtitutam, ſed relegationem tantum, aut deportationem, apertiſſimum eſt[c]: ſed temporibus Diocletiani ac Conſtantini pœna ſanguinis & gladij irrogari cœpit[d]. Itaque quod inquit Iuſt.[e] legem Iuliam temeratores alienarum nuptiarum gladio punire: accipiendum eſt, non de lege Iulia, prout fuit lata, ſed ſicuti tunc temporis habebatur, nempe interpolata conſtitutionibus Imperatorum ſequentium. Hæc pœna in Ducū Sax. ditionibus, ac toto imperio etiamnum in maribus durat, quod ad iuris rigorem attinet[f]. nam ſępe in pecuniariam conuerti ſolet: & alioquin, inquit Bart. eam pœnam uariari ſecundum conditionem perſonarum[g]. At fœminis etiam nouella conſtitutione remiſſa eſt, qua ſtatutum ut uirgis cæſæ in monaſterium abdantur, niſi maritus intra biennium recipere uelit[h]. Saxones, apud quos monaſteria pauca reperiuntur, uirgis publicè cæſas in perpetuum relegare ſolent, data marito alteram ducendi poteſtate. Si tamen non cum maritatis, ſed ſolutis rem habuerint, ſolet pœna mitigari, detracta uidelicet fuſtigatione. Sed etſi cum maritatis adulterium commiſerit: tamen ſi maritus uelit uxorem ſuam adulteram recipere, in honorem coniugij, fuſtigatio ceſſat, & ſolummodo maritus cum coniuge non migrare in perpetuum cogitur. Atq; ita Lipſię, & alibi ſæpe pronūciatum eſt. Eodemq; modo econtrariò, quamuis maritus adulter capite puniatur, ſiquidem cum maritatis ſe polluit: fuſtigetur uerò, ſi cum ſolutis, (nam hoc caſu adulterium propriè non committit) tamen ſi uxor ei uelit ignoſcere, ignoſcunt etiam complures magiſtratus, & remiſſa grauiore pœna, exiliū ſine fuſtigatione decernunt. At ſolutæ mulieres cum maritatis rem habentes, quia adulterium non committunt, ideo tantum de illicito coitu puniuntur, uel carcere, uel exiliò temporali, uel etiam tantum impoſito geſtamine muliebri, quod perpetuò prodeuntes geſtare coguntur, ſiquidem in ſtatu uirginitatis (ut loquuntur) fuerint: ut hoc iudicio eas amiſiſſe pudicitiam
20 uulgò innoteſcat. Et hæc quidem ita obtinent, cum de adulterio criminaliter ex legibus agitur. Canonib. enim alię pœnę placent[i]. Sed ſciendum eſt, nō modò criminaliter, ſed ciuiliter etiam de adulterio agi poſſe: puta actione iniuriarum, aut ad ſeparationem thori[k]. quo iudicio nihil eſt hodie uſitatius. Sed & priuatim olim adulteria puniebantur, more maiorū[l]. unde illud manet, quòd pater deprehenſam filiam cum adultero poteſt occidere[m]: item maritus poſt ternā denunciationem adulterum, ſi in domo ſua reperiat[n], aut alioqui uilis ſit[o]. Sanè in Italiam uſitatum uidemus, ut deprehē-
21 ſos adulterū & uxorē maritus ſimul iugulare impunè poſſit. Nunc de ſtupro agamus. Stuprum, inquit Pontifex[p], propriè eſt uirginū illicita defloratio: ſed in hac lege latius patet ſtupri appellatio: nam etiam in uidua committitur, quæ quidem integræ uitæ ſit, & extra licitū concubinatū ac ſcortationem. Ceteroquin iure Ciuili meretricia cōſuetudo non punitur[q]. Item & in puero. in quo [r]pœna ſtupri capitalis eſt[s]: in mulierib. autē publicatio partis dimidię bonorū, aut ſi humiliores perſonę ſint, coercio corporis cū relegatione[t]. Sed canon uult aut duci uiolatā, aut ꝓ eius cōditione dotari[u]: quod

a l. penult. ubi Dd. C. de prob. Caſt. in d. l. fin. Imo. & Pan. et alij in c. quia nō eſt ueriſsimile. ex^{rá}, de præſumpt. & in d. ca. 2. Aug præalleg. loc. latè Hipp. in repet. rub. de probat. num. 24. & in præ.cri. §. quoniam. num. 29. cum ſeq. & in §. poſtquam. nu. 50. & in l. repeti. nu. 24. de quæſt.

b Suet. in uita Aug. cap. 34. l. 1. h. t.

c l. Clodius. 13. de his quibus ut iud. l. qui cum uno. 4. §. qui adulterij. de re mil. l. 2. §. miles. de his qui not. inf. l. ſi quis uiduam. 5. de quæſt. Plin. lib. 6. epiſt. Tac. li. 1 ad fin.

d l. tranſigere. 18. C. de tranſ. l. quamuis. 30. C. eod.

e §. item. l. Iulia. Inſt. de pub. iud.

f Saxo. lib. 2. art. 13. ord. Amper. cap. 120.

g Bart. in d. l. ſi quis uiduam. de quæſtio.

h Auth. ſed hodie. C. eod.

i Hoſt. hoc tit. nu. 7.

k c. tuæ. de procurat.

l Liuius lib. 9. Dec. 4. Suet. in Tib. cap. 35. Tac. lib. 13. Valer. lib. 9. cap. 3. Dio. Hal. lib. 2. cap. ſicut. 7. q. 1.

m l. nihil. l. quod ait. h. t.

n Auth. ſi quis. C. eod.

o l. marito. 24. h. t. l. Gracchus. C. eod.

p c. lex illa. 36. q. 1.

q l. ſi uxor. 13. §. planè. h. t. l. quæ adulterium. C. eod. l. 1. C. de concub. latè Hipp. in l. 1. nu. 4. & 5. de ſicar.

r Gl. l. inter. 6. §. 1. l. ſtuprum. 34. h. t.

s l. cum uir. 31. C. eod.

t §. item. l. Iulia. Inſt. de pub. iud

u c. 1. extr. eod.

quod ad eam quantitatem redigi ſolet, quam dediſſet in dotem ueriſimiliter corruptæ pater. Idq; obſeruatur in ſtupris non uiolentis: nam uiolenta lege Iulia de ui publica puniuntur [a], cuius pœna eſt deportatio: quæ ſucceſſit in locum eius, qua aqua & igni reo interdicebatur [b]. At Dd.[c] uolunt, eiuſmodi ſtuprum capitale eſſe, propterea quòd Iuſtin. raptum puniri uult gladio [d]. Sed ſciendum eſt, aliud ſtuprum eſſe, aliud raptum [e]. Raptus enim eſt, cum mulier de domo patris, aut aliunde, per uim ad alium locũ abducitur, ut corrupta in uxoris locum habeatur [f]. Vnde & ipſi Dd. fatentur, 22
quæ in raptu ſtatuuntur, non habere locum in ſtupro, quamuis uiolento [g]. Vera tamen uidetur Doctorũ opinio, quia diſertè ſtuprum uiolentum excipit Iuſt.[h] & Paulus [i] inquit, perfecto ſtupro etiam in puella capite ſtupratorem puniri. Quòd & ordinationes imperij [k], & iura Saxonum [l] ſequuntur: & meritò, cum etiam lege diuina idem inueniatur ſancitum [m]. Eadem pœna perſequitur & illos qui (turpe dictu) contra naturam nefandas libidines exercent [n]: item qui inceſtu ius ſanguinis polluũt [o], quia pœna adulterij tenentur [p]: quæ hoc caſu in mulieribus non eſt apud Saxones capitais, ut nec in adulterio.

a l.3.j.tit.1.l. mariti.29.§.fi. hoc tit.
b l.qui dolo.10.in fi.ubi Gl. j.tit.1.§.itẽ lex Iulia.de ui.Inſt. de pub. iud.l.ſi quis uiduam.5. de quæſt.
c in §. item.l. Iulia.de adulterijs.Inſt.de pub. iud. Iaſ. in §.omnes aũt.nu.24. Inſt.de art.
d §.ſin aũt per uim.Inſt.de pub. iud.
e d.e.lex illa.
f d.c.lex illa. per §. tot. Alb. de adult.in uer. Hoſt.in rub.de pœn.rap.corp.nu.1.
g Hipp.ſing.65.allegans ita tenere Ra. Cuma. conſ. 95.Chriſtophorus. de.20.§.in 3.parte ſtatu.quæſt.30.Vand.in hac.maleſ.tit.de mal.quæſt.nu.19.et 20.
h in d.§.item lex Iulia. ſine ui.
i l.1.§.qui puero.de extr.exim.
k penul.Reichsordnung.cap.119.
l lib.2.art.13.lib.3.art.46
m Deut.cap.22. Exo.cap.22.
n d.l.cum uir nubit.C.eod.Nouell.ut non lex.com.nat.c.mulier.15.q.1.
o l.ſi adulterium.38. ubi Gl. Bart. Ang.& alij.h.t.
p d.l.ſi adulterium.l.5.de quæſt.

## AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA.

### Tit. VI.

1 *Vis publica quomodo committatur.*
2 *Quid armorum appellatione ueniat.*
3 *Qui hac lege teneantur.*
4 *Pœna.*

INiuria etiam non mediocris inferri ſolet, per uim tam publicam quàm priuatam. Vis publica armis committitur, priuata ſine armis [a]. nam cum ad uim arma parare iniuſſu principis legibus publicis ſit interdictum [b], qui uim armis illicitè facit, publica iura, atq; adeò pacem publicam & communem omnium uiolat: ac proinde publicã uim meritò feciſſe creditur, quoniam uniuerſam Rempub. ut rectè inquit Cic.[c] oppugnare uidetur. Armorum autem appellatione ὁπλάτει, non ſolùm ſcuta & gladios, ſed fuſtes, lapides, & quicquid nocere poteſt accipimus [d]. Hac lege tenetur, qui arma præter neceſſarium uſum cogit [e]: qui turbæ ſeditioniſúe faciendæ cauſa conſilium init, eoúe nomine homines in armis habet: aut cum telo in publico eſt, dum tamen pubes exiſtat [f]: qui uillas, naués, domos oppugnant: qui ex incendio quid armati rapiunt [g], aut incendium faciunt [h]: qui hominem concludit, obſidet, diripit, rapit, conſtuprat [i]: qui in magiſtratu exiſtẽs ciuẽ Romanum torquet, uerberat, necat [k], Romam euocatum uincit, impedit quo minus ſe ſiſtat [l]: qui dolo facit, ne iudicia exerceantur: qui conuocatis hominibus uim armis facit, ut quis uerberetur [m]: qui noua uectigalia iniuſſu principis exercent & extorquent [n]. Damnato de ui publica olim aqua & igni interdicebatur [o], cuius in pœnæ locum hodie ſucceſsit deportatio [p]. Quibuſdam tamen, ut ſeruis, incendiarijs, effractoribus, expilatoribus uillarum, capitale ſupplicium irrogatur [q]. Bona etiam damnatis adimi ſolere, indicat Cicero in quadam ad Brutum epiſtola: Atq; ille, inquit, ſi armis poſitis de ui damnatus eſſet, quo in iudicio certè defenſionem nõ haberet, eandem calamitatem ſubirent liberi, bonis publicatis.

(Margin numbers: 1 at "INiuria", 2 at "niam uniuerſam … Armo-", 3 at "pides … qui arma", 4 at "iuſſu principis … olim a-".)

a §.recuperando.in fin.Inſt. de interd.
b l.1.h.t.Nouel.85.de armis. l.1.C.ut arm.uſ. lib.11.
c de Aruſp.reſp.
d l.9.h.t. d.§. recuperandæ.
e l.1.& 2.h.t.
f l.3.h.t.
g d.l.3.4.
h d.l.5.
i d.l.3.5.6.h.t.
k l.7.h.t.
l l.8.h.t.
m l.10.h.t.
n l.final.h.t.
o l.10.§.fi.h.t.
p l.3.§.ad l.Iul.pecul.
q l.4.in fin.l.pen.h.t.l.ſeruos.8.C.eod.

## AD LEGEM IVLIAM DE VI priuata. Titul. VII.

1 *Quid ſit uis priuata.*
2 *Qui in hanc l.committant.*
3 *Pœna.*

1 DE ui priuata tenetur, qui ſine armis uim fecit, puta conuocatis homi-
2 nibus aliquem uerberauit, pulſauit [a], &c. quid abſtulit [b], quo minus quis in ius produceretur obſtitit [c], alienum agrum occupauit [d], quamuis ſibi debitum [e]. Ex S.C. etiam Voluſiano qui improbè coeunt in alienam litem, ut quicquid ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur, lege Iulia de ui priuata tenentur [f], ut & illi qui ex naufragio dolo malo quid rapiunt: quanquam etiam extra ordinem conſtitutionibus puniantur [g].
3 Damnati de ui priuata pars tertia bonorum ex l. Iulia publicatur: ac cautum eſt, ne ſenator ſit, aut decurio, aut ullum honorem capiat, neúe in eum ordinem ſedeat, neúe iudex ſit: & uidelicet omni honore quaſi infamis ex Senatuſconſulto carebit [h]. Nam hoc iudicium exiſtimationem lædit [i], ut reliqua publica omnia [k].

*a l.2.hoc tit.*
*b l.3.hoc tit.*
*c l.4.hoc tit.*
*d l.5.hoc tit.*
*e l.5.l.pen.l.fi. hoc titul.*
*f l.6.hoc tit.*
*g l.1.in fi. h.t.*
*h l.1.hoc tit.*
*i l.fin. hoc tit.*
*k l. infamem. §.de pub. iudic. l.1.ubi Gloß.de his qui not.infa.*

## AD LEGEM CORNELIAM DE SICArijs & ueneficijs. Titul. VIII.

1 *Continuatio, & de grauitate huius delicti, ac lege Sempronia.*
2 *Summa legis Corneliæ.*
3 *Sicarij qui, & unde dicti.*
4 *Veneficium quid.*
5 *Homicidium quotuplex.*
6 *De homicidio doloſo, nec in eo diſcrimen perſonarum fieri.*
7 *An in fœtu necdum nato homicidium fiat.*
8 *Non eſſe diſcrimen quo teli generè cædes fiat.*
9 *In uulneratione conſiderari teli genus.*
10 *Animum occidendi in homicidio præſumi.*
11 *Explicata l.1.§. diuus.*
12 *Paria eſſe occidere, & cauſam mortis præbere.*
13 *Mandantem puniri ut mandatarium.*
14 *An quæ infantes exponunt, hac lege teneantur.*
15 *Caſtrantem etiam uolentem, aut qui ſe ipſum uel alium uolentem occidit, hac pœna teneri.*
16 *An uoluntas & uulneratio ſine cæde tanquam homicidium debeat puniri.*
17 *Ordinaria pœna legis Corneliæ.*
18 *Quomodo mitigetur.*
19 *Quid ſi in rixa homo ſit cæſus.*
20 *Qui poßint impunè occidi.*
21 *De homicidio ex ira uel dolore.*
22 *Probandum eſſe animum defenſionis, & quid ſeruandum ſi in ea probatione reus deficiat.*
23 *De caſuali homicidio per culpam commiſſo.*
24 *Quid ſi per ebrietatem.*
25 *A furioſo & infante, & qui ſint infantes: item ab impubere.*
26 *A minore.*
27 *De caſuali.*

28 *De ueneficijs.*
29 *An mathematici pœna ueneficij teneantur.*
30 *Pœna ueneficiorum.*
31 *De incendiarijs.*

SEd uiolentiarum nulla grauior deteſtabiliorq; eſt ea, quæ ſanguinem 1
humanum effundit, cædibusq; ac luctu graſſatur, & rempub. ciuibus
orbat [a]. Ad coercendas autem cædes ſeu gladio ſeu ueneficio factas, pri-
mùm Sempronius Gracchus legem tulit, cuius meminit Cic. pòſt Lucius
Cornelius Sylla dictator: de cuius lege hoc in titulo agitur. qui etſi non ual-
de magnus neq; copioſus eſt, tamen eius in explicatione paulo diutius im-
morari conſilium eſt, propter frequentiã delicti huius, in hoc furioſo mun-
di exitu indies inualeſcentis, propterq; grauiſsimas deliberationes ac di-
ſputationes, quæ indidem oriuntur: ad quarum rectam dijudicationem, ſal
tem aditum aliquem facere conemur. Quam meam uoluntatem ſpero uo-
bis, qui ad Reipub. ſpem erudimini, probari poſſe. Lex igitur Cornelia de 2
tribus delictis agit: de cæde, ueneficio, & incendio. Martianus [b]: Lege Cor-
nelia, inquit, de ſicarijs & ueneficijs tenetur, qui hominem occiderit (uide-
licet aut gladio aut ueneficio) cuiusq; dolo malo incendiũ factum erit, &c.
De ſingulis ergo ordine erit diſpiciendum. Sicarij dicti ſunt à ſica: quòd 3
genus gladij breuioris [c] eſt, quaſi ſeca, à ſecando dictum: hinc abuſiuè qui
quocunq; telo interficiunt, ſicarij appellantur. Veneficium eſt, uenenum 4
facere, parare, diſtrahere, præbere in alicuius necem. Veneni autem appel-
latio, etiamſi aliàs generalis eſt [d], ut apud Hom.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Tamen in materia delictorum, pro noxio medicamento accipitur. Vene
ficos eos etiã eſſe uult Iuſt. [e] qui magicis aribus homines interficiunt: quiq;
mala medicamenta uendunt. Homicidium Cano. diuidunt in ſpirituale & 5
corporale [f]: nos priore ſpecie quæ ad eccleſiæ iudicium pertinet omiſſa, de
altera agamus. Homicidium igitur corporale aut eſt uoluntarium, aut caſua
le: illud conſultò, hoc caſu aliquo inopinato citra dolũ malum admittitur [g].
Illud rurſus aut planè uoluntariũ eſt ac doloſum, aut coactum: ut cum quis
ſui defendendi gratia aggreſſorem interficere compellitur: de quibus om-
nibus ſigillatim uideamus. Ergo qui cõſultò & dolo malo hominem iugu- 6
gat, dubium non eſt, quin lege Cornelia teneatur [h], nullo in diſcrimine po-
ſito, cuius cõditionis hominẽ occident, ſeruum an liberũ [i], &c. Omnes enim
natura ad imaginem Dei creati ſunt [k], qui omnibus conſimilẽ animam ean-
demq; uitã infudit: quã ſine iuſta cauſa eripi ab homine qui non dedit, par-
ricidiale facinus eſt: præſertim cum natura cognationẽ quandam inter nos
conſtituerit [l]. Nam & Decalogus in genere atq; indiſcriminatim præcipit,
Non occides: uidelicet, quẽquã. Et Exod. 21. addita eſt interpretatio, ut etiã
ſi quis ſeruũ ſuũ occidat, criminis reus ſit. Qua ratione etiã qui infantes in- 7
terficiunt, pœna capitali tenetur [m]: quod tamẽ in nondum natis diſtinctio-
nem recipit. nam ſi fœtus abigatur antequã uериſimiliter animatus fuerit, id
eſt ante quadrageſimũ à conceptione diẽ, mitiori pœnę locus eſt [n]: quia ho-
micidiũ ferè non cõmittitur in eo qui anima caret, cũ necdum homo ſit [o]:
ſin autem poſt quadrageſimũ diem abigatur, cædes facta uidebitur [p], & lex
Cornelia attendetur [q], aut certè lex Pompeia de parricidijs [r]: quod & olim
uſurpatum fuiſſe Cic. [s] indicat. Nec intereſt quo teli genere, aut quomodo 8
cædes facta ſit, gladio'ne an fuſte. Teli enim appellatio latè patet [t]: etſi in uul
neribus illatis genus armorum inſpiciatur, ut uidelicet inde colligatur, occi
dendi'ne animo percuſſum ſit an non. Nam qui gladio aut alio inſtrumento 9
ad facien-

*a uid. Hipp. ad rub. nu. 2. & 3. hoc tit. Danig. in pract. c. 67.*
*b l. 1. hoc tit.*
*c §. item l. Cornelia. in fi. Inſt. de pub. iud.*
*d l. qui uenenũ. 236. de uerb. ſig.*
*e d. l. item lex.*
*f Hoſt. in rub. de hom. nu. 2.*
*g tot. tit. extrà de hom. uol. & caſ.*
*h l. penul. h. t.*
*i l. 1. §. 1. h. t. l. inde §. ſi dolo. ad l. Aquil.*
*k l. ſi quis. 17. C. de pen.*
*l l. 3. de iuſt. & iur.*
*m ubi Sal. l. penult. C. eod.*
*n l. ſi mulierẽ. 8. hoc tit.*
*o Hoſt. in rub. de homicid. tex. in c. quod uerò cum c. ſequẽ. 32. queſt. 2.*
*p d. c. quid uerò l. ſi quis. 38. §. qui abortionis in uerb. mulier aut homo. 1. fœtus animatus de pen. ĩ.*
*q Gloß. in l. diuus. de ext. crimin. d. l. ſi quis. 38. §. qui abortionis. de pen.*
*r l. 1. in fi. ĩ. de parr. tit. 1.*
*s pro C. Cluentio.*
*t d. §. item l. Cornelia.*

ad faciendam cædem idoneo uerberat, is indubitatè animo occidendi uidetur id admiſiſſe[a]. Sed ſi claui percuſſerit, aut cucuma, hoc eſt ligone ferramẽtis præmunito, quãuis ferro percuſſerit: tamen quia hęc inſtrumẽta ad alios uſus quã ad cędẽ & uulnera ſunt facta aptaq;, nõ uidebitur animo occidendi percuſsiſſe[b]. Idẽq; erit ſi quis baculo percuſſerit[c], aut calce[d], aut cultello domeſtico[e]: quod uix eſt ut admitti poſsit, ſi punctim cultello uis inferatur. Grauius enim ac periculoſius his cultellis ac pugionibus uulnera punctim infliguntur, quàm gladio aut ſica. Sed cũ cædes inſecuta nõ eſt, haud diſplicet, ut mitiorẽ in partẽ propendeamus[f]: de quo caſu loquitur Martianus[g].

10 Cæde autem inſecuta, ſemper & indiſtinctè prǫſumitur animus occidendi, niſi aliud ex circumſtantijs colligi probabiliter poſsit[h]: omnia enim delicta cum ſint illicita & prohibita legibus, præſumuntur dolo malo fieri[i], ut reliqua omnia quæ aduerſus leges fiunt[k].

11 Quare quod Mart.[l] ait, qui claui aut cucuma homicidiũ admiſit, eius pœnam leniẽdam, quòd caſu magis quàm uoluntate id uideatur perpetraſſe: non eam interpretationem habet, quaſi ex ſolo teli genere animus dolo uacans debeat præſumi. Sed repetit his uerbis I.C. caſum homicidij caſualis quem initiò poſuerat, & hunc opponit uulnerationi, animo occidendi factę, tantũq; illud innuit in ſumma: uulnus gladio illatum præſumi animo occidendi factũ: quod autem ligone uel cucuma, nequaquã. Quare etiamſi mors inſequatur, adminiculum hoc eſſe ad leniendam pœnã, ſi alia quoq; concurrant quæ quaſi teſtentur uoluntatem interficiendi defuiſſe: ut ſi in rixa ſubita non conſilio, ſed caſu potius talibus armis uulnus ſit factum[m]. Sed ut ad propoſitũ reuertamur, illud etiam non

12 intereſt, utrum quis occidat, an cauſam mortis præbeat[n]. Nam & in ſacris hiſtorijs, Iud. 20. interfecta mulier dicitur, cui cauſa mortis per libidines erat præbita. Quare cædem eſſe interpretabimur, ſi magiſtratus operã dederit quo quis falſum indicium, quaſi de cõmuni crimine cuius ſit conſcius, profiteretur, in hoc ut innocens condemnetur: aut pecuniã accepit, ut publica lege, hoc eſt publico iudicio, quis reus fieret: aut aliud quid contra hominis necem fecerit, quod legibus permiſſum nõ ſit[o]: quiúe falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis dãnaretur[p]: itẽ, qui

13 per aliũ cædẽ fieri curauit aut mandauit[q]. Quare uerũ non eſt, quod quidã[r] tradunt, eum qui accuſat aliquẽ feciſſe homicidiũ, & probat mãdaſſe, nõ uideri probaſſe quæ in libello deducta ſunt, ac proinde ſuccũbere, quod diuerſa ſint facere ac mandare. Nam mandatũ hic æquipollet facto, nec diuerſa hæc ſunt, ſed eadẽ, cũ non minus ex mãdato quàm ex facto pœna capitalis ſequatur[s], ut ſæpe obſeruatũ memini.

14 Sed an qui liberos exponũt, & inedia ac omniũ rerum inopia quaſi perire ſinũt, eadẽ lege tenẽtur? Et quidem in ciuilibus necare uidetur, qui alimẽta denegat[t]. Sed cũ nõ animo occidendi, imò potius conciliãdæ à prætereuntibus miſericordiæ gratia pleriq; infantes exponãt, quã ipſi miſericordiã non habent[u]: uerius eſt, eos extra ordinem puniri[x], niſi dolo malo in locum ſolitarium infantes, præſertim ſanguinolẽtos, ideſt recens natos abijciant, ubi inedia cõſumantur. tunc enim meritò lege Cornelia de ſicarijs, præſertim euẽtu ſecuto tenẽtur[y], quia mortis cauſam prębent[z].

15 Eadẽ lege Cornelia tenetur qui author ſeditionis fuit, & qui naufragiũ ſuppreſsit, hoc eſt homines, iumenta, aliaq; naufragio perdita occultarit, in uinculis aut ergaſtulo habuerit[aa], qui hominem caſtrauit, quiq; ſe caſtrandũ præbuit[bb]. nam cum nemo ſuorum membrorum ſit do-

 minus,

a l. 1. §. diuus. hoc tit.
b d. l. 1. §. diuus.
c l. omne. 6. §. ſi quis de re milit. l. 1. C. de emend. ſer. Gl. in c. ſignificaſti. de homi. ſpec. in tit. de accuſ. uerſ. ſed pone Bart. 7. d. §. diuus. Bald. in l. cum mandati. C. mand.
d l. 5. C. eod.
e Glo. ad uerb. minores in auth. de arm. Bart. in l. 1. & l. fi. §. ad l. Iul. de ui pub. Cle. 1. §. quia de ſta. mo.
f l. ſæpe. 53. in fin. de uerb. ſig. Gand. in trac. t. de homic. nu. 11. Hipp. conſ. 105. circa nu. 21.
g in d. §. diuus.
h l. 1. C. unde ui. l. 1. C. eod.
i l. ſi non conuicij. C. de iniur.
k c. qui contrà. de reg. iur. in 6.
l in d. §. diuus.
m ut Exod. 21.
n l. nihil. 15. h. t.
o l. 4. in princ. hoc tit.
p d. l. 1. §. 1. l. 3. §. item. hoc tit.
q l. aut qui aliter. 5. §. fi. quod ui aut clàm. ubi Bart & in l. nõ ſolũ. 11. §. ſi mandato de iniur. l. hæc uerba. §. de adult. c. pro humani. 1. de hom. in 6. Panor. & alij in c. mulierẽ de ſent. excom. Dec. in l. 16. dãnum. 129. nu. 3. de reg. iur. uid. Ang. & alios in pract. crimin.

r Dec. & Caig. in d. l. 15. dãnũ. Fel. in d. c. mulierẽ. s Bart. & alij in l. ſi per aliũ. §. ne quis eũ qui in ius uoca. uid. omnino Ang in trac. malef. ad uerb. Sẽproniũ mãdatorẽ. t l. 4. de lib. ag. c. fi. 87. diſt. u d. l. 4. x l. 2. ubi glo. et Dd. C. de inf. expo. l. nec filiũ. 9. C. de patr. pot. l. 1. §. pœna. ubi Gl. de lib. ag. Dd. in rub. ext. inf. et lan. expo. Olden. in rub. C. de inf. exp. y Bart. in l. necare. in fi. de lib. agnoſ. Azo. in rub. C. de inf. exp. z l. nihil. 15. h. t. cũ ibi all. aa d. l. 3. §. itẽ qui auth. bb l. 4. 5. 6. 11. h. t.

minus [a], in ſe quiſq; homicidium cõmittere prohibetur [b], & in alium uolen-
tem [c]. Eſt autem inſtar homicidij, uirilitatẽ ac ſexũ quodãmodo homini adi-
mere: itẽ qui hominis necãdi, aut furti faciendi, aut inuadendę poſſeſsionis
cauſa, cum telo ambularit, familiam armarit [d]. quia & lex Cornelia (ſicut &
Moſaica [e]) & conſtitutiones, uoluntatẽ in hoc maleficiorũ genere, non exi-
tum ſpectari uoluerunt [f]. Sed hoc ius ut nimis durum, hodie generali cõſue 16
tudine abolitũ eſſe teſtatur Specul. [g] Vnde & illud hodie rectè quęritur, &
quęſitum ſæpe memini, an qui animo occidendi hominẽ uulnerauerit, lege
Cornelia pro ſicario ſit dãnandus: & ſanè dãnandũ, Adrianus reſcripſit [h].
quod hanc habet rationẽ, quia res eſt ad actũ conſummationi proximũ de-
ducta. Nam qui uulnerauit, quantũ in ſe fuit interfecit: unde delictũ pro cõ-
pleto haberi debet [i], preſertim in atrocioribus [k]. Etſi autẽ Salic. [l] eò inclinet,
ut arbitretur quando lex aliquẽ conatũ punit ſicuti effectũ, tunc poſſe iudi-
cem ex poteſtate ſibi à lege conceſſa, mitigare pœnã, ſed ad id non cõpelli:
tamen in hac ſpecie ſemper in ea fui ſententia, ſecundũ quã & iudicatũ ſcio,
ut exiſtimem nõ eſſe boni prouidiq; iudicis, eum qui tantũ uulnerauit, pro
homicida dãnare. nam etſi inficias nõ eo, in atrociſsimis delictis, puta parri
cidij maieſtatis, &c. conatum pro effectu puniri [m] poſſe: tamen ea cum ſint
propter enormitatẽ delictorũ ſingularia, non ſunt trahenda ad conſequen-
tias [n], præſertim in pœnalibus [o]. uidemus enim regulariter, in delictis mitius
puniri conatum delinquẽdi, quàm delictũ perfectum [p]. Et quãuis lex etiam
Moſi [q] id habeat, ut qui percutit fratrẽ animo occidẽdi morte moriatur: ta-
men uerè mihi dixiſſe uidetur Spec. [r] iſtiuſmodi legibus generali cõſuetudi
ne eſſe derogatũ. Et Cyn. [s] cũ ait, licet lex puniat propoſitũ in homicida, ta-
men iudicẽ debere conſiderare euentũ qui delicta aggrauat [t]: & eſt cũpri-
mis attendẽdus [u]. Et ita iudicari nõ modò quando ſtatutũ loquitur de homi
cidio, ſed etiã generaliter ex benigna interpretatione pleriq; tradunt [x]. qui-
bus conſonãt criminales imperij cõſtitutiones cap. 177. cum uolunt conatũ
homicidij arbitrio iudicis puniri, nõ ſecuto euẽtu. Pœna autẽ quæ cõmitti
tur arbitrio, ſemper mitior eſſe debet, quàm quæ legibus præſcribitur: ideo
non eſt ad pœnam mortis extendenda [y]. Nec ab hac æquitate abhorret ius
Sax. quãuis aliàs durũ & terribile. Nam cũ ciuiliter de homicidio agitur, cę-
dẽ uno Vuerigelto, hoc eſt 24. aureis (quas Schockos uocant) hic uſitatis:
at uulnera qualiacunq; non ſecuta morte, dimidia tantũ eius parte multat [z].
Quare & cum criminaliter agitur mitius, ex hoc iure conatum homicidij
quàm euentum puniendũ eſſe, conſentaneum eſt, argumento à ciuilibus ad
criminalia ducto [aa]. Itaq; ſuprà poſita Salic. deciſio exiſtimantis non cõpelli
iudicem, ſed poſſe pro arbitrio mitius punire conatũ quàm effectum, cum
lex utrumq; eodem modo coercet: ualeat in atrociſsimis delictis, maieſta-
tis, parricidij, raptus, aut etiã in pœnis Eccleſiaſticis [bb]: in reliquis dicamus
eum oportere omnino pœnam non ſecuto euentu mitigare. Quam ergo 17
pro eiuſmodi uulneribus pœnam imponet & quatenus mitigabit? conſtat
ordinariam pœnam legis Corneliæ olim fuiſſe deportationem cum adem-
ptione

*a* l. liber. 13. ad l. Aquil.
*b* l. omne. 6. §. qui ſe uulnerauerint de re milit. l. fin. §. ſi quis autem ꝟ. de bon. cor. Bal. in l. 1. C. de bon. eor. Cyn. in l. 1. C. qui teſt. Iaſ. num. 5. in l. 1. C. de ſer. fugit.
*c* Hipp. in l. 1. num. 2. hoc tit. cum ibi allega.
*d* d. l. 1. in prin. d. l. 3. §. item is. l. 15. is qui cũ telo. C. eod.
*e* Exod. 21.
*f* l. diuus. 14. hoc tit.
*g* de accuſatore. §. 1. num. 7. Bal. & Cyn. in d. l. is qui cum telo.
*h* d. cap. 1. §. diuus.
*i* l. cum. 18. C. de adult. l. 1. ubi Bal. num. 3. & Salic. C. de ſep. uio. Bart. in l. ſi quis legatum. numer. 2. de falſ. Bal. in l. ſi quis non. C. de epiſ. & cle. num. 9. Salic. poſt alios in d. l. is qui cum telo. nu. 2. & 6.
*k* d. l. ſi quis non dicã. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. uia. eſt l. 1. l. utrum. ꝟ. titul. 1. l. unic. C. de rapt. uirg.
*l* in d. l. is qui cum telo. nu. 6.
*m* l. 1. in fin. de parric. l. unic. C. de rap. uir. *n* l. ius ſingulare de legib. *o* c. in pœnis de reg. iur. in 6. l. cum quidam. 19. ubi Dd. de lib. & poſth. *p* l. 1. de extr. cri. l. uulgaris. 21. §. qui furti. de furt. l. ſi fugitiui. C. de fug. *q* Exo. 21. *r* præall. loco. *s* in d. l. is qui cum telo. *t* c. periculosè de pen. diſtinc. 1. *u* l. aut facta. 16. §. euentus de pen. l. ſi quis legatum. 6. uerſi. ceterũ de fal. Glo. & Bart. in l. fin. de rer. diuiſ. Glo. in l. 1. ad uerb. uoluerit. quam not. Caſt. & Alex. de leg. 2. & in l. ſi conſtiterit ad uerb. uoluiſſe. ſ. ſi. reg. *x* Spec. præall. lo. Bal. in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus ad l. Aquil. in l. data. nu. 55. C. de ijs qui accuſ. Bonif. de mal. tit. de inſ. percuſſ. def. nu. 15. Iacob, de bel. in prac. tit. de inuaſ. nu. 3. Felin. in tract. quand. conat. puni. Boer. deciſ. 323. num. 6. parte 2. Matth. de affl. deciſ. Neap. 21. nu. 11. Alex. conſ. 15. uiſo nu. 5. uol. 1. allegans ad hoc l. ſi certus. §. ſi. cum l. ſequent. 24. de Senatuſ. Sylla. Hipp. conſ. 105. circa. nu. 21. *y* l. 1. de fur. Bal. l. 1. §. effractores. de effrac. l. hodie. de pen. latè Boer. deciſ. 254. nu. 13. Alex. conſ. 5. in caſu. nu. 13. uol. 1. *z* Land. lib. 2 art. 17. ubi Gloß. *aa* Gloß. & Dd. in l. omnem. 20. de iudic. c. final. de for. comp. *bb* c. 1. de homicid. in 6.

ptione bonorum [a],ſed hodie inquit I.C. ſolent capite puniri [b].Hæc igitur ſi
mitiganda eſt,ut certè eſt, non debet ad ſupplicium perueniri. Ac Salic. [c]
quidem dicit in Capitolio ita iudicatum fuiſſe,in minore, ut ei manus am-
putaretur. Sed cum hæc pœna ſit peregrina,& ſæpe acerbior ipſo ſuppli-
cio, multi enim ex ea diem eum cruciatu obeunt: magis placet & obtinuit,
ut relegatio ſiue exilium perpetuum decernatur. Nam & hæc magis acce-
dit ad pœnam antiquam,uidelicet deportationem,& honeſtioribus ex ipſa
hac lege irrogari ſolet [d]: & uidemus ipſos Impp.in moderatione legis Cor-
neliæ ſemper huc deuenire, ac pœnam capitalem committere in exilium [e]:
19 atque ita in ſpecie non multum diuerſa deciſum fuiſſe,teſtatur Boer. [f] &
ego iudicatum memini. Si in rixa percuſſus homo perierit, ictus unicu-
iuſq; in hoc collectorum ſpectari oportet. quod ſi non poteſt indicari cer-
tus percuſſor,tenentur omnes,niſi homicidam ex numero ſuo deſignent [g]:
20 quod & apud nos ſeruatur. Sciendum autem eſt,homicidij pœnis eximi,
ſi quis eos occidat quos interficere fas eſt: ut transfugam [h], uilem adulte-
rum [i], & iure Imperij ac Saxonum bannitũ, &c. item furem nocturnum [k],
quem tamen indiſtinctè iure ciuili interficere non licet [l]: cuius iuris diſtin-
21 ctionem ſequi tutius eſt.Et hæc de prima homicidij ſpecie ſufficiant.Quod
ad eam cædem attinet, quæ non dolo fit,ſed quodammodo coactè, ex iu-
ſto dolore uel metu præſentis uiolentiæ, ſciendum eſt, ſi quis uxorem in
adulterio deprehenſam, aut adulterum occidat, plerunq; mitius puniri:
quia difficillimum eſt,iuſtum dolorem temperare [m]. ex metu autem illatæ
uiolentiæ homicidium factum,ſæpe omnimodo excuſari:ut ſi quis ſibi ſtu-
prum inferentem interficiat [n],uel furem nocturnum cui parcere ſine peri-
culo ſuo rerumq; ſuarum non potuit [o], aut latronem [p], & aggreſſorem [q],
aliumue quemlibet qui dubium uitæ periculum intentat [r].uim enim ui re-
pellere etiam iure naturæ licet [s]: ut & Cicero pro Milone eleganter expli-
22 cat, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ [t]. Quod ex qualitate perſo-
narum, rerum, alijsq; temporum & locorum circumſtantijs eſt æſtiman-
dum [u]: probandumq; ab eo qui allegat [x], duobus ſaltem teſtibus [y], ut uer-
bi gratia quòd primum ſit inuaſus [z].quod ſi probare nequeat,puta quia ſo-
lum ſe remotis arbitris ab interfecto aggreſſum aſſeueret, uidetur tormen-
tis ſubijciendus [aa]. Nam neque abſolui poteſt, cum fateatur homicidium:
nec damnari capitaliter,cum qualitatem & dolum malum,qui in lege Cor-
nelia ſolus attenditur [bb],neget [cc].Si tamen ex circumſtantijs innocentiæ ſu-
ſpicio extaret, uidetur pro arbitrio iudicis poſſe abſolui. Boer. latè deciſ.
164.Nam cum quædam indicia ſunt pro reo, quædam contrà, in mitiorem
abſolutionis partem eſt declinandum, nec perueniendum ad torturam,ut
idem Boer. tradit deciſ.165.circa fin.cum ibi alleg.pro quo ordinatio Impe-
rij cap.143. Iure tamẽ Sax.etiã qui probat ſe animo defendẽdi occidiſſe,uno
23 Vuerigeldio agnatos defuncti placare tenetur.Caſuale homicidiũ aut cul-
pa fit,aut citra culpam.culpa quãuis lata,in lege Cornelia pro dolo non ha-
betur,quare putator etiamſi non proclamet in deiectione rami,& homi-
nem interficiat,non tenetur hac lege,ſed Aquilia [dd]:item is qui noctu infan
24 tem per ſomnum comprimit [ee].In ebrio meritò dubites,etſi enim dolus ab-

H 3 eſt,

a l.3.§.fi.h.t.
b l.3.§.fin.l.pen.h.t.l.pen.C.eo.§.item lex Cornelia.Inſtit.de pub.iudic.
c in rub.C.de crim.ſacril.
d d.l.1.in fin.hoc tit.
e d.l.1.§.fi.l.3.§.1.& 4.l.8.hoc titul.l.4.C.de adult.
f deciſ.254.
g l.fi.ubi Glo.hoc titul.
h l.3.§.fin.h.t.
i l.marito.24.l.ſi adulterium.38.§.Imperatores.de adult.l.4.C.eod.tit.l.qui occidit.ad l.Aquil.Hipp.in l.1.nu.3.hoc titul.
k Saxon.lib.2.art.13.Exo.22.
l l.furẽ.9.h.t.l.itaque.5.ad l.Aquil.c.3.de homicid.
m l.1.§.fin.h.t.l.4.C.de adult.d.l.ſi adulteriũ.§.fin.ſ.de adul.
n d.l.1.§.fin.
o l.furẽ.9.h.t.
p l.4.C.eod.
q l.2.C.eod.
r l.2.& 3.C.eod.l.unic.C.quan.lic.Iaſ.latè poſt alios in l.3.de iuſt.et iur.
s d.l.3.l.1.§.in beſtijs.ſi quad.paup.
t l.1.C.unde ui.
u Glo.& Dd.præſertim Solo.in d.l.3.de iuſt.& iur.Bal.& Salic.in l.ſolam.C.de teſt.Bart.conſ.110.
x l.1.C.eod.
y c.licet.23.de teſt.Bart.in l.ſed ſi.ad leg.Aquil.Iaſ.in l.3.num.60.de iuſt.& iu.Dd.in l.3.de iuſt.& iur.Hipp.in d.l.1.nu.38.
z Iaſ.nu.9.& confeßiones.nu.
aa Bal.in l.1.nu.31.C.de confeſſ.Lanfr.in c.quoniam ad uerb.12.de probat.
bb l.in lege.hoc tit.
cc Panor.in c.auditis.nu.32.quem ſequitur Felin.& alij,de præſcrip.Iaſ.in l.5.nu.1 de iuſt.& iur.ſ.Bart.in l.Aurelius.§.idem.de lib.legat.Hipp.ſing.185.Ang.in trac.maleſ.ad uerb.comparẽt.de no.qui ſib. partem negant.uid.Bald.& Salic.in l.1.C.de conf.& l.1.C.unde ui.Lan.Gall.lo.cautel.Tho.ferr.5.
dd l.7.h.t.
ee c. ... ſuluiſti.12.q.5.Pan.& Dd.in c.final.de his qui fil.occ.Cle.1.de homicid.

eſt[a], tamen per culpam abeſt. itaq; Pittacus duplici pœna eum afficiendum putabat, quòd delictum delicto cumulaſſet[b]. Sed plerunq; ita ſeruatur, & eſt communis opinio, ut magna ebrietas quæ mentem aufert, pœnam mitiget, parua non item[c]. Sanè Carolus V. Imperator in ſuis hæreditarijs prouincijs conſtituit, ut ne ebrietas in cædibus quæ ſæpe à uinolentis committuntur, excuſationem adferat. & uidi ita obſeruari: quanquam & pœnam leniri ex hac cauſa memini. De furioſo & infante minus dubitandum eſt, 25
cum alterum innocentia conſilij, alterum fati infelicitas excuſet[d]. Sed furor cum non præſumatur[e], probandus erit ex dictis factiſq; inſanis[f], inordinato memoriæ ſtatu[g], & ex inſania præcedente[h]: adhibitis etiam medicis[i]. nam recordor, poſt perpetratum delictum quoſdam furorem ſimulaſſe ad qualemcunq; prætextum[k]. Infantem autem accipimus, ſeptem annis minorem[l]: hæc enim ætas quicquid uidet ignorat[m]. Puto tamen hoc benigna interpretatione ad eos qui necdum ſunt doli capaces & pubertati proximi, poſſe extendi[n], hoc eſt, illos qui decimum annum nondum egreſſi ſunt[o]. Nec enim aliter puniendi uidentur, quàm ſi exiſtant capaces doli[p], qui ſolus in ſupplicijs conſideratur: ac tunc etiam non ultimo ſupplicio, quamuis capitaliter deliquerint, ſed mitius, puta exilio aut fuſtigatione[q]: nam in ſupplicijs nunquam habetur impubes pro doli capace[r]. Neq; uerò 26
hoc quis non æquiſsimum fatebitur, qui conſideret, etiam puberibus minoribus ratione ætatis pœnas mitigari[s]. Nam quoties in delicto minor eſt dolus, toties pœna quoq; minor eſſe debet. Sed in minore quamuis pubere non eſt tantus dolus quantus in maiore[t]: quare mitius cum minoribus erit agendum[u]. Idq; uidemus etiam in ordinationibus imperij cautum eſſe[x], ubi pœna in minores non ordinaria ſtatuitur, ſed committitur arbitrio iudicis, quæ ad mortem extendi non debet, ut diximus[y]. Porrò ubi nulla omnino culpa poteſt homicidæ imputari, adeò non tenetur lege Cornelia, ut 27
etiam ab Aquilia & ciuili actione ſit liber[z]. Iure tamen Sax. pro homicidio caſuali agnatis occiſi Vuerigeldium, magiſtratui multa debetur.

Pœna quoq; legis Corneliæ tenentur qui ueneficia in perniciem huma- 28
næ ſalutis exercent. Plus enim eſt hominem extinguere ueneno quàm gladio[aa]. Qui igitur malum uenenum necandi hominis cauſa fecerit, uel uendiderit, uel habuerit, plectitur[bb]. Sed aduertendum eſt, id ſolùm notari in lege, quod hominis necandi cauſa uenditur habeturq;. Lex enim Cornelia dolum duntaxat notat[cc]: quare ea quæ non malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ accepit deceſsit, relegari Senatuſconſulto iuſſa eſt[dd]. Alio autem S.C. effectum eſt, ut pigmentarij, ſi cui temerè cicutam, ſalamandram, aconiton, aut ulceramenti cauſa cantharides dederint, pœna huius legis teneantur[ee]: item ut qui mala ſacrificia tenuerint, habuerint, hac lege damnentur[ff]. Ex conſtitutionibus etiam amplius intelligi licet, ueneficij quæſtionem ad omnes magos, auſpices, ſacerdotes uetitorum ſacrificiorum, eiuſcemodique artium

*a l. omne delictum. §. per uinum de re milit. l. unic. C. ſi quis imp. mal.*
*b Ariſt. in Pol.*
*c l. omne delictum. §. per uinum. ubi Bart. de re milit. c. inebriauerunt. 15. q. 1. Salic. in l. 1. C. eod. Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. et in l. aut facta. de pœn. Ang. in trac. mal. uerb. ſciēter. Hipp. in l. 1. nume. 36. de quæſt.*
*d l. infans. 12. hoc titul. l. diuus de off. præſ.*
*e c. fin. de ſucc. ab inteſt. l. filiū. de acq. hær.*
*f l. quidā. 27. de cōd. inſt. Dd. in l. ſi cum dotem. 23. §. ſin autem. ſ. ſol. mat.*
*g Alex. conſ. 54. ad quæſitum in fin. uol. 1.*
*h Alex. præall. conſ. Rab. & alij in clc. 1. de homicid.*
*i Dd. in l. 1. de bon. poſ. inf. fur. &c.*
*k uid. Gloſ. in d. l. congruit. in fi. Cor. conſ. 22. uiſis. nu. 3. & 4. autb. ſacramēta q d. l. unic. C. quib. cauſ. inf. ferè. ubi dec. Dd. tract. mal. ad Hipp. in pract. de pen. Boer. math. bb l. 3.*

*uol. 1. l l. ſi infanti. 18. C. de iur. del. c. 1. de diſp. Imp. lib. 6. m l. 1. C. de fal. mon. n d. l. 1. o Iaſon. in puberum. num. 14. cum ſequen. C. ſi aduer. uend. Panor. cum addit. in c. 1. de del. pur. p Gand. de pen. nu. 30. de fal. mon. Hipp. in l. de minore. de queſt. l. 1. §. impubes. ubi Dd. l. excipiuntur. de S.C. Syll. Bal. in l. etſi. C. ex irrog. Dec. in l. ferè. de reg. iur. Sax. lib. 2. art. 65. r Iaſ. in d. Auth. ſacramenta. num. 15. C. ſi ad uend. s d. l. in l. auxilium. 1. §. in delictis. de min. l. ſi adulterium. §. fratres de adult. Gl. in l. impunitas. C. de pen. Ang. in uerb. ſcienter. num. 12. t Bald. in d. l. & ſi text. in l. impuberem. de fal. u Gand. præall. lo. de penul. reo. §. quoniam. nume. 96. Boer. deciſ. 254. x cap. 178. y l. 1. de fur. Bal. l. 1. §. effractores. de effract. l. hodie deciſ. 254. nume. 13. Alex. conſ. 5. in caſu. nume. 13. uol. 1. z §. 1. Inſtit. de l. Aquil. aa l. 1. C. de mal. & inprinc. hoc tit. cc d. l. in lege. dd d. l. 3. §. 1. ee d. l. 3. §. alio. ff l. ex S.C. 13. hoc titul.*

29 artium doctores ac diſcipulos eſſe extenſam [a]. Illud magis mirandum, artes mathematicas inter hæc ueneficia referri [b], cum liberales ſint, & multos egregios ac præſtantes artifices habeant atque aſſertores. Sed cum appareat, conſtitutiones dolum tantum malum & perniciem humani generis uindicare [c]: exiſtimo eas accipiendas de ijs qui prætextu artis magiam aut alias diuinationum preſtigias quæ cauſas non habent Phyſicas, ad exitium hominum iniuriámque exercent.

30 Vt ueneficiorum olim eadem pœna fuit quæ cædium, ex lege Cornelia: ita nunc poſtquam homicidia gladio puniri cœptum eſt, ueneficia quoque eodem ſupplicio uindicantur [d]. Sed & concremari ueneficos Conſtantinus [e] uoluit. quo genere ſupplicij Saxones & aliæ paſsim nationes in ueneficos & incantatores animaduertunt [f].

31 Tertiò agit lex Cornelia de incendiarijs, qui dolo malo incendium excitant. Dico, dolo malo: nam ſi culpa admittatur, ceſſante publico iudicio, ciuiliter erit agendum [g]. At qui per fraudem incendia faciunt, gladio olim feriebantur [h]. Hodie ſecundum pœnam talionis, incendio abſumuntur qui incendia excitarunt.

*a l.2.3.4.5.6.7.8.C.de male.*
*b l.2.3.7.C.eo. tit. de malef. & math.*
*c d.l. in lege. h. t. l. 4. in fin. C. de malef.*
*d l. capitalium. §. uenenarij. de pen. l.5. C. eod.*
*e l.3. hoc tit.*
*f Saxon. lib. 2. art. 14.*
*g l. diuus. de extr. crim.*
*h l. ſi quis. h. t. l. qui ædes. l. fin. §. de incen. rui. nauf. l. data. C. qui accuſ.*

## AD LEGEM POMPEIAM de parricidijs. Titulus. IX.

1 *Continuatio, & de atrocitate huius ſceleris.*
2 *In quibus perſonis lege Pompeia parricidium committatur.*
3 *Quando pœna maiorum, quando legis Corneliæ in parricidio locum habeat.*
4 *De ratione huius pœnæ.*
5 *Matrem & auiam parricidium committere.*
6 *An pater occidens filium lege Pompeia teneatur.*
7 *Conatum hic puniri pro effectu.*
8 *Non iudicantem ſcelus hoc teneri, etſi aliàs nemo prodere maleficium cogatur.*
9 *Ad quem uſque gradum lex extendatur.*
10 *Furorem excuſari.*
11 *Perpetuam eſſe accuſationem.*
12 *Quid ſi prudente accuſatione reus decedat.*

1 INter omnia homicidia ſceleſtiſsima eſt maximè nefaria cædes parentum: quo uno maleficio, ut inquit Cicero [a], omnia ſcelera complexa eſſe uidentur. Etenim ſi, id quod præclarè dicitur à ſapientibus, uultu ſæpe læditur pietas: quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant. Portentum atque monſtrum certiſsimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit, ut propter quos hanc ſuauiſsimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuarit, cum etiam feras inter ſeſe partus atque educatio & natura ipſa conciliet.

*a pro Roſc. Ame.*

2 Lege igitur Pompeia quam Pompeius ille magnus Coſ. tulit, de parricidijs cauetur, ut ſi quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, conſobrinum, conſobrinam, uirum, uxorem, generum, nurum,

ſocerum,ſocrum,uitricum,priuignum,priuignã, patronum,patronam oc-
ciderit,cuiuſue dolo malo id factum erit,ut pœna ea teneatur,quæ eſt legis
Corneliæ de ſicarijs [a]:quamuis qui parentes occiderint,more maiorum cu- 3
leo,hoc eſt corio [b] inſuantur [c]. Quod lege Pompeia non modò confirma-
tum, ſed etiam exaſperatũ fuiſſe probabile eſt: ut uidelicet parricida uirgis
ſanguineis uerberatus, deinde culeo inſuatur, cum cane & gallo gallina-
ceo, & uipera & ſimia, & in mare profundum culeus iactetur [d]: quanquam
alij eam pœnæ acerbitatem ad Conſtantinum authorem referant [e]. Exce-
ptis autem ijs perſonis quæ parentum liberorumq́ [f] appellatione conti-
nentur, ſi quis alias perſonas ſanguine affinitateúe coniunctas necauerit,
pœnam legis Corneliæ de ſicarijs ſuſtinebit [g]. Atq; ita accipiendũ eſt quod
inquit Marcellus [h],parricidas pœna legis Corneliæ teneri. Hanc pœnam 4
primò uiolatoribus deorum impoſitam,ac deinde ad ſicarios parentum,
quibus ſecundum Deum proximus honos debetur, eſſe translatam,tradit
D.Hopperus [i],uir doctiſs. atq; optimus: cuius lucubrationibus in animad-
uertenda titulorum in Pandectis ſerie,nõ parum nos adiutos eſſe, libenter
confitemur. Sed Cicero [k] rationem huius ſupplicij copioſius exponit, ad
quam alluſiſſe Impp.[l] uidentur. Quanto,inquit, maiores noſtri ſapientius,
qui cum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando uiolaret
audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt: ut quos natu-
ra ipſa retinere in officio non poſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſum
mouerentur. Inſui uoluerunt in culeum uiuos, atque ita in flumen deijci.
O' ſingularem ſapientiam,iudices.nonne uidentur hunc hominem ex re-
rum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe,cui repente cœlũ, ſolem, aquam terramq́
ademerunt: ut qui eum necaſſet unde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus om-
nibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus obij-
cere, ne beſtijs quoque: quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus ute-
remur (quod tamen Adrianus,ubi mare aut flumen in propinquo non eſt,
poſtea conceſsit [m]) non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent
in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ uiolata ſint, expiari putantur.
& reliqua quæ ſequuntur. Si mater quoque,inquit Marcellus [n], filium fi- 5
liamúe occiderit, huius legis pœna afficitur,ut & auus qui nepotem inter-
fecit: quod ex uerbis,an ſententia l. Pompeiæ ueniat, incertum eſt, certè
Conſt. conſtitutione [o] expreſſum eſt. Illud probabile eſt,hac lege patres 6
non fuiſſe compreheſos, quorum eſſent in poteſtate liberi:propterea quod
his,iure patriæ poteſtatis,liberos interficere, olim erat permiſſum [p]. Si ta-
men inauditos interfeciſſent,l. Corn. de ſicarijs, quòd hominem occidiſ-
ſent, puniri ſolitos apparet [q]. Sed hodie de parricidio perinde ut matres te-
nentur [r]. Patria enim poteſtas in pietate debet,non in atrocitate conſiſte-
re [s]. Præterea inquit Martian. qui emerit uenenum ut patri daret, quamuis 7
non potuerit dare, hac lege tenetur [t]. Conatus enim qui ad aliquem actum
peruenit, in tam atrociſsimo delicto, meritò pro delicto perfecto accipi-
tur. Atque hic uera poteſt eſſe Salic. regula, quam antè tradidimus, ut
iudex hoc caſu pœnam legis mitigare poſsit, ſed ad eam moderatio-
nem cogi non debeat. Certè ex hoc capite memini, mulierem, quæ in
gratiam adulteri marito pharmacum animo occidendi dederat, capitis
damnari, quamuis maritus ueneno non eſſet extinctus. Nam & in con-
iugibus parricidium committi, Marcellus in dicta l.1. oſtendit. Ego tamen 8
malim hoc caſu pœnam temperare, ſicuti in lege Cornelia: quoniam hoc
uerè non eſt parricidium, & ſolummodo pœna legis Corneliæ coerce-
tur, ſicuti ſuprà eſt dictum, dicta lege penultima,hoc titulo: dicto §. alia.

Sed &

a l.1.& l.pen. hoc tit.
b Auth. ad Heren.
c Cic. pro Roſ. Amer. & ad Heren. lib.1.cap.5.
d §.alia.Inſt.de pub.iudic.l.penul.hoc tit.
e l. unic. C. de his qui par.occ.
f d. l. unic.
g d.l.pen. d.§. alia.
h in d.l.1.
i in d.§.alia.
k pro Roſc. Amer.
l in d. l. unic. & §.alia.
m d.l.penult.
n in d. l. 1.
o d.l. unic.
p l. in ſuis. 11. de lib. et poſth.
q l. 2. §. de ſicar. l. diuus. 5. hoc titul.
r d.l.unic.d.§. alia.
s d. l. 5.
t l.1.in fin.

Sed & conſcij criminis qui tantum ſcelus tacitum habuerunt, tenentur [a]: quanquã mitius, puta relegatione coerceantur [b]. Etſi enim aliàs nemo obligatus eſt ad prodendum maleficum [c], tamen tam atrox delictum celare nec indicio proferre foràs, parricidij inſtar eſt [d]. Sciendum eſt etiam l. Pompeia de conſobrino comprehenſum eſſe: ſed non eos etiam pariter expreſsis uerbis contineri, qui pari propriore ue gradu ſunt. Sed & nouercæ & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis hos omnes complectitur [e], cum
10 matris loco nouerca [f], ſponſa nurus [g], atq; ita filiæ [h] loco habeatur. Sanè ſi per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit: quia ſufficit furo-
11 re ipſo eum puniri [i]. Eorum qui parricidij pœna teneri poſſunt, ſemper ſi-
12 ne præſcriptionis metu accuſatio permittitur [k]. Parricidij poſtulatus ſi interim deceſſerit antequam damnetur, ſiquidem ſibi mortem conſciuit, ſucceſſorem fiſcum habere debebit, perinde atq; damnatus, quia pro confeſſo eſt [l]: ſin minus, eum quem uoluit, ſi modò teſtamentum fecerit: ſi uerò inteſtatus deceſſerit, eos heredes habebit, qui lege uocantur [m].

a l. 6. cũ l. ſeq.
b l. 2. hoc tit.
c Iaſ. in l. 1. §. ſi tibi de cond. ob turp. cauſ.
d Fac. l. lege. 9. ȷ̃. tit. 1.
e l. 3. hoc tit.
f §. ſocrũ. Inſt. de nupt.
g l. 4. h. t. l. Labeo. 6. de gra. aff. l. 5. de teſt.
h §. affinitatis. Inſt. de nupt. l. quia. 17. ſ̃. ſolut. matr.
i l. pen. §. fi. h. t. l. diuus de off. præſ.
k l. fin. hoc tit.
l l. 2. & 3. ȷ̃. de bon. eor. qui aut ſent. mor. ſibi conſ.
m l. parricidij. 8. hoc tit.

## AD L. CORNELIAM DE FALSIS, & de S.C. Liboniano. Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit falſum, qui falſarij.*
3 *Qui teneantur lege Cornelia, cum multis ſeq.*
4 *Conijcere quid, & explicata lex I.*
5 *Aduocatio quid.*
6 *De S.C. Liboniano.*
7 *An in inſtrumentis falſum committatur.*
8 *Quomodo nomen mutans uel ſe nobilem aſſerens puniatur.*
9 *Quomodo qui falſis menſuris utitur.*
10 *Criminaliter & ciuiliter de falſo agi.*
11 *Accuſatio partus ſuppoſiti cuiuſmodi.*
12 *De pœna falſi.*

1 Atque his quidem modis uindicantur atroces publicæq; iniuriæ, quæ perſonis inferuntur: iam uideamus, quemadmodum ex iniurijs quæ circa res fiunt, iudicia publica conſtituantur: ac in primis de l. Cornelia,
2 quam etiam teſtamentariam uocant [a], quæ falſi crimen perſequetur. Falſum definiũt eſſe imitationẽ ueritatis [b] doloſam [c]. Non enim hic quicquid uerum nõ eſt, falſum eſt, ut apud dialecticos: ſed id falſum dici poteſt, quod animo corrumpendæ ueritatis in alterius fraudẽ dolo malo fit [d]: factũ enim falſitatis, non dictum lex coercet [e]. Sed quia & hæc definitio ad queuis dolum extendi poteſt [f], ne laquei ſtruantur ad faciendã iniuriã: ſtatuámus neminem incidere in crimen falſi, niſi quem lex Cornelia & S.C. Libonianum quod in ſupplementum l. Corneliæ latum eſt, aliæq; conſtitutiones ac reſponſa I.C. quæ eam legem interpretantur, diſertè notant. Lex autem Cor-
3 nelia à l. Cornelio Sylla dictatore & lata & dicta eſt [g]. Pœna ergo legis Corneliæ, authore Martiano [h], irrogatur ei qui falſas teſtationes faciendas, teſtimoniaúe falſa cõiecerit hoc eſt apud iudicẽ expoſuerit, iudicióq;
4 obſtruſerit. Conijcere enim eſt rem breuiter iudici exponere [i]: qui falſa teſtimonia dixerit dolo tamen malo [k], ut in exẽplo Modeſt. [l] cũ inter ſe plures teſtimonia præbent, & alius aliũ mutuis operis falſorũ teſtimoniorũ iuuat [m].
Item qui

a §. item lex. Inſt. de pub. iud.
b Azo in rub. C. eo. tex. in nouel. conſt. 72. de inſtru. caut. in princ.
c l. nec exemplum. 20. C. eo. Bart. in d. l. quid ſit falſum. 23. hoc tit.
d d. l. nec exemplum.
e d. l. quid ſit falſum.
f Bart. in d. l. quid ſit.
g l. 2. §. deinde Cornelius Sylla. de orig. iur. Cic. in Verr. 3. Sueto. in Augu.
h l. 1. hoc titul.
i Aſco. 3. in Ver. Cice. lib. 2. ad Her. Gell. lib. 17. cap. 5. & lib. 5. cap. 10.
k l. eos. 27. hoc t. l. qui falſo. 16. de teſt.
l d. l. eos.
m l. lege. 9. h. t.

Item qui ob aduocationẽ teſtimoniaúe(aduocationẽ enim hic pro eo cœtu 5
hominum accipimus,qui ad dicendũ in iudicio teſtimoniũ,& ut cauſę adſit
dictis opitulaturus,aduocatur) inſtruenda,hoc eſt ſubornanda erudiẽdaq́;
quid quomodo dicere debeant,pecuniã acceperit,pactusúe fuerit,ſocieta-
tem coierit ad obligationẽ innocentũ,ex S.C.Liboniano, quod tẽporibus
Hadriani L.Nonio & M. Annio Libone Coſs.factũ autumãt, coercetur [a].
Sed etſi quis ob renunciandũ remittendumúe teſtimoniũ, dicendũ uel non 6
dicendum,pecuniã acceperit,pœna huius l. Corneliæ afficitur: & qui iudi-
cem corruperit,corrũpendumúe curarit,quãquã is remiſsius puniri ſolet [b].
Sed etſi iudex cõſtitutiones principis ſciẽter neglexerit,hac l.punitur [c]. ad-
do autem ſcienter: nam dolũ malum lex Cornelia taxat [d]. quare qui per im-
peritiam perperã iudicat, mitius coercetur [e].Qui in rationibus, tabulis, ce-
reiſúe uel alia qua re etiã ſine conſignatione(nam de hac nõ dubitatur,cum
lege Cornelia ea ſit comprehenſa [f]) ſcripturã interleuerint, rem ſicuti uerè
erat perſcripta amouerint, mutarint,corruperint, &c. perinde ex his cauſis
atq; falſarij ex interpretatione l.Cornelię puniũtur.Sic & D.Seuerus l.Cor
nelia de falſis dãnauit præfectũ Aegypti, quòd inſtrumẽtis ſuis cũ præeſſet
prouinciæ, falſum fecit [g].Sed an ſimpliciter qui inſtrumentum ſurripit aut 7
amouet,teneatur quaſi falſarius,quæſtionis eſt.Et cũ qui uel in aliqua parte
immutat ueritatem inſtrumenti, teneatur:multo magis qui totũ inſtrumen
tum aufert, ita ut nihil de re conſtare poſsit,plectendum eſſe, cõſentaneum
eſt.Et hoc quidem in teſtamentis [h],de quibus l. Cornelia teſtamentaria lo-
quitur [i],dubiũ non habet:in reliquis negat Paulus [k],inſtrumentorum ſurre-
ptorum crimen publici eſſe iudicij. qua in parte loqui illũ de priuatis inſtru
mentis,non autem publicis,ideſt quę ad rẽpub.pertinent,ultima pars illius
reſponſi conuincit: ubi diſertè tradit ſurreptione publici inſtrumẽti falſum
committi [l],ſed in priuatis tabulis.quã ob cauſam dicemus, ſurreptione fal-
ſum nõ fieri,cũ in ijs id cõmittatur falſa ſignatione,aut ſimili modo [m]:puta,ſi
quis chirographũ alienũ imitetur [n], aut libellũ diemúe in inſtrumento mu-
tet [o].Credo id ea ratione placuiſſe, quòd qui tabulas priuatas alienas ſurri-
pit,quia id lucri ſui cauſa facit,uideatur potius in furtũ quàm in falſi crimen
incidere [p].Furtum autem nõ ad publica iudicia,ſed priuata pertinet,ac cum
non animo lucrãdi,uerùm occultãdę ueritatis tabulę ſurripiũtur. hic quan-
do ex uoluntate metienda ſint delicta [q], nec definitio furti cõgruat,quæ eſt
contrectatio animo lucrandi facta [r]:certè nec definitum congruere huic de
licto poterit.quare exiſtimãt Doctores, in tali ſpecie falſum etiã in priuatis
tabulis committi [s].Sed & qui uiui teſtamentũ aperit [t],aut prodit aduerſario
depoſita apud ſe inſtrumenta,in hoc crimen ſe induit [u].S.C.etiã Libonianũ
ſtatuit l. Cornelia teneri, qui ſibi legatũ fideicõmiſſumúe aſſcribunt, tam in
teſtamentis militum,quàm paganorum [x]. Qui teſtamentum amouerit, ce-
lauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, ſubiecerit, reſignauerit, recitaue-
rit, mutauerit dolo malo, cuiusúe dolo malo id factum erit,legis Corneliæ
pœna damnatur [y]:item qui nummos aureos radunt,tingunt [z],inúe aurũ ui-
tij quid addunt [aa],qui adulterinos argenteos conflant [bb],niſi ante perfectio
nem pœnitentia ducti intermittant [cc]. Sed & ille ſimili pœna afficitur,qui
cũ prohibere tale quid poſſet, non prohibuit [dd]. Eadẽ lege Cornelia expri
mitur,ne quis nũmos ſtãneos plũbeosúe emere,uendere dolo malo uelit [ee].
Falſi nominis uel cognominis aſſeueratio pœna falſi coercetur [ff],dũ tamen 8
dolo malo

*a l.falſi.20.h.t. b l.qui duobus.21.in fin.h.t. c d.l.1. d d.l.1.in prin. in uerb.dolo malo.l.impuberem.22.in princ.h.t. e l.fi.ĵ.de uar. cognit. f l.lege.9.l.Paulus.16.h.t. g d. l. 1. uerſi. ſic &. h l.2.h.t.l. cũ.14.C.eod. i l.3.§.ſi quis de tab.exh. l.1. ubi Glo.de pub.iud. k l.Paulus.16. hoc tit. l d. l. Paulus.in fin. m d. l.Paulus. §.1.l.damus.23. l.ſi quis. 21. C. eod.tit. n d. l. quid ſit. 23. o l.ſi à debitore.28.hoc tit. p l.qui tabulas.27.l. quidã. 32. l. Sẽpronia. 72. l.falſo.84.§.fi. de furt. q l.qui iniuriæ.55.de furt.l.3.de iniur. r l.1.de furt. s Bart. in d. l. Paulus. per illũ tex:in fin.Gloß. in l.ſi quis aſſirmauerit de dolo malo.& in l. cũ qui.14. ubi Bal. Cyn.Salic.C.de fal.Salic. in l.ſi de poſſeſsione. C. de probat. Ang.& Imo.in l.1. de pub. iud. Iaſ.in §. pœnales.nu.33.Inſt.de actio.Boer. deciſi.272.*

*t d.l.1. §. is qui aperuit.l.38.ſi quis.§.qui uiui.ĵ.de pœn. u d.l.1.§.is qui.d.l.ſi quis.§.inſtrumenta. x d.l.1.§.ad teſtamenta. l.4.5.11. 12. 15. 17.18.22.§.1.hoc tit. y d.l.2.ſi quis.26.hoc tit. z l.quicunq;.8. hoc tit. aa l.lege. 9. hoc tit. bb d.l. lege. cc l.qui falſum.19.hoc tit. dd d. l. lege. ee d. l. lege. ff l.falſi. 13.hoc tit.*

doloſo malo fiat [a]. Hinc tradunt, qui ſe nobilem aut militẽ profitetur dolo ma-
lo, cum non ſit, in eandem legem incidere, pœna tamen mitigata [b], quã ar-
bitrariam eſſe hoc caſu I.C. [c] oſtẽdit. Huc referantur, qui falſum partum ſup-
ponunt [d]: qui duobus in ſolidum eandem rem diuerſis contractibus uendit,
quanquam leuius puniatur [e]: qui nomine magiſtratus falſas literas propo-
nit, aut reddit [f]: qui falſo inſtrumento ſciens in iudicio utitur: cui pœna ta-
men lenitur ſi ex eo non obtinuit [g]. qui edicta propoſita dolo malo corrum-
pit [h]: qui præſidi falſa interpellatione obrepit [i]: qui ſignũ adulterinum do-
9 lo malo ſculpſit, fecit [k]: qui menſuras uini uel frumenti publice probatas
corrupit, uel ijs fraudem fecit [l]. ſed iure Sax. inter hos diſtinctio eſt, quod ad
pœnam attinet. Nam qui corrumpit menſurã & falſam reddit, cum fuſtiga-
tione [m]: qui ea utitur tãtum, ſine fuſtigatione relegatur [n]. Si quis falſis etiam
conſtitutionibus nullo authore habito utitur, lege Cornelia aqua & igni
10 interdicitur [o]. Porrò de crimine falſi tam ciuiliter ad id quod intereſt, quàm
criminaliter ad uindictam agi poteſt [p]: de quo publico iudicio hic ſolùm
11 tractatur. Legis igitur Corneliæ accuſatio de falſo publica eſt [q]: excepto
quòd de partu ſuppoſito ſoli accuſant parẽtes [r]. in qua accuſatione & illud
ſingulare, quòd nulla temporis præſcriptione tollatur [s]: ne uidelicet ſpu-
rijs & adulterinis liberis familiæ ullo tempore polluantur: quamuis aliàs
falſi querela uiginti tantum annis duret [t]. In hoc autem iudicio acerrima fit
indagatio, ut & à reo probatio quandoq; exigatur [u]: quod nuſquã uidi ſer-
uari, niſi quòd iuramentum purgationis reis oneratis ſuſpicione, neque ta-
12 men conuictis, imponi ſoleat [x]. Pœna autem falſi uel quaſi falſi, ideſt eius
delicti quod ex S.C. aut interpretatione prudentum pro falſo habetur, eſt
deportatio, & omnium bonorum publicatio, in liberis: in ſeruis, ultimum
ſupplicium [y]. nam deportatio ſucceſsit in locum pœnæ, qua aqua & igni
olim interdicebatur [z]. Sed hæc pœna pro qualitate delicti aut intenditur
uſq; ad ſupplicium [aa], aut remittitur uſq; ad relegationem, etiam tempora-
lem [bb]: quandoq; uel in totum aufertur, ut impuberibus [cc]: facile ut appareat
non uſquequaq; certam in hoc iudicio præſcribi poſſe pœnam: cum ea ad
qualitatem factorum, quæ uaria in hoc genere ſunt, & alia alijs grauiora, re-
ferri aptè & æquabiliter debeat [dd]. Sed hæc pœna qualiſcunq; ſit, hæredem
non tenet. quare ſi falſi reus ante ſententiam deceſſerit, ceſſante lege Cor-
nelia, quod ſcelere quæſitum eſt hæredibus aufertur [ee]: turpia enim lucra
etiam ſucceſſoribus extorquenda eſſe, conſtitutum eſt [ff].

## AD LEGEM IVLIAM REPETVNdarum. Titul. XI.

1 *Lex Iulia à quo lata, & de quibus pecunijs loquatur.*
2 *De corruptione magiſtratus.*
3 *De muneribus.*
4 *De contractibus.*
5 *De ciuili actione legis Iuliæ.*
6 *De criminali.*

1 LEx Iulia, quæ à Cęſare Iulio authore ſic dicta eſt, repetũdarũ ſcilicet pe
cuniarũ, uel de pecunijs repetũdis, pertinet ad eas pecunias, quas quis
in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione uel quo alio officio, munere,
miniſterioúe publico cepit: uel cũ ex cohorte cuius eorũ eſt [a]. Quod hãc ha
bet diſtinctionẽ. Vetat lex Iulia, ne quis in magiſtratu aut comitatu eius cõ-
ſtitutus

*a l. unic. C. de mut. nom.*
*b l. eos qui. 27. §. fi. h. t. Bart. in l. reddatur. C. de prof. & med. lib. 10. & in l. 1. C. de dig. lib. 12. Bal. in l. data C. qui accuſ. nõ poß. Iaſ. in l. barbarius nu. 20. de off. præt. Guid. pa. deciſ. 89. cũ add. Chaſſ. in conſ. Burg. titul. des enf. de plu. lic. §. 4. nu. 10.*
*c d. l. eos qui. in uerb. pro admiſſi qualitate.*
*d l. qui falſum. 19. §. 1. hoc tit.*
*e l. qui duobus. 21. hoc tit.*
*f l. qui nomine. 25. hoc tit.*
*g l. antepenul. hoc tit. l. pen. C. de probat.*
*h l. penul. h. t.*
*i l. ſi quis. 29. hoc tit.*
*k l. lege. 30. h. t.*
*l l. pen. hoc tit.*
*m* Land. *lib. 2. art. 13.*
*n Chil. in prac. titul. de pen. tex. in l. antepen. de extra. crim.*
*o l. fin. h. t. l. 4. C. eo. t.* *p l. pen. C. eo.* *q l. 1. de pub. iudic.* *r l. lege. 30. h. t.* *s d. l. qui falſum. 19. §. 1. h. t.* *t l. querela. 12. C. eo.* *u l. pen. C. eo.* *x tot. tit. ex. de purg. cano.* *y l. 1. §. fi. l. fi. h. t. §. itẽ lex* Cornelia *de falſis.* Inſt. *de pub. iud.* *z d. l. fi. C. eod.* *aa d. l. ubi in fi.* *bb l. qui duobus. 21. l. falſi. 13 §. 1. l. antepen. cum ſimilib. hoc tit.* *cc l. impuberem. 22. h. t.* *dd l. qui duobus. 21. cum ſimilib. hoc tit.* *ee l. cum falſi. 12. hoc tit.* *ff l. 5. de calumnia. l.* Lucius. *9. de iur. fiſc.*

*a l. 1. hoc tit.*

ſtitutus ullã omnino pecuniã accipiat[a],quo minus quid ex officio faciat[b]:
aut ut quod gratis facere oportebat,data pecunia faciat,puta ob iudicandũ
uel non iudicandum [c], denunciandum teſtimonium uel non denuncian-
dum[d], legendum militem, iudicem[e], dimittendum captiuum[f], honorem 3
alicui uel magiſtratum decernendum [g], &c. Extra has autem cauſas caue-
tur l. Iulia,ut ab omni etiam ſorde magiſtratus abſtineant,ne plus doni mu-
nerisúe in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum [h]. Hinc exci-
pit lex quoſdam à quibus in infinitum capere licet [i]: extra tamen officij ra-
tionem,ut ſuprà dictum eſt. nam ut præter officium aliquid fiat uel non fiat,
in eam rem nullo modo à quopiam accipere fas eſt. Accipere autem licet à
ſobrinis proprioreúe gradu iunctis [k]. quod contra hanc legem datum eſt,
non poteſt uſucapi [l]. Sed & eadem lex uenditiones omnes & locationes 4
eius rei cauſa pluris minorisúe factas,irritas facit [m].Duplex autem oritur ex 5
lege Cornelia actio, altera ciuilis,altera criminalis: ciuilis datur in quadru-
plum eius quod illicitê datum eſt [n], quod quadruplum fiſco applicari uult
Azo [o]: tam aduerſus magiſtratus,quàm eorum comites [p]:item eos qui ob
adipiſcendam dignitatem pecuniam præſidi dederunt [q]. ac quod magis mi
randum eſt,ab hęredibus quoq; pœnam exigi placuit [r], quia in his princi-
palis quæſtio allatæ pecuniæ mouetur [s].Pecuniariæ autem actiones quam-
uis ex delicto naſcantur,non rarò ad hærede trãſeunt [t],quare & eos in quos
pecuniam repetendam magiſtratus transtuliſſent,conueniri potuiſſe Cic. [u]
oſtendit. Criminalis actio ex lege Iulia publicum iudicium conſtituit, de 6
quo hoc in titulo agitur.In hoc damnati extra ordinem puniri ſolent, & ple
runq; uel exilio,uel durius,prout admiſerint. Quid enim ſi ob hominem ne
candum pecuniam acceperint, uel licet non acceperint, calore tamen ira-
cundiæ inducti interfecerint innocentem, quem punire non debuerunt?
capite utiq; plecti debent, uel certè in inſulam deportari, ut pleriq; puniti
ſunt [x]. Hac lege damnatus teſtimonium publicè dicere, aut iudex eſſe,po-
ſtulareúe prohibetur [y].

*a l.7.uerſ. apparet.hoc tit.*
*b l.4.hoc tit.*
*c l.3.hoc tit.*
*d l. eadem. 6. hoc tit.*
*e l.6.7.h.t.*
*f d.l.7.*
*g l.fin.C.eod.*
*h l.6.hoc tit.*
*i d. l. 7. uerſ. apparet.*
*k l. 1. in fin. hoc titul.*
*l l.pen.hoc tit.*
*m d.l.penult.*
*n l.1.& l.fin. C.eod.*
*o In rub.C.eo.*
*p l.in comites.5.*
*q l.fin. C.eod.*
*r l.2.C.eod.*
*s l.fin. ĩ. ad l. Iul.pecul.*
*t l.5.de calum. l. Lucius. 9. de iur. fiſc. l. cum falſi.12. ſ̃. tit. 1.*
*u pro C. Rab. poſthumo.*
*x d.l.7.§.fin.*
*y l.6.in princ. hoc tit.*

## AD LEGEM IVLIAM DE annona. Tit. XII.

1 *Qui hac lege teneantur.*
2 *Pœna.*
3 *Qui accuſare poſſint.*
4 *Reſcripta huc pertinentia.*

LEge Iulia de annua pœna ſtatuitur aduerſus eum, qui cõtra annonam 1
fecerit,ſocietatemúe coierit,quo annona carior fiat. Eadem lege con-
tinetur,ne quis nauem nautamúe retineat,aut dolo malo faciat quo magis
detineantur:& pœna uiginti aureorum ſtatuitur [a]. Sed ſuperiores qui an- 2
nonam flagellant, extra ordinem puniri ſolent [b]. Hæc accuſatio non modò 3
publica eſt,ſed etiã ſeruis & mulieribus conceditur [c]: nam nihil æquè Rei-
pub. intereſt, quàm fraudes in annonæ ratione factas detegi. Huc pertinet 4
quod reſcriptum eſt à diuis fratribus,minimè æquum eſſe decuriones ciui-
bus ſuis frumentum uilius quàm annona exigit,uendere. Item ius non eſſe
ordini cuiuſq; ciuitatis, precium grani quod inuenitur,ſtatuere [d].

*a l.2.hoc tit.*
*b l.annona. ſ̃. de extra crim. l. ſoles. §. liberalia de ſeruit.*
*c l.1.l.fin.§.fi. hoc tit.*
*d l.fin. hoc tit.*

## AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS, ET de ſacrilegis,& de reſiduis. Tit. XIII.

1 *Peculatus quid,& unde dictus.*
2 *Summa huius legis.*

*Pecuniæ*

3 *Pecuniæ nomine quid ueniat.*
4 *De pecunia ſacra ſubtracta, & pœna ſacrilegorum.*
5 *De publica, & an omnium ciuitatum pecunia publica ſit.*
6 *Qui præterea hac lege teneantur.*
7 *De accuſatione & pœna ex hac lege.*
8 *De lege Iulia, de reſiduis.*
9 *An hæc iudicia tranſeant in hæredes.*

1 FVrtum publicæ pecuniæ peculatus dicitur [a], à pecore: quòd ab eo ini-
2 tium eius fraudis eſſe cœpit, authore Feſto. Lege Iulia peculatus ca
uetur, ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicaúe auferat, neúe interci-
piat, uel in rem ſuam uertat, neu faciat quo quis auferat, intercipiat, in rem
ſuam uertat: niſi cui utiq; lege licebit: neúe quis in aurum, argentum, æs pu
blicum quid indat, neúe immiſceat: neúe quo quid indatur, immiſceatur, fa
3 ciat, ſciens, dolo malo, quo id peius fiat [b]. Pecuniæ nomen hic largè pro
omnibus rebus accipitur [c]: quare etſi alia res ſurripiatur, peculatus cōmit-
4 titur [d]. Sacram accipe, Deo conſecratam aut donatam [e]: nam res priuatæ
in ædem ſacram depoſitæ & ſurreptæ, furti actione, non publico iudicio
repetūtur [f]. Religioſa eſt quę ex loco religioſo, puta ornamētis ſepulchro-
rum aufertur: quarum rerum furtum etiā priuata actione de ſepulchro uio
lato coercetur [g]. Sacrilegij pœna etſi capitalis eſt [h], tamen plerunq; extra
ordinem, pro qualitate perſonarum & rerum, uel clementius, uel ſeuerius
ſtatuitur [i]. Hodie ſacrilegi exemplo furum in furcas ſuſpēduntur: quod &
5 olim uſitatum fuiſſe indicat Vlp [k]. Publica pecunia dicitur, quæ ad Rem
pub. Rom. uel ad Cæſarem pertinet [l]: dico Romanam. nam qui alij ciuita-
ti eripit, furtum quidem facit [m], non tamen ex l. Iulia peculatus tenetur: ci-
uitates enim loco priuatorum ſunt [n]. ſed ad harum quoque res conſtituti-
6 onibus principum crimen peculatus eſt poſtea extenſum [o]. Qui tabulā
æream legis, formamúe agrorum, aut quid aliud continentem refixerit,
uel quid inde immutauerit, lege publica peculatus tenetur. Eadem lege te-
netur qui quid in tabulis publicis deleuerit, uel induxerit [p], uel minorem
iuſto pecuniam retulerit [q]: qui perforauerit muros, uel inde aliquid abſtu-
lerit [r]. Sed & Senatus iuſſit lege peculatus eos teneri, qui iniuſſu eius qui
rei pręerat, tabularum publicarum inſpiciendarum poteſtatem fecerit [s]. Is
etiam qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, lege peculatus damnatur
7 in quadruplum [t]. Huius criminis accuſatio quinquennio durat [u]. eius pœ-
na aquę & ignis interdictionem, in cuius locū ſucceſsit hodie deportatio,
8 continet [x]. Quia uerò hac lege non tenentur, quorum periculo & fidei
res publicæ ſacreúe committuntur [y]: ideo ad compeſcenda magiſtratuū
& ædituorum furta, alia lex Iulia de reſiduis lata eſt: qua lege tenetur qui
publicam pecuniam delegatam in uſum aliquem retinuit, neque in eum u-
ſum conſumpſit [z]: item apud quem ex locatione, emptione, alimentaria
ratione, ex pecunia quam acceperit, aliaúe qua ex cauſa, pecunia publica
reſedit [aa]: ſed & qui fiſco debet, ex officio antè geſto, poſt annum reſiduam
eam eſſe pecuniam, l. Iulia iuſſit [bb]. Hac porrò lege dānatus amplius ter-
9 tia parte quàm debet, hoc eſt in triplum damnatur [cc]. Publica iudicia pe-
culatus, & de reſiduis & repetundarum ſimiliter aduerſus hęredes exercē-
tur, quatenus pecuniam reſpiciunt: quia à te ablata pecunia agitur [dd].

a *l. ſacrilegij. 9. §. 1. h. t.*
b *l. 1. h. t.*
c *l. 2. C. de cōnſt. pe. l. pecuniæ. 178. de uerb. ſignif.*
d *l. 4. §. fin.*
e *l. 4. in princ. hoc tit.*
f *l. 5. h. t.*
g *tot. tit. ſ. de ſepul. uiol.*
h *l. ſacrilegi. 9. hoc tit.*
i *l. 4. l. ſacrilegi. 6. l. ſacrilegi. 9. §. 1. l. hac lege. 11. h. t.*
k *in d. l. 9.*
l *d. l. 6. §. fin.*
m *l. ob pecunia. 83. de fact.*
n *l. eum qui. 16. de uerb. ſign.*
o *l. 4. §. fi. h. t.*
p *l. qui tabulā. 8. h. t.*
q *l. hac lege. 11. h. t.*
r *l. qui perforauerit. 12. h. t.*
s *l. ſacrilegi. 9. §. fin. h. t.*
t *l. pen. h. t.*
u *l. peculatus. 7. hoc tit.*
x *l. 3. h. t.*
y *d. l. 9. §. Labeo.*
z *l. 2. l. 4. §. ſed & qui l. 9. §. fin. h. t.*
aa *d. l. 4. §. lege.*
bb *l. cum eos. 10. in fin. h. t.*
cc *d. l. 4. §. ſed & qui.*
dd *l. fi. h. t.*

## DE LEGE IVLIA DE AMBITV.

### Tit. XIIII.

1 *Ambitus quid, & unde dictus.*
2 *Quis tulerit legem de ambitu.*

3 *Quis hac lege teneatur.*
4 *De pœna legis.*
5 *De uſu legis, & S. C. ac lege Iulia iudiciaria, & conſtitutionibus huc pertinentibus.*

Ambitus ab ambitione differt: nam prior eſt criminis appellatio, poſte- 1
rior cupiditatis. utrumq; ab eo dictum apparet, quòd candidati ad
honorem adſpirantes, circumire tribus, & ambire, prehenſareq; ſingulos
ex populo ſolent. Legem autem de ambitu aut latam eſſe ab Auguſto, 2
aut interpolatam renouatamq;, ex hiſtorijs diſcimus[a]. Sanè ante eius tem-
pora uiguiſſe legem de ambitu, oratio Cicero. pro Murena, & actiones
Catonis, quas Plutarchus in uita eius enarrat, oſtendunt. Quinetiam Cice-
rone Coſ. legem de ambitu ſeuerius fuiſſe ſancitam, additūq; prioribus pœ-
nis exilium decennij, ex Cic.[b] & Dione intelligilicet. Hac lege tenebā- 3
tur, qui in petitione magiſtratus, aut prouinciæ, ſacerdotijúe, turbā ſuffra-
giorum cauſa conduxiſſe, ſeruos aduocaſſe, aliamúe quam multitudinem
mercede ſibi conciliaſſe, conuicti erant. cuius pœna pro admiſſo interdum 4
durior eſt, ut cum propter conductos armatos homines publicamq; uim
deportatio decernitur[c]: interdum lenior, ut cum ambitus ergò per quin-
quennium honoribus reo interdicitur. Sed hodie in urbe lex Iulia ceſſat: 5
quia ad curam principis, magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fa-
uorem. In municipijs porrò, ubi adhuc creandi magiſtratus ius penes po-
pulum eſt, ſi quis magiſtratum aut ſacerdotium cōtra hanc legem petierit,
per S.C. centum aureis & exiſtimatione multatur: qua lege damnatus ſi a-
lium conuicerit, in integrum reſtituitur, pecuniam tamen non recipit. Item
is qui nouum uectigal inſtituerit, ex S. C. hac pœna plectetur. Et ſi quis re-
us uel accuſator domum iudicis ingrediatur, aucupandæ uidelicet gratię
cauſa, per l. Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: id eſt, aureos
centum fiſco inferre iubetur[d]. Illud grauius, quòd eum qui magiſtratum
repetit, duriſsima ambitus pœna, nēpe deportatione, Arc. & Hono. Impp.
plecti uoluerunt[e]. qua conſtitutione hodie non utimur.

a Suet. Dione, & alijs.
b in orat. pro Plan.
c l. unic. C. eod.
d l. unic. h. t.
e l. unic. C. eo.

## DE LEGE FABIA DE PLAGIARIIS.
## Tit. XV.

1 *Summa legis.*
2 *Verbo uenditionis quid contineatur.*
3 *De accuſatione ex hac lege.*
4 *De pœna.*

Legis Fabiæ de plagiarijs Cic.[a] & Paulus[b] meminēre. qua cautum eſt, 1
ut qui ſciens liberum hominem inuitum emerit, uēdiderit, celauerit,
uinctum habuerit, ſeruum alienum dolo malo abduxerit, celauerit, retinu-
erit, coerceatur[c]. Venditionis uerbo omnes conſimiles contractus, qui- 2
bus dominium transfertur, comprehendimus[d]: etiamſi plagij crimen do-
minium non transferat, neq; ſtatum mutet[e]. Hæc lex dolum & ſcientiam
notat, non etiam ignorantiam[f], aut uoluntatem à conſilio celandi alie-
nam[g]. Eſt autem huius criminis accuſatio publici iudicij[h], criminalis[i]: 3
unde nec per procuratorem agi poteſt[k], & inſcriptione accuſationis ac ſen
tentia ordinaria expeditur[l]. Damnatis autem olim pecuniaria pœna ir- 4
rogabatur[m]. Sed quia per hoc ſcelus ingenui homines ſæpius aſportantur,
ut grauioris pœnæ genere deterreri cæteri poſsint, pro delicti modo gra-
uius puniri ſolent[n]: puta aut in metallum dari[o], aut etiam ſi filios parenti-
bus intercepiſſe demonſtrentur, gladio feriri, ſi quidem digniores ſint: ſin
autem

a pro Rabirio.
b lib. 5. Sent. cap. 7.
c l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. h. t. l. 1. 5. 6. 7. 9. 10. 15. C. eod.
d l. 4. h. t.
e l. abducti. 11. C. eod.
f l. 2. & 3. h. t.
g l. 6. in princ. h. t. l. plagij. 14. C. eod.
h l. plagij. 13. C. eod.
i l. præſes. 8. C. eod.
k l. 2. C. eod.
l l. 3. 4. C. eod.
m l. fin. h. t. l. 6. C. eod. l. lege. 12. ubi Gl. s̄. de manum.
n l. 7. C. eod.
o l. fin. h. t.

autem libertinæ cõditionis homines, beſtijs ſubijci [a]. ſed hæc pœna ex cau-
ſa mitiganda eſt. Quid enim ſi quis non rapuit ſeruum, ſed fugitiuum & er-
ronem uendat, aut diſtrahat uolentem? certè uidetur leuius, & pœna tantũ
pecuniaria multandus [b].

## AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILIA-num, & de abolitionibus criminum.

## Tit. XVI.


1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit calumniari.*
3 *De calumnia, quomodo cognoſcatur.*
4 *De pœna calumniatorum.*
5 *De præuaricatoribus.*
6 *Deſiſtere & tergiuerſari quid.*
7 *Pœna deſiſtentium.*
8 *Quando, & qui in pœnam incidant.*
9 *De nunciatoribus.*
10 *De abolitionibus.*


1 IAm uideamus de progreſſu, ordine & executione criminalium iudicio-
rum: in quibus, quia ſæpenumero uſuuenire conſueuit, ut aut calumni-
entur accuſatores, aut præuaricentur, aut deſiſtant, de his iudicij remoris
2 ante omnia eſt uidendum. Calumniari, eſt falſa crimina ſcienter & dolo
malo intendere [a], aut in fraudem alicuius falſum teſtimonium cõficere, aut
falſum iudicium profiteri [b]: id eſt indicare falſò, & deferre alicuius crimen,
uel per ſe, uel per alios [c], aut mandato alterius [d]. Dico autem, ſcienter & do-
lo malo: neq; enim qui non probat quod intendit, protinus calumniari ui-
3 detur, nam eius rei inquiſitio arbitrio iudicis cognoſcentis committitur:
qui reo ſua deſtinatione abſoluto, priuſquam ſententiam publicè ferat, de
accuſatoris conſilio incipit quærere, qua mente ductus ad accuſationem
proceſſerit: & ſiquidem eius iuſtum errorem repererit, abſoluit eum [e]. idẽ-
que erit ſi iuſto dolore potius, quàm calumniandi animo ad accuſandum
uideatur progreſſus: ut ſunt parentes liberiq;, qui ſuorum iniuriam perſe-
quuntur [f]. Si uerò in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimã pœ-
nam ei irrogat: quorum alterutrum ipſius uerbis pronunciationis mani-
feſtatur. nam ſimul in ſententia ſuper calumnia cognoſcendum eſt [g]. Ergo
ſiquidem ita pronunciauerit: non probaſti, aut temerè accuſaſti: uidetur
uel iuſto errori, uel inconſulto calori peperciſſe. Sin autem pronunciauerit:
calumniatus es, condemnauit eum: & quãuis nihil de pœna ſubiecerit, ta-
4 men legis poteſtas aduerſus eum exercebitur [h]. Calumniatoribus pœna
lege Remmia irrogatur [i], cuius meminerunt Cic. [k] & Val. [l] Ea olim fortè
pecuniaria fuit [m]: ſed hodie in publicis iudicijs eſt ſimilitudo ſupplicij, ut
quòd alijs calumnioſè creare molitus eſt, ipſe luat [n]: ad quam pœnã inſcri-
ptione ſe accuſatores obligabant [o]. In priuatis autem & extraordinarijs cri
minibus, in quibus inſcriptionis ſeueritas omittitur, extra ordinẽ pro qua-
5 litate admiſſi puniuntur [p]. Et hæc dicta ſint de calumniatoribus. Præua-
ricatorem eſſe eum ſuprà [q] oſtendimus, qui uera crimina abſcondit, collu-
ditq; cum reo & tranſlaticio munere accuſandi fungitur, eo quòd proprias
quidem probationes diſsimulet, falſas uerò excuſationes admittat [r]. De id
6 genus hominum pœnis ſuprà [s] eſt dictum. Deſiſtere ſiue tergiuerſari, eſt
in totum ab accuſatione deſiſtere [t]. differre autem non eſt deſiſtere [u]. qui ta
men reum intra præfinitum accuſationis tempus non peragit, deſtitiſſe ui-
detur [x], niſi magiſtratus occupationib. fuerit impeditus [y]. Horum delictũ

*a l. fin. C. eod.*
*b l. 6. C. eod.*

*a l. 1. §. 1. h. t. l. athletas. §. calumniator. de his qui not. infa.*
*b l. 6. §. fin.*
*c d. l. 1. §. incidit.*
*d l. noſtris. 8. C. de calumnia.*
*e d. l. 1. §. ſed non utiq;.*
*f l. in S.C. 15. §. cos. h. t. l. 2. & 4. C. de calum. l. 2. C. de abolit. l. fin. ff. de pub. iud.*
*g l. 1. C. eod.*
*h d. l. 1. §. ſed non utiq;.*
*i l. 1. §. 1. h. t. l. quæſitum. ff. de teſt.*
*k pro S. Roſcio.*
*l lib. 3. cap. 7.*
*m §. hoc autẽ. Inſt. de pœn. tem. litig.*
*n l. fin. C. de calum.*
*o l. fin. C. de accuſ.*
*p l. 3. h. t.*
*q ad tit. de præua.*
*r l. 1. in princ. et §. præuaricatorem. 3. h. t. l. præuaricatores. 212. de uerb. ſig. d. l. athletas. §. præuaricator. l. 1. ff. de præuar.*
*s ad tit. de præuar.*
*t l. 1. in princ. hoc tit.*
*u l. ab accuſatione. 6. l. deſtitiſſe. 13. h. t. l. fi. C. eod.*
*x d. l. 6. §. 1.*
*y l. in S. C. 15. §. pen. h. t.*

S.C.Turp.coercetur. Publicè enim intereſt,accuſationē non intermitti,ſi-
ue uera ſit,ut delicta puniātur[a],ſiue falſa,ne calumniatores impunè euadāt.
Si quis igitur ab accuſatione citra abolitionē deſtiterit, punitur [b] extraor- 7
dinario iudicio,[c]pœna 5.librarū auri [d],ſed iure Sax.mitius[e].Quòd accipien
dum eſt de accuſatione publici iudicij [f]:nam extraordinaria S.C. quod pu-
blicā tantū cauſam complectitur,non arguit [g]. quanquā & hi extraordina-
riè puniantur,qui extra ordinem deſiſtunt [h]:ſi tamen de publico iudicio,ut
quandoq; fit,extra ordinē cognoſcatur,ordinariȩ pœnȩ locus erit [i].Sed nō
antè,quòd ad pœnam atttinet,deſtitiſſe accuſator uidetur, quàm ſi iam in-
ſtituta & ordinata ſit accuſatio,inſcriptionib.depoſitis & fideiuſſore de ex- 8
ercēda lite prȩſtito [k].Nam qui libello dato, duntaxat minatur ſe crimē intē-
taturū,S.C.non cōtinetur,etiamſi deſiſtat [l]. Quæſitū eſt & illud, an qui ab
inſtituta accuſatione præſcriptione tēporis excludūtur, in S. C. incidāt: &
quidem Papin.reſpōdit, de calumnia nō puniri [m] : quod uerum eſt,cum ob
iecta à reo prȩſcriptione actio eliditur.nihil enim eſt quod imputare queas
actori:qui ignorare potuit,qua defenſione reus eſſet uſurus. Sed ſi nulla ex
ceptione oppoſita ipſe deſiſtere uelit,hoc prætextu, quòd actio ſit prȩſcri-
pta:uerius eſt incidere eum in S.C.cum exceptiones non actorib. ſed reis
opitulentur [n]. & accuſatio,ſiue iuſta, ſiue iniuſta,quoniā publica eſt,nō uo-
luntate actoris,ſed cognitione iudicis debeat aboleri : maiore etiā odio di-
gnus uideatur,qui nō explorato prȩſcriptionis iure,ad tam improbā accu-
ſationē proceſsit [o]. Parcitur tamē hac in parte mulierū & minoris ætatis in
firmo cōſilio [p]:quanquam aliàs mulier ab inſtituta idoneè ordinataq; actio-
ne deſiſtens,in S.C.incidat [q].Tenetur etiā S. C. qui aliū accuſatorē ſubmit-
tit atq; inſtruit:quia alium ſubornando, diffidere cauſæ, atq; ita per dolū ſe
uelle ſubducere periculo inſcriptionis uidetur [r]. Nunciatores etiā,qui per 9
notoria indicia produnt,hoc eſt indicant magiſtratui delicta,quaſi certis e-
logijs & notorijs argumentis deprehenſa,ijſdem illis argumentis ſuis in in-
quiſitione aſsiſtere coguntur [s].quòd ſi calūnioſè detuliſſe deprehendentur,
impunitam eorum audaciā remanere nō oportet [t].ſed hæc omnia ceſſant,
cum abolitio à principe impetratur.Nam quod magiſtratu authore fit,nul-
lam meretur pœnam [u]. Eſt autē abolitio,qua reorū numero reus eximitur, 10
& aboletur accuſationis memoria [x]. Ea porrò fit triplici modo : primò pu-
blicè ob diem inſignē,gratulationē,remúe proſperè geſtā [y]:quo caſu durā-
tibus ferijs accuſationes omnium criminum,paucis exceptis [z],abolētur,ne
quiſquam tempore publicæ læticiæ in ſordibus ſit, & luctu. Sed ferijs fini-
tis,intra 30 dies utiles repeti accuſatio poteſt [aa]. Secundò fit abolitio lege,
mortuo ſcilicet reo uel accuſatore:uel iuſta cauſa,puta morbis impedito [bb].
Tertiò priuatim,actore poſtulante [cc]:cui id cauſa cognita cōcedi à præſide
ſolet [dd].In cauſæ autem cognitione uerſatur : an reus aſſentiatur abolitioni:
an nō calumuioſe actio ſit inſtituta. nam neq; aduerſario inuito [ee], nec ca-
lumniantib.hoc eſt indulgendum [ff]. Impetrata autem abolitione, is qui de
ſiſtit, accuſare amplius nequit [gg],niſi ex indulgentia principis [hh].

*a l.ſi ita.52.ad l. Aquil.l.cōgruit. ſ. de off. præſ. b d.l.1. §.ſi qs. c d.l.1.§.ſuſpe. d l.3.de præua. e Land.lib.1. art.69. f l.1.C.eod. g d.l.1.§.ſuſpe. h l.3.h.t.l.ab accuſatio.6.h.t. i d.l.in S.C. 15.§.1. k l.1.C.ad S.C. Turp.d.l.15.§.ſi poſt. l l.5.h.t. m l.querebatur.11.h.t. n l.non excepti onib.10.C.de exceptio. o l.1.§.accuſationem.h.t. p d.l.1.§.accu ſationem. q l.pen.C.eod. r d.l.1.§.incidit.8.d.l.in S.C.15.in prin. s l.6.§.1.h.t. t l.1.C.de curio.et ſtat.lib.12.l.diuus Adrianus.de cuſto.reo. u l.ſi quis id q.§.doli.de iur.om.iud.l.quanquā.de aq.plu.ar.uid.Doc.in l.nō uidētur.127.§.qui iuſſu.de reg.iur.Din.in c.quod quis mādat.eod.tit. x l.ſi interueniente.12.h.t. y l.8.& 9.h.t. z l.antepen.et l.pen.h.t. aa d.l.1.l.aut priuatim.10.l.12.et 15.§.fi.h.t. bb d.l.10.et 15.§.ſi propter. cc d.l.10. dd d.l.1.§.abolitio. ee l.fin.h.t. ff l.2.& 3.C.de abolit. gg l.3.& 4.C.eod. hh l.1.C.eod.*

## DE REQVIRENDIS, VEL ABSENTIBVS damnandis. Tit. XVII.

1 *Continuatio.*
2 *De annotatione bonorum.*
3 *Quomodo contra fiſcum præſcribatur.*
4 *De remiſsionibus.*

*An hæc*

5 *An hæc hodie obtineant.*
6 *De proceſſu Sax. contra abſentes.*

1 IN proceſſu criminalium iudiciorum illud in primis curæ eſſe debet, ut
abſens reus requiratur. neq; enim abſentẽ inauditũq; damnari oportet[a]:
cum ſatius ſit nocentem abſolui, quàm innocentẽ indicta cauſa damnare[b].
2 Itaq; ſi reus ad diẽ inſtituẽdę accuſationis uocatus, pręſentiã ſui non faciat,
annotatur, referturq; eius nomen in publica acta: ut ita annotatos requiri
& edictis adeſſe præſides iubeant[c]: nõ utiq; ad pœnã, ſed ut poteſtas ſit ſui
purgandi[d]. Si itaq; intra annum ex quo ea annotatio facta eſt[e], ſe purgarit
aut mortuus fuerit, bona ad ſuos hæredes tranſmittit[f]. Sin anno elapſo ue-
nire ceſſet, bona fiſco irreuocabiliter uindicantur: adeò ut etiã innocentia,
(cuius defenſioni nullo tẽpore pręſcribit[g]) poſtmodũ probata, nihil recu-
peretur[h]: quin & infamiã quaſi conuictus incurrit[i]. Quæ cum ita ſe habeãt,
meritò prouiſum eſt, ne per anni ſpaciũ dum expectatur reus, bona dilabã-
tur & eãt peſſum: ut ea bona annotent, & in his mobilia, ſi ſeruari nequeãt,
diſtrahãtur, precio eorũ in depoſitũ redacto. Fructus quoq; inter mouen-
tia haberi reſpõſum eſt. Curandum erit etiã, ne quid ei qui profugit, medio
tempore à debitoribus eius ſoluatur, ne per hoc fuga eius cõmeatu inſtru-
3 atur[k]. Sed ſi fiſcus bona negligat, ceſſetq; per uiginti annos, poſtea præſcri-
ptione, uel ab ipſo reo, uel ab hęredib. eius ſubmouebitur[l]: quamcũq; enim
quæſtionẽ apud fiſcũ (ſi non alia ſit propria pręſcriptio) uiginti annorũ ſi-
4 lentio pręſcribi, diui fratres uoluerũt[m]. Illud quoq; Iuſt.[n] addidit, ut ſi in ali-
qua prouincia reum degere dignoſcatur, præſes eius loci eum capiat, remit
5 tatq; ad locũ ubi deliquit, & bona annotet. Hodie uidentur hæc aliqua in
parte correcta. Fridericus enim uoluit abſentis & contumacis homicidæ
bona, dũtaxat mobilia, publicari, ius uerò immobiliũ ſeruari hæredibus[o]:
quod eo magis dicendũ uidetur, quia Iuſtin.[p] publicationẽ bonorũ in dam
6 natis ſuſtulit: multo ergo magis in fugitiuis. Vtcunq; ſit, cõſtat iure noſtro
Saxonũ, abſentes reos tribus edictis per interualla 14. dierũ publicẽ ad iudi
ciũ uocari: qui ſi in tertio termino præſentiã ſui nõ faciãt reſponſuri, banno
imperiali proſcribuntur biſs auff ehehafft: id eſt, ut niſi in 4 termino ueniãt,
legitimasq; cauſas impedimenti demonſtrent, quamobrem in tertio termi
no cõparere nõ fuerit ſolutum, planè banniti declarentur, proq; talib. habe
antur: atq; ita in quarto termino contumaciã purgent, ſimpliciter & execu
tiuè, ut ita dicã, biſs auff die hulff, tunc banniantur: cuius uis ea eſt, ut in lo-
co illius territorij impunè occidi poſsint, pœna etiã ijs qui his opitulantur,
imminente[q]: qua de re plura alibi Dd. In bona autem[r] fugitiuorum mori-
bus noſtris non ſęuitur, nec annotatio aut arreſtatio locum habet: præſer-
tim cum iure Sax. bona ex delictis non confiſcentur.

a l.1.h.t.
b l. abſentem. 5. de pœn. d.l.1.
c l.1.h.t.
d l.1.C.eod.
e l. 4. C.eod.
f l. 1. C. eo. l.1. in fin. h.t.
g l.4.h.t.
h l.2. C.eod.
i l.fin. C.eod.
k l.fin.h.t.
l l.2.h.t.
m l.3.h.t.
n §. ſi uerò. in Auth. ut nulli iud.
o c.1. §. ſi uerò. ubi Aluar. de par. ten.
p Auth. damnatorum. C. de bon. dam.
q uide Chil. in pro. de banno.
r in d.c.1. §. ſi uerò paris. et in l.1.C. de hær. inſt. cum ſimil.

## DE QVAESTIONIBVS. TIT. XVIII.

1 *Continuatio.*
2 *Tormenta quare inducta.*
3 *Cauſa efficiens.*
4 *Quæ debeant concurrere ut quæſtioni locus ſit.*
5 *Qualis cauſa admittat torturam.*
6 *In defectum probationum ad torturam perueniri.*
7 *De iudicijs.*
8 *Pœna iudicis indebitè torquentis.*
9 *Pœna iuris Saxonici.*
10 *Qui torqueri poſsint uel non.*
11 *Quomodo in tortura procedendum.*
12 *Finis & effectus torturæ.*

CVm autem reus nõ abeſt,ſed uel in cuſtodiam traditus eſt,uel alioqui 1
copiã ſui facit:tum aut confitetur crimẽ,aut negat.Si ſponte confitea-
tur,ex ſua cõfeſsione condẽnatur[a]:ſin eat inficias,teſtib.eſt conuincẽdus[b].
Sed quia pleraq; crimina clàm arbitris & occultè committuntur,ut ſemper 2
copia teſtiũ haberi nõ poſsit:ideo more maiorum introductum eſſe inquit
Cic.[c]ut per tormẽta ueritas exquiratur:quem morẽ innuit ab Athenienſib.
& Rhodijs,ut pleraq; alia,ſumptũ eſſe. Cauſa igitur efficiẽs quęſtionũ eſt 3
mos antiquiſsimus, omniũ ferè bene inſtitutorũ populorum cõmunis: ut
non immeritò pro lege ac iure quodã gentium habeatur. Neq; tamẽ paſ- 4
ſim & ex qualibet cauſa quęſtiones decernendę ſunt,ſed tria ſemper cõcur
rant,oportet.Primùm,ut cauſa & accuſatio ſit criminalis, neq; atrox & ca- 5
pitalis[d]: ut adulterij[e],homicidij[f],falſi[g], & hodie etiã furti[h]:ac cum minimũ
tale crimẽ, propter quod reus relegari in perpetuũ poſsit[i]. quod ego ne-
quaquã uerum exiſtimo, quin potius arbitror,pœnã relegationis cõparari
pœnę pecuniariæ.nam cum relegatio eſt imponenda, procurator perinde
ut in ciuili cauſa admittitur[k].quòd Bart.[l] & Panor.[m] licet cõtrouertant, ta-
men fatẽtur cõmunius eſſe, & ſeruari, nec ab eo in cõſulendo iudicandoq;
eſſe recedendũ.Quare ſi in procuratoris admiſsione pro ciuili cauſa & leui
habetur ea,ex qua pœna relegationis uenit imponẽda:multo magis pro ta
li habẽda eſt,cum de tortura quęritur,quę magni eſt pręiudicij, & ipſa rele-
gationis pœna grauior[n]: ueriusq; eſt, cũ tortura corpus laceret, & ipſa fe-
rè morte durior ſit[o],non aliter eam decerni poſſe,quàm cum pœna corpo-
ralis eſt infligenda[p].In cæteris cauſis,puta pecuniarijs,ratio ęqualitatis nõ
admittit corpori cruciatus inferri,ubi tantũ pecunię periculum eſt[q]: quan-
quam & in his ſeruos olim torqueri fuit uſitatũ[r].Quòd & ipſum argumẽto
eſt,cum relegatio tantũ delicto probato imponenda uenit, tum ad torturã
perueniri nõ poſſe.Nam cum relegatio nullũ cruciatũ corpori inferat, ini-
quiſsimũ & abſurdiſsimũ fuerit,probationes criminis quęrere ac decerne-
re,quę ipſa pœna crimini debita ſunt acerbiores.Secũdò,neceſſum eſt alias 6
deeſſe ꝓbationes,ſic ut ueritas aliter haberi nõ queat[s]. non enim eſt à tor-
mentis incipiendũ[t].Tertiò,ut multis indicijs oneratus, &,ut inquit Vlp.ar- 7
gumentis penè conuictus ſit reus[u]. Neque unum indicium ſufficiet, cum
lex ubiuis plurali numero utat̃:ideo cum minimũ duo certa & probata re-
quirunt̃[x].Cuiuſmodi aũt indicijs opus ſit,una regula explicari nequit:cer-
tè grauib.urgentib. & penè certis opus eſſe,leuiũ non haberi rationẽ, con-
ſtat.Sed hac de re cõſulendi Dd.[y] His non concurrentib. iudex ad quęſtio- 8
nem procedere nõ debet,etiãſi ad eã ſe reus ſpõte offerat[z]. Quòd ſi proce-
dat,punitur, & quidẽ capitali pœna ex conſtitutionib.[aa] quas tamẽ nõ eſſe
extendẽdas extra caſum de quo loquunt̃,arbitror: uidelicet cum in iniuriã
exitiumq; eius qui patit̃,ut enectus tormẽtis deficiat,quęſtio tentatur:aliàs
putarim extraordinarię pœnę pro qualitate admiſsi locũ eſſe[bb].Saxonũ ius 9
alioqui ſeuerũ,hîc nimis leue eſt:nam litigatorẽ iudicemùe, qui per iniuriã
torqueri aliquẽ curauit,pœna tantum pecuniaria,non ita magna multat[cc].
quòd obtinere arbitror,cum per imperitiã aut culpa peccatũ eſt:ſecus ſi do
lo,qui proculdubio legitimis pœnis eſt coercẽdus. Iam de materia uidea- 10
mus, & in quos tortura decerni poſsit.Seruos torqueri olim,quib.ſine quę
ſtione nihil credebatur,uſitatiſsimũ fuit[dd]:neq; tamen in dominum uel pro
domino,

a l.ſi confeſſus.5.de cuſt.& exhi.reo. b l.qui ſententiam.16.C.de pen. c in part.Orat. d l.1.l.8.h.t. e l.6.h.t. f l.1.§.ſi quis. g l.6.h.t.l.10.C.eod. h Bart.in l.final.h.t. i in l.fin.C.de iniur.et Bar.in l.pen.§.ad crimen.nu.11.& 12.de pub.iudic. k l.abſentem.ubi Glo.ĩ.an per aliam cauſ.app.Gl.in d.l.pen.§.ad crimen. l in d.§.ad crimen.nu.11. m in c.ueniẽs.nu.8.de accuſa. n §.fina.in Auth.ut nulli iud.Hipp.in l.diuus.nu.2.h.t.in l.1.§.prætoria.nu.8.de ſicar. o Bal.in l.interpoſitas.nu.6.C.de tranſ.& in l.1.circa fin.C.unde ui.par.deput.in tort.3.cap.1. p Dambon.in prac.cap.35.nu.4. q l.edictum.8.l.diuus.9.l.de minore.10.h.t. r d.l.9.l.9.15.C.eod. s d.l.8.ubi Hip. t l.1.in prin.l.20.h.t.l.8.C.eo. u l.1.uerſ.ad tormenta.l.18.§.1.l.20.l.fin.h.t.l.3.l.8.C.eo. x l.ubi numerus.de teſt. y Bart.et alij in l.fi.h.t.Cyn.in l.fin.C.eo.Hipp.in prac.§.diligẽter. z Dd.contra.Gl.in l.interdum.5.§.de furt.& in l pen.C.de cond.ob cauſ.Hypp.in l.1.nu.2.ſ.de ſicar.& in prac.Nun.§.expedita.nu.55.et ſing.164.nemo debet. aa l.decuriones.16.C.eo. bb uid.Hipp.in §.expedita.nu.89.Bart.in l.quæſtionis.h.t.Iaſ.in l.1.ſ.quod quiſ.iur.par.de put.in hac ſyn.an ſi officialis. cc Vueith.fol.129.Chil.in tit.de inquiſit.nu.35.Fachſſ.diffe.67.in fin. dd l.1.§.in cauſa.l.13.h.t.

domino[a],eiuſúe in parentes aut liberos [b]torquendi ſunt.Sed ne tunc etiam
admittendi,cum ex domo accuſatoris producuntur [c]. Qua ratione nec li-
beri in parẽtes,nec liberti in patronos:deniq; nemo torqueri poteſt in aliũ,
qui ad dicendũ teſtimoniũ cogi nõ poteſt [d]. Torquendi etiã non ſunt inno
centes [e],nec liberi homines,propter teſtimoniũ uacillãs [f],nec etiã quamuis
nocẽtes impuberes [g],prægnãtes [h],milites,ſenatores,decuriones [i],horũq; li
beri [k],quãuis dignitate abierint [l]:itẽ doctores,quia priuilegio militari gau-
dent: & aduocati [m],paucis exceptis caſib. Atq; ita quidem hęc obtinere
& rata eſſe, uolunt Dd.ut cõſuetudo in contrariũ non ualeat, [n] nec quiſquã
pręter Imperatorẽ hæc iuris priuilegia imminuere poſſit [o]. Verùm ego a-
11 liquãdo contrariũ ſeruari uidi & memini. Forma eſt,ut ne à quæſtionibus
incipiatur [p],ſed prius audiantur rei defenſiones, quib. indicia purgari refu-
tariq; poſſe cõfidit [q].Cum aũt ad quęſtionẽ erit uentum,ab illo erit inchoã-
da,qui ſuſpectiſsimus eſt [r],aut timidiſsimus,qui facilè uerum metu tormen
torũ dicturus pręſumatur : ut ſunt mulieres,minores [s],&c.De ſe aũt quiſq;
interrogãdus eſt [t],nõ in caput aliorũ [u]: quanquã hoc nõ uſquequaq; ſerua-
tur [x]. & uidemus etſi nõ principaliter,tamẽ ſecundariò,& per cõſequentiã
decreta tortura latrones ac fures quotidie de cõplicib. ſociiſq; interrogari.
Tormenta aũt cum moderamine adhibenda ſunt [y], ut perſona ſit ſalua [z]:
quod iudicis arbitrio relinquitur [aa].qui tamẽ repetere quęſtionẽ,niſi ex no
12 uis iudiciis nõ debebit [bb].Finis torturę eſt, ut ueritas tormẽtis adhibitis ex-
primatur.Quod ad effectũ attinet,inquit I.C.nõ omnino quęſtionib.fidem
eſſe adhibendã:ſed neq; ſemper, [cc] neq; nunquã. Etenim res eſt fragilis &
periculoſa:quia alij tãta ſunt duritia,ut tormẽta contemnãt:alij doloris im-
patientia,inq uis potius mentiri,quàm pati tormenta uolunt [dd].Siue de ha-
benda quęſtione agetur,inquit Quint [ee].plurimùm intererit,quis & quem
poſtulet,aut offerat, & in quem,ex qua cauſa:ſiue iã erit habita,quis ei prę-
fuerit,quis, & quomodo ſit tortus,an credibilia dixerit, an inter ſe cõſtan-
tia:perſeuerauerit in eo quod cæperat,an aliquid dolore mutauerit, prima
parte quęſtionis, an cruciatu procedente: quæ utrinque tam infinita ſunt,
quàm ipſa rerum uarietas. Hodie tamen cum conſtat de delicto, nec alius
author inuenitur, ſi in confeſsione tormentis extorta reus publicè in iudi-
cio perduret,ex ea confeſsione condemnatur.

## DE POENIS. TIT. XIX.

1 *Continuatio.*
2 *Quæ ſint capitales pœnæ.*
3 *Gradus capitalium pœnarum.*
4 *Pœnæ non capitales.*
5 *Cauſa efficiens, & qui irrogare pœnam poſſint.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *De ſeptem circumſtantiis quæ in pœnis ſunt conſiderandæ.*
9 *Finis.*

1 POſt confeſsionem delicti:ſeu ſponte factam,ſeu extortã tormentis,ſe-
quitur,ut pœnę nocens ſubdatur,quam crimine denudato differri nõ
2 oportet [a].Pœna autem pro uarietate delictorum uaria eſt. Alię enim ſunt
capitales,alię non capitales.Capitales generaliter appellantur, quę uel ui-
tam, uel libertatem ciuitatemq; adimũt [b]:nam & ſeruitus & ademptio ci-
uitatis [c], pro morte ciuili habetur. Propriè tamen capitalia pœnarum ge-
nera ſunt,quę caput uitamq; adimũt:ea alio nomine ſupplicia appellant [d].
3 In his gradus quidam ſunt. nam ſummum ſupplicium apud ueteres fuit
crux, ſeu furca [e]: qua authores ſeditionis excarnificari ſolebãt [f]. Hanc filius

*a l.1.§.diuus. A.cum §.ſeq. et §.Antoninus. §.quidam. l.9.§.pẽ.l.10.§.1.h.t.*
*b l.2.C.eod.*
*c l.1.§.ad quæſtionẽ.h.t.l.2.C.de teſt.*
*d d.l.1.§.ſed nec libertum. et §.Imperator.*
*e l.pen.C.eod.*
*f l.15.18.§.teſtes.h.t.*
*g l.10.l.15.*
*h l.3.de pen.ĩ.*
*i l.8.11.16.C.eo*
*k d.l.16.*
*l l.pen.C.eod.*
*m Bart. in l.1.C.de ad.diuerſ.iud.*
*n d.l.omnes. ubi Bart. & Dd.C.de cur.dib.10.*
*o Fac.l.de minore.10.h.t.tex.optimus. in l.4.C.ad l.Iul.maieſt.ubi Bal.*
*p l.1.in prin.l.20.h.t.l.8.C.eo*
*q d.l.18.§.1.*
*r d.l.1.§.1.*
*s l.18.h.t.*
*t d.l.1.§.diuus.*
*u d.l.16.*
*x l.1.§.qui quæſtionem.*
*y l.10.§.tormenta.h.t.*
*z l.7.h.t.*
*aa d.l.7.*
*bb l.18.h.t.*
*cc l.1.in prin.h.t.*
*dd d.l.1.§.quæſt.*
*ee lib.5.cap.4.*
*a l.cum reis.18.C.eod.*
*b l.2.h.t.*
*c l.1.§.fin.de bon.poſſ.con.tab.*
*d l.ultimum.21.h.t.*
*e l.capitalium.28.h.t.*
*f l.ſi quis.38.§.authores.h.t.*

Dei λόγ𝜃 æterni patris,induta carne noſtra perpeſſus eſt, ſeipſum offerẽs
hoſtiã immaculatam Deo,ut eſſet λύτρον pro peccatis noſtris:& nos effice-
remur iuſticia Dei per ipſum. Huius in locũ uidetur hodie ſucceſsiſſe mem
brorũ per rotam confractio:qua in latrones & graſſatores uiarũ, Germani
& Galli animaduertũt.Secundũ genus eſt ignis, quo abſumi ſolent hoſtes
& transfugę[a],inſidiatores plebeij[b]:& hodie hęretici,uenefici, magi. Ter-
tium beſtijs obijci uel ſubijci ad laniẽnã[c]: quod hodie exoleuit.Quartũ gla
dius,quo ſolo,& nõ alijs inſtrumẽtis,puta fuſtibus aut ſecuri, animaduerti
placuit[d].Vulgata ſunt hodie & alia ſupplicia:ut in proditores illud antiquũ
Metij, de quo Virgilius:

*Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ*
*Diſtulerant, (at tu dictis Albane maneres)*
*Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus*
*Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine uepres.*

Quanquam plerunq; prius capite plecti,ac tum demũ differri in partes ſo-
leant.In fures,ſtrangulatio:in mulieres,in profluentẽ demerſio.Capitalia e-
tiam ſunt,quãuis uitam nõ adimant,dãnari ad beſtias:hoc eſt,ad depugnã-
dum cum beſtijs.nam ſerui pœnę efficiuntur[e]: itẽ in metallũ,uel opus me-
talli[f],qui in metallũ damnantur. grauiorib.qui in opus,leuiorib.uinculis co
ercentur[g]. hæc pœna libertatẽ adimit,quãdo perpetua eſt[h]: ſicut deporta-
tio,quę ſucceſsit in locũ interdictionis aquæ & igni[i],cui cõparatur[k], & bo
na aufert[l] ſtatim à dãnatione[m]: cum enim ſerui pœnæ efficiãtur[n],nihil pro
prij habere poſſunt.Imò ſi quid ipſis relinquat̃,tanquã in capacibus relictũ
pro nõ ſcripto habetur[o].quod & in ijs qui ad tẽpus hoc modo dãnati ſunt,
ſeruatur,quoad ea damnatio durat[p]:quanquã hi nõ libertatẽ,ſed ciuitatem
tantũ amittant[q].Hodie Iuſtin.neq; libertatem ex pœna[r],nec bona[s] auferri
uoluit. Cęterę pœnę,ut inquit I.C.ad exiſtimationẽ,non ad capitis pericu 4
lum pertinent[t]: hoc eſt infamiã irrogant, ſine periculo uitę: ut relegatio[u],
exiliũ[x]:quod genus ne bona quidẽ aufert[y]: fuſtigatio, uerbera, uincula[z].
aut ad exiſtimationẽ & damnũ ſine cruciatu corporis: ut cum quis furti in-
iuriarũ damnatur[aa].nonnunquã ſine iactura exiſtimationis, damnũ cõple-
ctuntur:ut ademptio dignitatis,aut alicuius actus[bb]. Cauſa efficiẽs pœnæ 5
eſt lex,quę delictis pro ſingulorũ qualitate iuſtas pœnas irrogat.Legis aũt
executor eſt magiſtratus,qui legẽ ſequi,nec durior clemẽtiorue ea eſſe de-
bet[cc].neq; tamẽ omnes magiſtratus poteſtatẽ animaduertẽdi habẽt, ſed hi
duntaxat,penes quos ius eſt gladij,& merum imperiũ: ut pręfectus urbi,
Pręſes[dd],&c.Nam uerbi gratia,procurator Cęſaris ita punire nequit, quia
eiuſmodi poteſtatẽ nõ habet[ee].Deinde de de curionũ delictis nemo cogno
ſcit pręter principẽ,aut cui à principe mãdat̃[ff]. Illud ſciendũ etiã eſt,etſi ma-
giſtratus pœnã imponere poſsint, tamẽ eam ſemel impoſitã reuocare non
poſſe,ſolo principe excepto[gg].Ex quib.aũt cauſis pœnę imponant̃,in ſupe-
riorib.titulis eſt expoſitũ. Id in genere teneat̃,neminẽ abſentẽ, indefenſum,
aut ex ſuſpicionib.eſſe damnandũ[hh]: ſed rem totã diligenter explorandam
eſſe[ii],& probationes luce clariores adhibendas[kk]. Materia in qua pœnæ 6
exercentur,ſunt homines noxij. nam animalia perraró puniuntur[ll]: neq; ij
qui non deliquerũt,ut liberi & hęredes noxiorum[mm]. Sed nec honeſtiores
fuſtib.ſubijci ſolent[nn], neq; decuriones in metallũ damnari[oo]. Illud etiam
tenendum,noxios puniri propter facta,dicta,ſcripta, cõſilia[pp].Forma im-
ponendæ pœnæ cuiuſmodi eſſe debet, ex recitatis paulo antè pœnarum
generibus,colligi poteſt. Sanè

*a l.aut damnũ.8.§.hoſtes.d.l.38.§.1.*
*b d.l.28.§.igni.*
*c l.reſpiciendũ.11.§.fin.h.t.l.pœna.ad l.Põp.de parr.*
*d d.l.8.§.1.*
*e d.l.8.§.quicunq;.l.capitalium.28.§.fin.l.ad beſti.31.h.t.*
*f d.l.8.§.eſt pœna.*
*g d.l.8.§.inter.*
*h l.6.in fi.h.t.*
*i l.2.§.1.h.t.*
*k l.1.C.eod.*
*l l.6.C.eod.*
*m l.2.§.1.l.10.§.1.l.12.l.29.*
*n l.in metallũ.36.h.t.*
*o l.quidã.17.h.t.l.1.C.de hær.inſt.*
*p l.fratres.33.h.t.l.pen.C.eo.*
*q d.l.8.§.in miniſteriũ.d.l.28.§.diuus.*
*r §.quod aũt.in Auth.de nupt.*
*s Auth.bona.C.de bon.dam.*
*t d.l.28.*
*u d.l.5.§.1.d.l.28.*
*x l.6.in fin.l.28.§.1.*
*y l.8.C.eod.*
*z l.7.l.28.§.1.h.t.l.fuſtibus.16.C.de infa.l.ictus.ff.eod.*
*aa d.l.8.in prin.*
*bb d.l.8.in prin.l.9.h.t.l.19.C.eod.*
*cc l.ſeruos.8.C.ad l.Iul.de ui pub.§.oportet.et §.fi.in Auth.de iudic.*
*dd l.1.§.1.l.2.§.1.l.8.§.eſt pœna.3.h.t.*
*ee l.2.C.eo.*
*ff l.27.in fin.h.t.*
*gg l.27.31.h.t.l.14.l.16.C.eo.*
*hh l.5.h.t.*
*ii l.16.§.cauſa.h.t.*
*kk l.fin.C.de probat.*
*ll tot.tit.ſi quand.paup.feciſſ.dicat.uid.c.mulier.15.q.1.*
*mm l.20.26.h.t.l.ſancimus.22.C.eo.*
*nn d.l.28.§.non omnes.*
*oo l.3.de priuileg.uet.l.moris.9.§.fin.h.t.*
*pp l.aut facta.19.h.t.*

7 Sanè ſic nemo damnandus eſt, ut uerberibus, uel tormentis, uel uirgis ne-
cetur[a], nec ad perpetuos carceres[b], nec ut de ſaxo præcipitetur[c], neq; ut in
fronte ſignetur[d], neq; ut negocietur[e]. Relegationi etiã & deportationi ad-
di tempus ſolet: quod ſi nõ addatur, perpetua: ſin indefinitè addatur, decẽ
annorum eſſe intelligitur[f]: ita ſanè damnari quis poteſt, ut ne de domo ſua
procedat[g]. Modus porrò imponendæ pœnæ ex ſeptem circumſtantijs me-
tiendus eſt: cauſa, perſona, loco, tẽpore, qualitate, quantitate, euentu. Nam
8 refert utrum conſultò & propoſito delinquatur, quo caſu pœna ordinaria
imponitur[h]: an impetu & iuſto dolore, quẽ cum temperare ſit difficilimũ[i],
ſit ut interdum in hac ſpecie pœna leniatur[k]: an uerò caſu, qui criminaliter
puniri non ſolet[l]: deinde an id quod commiſſum dicitur, iuſtam cauſam ha-
beat, necne. nam uerbi gratia, uerbera à parẽte uel magiſtro illata impunita
ſunt[m]. Perſona dupliciter ſpectatur: eius qui fecit, & illius qui paſſus eſt. A-
liter enim ex ijſdem facinoribus puniũtur ſerui quàm liberi[n], famoſi quàm
integræ famæ homines & honeſti[o], adulti quàm minores[p], ſæpius deprehẽ
ſi quàm ſemel[q], milites in delictis militaribus quàm pagani[r]. Deinde gra-
uior eſt pœna eius, qui quid in parentẽ, patronũ, magiſtratũ auſus eſt, quàm
in extraneum[s]. Locus facit ut idem uel furtum uel ſacrilegiũ ſit, & capite
luendum, uel minore ſupplicio[t]. Iniuria quoq; loco augetur: ut ſi inferatur
in curia, foro, æde ſacra, &c.[u] & in uniuerſum ijs locis delicta grauius puni-
untur, ubi propter opportunitatẽ delinquẽdi, & crebrius cõmitti, & plus
damni afferre poſſunt: ut in Africa meſsium incenſores, in Myſia uitium:
ubi metalla ſunt, adulteratores monetæ[x]. Tempus diſcernit emanſorẽ à fu-
gitiuo, effractorẽ uel furem diurnum à nocturno[y]. Qualitate etiam factũ
uel atrocius, uel leuius eſt: ut furta manifeſta à nõ manifeſtis diſcerni ſolẽt,
rixæ à graſſaturis, expilationes à furtis, uiolentia à petulantia, tumultus mo
dicus à ſeditione, uulnus paruum à magno[z], &c. Quantitas diſcernit furẽ
ab abigeo: nam qui unũ ſuem ſurripuit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut
abigeus[aa]. Hodie etiam furta quæ excedũt quinq; ſolidos, laqueo: minora,
leuius: modica, quæ infrà tres aureos ſunt, nunquam criminaliter apud Sa-
xones puniuntur. Euentus ſpectatur in ijs puniẽdis, quæ à clementiſsimo
quoq;, id eſt, qui animum delinquẽdi, puta occidendi nõ habuit, ſunt facta.
Etſi enim ab animo delicta æſtimantur[bb], tamẽ & euentus in conſiderati-
onẽ uenit[cc]: ideoq; olim fortuiti caſus exilio luebantur, propter euentũ[dd]:
& hodie apud Sax. eiuſmodi cædes Vuerigeldio, ut uocant, redimẽdæ ſunt.
At in lege Cornelia, cum de dolo quæratur, nõ attenditur euẽtus: quoniam
ea lex diſertè eum cõprehendit, qui cum telo hominis necandi cauſa fuit[ee]:
ſed hãc legẽ hodie nõ ſeruari, ac euẽtus rationẽ haberi, alibi diximus[ff]. Finis
9 pœnarũ eſt, ut delicta propter mandatũ Dei & publicã tranquillitatẽ puni-
antur: emendent formidine pœnæ, qui uirtutis amore à ſcelere abduci ne-
queunt[gg], alij exẽplo deterreantur[hh]: ſolatio etiam ſit affectis iniuria, pœ
na nocentum[ii].

## DE BONIS DAMNATORVM. TIT. XX.

1 *Continuatio.*
2 *Qui, quorum bona, quando, ex qua cauſa confiſcent.*
3 *Forma publicationis.*
4 *De iure pannicularioru͂m, & explicatio l. pœn.*
5 *Liberis damnatorum quid debeatur.*
6 *Quid hodie circa publicationem ſeruetur.*

ADuertitur grauioribus pœnis publicatio bonorum, ut omnes animi
& corporis cruciatus, Cic.[a] teſte, etiam egeſtas ac mendicitas conſe-
quatur.

a d.l.8.§.hoſtis.
b d.l.8.§.ſolẽt. 7.l.35.h.t.l.6.C. eod.
c l.25.h.t.
d l.17.C.eod.
e l.9.§. ſunt autem.h.t.
f l.ſine.23. cũ ibi not.h.t.
g l.fi.ĩ. de interdi. et releg.
h l.5.§.fin.l.11. §.pen.h.t.
i l.ſi adulteriũ. 38.§. imperatores.ſ̃.de adulte.
k d.l.11.§.pen. Bal. et Dd. in l. 1. C. undeui.
l d.l.11.§.pen. l.5.§.fin.h.t.
m d.l.16.§. cauſa.
n l.10.17.§. perſona.
o l.28.§.fin.
p l.16.§.perſona.not. in l.7. C.eod.
q l.28.§.ſolẽt.
r l.9.§.fi.l.14. h.t.l.3.et 5.C.eo
s d.l.17.§. perſona.
t d.l.16.§.locus.
u §.atrox.Inſt. de iniur.
x d.l.16.§.fin.
y l.16.§.tẽpus.
z d.l.16.§. qualitate.
aa d.l.16.§. quantitas.
bb l.qui iniuriæ. 55. de furt.
cc l.fugitiuus. 225.de uerb.ſig.
dd d.l.16.§. euentus.
ee d.§.euẽtus.l. 15. qui cũ telo. C.de ſicar.
ff ad l.Co.de ſic.
gg l.ſi pœna.20. hoc tit.
hh d.l.6.§. pen.l.28.§.famoſos.h.t.
ii d.l.28.§.famoſos.
a in Catil.

quatur. Bona autem publicantur,id eſt rediguntur in fiſcū publicū,à ma- 2
giſtratu ſummę poteſtatis[a], cū aut uita adimitur, aut libertas, aut ciuitas[b]:
ut in deportatione[c].nā qui ciuitatē non amittunt,ut relegati,bona retinēt[d].
Non tamen ſtatim ut quis in carcerem ductus eſt, ſpoliari debet, ſed poſt
condemnationem[e]: nam antè reus etiam alienare poteſt[f]. Etſi autem in 3
publicatione diligens omnium bonorum facienda eſt inquiſitio & anno
tatio:tamen in eam pannicularia non ueniunt. Pannicularia autem à pan- 4
niculis dicta ſunt,hoc eſt ſordidis & uilibus pannis,quibus plerunque rei in-
ducbantur,& quod opus erat pecunię in quotidianum uſum geſtabāt:un-
de & pannoſi appellatio. Vlp.[g] Pannicularia,inquit, ſunt ea quæ in cuſto-
diam acceptus ſecum attulit,ſpolia quibus indutus quis eſt,cum ad ſuppli-
cium ducitur,ut & ipſa appellatio oſtendit. Itaque pannicularis cauſa quem-
admodum intelligi debeat,ex ipſo nomine apparet. Non enim bona dam-
natorum pannicularia ſignificare probè quis dixerit: neque ſi zonam ( qua
circūferri maioris ſummæ pecuniæ ſolent[h]:unde prouerbium,Zonam per
didit) circa ſe reus habuerit,protinus aliquis ex magiſtratu aut apparitori-
bus ſibi uendicare,ſed in fiſcū redigere debebit: ſed ueſtem qua is fuerit in-
dutus,aut nummulos in uetralē,ſiue,ut alij legūt,uentralē(ſacculi genus id
eſt,ſub uentrem appenſum)uictus ſui cauſa in promptu habuerit,aut leues
annulos,id eſt qui rem non excedūt aureorū quinque.Hæc enim pannicula-
ria ſunt, & retineri poſsūt.Sed ſi quis gemmā magni precij in digito,aut chi
rographum magnæ ſummę in ſinu habuerit, nullo iure iſtud in pannicula-
ria ratione tenebitur: ſed in fiſcū referendū eſt. Pannicularia aūt nec ſpicu-
latores, neque optiones, id eſt optati & allecti ad cuſtodiā captiuorū agen-
dam[i], & cōmentarienſes, hoc eſt præfecti carceris, qui nomina captiuorū
in cōmentarios referāt[k],uendicare debēt, ſed ad ea ſeruanda ſunt quę iure
preſidū ſunt erogāda:ut puta chartiaticū quibuſdā officialib.ſubſcribere,id
eſt,quantum arbitror donatiuū aliquod,ſeu χαριστήριον officialibus in charta
nomine geſtę bene rei perſcribere, aut ad aliā officij neceſsitatem erogare.
Plerique tamē præſidū etiā inde corraſas pecunias ad fiſcum tranſmiſerunt:
quòd perquàm nimię diligentię eſt,cū ſufficiat, ſi quis nō in uſus proprios
uerterit, ſed ad utilitatē officij patiatr̄ deſeruire[l]. Et hęc obtinent,ſi liberos
damnatus nō habeat. Nam ijs dimidia bonorū pars cedere debet[m], ut & 5
parēti peculiū[n], & patrono id quod habiturus eſſet, ſi libertus in quē eſt a-
nimaduerſum,ſua morte deceſsiſſet[o]. Sed nouiſsimo iure bona nō publicā 6
tur,ſi exiſtāt agnati ad tertiū uſque gradū, excepto læſæ maieſtatis crimine[p].
quod & olim in antiqua Rep.obtinuiſſe uidet[q]:hodieque apud Sax. plerun-
que ſeruatur,at cōtrà apud Gallos,qui confiſque le corps confiſque les biens[r].

a l.unic. C. ne ſine iuſſ. princ.
b l. 3 ǀ. de interd. & rel.
c l. 1. in princ. hac tit.
d l.1.§.relegatorum.§.ad tempus. ǀ. de inter. & releg.
e l.2.h.t.
f l.poſt cōtractum. de donat.
g l.diuus.6.h.t.
h Gell.lib.17. cap.12.
i Budæ.in l.fi. de iur. immu.
k l. 4. de cuſt. reo.
l l.pen.h.t.
m l.1.l. fin.h.t. l.fin. C.eod.
n l.2.C.eod.
o l.fin.§.1.h.t.
p d.Aut.bona damnatorum.
q Cic.de Inuēt. lib.2. cap.11.& ad Herē.
r uid. Chaſſ. Boer.& alios in conſ. burg. et Gall.tit.de confiſcat.

## DE BONIS EORVM QVI ANTE SENTENTIAM uel mortem ſibi conſciuerunt,uel accuſatorem corruperunt. Tit. XXI.


1 *Summa tituli.*
2 *Explicatio l.2.*
3 *Explicatio l fin.*


PRo confeſsis & illi habentur, & eorum bona perinde ac damnatorum 1
publicantur,qui ante ſententiam,poſt accuſationem tamen inſtitutam,
uel cum in ſcelere ſunt deprehenſi[a],aut ſibi ipſi mortem conſciuerunt. Vi-
dentur enim conſcientiæ metu id feciſſe[b], ſi tamen eo crimine innexi fue-
rint,ut conuicti bonis carerent[c]: aut corrupto aduerſario obierint diem[d].
Qui enim paciſcitur,de delicto confiteri uidetur[e], nedum ille qui corrupit
aduerſa-

a l. in fraudē. 45.§.2.& 3.de iur.fiſc.l.ult. & tot.h.t.l.1. & 2.C.eod.
b d.l.ult.§.1.
c d.l.ult.§.idē reſcripſit.
d l.1.& 2. h.t.
e l.5.de his qui not.inf.

aduerſarium, ut eius præuaricatione abſoluatur, confeſſus uideri debet.
Quare eos qui à latronibus inter conſcios nominati corruptis accuſatori-
bus diem obierint, cum conſcij leuius puniri ſoleant quàm latrones, qui
nec ipſi capitali ſupplicio afficiuntur, niſi ſint famoſi[a], ut confeſſor de cri-
mine, non relinquere defenſionem hæredibus rationis eſt[b]: at in capitali-
bus, ubi uita in diſcrimen uocatur, licet ſanguinem ſuum paciſcẽdo, & qua-
3 litercunq; redimere[c]. Etſi autem qui poſt accuſationem mortem ſibi cõ-
ſciſcit, uideatur crimen fateri, tamen ea præſumptio contraria probatione
poteſt tolli[d]. Quare ſi hæredes uelint cauſam ſuſcipere, audiendi ſunt[e]: qui
ſi probent, aut ex alia cauſa mortem conſcitam, puta tædio uitæ, impatien-
tia[f], &c. aut defunctum innocentem fuiſſe, bona nõ erunt publicanda[g], ſi-
cuti D. Pius Taurino reſcripſit. Si parati ſint hæredes defenſionem ſuſci-
pere, bona non eſſe publicanda, niſi de crimine fuerit probatum[h]. Proba-
tum autem de crimine hoc caſu intelligitur, cum hæredes præſumptionẽ
iuris ex morte conſcita captam (quod enim illicitè fit, malo animo præſu-
mitur factum[i]) contrarijs documentis refellere non poſſunt[k].

*a l. capitalium. 28. §. graſſatores. ſ. de pen.*
*b l. 2. h. t.*
*c l. 1. h. t. l. tranſigere. C. de tranſ.*
*d l. continuus. 137. §. cum ita. de uerb. obligat.*
*e l. fi. §. fi. h. t.*
*f d. l. fin. §. idẽ.*
*g l. 2. C. qui teſta. fac.*
*h d. l. fin. §. fin. h. t.*
*i l. 1. C. unde ui. l. ſi non conuicij. C. de iniur.*
*k d. l. fin. §. 1. iunc. §. fin. in uerb. innocentẽ defunctum oſtendi.*

## DE INTERDICTIS, ET RELEGATIS, & deportatis. Tit. XXII.

1 *Continuatio, & relegatos ciuitatem retinere.*
2 *Diuiſio exiliorum.*
3 *Forma relegandi.*
4 *Forma deportandi.*

1 SEd publicatio bonorum ceſſat in interdictis & relegatis[a]: quia ciuita-
2 tem Rom. & per conſequens ius teſtandi retinent[b]. Exilium autem tri-
plex eſſe uult Marc[c]. aut enim eſt certorum locorum interdictio, quæ & la-
ta fuga appellatur: ut cum alicui patria interdicitur. is enim extra patriam
ubiuis gentium, excepta urbe Roma, commorari poteſt[d]: aut omnibus lo-
cis præter unum interdicitur: aut eſt inſulæ uinculum, id eſt relegatio in in-
ſulam. Relegare autem in eam inſulam magiſtratus poteſt quæ ſub ſe eſt,
& non in aliam, ſicuti interdicere ea prouincia quam regit poteſt, alia non
3 poteſt[e]. Relegatio autem aut fit ad tempus, quo caſu bona adimi neque-
unt[f]: aut in perpetuum, & tunc pars bonorum expreſsim adimi poteſt[g].
4 Aliud autem eſt in inſulam deportare quàm relegare: nam deportatio ius
ciuitatis adimit[h], ideoq; ne præſidibus quidem prouinciarum licet incon-
ſulto principe pœnam hanc irrogare.[i]. Quod autem de relegatis ſeu inter-
dictis diximus, id multo magis in leuioribus pœnis obtinet, ut nimirum ceſ
ſet publicatio[k]. uerbi gratia: Si aliquibus ordine, aut aliquo honore aut ne-
gociatione interdicatur (nam muneribus non interdicitur) ne pœna immu
nitatem tribuat[l].

*a l. 1. h. t.*
*b l. 4. l. relegatorum. 7. §. ſine. hoc tit.*
*c l. 5. h. t.*
*d l. 7. § conſtitutum. h. t.*
*e d. l. 7. §. ſunt. & §. interdicere.*
*f d. l. 7. §. relegatis.*
*g l. 4. h. t.*
*h l. 6. h. t.*
*i d. l. 6.*
*k d. l. 7. §. pen.*
*l d. l. pen.*

## DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS. Tit. XXIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid inſit reſtitutioni.*
3 *Quid liberationi & indulgentiæ.*

1 SEd pœnæ ſepenumerò aut uiuis aut defunctis remittuntur. Viuis qui-
2 dem, cum damnati in integrum reſtituũtur: quo caſu bona, famam, ho-
3 nores recuperant[a], aut indulgentia principis liberantur à pœna. qua indul-
gentia remiſsio pœnæ, non autem reſtitutio bonorum & exiſtimationis in-
telligitur facta[b], niſi princeps aliter determinarit[c].

*a l. 1. h. t. l. 1. l. antepen. C. eod.*
*b l. fruſtra. l. ſi pater. l. generalis. l. tutor. l. cũ patrem. l. ſi ademptus. l. ſi inſulam. C. eod.*
*c l. ſi debitor. C. eod. l. 2. & 4. h. t.*

## DE CADAVERIBVS PVNITORVM. Tit. XXIIII.

IN mortuis ex pœna, id humanitatis cauſa inductum eſt, ut cadauera co-
gnatis non denegentur. Atq; hoc Verri in probris obijcit Cicero [a], quòd
ſepulturam punitorũ denegare aut diuendere ſit ſolitus. Hodie tamen ca-
dauera punitorum non aliter ſepeliuntur, quàm ſi fuerit petitum ac permiſ
ſum à principe, qui nonnunquam non permittit, maximè maieſtatis cauſa
damnatorum: ſicuti etiam nunc ſuſpenſorum cadauera non ſepeliri, ſed ad
exemplum in furta relinqui cernimus. In reliquis autem nō modò cogna-
tis, ſed etiam quibuſcunq; petentibus ad ſepulturam corpora danda ſunt [b].

a in Verr.
b l.fi.h.t.

# DIGEST. LIBER XLIX.

## DE APPELLATIONIBVS ET RELAtionibus. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Appellare quid ſignificet.*
3 *Quid ſit appellatio.*
4 *Quid referre & relatio.*
5 *Species appellationum.*
6 *Cauſa efficiens, unde introducta appellatio.*
7 *Qui appellare poſsint.*
8 *Materia, à quibus ſententijs & artibus, tam iudicialibus quàm extraiudicialibus poſsit appellari.*
9 *Forma, quomodo inſtituendæ appellationes.*
10 *Finis & effectus.*
11 *De pœna temerè appellantium.*
12 *De relationibus.*

ABſolutis iudicijs omnibus tam pecuniarijs quàm criminali- 1
bus, conſequens eſt, ut de appellationibus diſpiciamus: quæ
ultimo loco in iudicijs interponi ſolent, ut aut iniquitatē, aut
imperitiam iudicantium corrigant. l. 1. h. t. Appellare uaria 2
ſignificat. Appellari enim debitor dicitur, qui de ſolutione in-
terpellatur [a], & puella cuius attētatur pudicitia [b]. Sed in iure propriè appel
lare eum dicimus, qui auxilium à ſuperiore, puta magiſtratu, aduerſus alte-
rius magiſtratus iniuriam implorat [c]. Quare appellare ſimpliciter ij dicun-
tur, qui ab inferioris iudicis ſententia tanquam iniuſta, ad ſuperiorem pro-
uocant, obtinendæ emendationis gratia. Eſt igitur appellatio, ab inferi- 3
ore iudice ad ſuperiorem gradatim facta prouocatio, ut is cauſam antea
quidem definitam, ſed ut appellans intendit, iniuſtè, denuò cognoſcat, &
ſententiam prius latam in melius reformet. Referre inter alia ſignificat 4
idem quod denuò agere uel iterare, aut renouare aliquid: quo ſignificatu
Terent. in Hecyr. referre comœdiam, & Cic. lib. 3. de Orat. referre myſteria
dixit. Hinc referre rem iudicatam, eſt retractādam cognitioni alterius ſub-
ijcere: quo modo Cic. uſurpat in Orat. pro Domo ſua. nec multũ in hac ſi-
gnificatione abeſt à uerbo appellandi. Crebrius tamen referre pro eo acci-
pitur, quod eſt in deliberationem proponere: ut Cic. ſepiſsimè referre ad
Senatum dicit, pro eo quod eſt proponere Senatui rem deliberandam cō
ſultandamq;. hinc relatio in iure propriè eſt remiſsio cauſæ ad ſuperiorem,
cum uidelicet ſuper cauſa aliqua dubia ſuperior, puta princeps cōſulitur,
& quid

a l.fideiuſſor. 16.§.fin.de fideiuſſor.
b l.item.15.§.ſi quis uirgines.17.de iniur.
c l.1.circa fin. ex quibus cauſ. maio.

& quid ſeruari in iudicando uelit, interrogatur [a]. Quare idem in inſcriptio ne huius tituli ſignificat relatio, quod in eodem tit. Cod. conſultatio. hæc e-
5 nim ſynonyma ſunt, & promiſcuè uſurpantur [b]. Species appellationum Bart. [c] tres poſuit: interiudicialem, uidelicet interpoſitam ab interlocutoria: iudicialem, à definitiua: & extra iudicialem. Alij [d] autem quatuor ponunt: anteiudicialem, quæ fit ante litis conteſtationem [e]: intraiudicialem, quæ fit poſt litem conteſtatam ante ſententiam [f] iudicialem, à ſententia definitiua: poſtiudicialem, quę poſt rem iudicatam, puta ab executione interponitur [g]. Sed hæ temporibus tantum differunt. Quare ſatius eſt duas tantum poni ſpecies, uidelicet iudicialem & extraiudicialem: quarum illa à ſententia, hæc ab actibus & decretis extraiudicialibus interponitur [h].

6 Appellationis uſum in repub. Rom. fuiſſe antiquiſsimum, argumento eſt hiſtoria Horatij apud Liuium lib. 1. Hic enim ob interfectã ſororem perduellionis à duumuiris damnatus, ad populũ prouocauit, & abſolutus eſt. Appellandi uſus, inquit Vlp. [i] quàm ſit uetus, frequẽs, quamq́ neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, quippe cum iniquitatem iudicantium uel imperitiam corrigat. Quare apparet uſu magis quàm certa aliqua lege appellationis beneficium eſſe inductum, cum ratio communis oſtenderet, oppreſſos aut iniquitate aut inſcitia iudicis, eſſe auxilio dignioris magiſtratus ſubleuan-
7 dos. Appellare autem poſſunt, qui condẽnati ſunt, ſiue unus, ſiue plures [k], ſiue ſuo nomine, ſiue alieno: puta procuratorio, tutorio, &c. ſint dãnati [l], dum ne tamen ex contumacia [m]. Sed & ij qui non condemnati ſunt, dummodo eorum interſit ſententiam retractari, rectè appellant [n]. Qua ratione placuit, pro eo qui ad ſupplicium ducitur, quemuis procurationem interponere poſſe [o]: quaſi omnium interſit innocentes defendi, & hominem hominis beneficio affici [p]. Hoc caſu excepto, externorum appellatio non admittitur, ut nec ſeruorum, qui perſonam ſtandi in iudicio legitimam nõ habent [q]: quare eorum nomine domini appellant [r], quamuis in filijsfa. aliter
8 obſeruetur [s]. Materia ex qua, uel à qua potius appellationes procedunt, ſunt ſententię definitiuę, eæq́ ualidę. nam à nullis & inualidis fruſtra appellatur [t], cum ipſo iure corruant: quamuis in dubio nullitas appellationi, per alternatiuam coniungi poſsit [u]. Dixi de definitiua: nam ab interlocutoria iure Ciuili non appellatur [x], ut nec à ſententia poſſeſsionis, quæ formã interlocutorię habet, cum momentanea ſit, & iniuria per eam facta poſsit in cauſa proprietatis, citra appellationem emendari [y]. Quòd ſi porrò talis iniuria per interlocutionem decreta ſit, quæ poſtmodum corrigi nequeat, puta quæſtiones ſint indictæ, hoc caſu etiam ab interlocutoria rectè appellatur [z]: ſed hæc iure Ciuili obtinent. Põtifices autem adeò ius appellationũ ampliarunt, ut ex eorũ Decretalibus epiſtolis, à quolibet grauamine liceat prouocare [aa]: quod & apud Saxones obſeruatur. Illud etiam ſciendum, non modò à tota ſententia, uerumetiam certis eius capitulis rectè appellari [bb].

De ijs quæ extra iudicium fiunt, an appellatio inſtitui poſsit, diſtinctione explicandum eſt. nam quæ formam aut uim ſententiæ iudicialis habent, ab his uerius eſt, rectè appellari: ut ab executione [cc], conſultatione [dd], iniqua interpretatione ſententię, facta ab eo qui ius dicere poteſt [ee]. Deniq́ aiunt noſtri [ff], quotieſcunq́ permiſſum eſt iudicis officium extra ordinem implo-

K rare,

a l.1.§.1.h.t. tot.tit. C.de relat.c. intimaſti. extra, eod.
b l.1. in uerb. conſultationis. et uerb. relatio. C.de relat.
c hic in l.1.
d Bal. Aut. de S.Georg.& Cano.in rub. extra eod.
e c.ſignificante.34.c. Rodolphus. 35. extra, de reſcript.
f c.1.de dilat.
g l. ab executore.4.h.t.l.ab executione.C. quor. app. rer. c.quoad conſultationem. de re iud.c.nouit.ext. eod.
h l.1. §. ſolent. ꝉ.quand. app.
i l.1.h.t.
k tot tit.C.ſi. unus ex plur.
l l.tutor.27.l. ab executore. 45.§.fin.h.t.
m l.1. C. quor. app. nõ recipit.
n d.l.ab executore.§.alio.l.à ſententia. §. ſi hæres. l.ſi prolu ſor. h.t.l.2. quã do app.ſit.
o l. non tantũ. 6.h.t.
p l.ſeruũ.7.de ſer.expor.
q l.1,C.de præt. Imp. off.l. uix certis.de iud.
r l.ſerui.l.Lucius. l. creditor. h. t.
s l.ex conſenſu. §.filium.h.t.
t tot.tit. C.quãdo pro. non eſt nec.& ꝉ.quæ ſent.ſine app.reſc.l.ex conſenſu.23.§.1.l.ſi expreſſim.19.h.t.
u Bart.& communiter Dd.in d.l.ſi expreſſũ. Inno.in c.cum dilecto.extr.eod.Fac.c.conſtitutus.8.de in integ.reſtit.
x l.ante ſententiam.h.t.
y l.unic.C.5.de momẽt.poſſ.
z l.2.ꝉ.de opp.rec.
aa c.1.c.cum Romana.3.de app.in 6.cle.appellandi.5.eod.
bb l.etiam.30. §. ex cauſa.de minor.Gl.in l.fin.ad uerb.iudicatis.C.eod.
cc l.ab executione.C.quor.app.
dd l.1.§.1.h.t.tot.tit.C.de relat.
ee l.ab executore.h.t.
ff Bart.nu.4.Ang.in l.fin.ꝉ.de app.recip.

rare, toties ab eius iniuſto decreto & actu illo extraiudiciali appellationis
beneficium eſſe cōcedendum [a]. Aliàs extra iudiciū non appellatur, ut à ſen
tentia arbitri [b]: etiamſi γὼ πλάτει dici poteſt appellare, qui petit rem ad arbi-
trium boni uiri reduci. Sed hoc propriè appellare nō eſt [c], neq; in eiuſmodi
locum habent, quæ de appellationib. hic proponuntur [d]. Iam de forma ap- 9
pellationū uideamus. Appellatio ab inferiore ad ſuperiorē in proximo or
dine [e] facienda eſt [f], ut à delegato ad ordinarium [g]: & alia exempla alibi re-
cenſet Iuſtin. [h] Poteſt autem prouocatio interponi ſtatim poſt ſententiā, a-
pud acta illius iudicis qui pronunciauit: nam corā illo appellandū eſt [i], uel
ſcripto, uel uiua uoce: ut ſi dicat, appello [k]. quòd ſi id nō ſtatim fiat, ſed poſt-
ea intra decem dies, quod tempus pręſtitutum eſt [l], ſiquidē à definitiua gra
uioris momenti appelletur, in ſcriptis erit facienda [m]: ſecus, in leuioris mo-
menti negocijs [n]. Appellationē autē ab interlocutoria indiſtinctè in ſcriptis
eſſe faciendam, Canones uolūt [o]. Libelli aūt qui dantur appellatorij, ita ſunt
concipiendi, ut habeant ſcriptum & à quo dati ſint, hoc eſt qui appellet, &
aduerſus quos, & à qua cuiuſúe iudicis ſententia [p]. Finis appellationū eſt, 10
ut ſententia iniuſtè lata in melius reformetur [q]. Effectus multiplex eſt. nam
prouocationē iudex cogitur admittere [r], niſi ex certis cauſis iure exceptis:
alioqui punitur [s], & per appellationē ſuſpenditur prior ſententia [t], ita ut nō
poſsit mandari executioni, aut quicquam nouari pendente appellatione [u].
Ne quis tamen per calumniā iudicia fatiget, & citra probabile grauamē ap 11
pellet à ſententia bene lata, pœna 50 librarum auri cum exiſtimationis iactu
ra in temerè prouocantes eſt conſtituta [x]. Sed hęc pœna, utpote grauis &
prædura, moribus antiquata eſt, certè iure Canonū tantum in expenſas te-
merarius prouocator condemnatur [y]. Iure noſtro Sax. pręter expenſas, 30
ſolidos parti aduerſæ, multam uerò arbitrariā iudici pēdere cogitur [z]. quòd
tamen in curijs non ſeruatur, ſed iuxta ius Pontificium ſolummodo expen-
ſarum damno multari ſolet. Alijs in locis, ut in Gallia & Belgico, certę pœ-
nę pecuniarię cōſtitutæ ſunt. Iam de relationib. altera huius Tituli parte, 12
pauca dicamus: quarū alia cauſa eſt quàm appellationū. nam nō poſt, ſed an
te ſententiā interponuntur [aa], niſi in cauſis criminalib. [bb] Eſt aūt relatio, cum
iudex de iure dubitās (nam in ambiguitatib. factorum improbata eſt rela-
tio) principē conſulit, quid in iudicādo ſit ſequendū [cc]. Conſultationis aūt
exemplum partib. edēdum eſt, ut ſi fortè relatio alicui minus plena uideať,
opponere ſuas rationes & refutatorios libellos principi offerre poſsit [dd].

a l.1. §. ſolent. ĵ. quan. app. ſit. c. cum ſit Romana. 5. extr. eod. Gl. in cle. 1. in uerb. oneramus. de iur. patro.
b l. 1. C. de rec. arb.
c Dd. in d. l. 1. & 2. C. de arb. Bart. in l. 1. ff. eo. tit. cano. 7. c. dilecti. de arb.
d Cano. in c. boni. 51. & c. cum ſit Romana. 5. extra, eod.
e c. dilecti. 66. extra eod.
f l. 1. §. ſi quis. l. Imperatores. h. t. c. Romanarū. de app. in 6.
g l. 1. §. ult. ĵ. quis & à quo.
h l. præcipimus. l. in offerendis. C. eod.
i Gl. in c. ſuggeſtum. 15. ad uerb. in uocem. de appel. & in c. appellatio eo. lib. 6. lex in c. fi. de app.
k l. 2. h. t. l. litigatorib. l. eos. §. ſin autem. & §. fin. C. eod.
l uid. C. de temp. app.
m l. 3. h. t. Bart. & Ang. in l. litigatoribus. C. eod. n Bal. in l. at in maiorib. C. eod. o c. cordi. de appellat. lib. 6. Alex. poſt Bart. in l. eius. ĵ. de recip. app. Bal. & Ang. in l. patris. de uulg. & pup. p d. l. 1. §. fin. q d. l. 1. in princ. r l. ult. ĵ. de appell. recip. s l. quoniam. C. eod. t l. furti. 6. ſ. de his qui not. infa. u ĵ. nihil nou. app. pen. l. 5. ĵ. de app. recip. x l. eos. 6. §. ne temerè. l. à proconſulibus. 19. C. eod. l. 5. in fin. C. quor. app. non recip. y c. reprehenſibilis. 26. ext. eod. c. 1. de elect. in 6. Abb. in c. inter cætera. de appellat. z Fach. diff. 55. aa in Auth. de iudic. bb l. inter pœnas. 6. ſ. de inter. & releg. l. ſi quis filio. §. quid tamen. de iniuſt. rup. teſta. cc l. eum quem. 79. §. iudicibus. de iudic. §. fin. in Auth. de iudi. dd l. 1. & 2. & tot. tit. C. de relat.

## À QVIBVS APPELLARE NON LICET. Tit. II.

1 *À principe non appellari.*
2 *Nec à ducibus Saxoniæ.*
3 *Neq; à Senatu.*
4 *Neq; eum prouocare qui appellationi renunciauit.*
5 *An ab arbitris appelletur.*

TRactandum eſt ſecundo loco, à quibus appellare non ſit conceſſum. 1
Et quidem ſtultum eſt illud admonere, à principe appellare fas nō eſſe:

cum

cum ipſe ſit qui prouocatur,nec maior eo in terris inueniri poſsit,ad quem
2 prouocetur[a].Saxoniæ duces,etſi Imperatori ſubiecti ſunt, ſicuti & alij electores atq; principes, qui eapropter appellationem ad cameram Spirenſem admittũt,tamẽ à ſe appellari non patiuntur: quia defenſores ſunt iuris Sax. ſecundũ quod in his terris iudicatur: in Camera autẽ nulla eius habetur ra-
3 tio. Sciendum eſt,nec à Senatu appellari poſſe[b], quia ius condendæ legis habet[c],& principẽ repræſentat[d]: neq; à præfecto prætorio[e]. Sed etſi quis
4 ante ſententiã in iudicio profeſſus fuerit,ſe nõ prouocaturũ,indubitatè prouocandi auxiliũ perdidit[f]: ſicut & cum ea de re cum aduerſario pactus ita
5 eſt[g]. Quæſitũ eſt etiam,an ab arbitris rectè appelletur: & dicendũ eſt,non appellari,quia iuriſdictionẽ non habent[h]: præterquam ab ijs qui à iudicib. ad fideiuſſores probandos,aut ad aliud negociũ exequendum,cum quadã cognitionis poteſtate dantur[i]:quos cõmiſſarios uocant. À reliquis omnibus tam ordinarijs quàm delegatis iudicib. prouocatio inſtitui poteſt, niſi fortè princeps hac forma quẽ delegarit, ut nõ liceat ab eo prouocare. qua forma præter principem,nemo alius iudicem dare poteſt: alioqui hac ratione appellationis beneficium planè tolleretur[k].

*a l. 1. in princ. hoc tit. b l. 1. §. 1. h. t. c l. non ambigitur. de legib. l. 2. de flum. d l. 1. in princ. C. ad l. Iul. maieſt. e tot. tit. C. de ſent. præf. præt. f d. l. 1. §. ſi quis. g l. fin. §. fin. C. de temp. appel. h l. 1. C. de recep. arb. i l. fin. h. t. k l. 1. §. fin.*

## QVIS À QVO APPELLETVR. TIT. III.

A Iudice delegato appellatur ad eum qui dedit[a]. Si tamen quis ita iuriſdictionẽ ſuam mandet,ut alius ſuo loco & nomine eã exerceat, quos nunc uicarios ſeu locũ tenentes nominamus: quia per ſe facere uidetur qui per aliũ facit[b], & uicarius eandẽ iuriſdictionem & idem auditorium tenet, quod is cuius uices gerit,meritò hoc caſu non ipſe prouocabitur, cuius nomine exercetur iuriſdictio: ſed ille qui prouocaretur, ſi ipſemet mandans ſententiam protuliſſet[c].

*a l. 1. in princ. l. 2. & 3. h. t. b c. qui facit. de reg. iur. in 6. c l. 1. §. 1. ubi Bart. h. t. c. Romana. de appel. li. 6. c. 2. de cõſt. eo. lib. Cyn. in l. à iudice. C. de iudic.*

## QVANDO APPELLANDVM SIT, ET INTRA quæ tempora. Tit. IIII.

1 *Ante ſententiam non appellari.*
2 *Quatuor tempora conſideranda.*
3 *Tempus interponendæ appellationis.*
4 *Tempus petendi apoſtolos.*
5 *Tempus præſentandæ appellationis.*
6 *Tempus proſequendæ.*

1 IAm quando, & intra quæ tempora appellandũ ſit,uideamus. Et quidem
2 ante ſententiã non appellari, ſuprà diximus[a]. Tempora porrò appellationũ quatuor modis conſiderantur. Aliud eſt enim tempus interponendæ appellationis: aliud petendi apoſtolos: aliud præſentandi ſe coram iudice
3 ad quem: aliud appellationis proſequendæ. Tempus interponendæ appellationis,olim erat in propria cauſa biduũ[b]. Propria autẽ cauſa ea eſt, cuius emolumentũ uel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet[c]: in aliena uerò triduũ[d]. Hodie indiſtinctè appellandi tempus decem eſt dierũ[e], qui currunt de momẽto ad momentum,à tempore ſcientiæ[f]. Saxones quibuſdam caſibus in continenti à ſententia prouocari uolunt[g]: id quod nunquã uidi
4 obſeruari, ſed legitimũ tempus uſurpamus. Tempus petendi apoſtolos eſt 30 dierum, quod incipit currere ſtatim atq; ſententia lata eſt[h]: qui niſi
5 hoc tempore petantur, appellationi renunciatum uidebitur[i]. Tertium tem
6 pus præſentãdæ appellationis eſt in arbitrio iudicis ad quem[k]. Tẽpus proſequendæ appellationis eſt annus, & ex iuſta cauſa biennium[l], quod currit à tempore interpoſitæ appellationis[m].

*a l. penul. C. quor. app. non recip. b l. qui ſuſpectum. 20. §. de app. l. 1. §. biduũ. h. t. l. eos. 6. §. pen. C. de app. c l. 1. §. in propria. d l. 1. §. biduum. & §. fi. h. t. d. l. qui ſuſpectum. l. eos. §. fi. de app. e Auth. hodie. C. de appell. c. quod ad. 15. de ſent. & re iud. f Gl. in d. Auth. hodie. g Sax. lib. 2. art. 6. Chil. in prac. cap. 124. & 125. h l. iudices. C. de appel. i Cle. quamuis. de app. c. ab eo. 6. de app. lib. 6. k Gl. in l. præſes. C. de app. per l. 1. de iur. delib. c. perſonas. de app. l. Auf. in c. quoniã. ad uerb. interlocutoriæ. nu. 43. de prob. l Auth. ei qui. C. de temp. app. m clem. ſicut. de app. Gl. & Dd. in l. fin. C. de temp. app.*

## DE APPELLATIONIBVS RECIPIENDIS, uel non. Tit. V.

1 *Quorum appellationes non recipiantur.*
2 *An in criminalibus appelletur.*
3 *Cauſæ reſpuentes prouocationem.*

SEd ſciendum eſt, non omnium appellationes recipi. Nam aliquando 1
beneficium appellationis excludit aut factum appellantis, puta, quia 2
antea ſuo iure renunciauit [a]: aut delictum: ſi uidelicet ob contumaciam con 3
demnatus ſit [b]: uel malè geſtum officium publicum [c]: uel in æs alienũ quod
fiſco debeatur [d], uel ob delictum, confeſſum tamen [e], quod ſtatim puniri
propter atrocitatem publicè interſit [f]: cuiuſmodi eſt ſeditio, latrocinium, &
ex conſtitutione Conſtantini [g] & Iuſtini. [h] cædes, ueneficium, adulterium,
raptus, &c. Quod conſuetudo pleriſq; locis in Germania (nam in Gallijs
aliter obſeruatur) ad omnia criminalia iudicia extendit. Aliquando cauſa
ipſa eiuſmodi eſt, ut prouocationem reſpuat: ueluti eſt lis de poſſeſsione iu
re ciuili [i], item cum quis ad munus publicum, ut tutelam eſt cooptatus [k]:
cumq; res non recipit dilationem, ut quando incidit queſtio de annona, de
aperiẽdo teſtamento, miſsione in poſſeſsionẽ bonorũ [l], &c. Sed nec admit-
titur prouocatio poſt bonam appellationem inſtitutam, ſeu tres ſententias
confirmiter latas [m].

## DE LIBELLIS DIMISSORIIS QVI APOſtoli dicuntur. Tit. VI.

1 *Quid dimiſſorij libelli & apoſtoli.*
2 *Quando dandi.*
3 *Qua forma.*
4 *Intra quod tempus.*

DImiſſorij libelli dicuntur, quòd per eos cauſa ad eum qui appellatus 1
eſt, dimittatur [a], qui Græco nomine ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod mittere
ſignificat, apoſtoli uulgò dicuntur. Hi poſt appellationem interpoſitam à 2
qualibet cauſa [b], dandi ſunt, ab eo à quo eſt appellatũ, ad eum qui de appel
latione cogniturus eſt. Senſus autẽ literarum talis eſt: appellaſſe Luciũ Ti- 3
tium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt [c]. Petendi autẽ ſunt intra 30
dies, ut ſuprà dixi: alioqui inſtitutę appellationi renunciatum uidebitur, ni-
ſi iuſtum impedimentum probare poſsit appellans, quare nõ petierit. Nec
uerò ſimpliciter petendi ſunt, ſed ut hic inquit Marcel. [d] inſtanter & ſepius.
Quare petitio ita concipi ſolet: peto inſtanter, inſtantius & inſtantiſsimè [e].
Quòd ſi porrò per iudicem ſtet, quo minus dentur, nihil oberit appellãti [f],
dummodo intra 30 dies de ſua diligẽtia fuerit proteſtatus [g]: niſi iudex intra
idem illud tempus refutatorijs apoſtolis cauſam oſtenderit, quamobrem
libellos dimiſſorios non putarit dandos [h]. Sunt & alia apoſtolorum genera,
de quibus D. Chilianum [i] conſulere licet.

## NIHIL NOVARI APPELLATIONE INTERpoſita. Tit. VII.

1 *Ratio quare nihil poſsit innouari.*
2 *Attentata quomodo reuocentur.*
3 *De inhibitione.*

EFfectus appellationis pręcipuus hic eſt, quòd appellatione interpoſi- 1
ta, ſiue recepta ſit, ſiue non ſit, medio tempore nihil nouari, id eſt atten-
tari, & ad executionem perduci oportet: ſi quidem fuerit recepta appella-
tio, quia recepta eſt. Si uerò non recepta eſt, ne pręiudicium fiat ei, quoad
deliberetur, utrum recipienda ſit appellatio, an non ſit. Recepta appella-
tionę

a l.1.§.ſi quis. ſ̃.qui & à quib.
b l.1.C.quor. app.l. properandum.§. cum autem.C. de iudic.
c l.3.C.eo.
d l.fin.l. 4. C. eod.
e l.2.C.eod.
f l. conſtitutionib.16.h. t. C.ſi qua.244. de uerb.ſig.
g l.2.C. eod.
h l.1 §.ſin autẽ. C.de rap.uirg.
i l.unic.C.ſi de mo.poſſ.
k l. 1. §.ſi quis tutor.ſ̃.tit.1.
l l.ult.h.t.l. quiſquis. C.eod.
m tot. tit. C. ne. lit. in una ead.cauſ.

a l.dimiſſoriæ. 106. de uer. ſig.
b c.ut ſuper. 4. de app. lib. 6.
c l.unic. h.t.
d in d. l. unic.
e Gl.in c.ab eo in uerb. inſtanter. de app. lib. 6.
f l.1.§.dies.ſ̃. quando app.
g d.l.unic.in fin.d.c. ab eo.§. illud.Chil.in prac.cap.130.
h l.pen. & fi. ſ̃.de app.recip. c.cordi. de app. in 6.
i d.c.130.

tione tam diu nihil erit innouãdum, ſed omnia relinquẽda in eo ſtatu, quo
erant tempore appellationis, quoad de appellatione erit pronunciatum[a].
Nam, ut loquuntur, per appellationem iudici à quo quaſi manus cõſtrin-
2 guntur, ne quid amplius in cauſa attẽtare poſsit. Quòd ſi attentet, id ipſum
officio iudicis ad quem eſt prouocatum, ante omnia & ſummariè reuoca-
3 tur[b]: quod uerum eſt, cum poſt inhibitionem quid attentatur. Inhibitionẽ
autem uocant literas compulſoriales, quibus iudex ad quẽ admiſſa appella
tione mandat ei à quo, ut ad ſe acta cauſæ tranſmittat: prohibetq́, ne in ea-
dem cauſa quippiam deinceps innouet[c]. Quod ſi quid porrò ante inhibi-
tionem, pręſertim cum de interlocutoria eſt appellatum, innouetur, uſitatũ
eſt id principali ſententia in cauſa appellationis lata reſcindi ac reuocari[d].

*a l.unic. h.t. b l.unic. C.nil nouan. l. chirographis.58.§.2. de ad.tuto.c. nõ ſolũ. 7. de app. in 6. c.bonæ.51. c.dilectos. 55.de app. Gl.in l. 2. ut lit.pen. & 7. c.uenientes. de iur. c c.Roman.3.§. ſi uerò uocatis. de app. lib. 6. l. 2. ubi Bart. Bal. & alij. C. de edend. l. à procõſulib. C. de app. d c.ſignificantib. 49. de app. Inno. 7. c. dilecti. ad uerb. reuocatio. de excep. & in d. c. non ſolùm. de app. lib. 6.*

## QVAE SENTENTIAE SINE APPELLATIOne reſcindantur. Tit. VIII.

1 *Ratio huius tituli.*
2 *Septem ſpecies ſententiarum, quæ ipſo iure nullæ ſunt.*

1 IAm & illud tenendum eſt, interdum prouocari à ſententia non eſſe ne-
ceſſe: utpote, cum prior ſententia eſt ipſo iure nulla. Nam quòd nullum
2 eſt, ut reſcindatur non habet opus[a]. Porrò conſultus ſeptem hic formas
ſententiarum quæ nullæ ſunt, proponit: id eſt, ſi ſententia contra rem ante
iudicatam probetur lata[b]. 2. Si in calculo iudex errarit[c]: 3. Si contra ſacras
pronunciat conſtitutiones, hoc eſt, de iure conſtitutionis, non de iure liti-
gatoris[d]. 4. Si quis ex edicto peremptorio, tanquam contumax ſit condẽ-
natus, quòd neq; propoſitum eſt, neq; in noticiã peruenit[e]: ſecus, ſi fuiſſet
propoſitũ[f]. 5. Si in cauſa conuentionis & recõuentionis ſeu obiectę cõpen
ſationis iudex alterã litẽ decidat, altera pendẽte, quia ſuper utraq; cauſa ſi-
mul & procedi & pronũciari debet[g]. Sed magis eſt, ut inquit Marc.[h] id eſt
potius & ſecurius, ut hoc caſu appellatio interponatur. 6. Si condẽnatus ſit,
qui tẽpore quo ſententia dicta eſt, in rebus humanis eſſe deſijt[i], etiãſi ab a-
lijs fuerit defenſus[k]. 7. Impoſsibile præceptum iudicis, ſeu natura, ſeu lege,
nullius eſſe momenti Paulus reſpondit[l]. Impoſsibilium enim nulla eſt
obligatio[m].

*a l.5. de iniuſt. rup. teſt. b l.1. in prin. h. t. l. 1. C. quan. pro. nõ eſt nec. t.t. C. de ſent. contra ſent. c. inter. de re iud. c l.1. §.1. h.t. l.2. C. de re iud. l. 1. C. de erro. cal.*
*d l.1. §. itẽ. h.t. l. ſi expreßim. de app. l. 2. C. quan. prouo. nõ eſt nec. e l.1. §. pen. h.t. f l. ab eo. C. quo. & quando. auth. ſi omnes. C. ſi min. har. ab. c. 4. §. toties. de dam. inf. g l. cum Papinianus. cum Auth. ſeq. C. de ſent. c. 1. extra, de mut. petit. h hic in l. 1. in fi. i l. 2. h. t. l in ſumma. §. fi. de re iud. k l. de qua re. §. cum abſentiam. de re iudic. l l. fi. h. t. m l. impoßibilium. 145. de reg. iur.*

## AN PER ALIVM CAVSAE APPELLATIONIS reddi poſsint. Tit. IX.

1 *Regula, quando iuſtificari appellatio poßit per procuratorem, aut non poßit.*
2 *Cauſas capitales per procuratorem non iuſtificari.*
3 *Quæ dicatur capitalis.*
4 *Explicatio l. 2. h. t.*

IN materia appellationum de quibuſdam articulis quæri ſolet, quos ope-
ræprecium eſt hic explicare. Principiò illud quæſtionis eſt, an per alium
cauſæ inſtitutæ appellationis (quam nunc iuſtificationem uocant) reddi
1 poſſunt. qua in re tenenda eſt regula: Quæ cauſa per alium agi nequit,
2 eius nec appellationem per alium poſſe expediri[a]. Ex quo ſequitur, cau-
ſas capitales per procuratorem in ſecunda inſtantia agi nõ poſſe[b]: quia nec
3 in prima poſſunt[c]. Capitalem autem dicimus, ex qua ſequitur pœna uſq;
4 ad relegationem excluſiuè, ut uult hic Acc. Nam cum relegatio aut lenior
pœna, puta infamiæ nota imponitur, tum cauſa conſimilis eſt pecuniarię[d]:
quare & procurator admittetur[e]. Sanè ſi procurator abſente domino ap-

*a l.1. in fi. h. t. b l.1. h.t. c l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. d d. l. 1. uerſ. planè. l. abſentẽ. §. de pen. e Gl hic pro l. ſeruum. §. publicè. de procur.*

 pellauit,

pellauit, & poſtea redditis rationib. procurator eſſe deſijt, nihilominus abſente domino reſpondere, & cauſas appellationis, ſeu (ut loquũtur) grauamina proponere debet. Sed an eo ceſsãte dominus litis reſpõdere poterit? Et quãuis regulariter cauſas appellationis reddere debeãt, qui primò ſunt experti, & prouocauerunt [a]: magis tamen obſeruatur, ut audiri debeat in cauſis appellationum reddendis is cuius abſentis procurator appellauit [b]: idq; exemplo adoleſcentis uel pupilli, qui interpoſitam à tutore appellationem ipſe iam adultus, finita tutela aut cura, perſequi poteſt [c].

a l. fin. §. fin. ſ. de appell.
b l. 2. h. t.
c d. l. 2. h. t. d. l. fin. §. fin.

## SI TVTOR, VEL CVRATOR, VEL MAGISTRATUS creatus appellauerit. Tit. X.

HI qui ad munera publica nominati & electi, à ſentẽtia qua eorũ excuſationes repudiabantur, appellarint, nec cauſas, quare iuſta fuerit appellatio probauerint, ſciant ad ſuũ periculum pertinere, ſi quid damni, per morã appellationis, Reip. acciderit [a]. quod & in tutorib. ſeruat̃ [b]. Quare etiã ſi tutor uel curator prouocauerit, & ante cauſam actã moriat̃, propter periculũ medij temporis, ſucceſſores eius cauſas appellationis reddere neceſſe habebunt [c].

a l. 1. h. t.
b l. 2. in uerb. periculum medij temporis. h. t. l. ſi quis tutor. 60. §. fin. de rit. nupt. l. quanquã 15. C. de exc. tut.
c l. 2. h. t. l. uni. in fin. ſ. ſi pend. app. mors inter.

## EVM QVI APPELLAVERIT IN PROVINcia defendi. Tit. XI.

CVm quis appellationis cauſa peregrinatur, quæri ſolet, an interea domi in ſua prouincia defendi in alijs ſuis cauſis tanquã preſens debeat. Et reſcriptũ eſt, defendendum eſſe: nam hoc beneficij illis pręſtatur, ne neceſſe habeant ſe defendere, qui Reipub. gratia abſunt.

## APVD EVM À QVO APPELLATVR, ALIAM cauſam agere compellendum. Tit. XII.

SI quis ex alia cauſa appellauerit à iudice, an in alia cauſa (nam in eadem res plana eſt [a]) eundẽ iudicem habere neceſſe habeat, uideamus. Et hodie hoc iure utimur, ut tametſi appellatio interpoſita ſit, tamen apud eundem ſuum ordinariũ iudicem à quo quis prouocauit, cõpelletur alias cauſas agere: nec utetur hoc pretextu, quaſi apud offenſum iudicẽ non debeat experiri: cùm quia hæc ſuſpicionis cauſa idonea non eſt [b], tum quòd ſi putarit ſe eius ſententia læſum iri, denuò prouocare poſsit [c].

a l. eos. 5. C. de app.
b l. & in maiorib. C. de app. not. in l. apertiſſimi. C. de iud.
c l. unic. h. t.

## SI PENDENTE APPELLATIONE MORS interuenerit. Tit. XIII.

APpellatione defuncto, ſiquidem ſine hęrede cuiuſcunq; generis appellatio, ſiue de cauſa ciuili, ſiue de criminali inſtituta, euaneſcit: utpote altera parte litigatorũ extincta. Quòd ſi appellatori hęres extiterit, ſiqui dẽ nullius alterius intereſt, cauſas appellationis reddi, cogẽdus nõ eſt peragere appellationẽ: iuxta reg. ut nemo inuitus agere cogat̃ [a]. Nã & liti ſuæ unuſquiſq; renũciare poteſt [b]. Si uerò fiſci uel alterius contra quẽ appellatũ eſt, intereſt, hæres cauſas appellationis reddere neceſſe habet [c].

a tot. tit. C. ut nemo inui.
b l. poſtquam. 4. C. de pact.
c l. unic. h. t.

## DE IVRE FISCI. TIT. XIIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit fiſcus.*
3 *De iure ſingulari, & priuilegijs fiſci.*
4 *De iudicijs & nunciationibus quæ ad fiſcum pertinent.*

HActenus expoſita ſunt ea omnia quę ad inſtitutionẽ, progreſſum, exitumq; iudiciorũ ordinariorũ pertinere uidebantur: nunc ut nihil pretermittatur, coronidis uice exequamur illa, de quib. extra ordinẽ iure quodam ſingulari ius dici ſolet. Quo in genere primum locũ obtinet fiſcus, cuius multa in iure ſunt priuilegia. Fiſcus autẽ propriè principis ærarium, & 2

Reip,

Reipub.patrimoniũ dicitur.Illud priuatũ, hoc publicũ[a]. Sed cum utrunq;
ſit unius principis,promiſcuè hæc uſurpari ſolent[b]:nec dubiũ eſt,quin Cæ-
ſaris priuata ratio, idem ius habeat quod fiſcus[c].In multis autem fiſcus iure
3 ſingulari utitur. Nam & priuatos ad editionẽ inſtrumentorum cogit[d],
contra regulã[e]:& interdum conductores rerum publicarũ inuitos detinet,
ſi maximos fructus fecerint[f], aliàs ſecus[g]: debitores debitorum ſuorum e-
xigit[h]: euictionem ſimplicem tantũ præſtat, etiamſi duplã promiſerit[i]:ius
pignoris ſemper habet[k],ac ut ſibi ſatisfiat,etiã alijs creditorib.perſoluta au-
fert[l]:quia ius fiſci priuatis pręponderat[m], etiamſi aliàs unicuiq; licet ſibi ui
gilare[n],nec ſit repetitio ab eo qui ſuũ recepit[o]. Sed & alia priuilegia multa
4 habet,quę longũ eſſet referre[p]: ac peculiaria etiã quędam iudicia: ut cum
bona uacantia aut cõmiſſa nunciantur ex cauſis, quas ad quindecim nume
ro recitat Calliſtratus[q].In his enim nunciationib.multa ſunt ſpecialia.Nam
nec ab omnibus denũciari poteſt[r],neq; ex omnib.cauſis[s]:pœnę etiã ſingu
lares in temerè aut falſò deferẽtes,ſunt cõſtitutę[t]: ſicuti pręmia ijs qui uera
deferunt[u],neq; omni tempore[x]: nam & præſcribi fiſco poteſt[y], neq; corã
omni iudice cauſa fiſcalis agitanda eſt[z].

*a Plin. in panegy. Suet. in Aug. l. fin. C. de fund. rei part. lib. 11.*
*b l. bene. C. de quad. præſcr. §. res fiſci. Inſt. de uſucap.*
*c l. 6. §. fi. h.t.*
*d l. 2. §. 1. h.t.*
*e l. 1. & t.t. C. de eden.*
*f l. talem. 11. §. fin. de publica.*
*g l. 3. §. cum in quinquẽnium. h. t. l. inuictos. 11. C. de locat.*
*h l. 3. §. multa. h.t.* *i l. 5. h.t.* *k l. aufertur. 46. §. ius pignoris. h.t.* *l l. deferre. 18. §. fi. cum ll. ſeq. h.t.* *m l. apud. 35. h.t.* *n l. pupillus. 24. quæ in fran. cred.* *o l. repetitio. 44. de cond. ind.* *p t.t. C. de priuil. fiſ. et de quad. præſc. uid. trac. de priuileg. fiſ.* *q l. 1. h.t.* *r l. 2. §. pen. l. edicto. 13. §. extat. l. art. 16. l. deferre. 18. h.t.* *s l. 1. §. an bona. l. non poſſunt. 11. d. l. edicto. l. 3. 12. 17. 22. §. pen. 45. h.t.* *t l. 2. 15. 42. §. fin. h.t. l. ex uaria. C. de dela. lib. 10.* *u l. 13. in princ. 15. §. Senatus. l. 49. h.t.* *x l. 13. §. antepenult.* *y l. 1. §. diuus. l. fi.* *z l. 3. §. diuus Adrianus. l. 7. l. 45. §. quoties. h.t. tot. tit. C. ubi cauſ. fiſc.*

## DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO, ET redemptis ab hoſtibus. Tit. XV.

1 *Qui à quibus hoſtibus captiui ſerui fiant uel non.*
2 *Poſtliminium unde dictum, & quid ſit.*
3 *Species poſtliminij.*
4 *Cauſa efficiens.*
5 *Materia, & de perſonis ac rebus quæ poſtliminium habent.*
6 *Forma.*
7 *Finis.*
8 *Effectus.*
9 *De redemptis ab hoſtibus.*

1 DE captiuis quoq;, & de poſtliminio ac redemptis ab hoſtibus, quæ-
dam iura peculiaria prodita ſunt. Humanitatis enim eſt,iſtis contra
ſubtilitatem iuris ciuilis ſubuenire. In primis ſicut quæ cœlo, terra, mariq;
capiuntur,fiunt occupantium[a]: ita capti ab hoſtibus,in eorum rediguntur
poteſtatem,omniaq; iura ciuitatis cum libertate amittunt[b]. Hoſtes autem
accipimus,quibus bellum pop.Rom.decreuit[c]. Quare ſerui non fiunt,qui
uel in diſſenſione ciuili[d],uel à latronibus,uel confœderatis[e] capiũtur[f].Ca
pti tamen ab his gentibus, quibus cum nec fœdus,nec ſocietas,neque ho-
2 ſpitium eſt,poſtliminium habent[g]. Poſtliminium, inquit Imperator[h],ex
Cic.[i] à limine & poſt dictum eſt. Nam limina ſicut in domo finem quen-
dam faciunt,ſic & Imperij finem eſſe limen ueteres uoluerũt. Hinc & limẽ
dictum eſt,quaſi finis quidam & terminus:ab eo poſtliminiũ dictũ,quia ad
idem limen reuertabatur, quod amiſerat.Id ad hunc modum Paulus[k] defi-
nit: Poſtliminium eſt ius amiſſę rei recuperandę ab extraneo, & in ſtatum
priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos, omnes populos regesq́ue
moribus ac legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus,aut etiam cir
ca bellũ,hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere: idq; natu-
rali æquitate introductũ eſt:ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur,
3 is ubi in fines ſuos redijſſet, priſtinum ius ſuum reciperet.Duæ ſunt ſpecies

*a l. 1. cum ll. ſeq. de acq. re. dom.*
*b l. 1. l. 12. §. ſi quis ab hoſtib. h.t.*
*c l. hoſtes. 24. h.t.*
*d l. ſi quis. 21. h.t.*
*e l. non dubito. 7. h.t.*
*f l. hoſtes. 24. §. fi. l. poſtliminium. 19. §. à piratis. h.t.*
*g l. 2. §. in pace. h.t.*
*h §. ſi quis ab hoſtib. Inſt. quibus mo. ius patr. po. ſol.*
*i in Topicis.*
*k l. poſtliminiũ. 19. h.t.*

poſtliminij. nam aut nos reuertimur ex captiuitate,recuperamusq́ poſtli-
minio res noſtras,aut per uim hoſtium capta recipimus[a]. Cauſa efficiēs 4
poſtliminij eſt lex ducta,partim à naturali ęquitate,partim ex iure gentiū[b].
Materia circa,quam ſunt perſonæ,aut res. Poſtliminium enim habent 5
ab hoſtibus capti,cuiuſcunq́ ſint ſexus aut conditionis[c]. Transfugę tamē
nullum poſtliminium eſt[d]:quia malo conſilio & proditoris animo patriam
reliquit,nec in ciuium,ſed hoſtium numero habendus eſt,ac propterea ſup
plicio afficiendus[e]: ſed his tantum hoc beneficij indultum eſt, qui neceſsi-
tate captiuitatis,inuiti abducti ſunt[f]. Quare & qui armis uicti hoſtibus ſe-
ſe dediderunt, poſtliminio carent: nam uolentes ſe hoſtibus ſubijciunt[g].
Quòd ſi dubitetur,captus quis ſit,an transfugerit,inſpicienda erit uitæ pri
oris conditio:quæ ſi fuerit illęſa,iuratæ eius affirmationi credetur[h]. Filij an
te captiuitatem concepti,ius poſtliminij habēt[i]: quia cum pro natis habe-
antur[k],ſimul capti uidentur:apud hoſtes concepti, iure proprio poſtlimi-
nium non habent,utpote è ſeruis nati,ſed ex perſona parentū, ſi hi reuertā-
tur[l]. Res eodem modo habent poſtliminium,quæ quidem non turpiter a-
miſſę ſunt,ut ager ab hoſtib. captus, & denuò recuperatus[m],naues,equi[n],
&c. In armis & ueſtibus non idem iuris eſt, quia non ſine flagitio timoris
& fugę amittuntur[o]. Forma poſtliminij eſt,quòd ſtatim atq́ captiuus fi- 6
nes noſtros attigit,recuperat omnia iura priſtina[p], fingiturq́ retrò in ciui-
tate ſemper fuiſſe[q]. Finis eſt,ut ex naturali æquitate, qui per iniuriam ab 7
extraneis detinebatur,is recuperata ciuitate iura etiam ſua recuperet[r].
Effectus poſtliminij partim eſt in fictione, partim in ſuſpenſione iuriū[s]. 8
Fugit enim ius eum,qui reuerſus eſt nunquam abfuiſſe[t]. Quare & teſtamē
tum ante confectum ſeruatur[u], & inſuper actio reuocatoria reuerſo datur
ad res perditas,uſucapione recuperandas[x]. Suſpenditur ius patrię poteſta-
tis capto patre,donec pater,uel redeat,uel deſinat poſſe redire:idq́ ideo,ut
interea filij contrahere nuptias[y],agereq́ tanquam patresfa.poſsint[z].Pater
tamen reuerſus, ius poteſtatis & peculium filij medio tempore quęſitū, ac-
quirit[aa]: quia fingitur nunquā abfuiſſe. Inducta eſt & altera fictio leg.Cor-
nelia:nam cum quis apud hoſtes moriebatur, quia in ſeruitute decedebat,
non poterat relinquere hæredem. Id quod plenum uideretur iniquitatis.
Lege Cornelia inductum eſt, ut qui ita obijſſet ab eo tempore quo captus
eſſet,obijſſe fingeretur:quo tempore cum fuerit liber, hæredes tam ab inte
ſtato quàm ex teſtamento, ſi quod ante captiuitatem fortè reliquit, ex hac
fictione habet[bb]:quibus deficientibus fiſcus ſuccedit[cc]. Redempti ab ho 9
ſtibus precio,quod λύτρον uocant,poſtliminium habent. Non enim emun-
tur tanquam mancipia: & iniquiſsimum ſanè eſſet, ciui liberato hanc ſerui-
tutis calamitatem pro beneficio inferre:quare poſtliminium habent, ſiqui-
dem antè fuerint liberi[dd].nam ſerui dominis reſtituuntur. refuſo tamen pre
cio[ee]. Pignori tamen obligantur etiam liberi homines,redemptori ſuo pro
λύτρῳ donec ſoluāt, niſi animo donādi ſumptus ſint facti[ff]: quòd ſi ſoluere
nequeant,per quinquenniū ei operas pręſtare in authoramentū cogunt[gg].

*a l. cum duæ. 14.h.t. b. d.l.19. c d.l.19.§.ult. d l.19.§.transfugæ. e l.3.§.is qui. l. proditores. 7. §.de re milit. f l.pen.C.eo. g l.poſtliminio.17.h.t. h l.non omnis. §.à Barbaris.de re milit. i l. ab hoſtibus. ex quib. cauſ. ma. k l.qui in utero. de ſtat.ho. l l.1. C.eod.l.apud.9.l.diuus. 26.h.t. m l.ſi captiuus. 20.§. expulſis. hoc tit. n l.2.h.t. o l.2.& 3.h.t. p l.in bello.12. §.ſi quis.h.t.l. ab hoſti.2.C.eo. q l.retrò.16.h. t.d. §.ſi quis ab hoſtibus. r d.l.19. s Sal.in l. Gallus. §. quid ſi is. de lib. et poſth. t d.l.retrò.cum ll.ſeq. u §.fin.Inſt. quib. per. fac. teſt.l.ſi quis.§. quatenus.de iniuſt.rup.irr. fac.teſt. x l. 1. ex quibus cauſ.maio.d.l. ab hoſtibus. y l.ſi nepos. 9.cum ll.ſeq. de rit.nupt. z Sal. in d.l. Gallus.§. quid ſi is. aa l.pen.de ſuis & leg.l. in bello.12.§.ſi quis. bb l.1. C. eo. §.fi. Inſt. quib. eſt per.fa.teſt.l.lex Cornelia.de uulg.& pup. cc d.l.bona.22.h.t. dd l.ſi captiuus.20.h.t ee l.in bello.12.§. ſi quis ſeruum.h.t. ff l.liber.17.C.eod. gg l.fin.C.eod.*

## DE RE MILITARI. TIT. XV.

1 *Continuatio.*
2 *Omnes cogi ad militiam.*
3 *Qui militari non poſsint, aut excuſentur.*
4 *Qui ſint milites.*
5 *Genera militum.*

De delictis

6 *De deliĉtis militum.*
7 *De pœnis.*
8 *De miſsionibus.*

1 SEd & rei militaris quę principi & bono publico utilem nauat operam,
iura quædam ſunt ſingularia: de quibus extra ordinem interdum etiam
ſub pellibus & inter claſsica, quæ ſubtilitates iuris minus exaudiunt, diſce-
2 ptatur. In primis ſciendum eſt, omnes omnino ciues ad militiã cogi, adeò
ut qui ad edictum olim non reſpondiſſet, ut proditor libertatis in ſeruitutẽ
redigeretur[a]: & qui filiũ ſubtraxiſſet militię, multaretur exilio ac parte bo-
3 norum[b]. Excipiuntur tamen qui militare non poſſunt: ut ſerui, facinoro-
ſi, rei, qui ſub obtentu militię aduerſarijs negocium facere machinãtur, atq;
alij multi[c]: item qui à militia ætate, aut ſimili priuilegio excuſantur[d].
4 Ex eo tempore quis iure militare incipit, & miles appellatur, quo in nu
5 meros relatus eſt[e], & ſacramentum pręſtitit[f]. Militum alij ſunt tyrones[g],
qui publicis ſtipendijs ad militiam inſtituebantur, nondum tamẽ in ordinẽ
relati[h]: alij ueterani[i], alij gregarij, alij centuriones[k], tribuni[l], propoſiti[m].
Sed in primis, in iure de delictis militum quęritur. Hæc enim res propriè
ad iudicia & doctrinam noſtram pertinet, conſeruãdęq; diſciplinæ militari
6 planè eſt neceſſaria. Militum autem delicta aut propria ſunt, aut cum cę-
teris communia[n]. Communia ſunt, quæ etiam in reliquos homines cadũt,
& communibus rerũ criminaliũ iudicijs coercentur: ut homicidium, adul-
terium, furtum, propria ſunt, quę propriè ad diſciplinam militarẽ pertinẽt,
& extra ordinem puniuntur: cuiuſmodi ſunt, non dare nomen ad edictum
Imperatoris[o]: dare ſe militem cui non licet, aut nomen dare contra prohi-
bitionem legum[p] (nec enim omnibus militare conceſſum eſt, ut diximus)
emanere[q], deſerere militiam[r], ſtationem[s], transfugere[t], enunciare hoſtib.
conſilia, & prodere exercitum[u]: non parère duci[x], pręſidi[y], centurioni[z]:
arma amittere[aa], alienare[bb], ſurripere[cc], commeatũ non rectè procurare[dd],
turbare pacem[ee], fugam in acie primùm facere[ff]: & alia conſimilia, quę hoc
in titulo paſsim traduntur[gg]. de quibus in genere inquit Arrianus[hh]. Om-
ne delictũ eſt militis, quod aliter quàm diſciplina communis exigit, com-
7 mittitur: ueluti ſegnitiæ crimen, uel contumacię, uel deſidiæ. Puniuntur
autem hæc delicta, aut caſtigatione corporali, aut pecuniaria multa, aut in
dictione munerum, à quibus alioqui milites ſunt immunes, aut gradus de-
8 iectione, aut miſsione ignominioſa[ii]. Nam pręter hanc: alia eſt cauſaria miſ
ſio, quę propter cauſam, puta uitiũ corporis aut animi: alia honeſta, quę ex-
pleto militiæ tempore datur. Sed caſtigationes corporales plerunq; capi-
tis pœnam continent[kk], aut cum minimùm uerbera[ll]: niſi pœnam mitiget
uel tyrocinium[mm], uel licentia militaris, ad laſciuiam uino incitata[nn], uel
miſeratio pietatis: ut cum pater filium ad pœnam offert[oo]. nec enim uide-
tur ad capitale ſupplicium obtuliſſe[pp].

a l.4.§.qui poſt.h.t.
b d.l.4.§.qui filium.
c l.4. l.proditores.l. qui ſtatus. 8.l. ab omni. 11. h.t.tot.tit. C.qui milit.non poſs. lib.12.
d uid. j. de uacat. & ex mun. & de iur. nu. et Cod. qui ætat. ſe excuſ. cum tit. ſeq. lib.10.
e l.ex eo. 43. de teſta.milit.
f l.ex militari. 11.eod.tit.
g l.3. §. ſi plures.h.t.
h d.l.ex eo.
i j. de priui.uet.
k l.milites.13.§. irreuerens.h.t.
l l.officium.12. §.1.h.t.
m d. l.omne.6. §.1. l.officium. 12.h.t.
n l.2.h.t.
o d.l.3.§.qui poſt.
p l.2.
q l.3.§. emanſor.h.t.
r d.l.3.
s d. l.3. §.qui ſtationis.
t d.l.3.§. is qui ad hoſtes.
u l.6. §. exploratores.h.t.
x l.3.§.in bello.
y l.3.§.ſi præſides.
z l. militib. 13. §. irreuerens.

*hoc tit.* aa *l.3.§.miles.* bb *d.l.3. §.miles.l.qui commeatus.14.h.t.* cc *d.l.3.§.qui aliena.* dd *d.l.3.§. commeatus.* ee *l.fin.h.t* ff *l.6.§.1.* gg *l.2.3.4.5.6.7.8.10.12.13.14.15.16.* hh *l.6..h.t.* ii *d.l.3.§.1. 6.10.13.14.* ll *d.l.14.in fin.* mm *l.3.§.ſi plures.l.4.in fin.l.14.* nn *d.l.6.§.per uinũ.* oo *l.4.§.qui nes.5.§.qui in deſertione.l.milites.13.§.fin.* pp *l.3.C.de pact.po.*

*ſi ad diẽ. d.l. qui* kk *d.l.3.4.5. filiũ. l. non omnes.*

## DE CASTRENSI PECVLIO.

## Tit. XVII.

1 *Caſtrenſe peculium quid.*
2 *Priuilegia huius peculij.*

AD rem militarem pertinet & priuilegium peculij caſtrenſis. Caſtrenſe autem peculium eſt, quod à parentibus, uel cognatis, uel ab uxore, in militia degenti donatum eſt, uel quod ipſe filiusfam. in militia acquiſiuit,

quod

quod niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet [a]: ut ſi militiæ ergò hęres inſti-
tuatur [b]. Huius autem peculij hæc priuilegia ſunt: quòd non acquiratur 2
patri ſicut reliqua bona iure patriæ poteſtatis [c]: item quòd de eo pro lubitu
diſponere, uel inter uiuos, uel teſtamẽto filiusfam. poſsit [d]. Sed nec ab inte-
ſtato decedens, patrem in eo habet heredem [e]: ueruntamen bona quaſi pe-
culij iure patri deferuntur [f], dum tamen non extent liberi, quos patri præ-
ferendos naturalis ſucceſsionum ratio docet [g]. Sunt & alij peculij caſtren-
ſis iura ſingularia, quę omnia exponere huius non eſt loci.

a l. caſtrenſe. 11. l. ſi milite. 6. h. t. b l. diuus. 13. h. t. c tot. tit. Inſt. per quas perſ. d l. 2. h. t. l. fin. C. de inoff. teſt. e l. 1. h. t. f l. 2. h. t. uid. §. ſi igitur. in Aut. de hær. ab inteſ. g l. ſacroſanctæ. C. de epiſ. & cler. l. 1. §. nepos. ſ. ſi à par. fu. ma.

## DE PRIVILEGIIS VETERANORVM. Tit. XVIII.

1 *Qui ſint ueterani.*
2 *De priuilegijs eorum.*

HVc referantur & ueteranorum priuilegia, hoc eſt eorũ qui exacto mi- 1
litię tempore, honeſtè miſsi ſunt [a]. Nam hi immunitatem habent à 2
muneribus, præcipuè perſonalibus [b]. A' uectigalibus autẽ & patrimonio-
rum oneribus, difficile eſt ut per omnia excuſentur [c]. Deinde ueteranis &
eorum liberis, idem honos habetur, qui & decurionib [d]. Igitur nec in metal
lum dãnabuntur, nec in opus publicũ, uel ad beſtias, nec fuſtibus cędenť [e].

a Theo. in §. 1. Inſt. de teſt. ord. l. 2. h. t. b l. 2. l. 5. h. t. c l. 2. in fi. l. 4. h. t. uid. l. 1. C. de ueter. d l. 3. h. t. e d. l. 1. & 3. * uidelicet legem.

# DIGEST. LIBER L.

## AD MVNICIPALEM,* ET DE INCOLIS. TIT I.

1 *Continuatio.*
2 *Genera ſubditorum.*
3 *Municipes unde dicti, & qui ſint.*
4 *Incola quis.*
5 *Cauſa efficiens municipij.*
6 *Effectus & uis municipij.*
7 *De iure incolarum.*
8 *De iudicijs municipalibus.*

ET hæc de his qui Remp. regunt ac tuentur, ſpecialiter diſpoſi- 1
ta ſunt: nunc de ſubditis eorumq; rebus uideamus. Subditi aut 2
ſunt municipes, aut incolę, aut coloni. De colonis dici non eſt
neceſſe, cum iure inſtitutiſq; ciuitatis Rom. aut ſuæ metropo-
leos regantur [a]. Municipes aũt ſunt ciues Romani ex munici- 3
pijs, ſuo iure & legibus ſuis utẽtes, muneris tantum honorarij cum populo
Ro. participes: à quo munere capeſsẽdo appellati uidẽtur [b]: neq; ulla pop.
Ro. lege aſtringuntur, quũ nunquam eorũ fundus P. R. ſit factus [c]. Munici-
pes, inquit Vlpi. [d] appellantur muneris participes, ut munera nobiſcum fa-
ciant. Sed nunc abuſiuè municipes dicimus, ſuos cuiuſq; ciuitatis ciues. A-
libi Paulus [e]. Municipes intelligendi ſunt, & qui in eodem municipio nati
ſunt. Incola eſt, qui domiciliũ tantum alicubi habet, non etiam munerũ & 4
honorum particeps [f]. Incola, inquit Pomponius [g], eſt qui in aliquam regio-
nem domicilium ſuum contulit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tan-
tum qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed & qui in alicuius oppidi fi-
nibus ita agrũ habet, ut in eum ſe quaſi in aliquã ſedem recipiant. Aduena 5
eſt, quẽ Græci ἄποικον, hoc eſt ſine domo appellãt. Municipẽ facit, aut nati
uitas [h], hoc eſt origo [i]: nam qui Campano patre natus eſt, Campanus muni-
ceps cẽſetur: quia patris ſequitur originẽ [k], nõ etiã matris, niſi ſit ſpurius [l],
taliue priuilegio donatus [m]: aut manumiſsio, quia libertus originẽ patroni
ſequiť [n], & ſi plures ſint, omniũ [o]: aut adoptio, qua cumulať, nõ etiã adimiť
prior origo [p]. Nã adoptiuus patris adoptãtis originẽ acquirit, & ſui patris
naturalis

a Gell. lib. 16. cap. 13. b l. munus. 18. in fi. de uerb. ſigni. c Gell. præall. loc. d hic in l. 1. e l. municipes. 228. de uer. ſig. f l. domicilium. 20. h. t. g l. pupillus. 239. §. incola. de uerb. ſignif. h l. 1. in princ. hoc tit. i d. l. 1. in prin. & l. fin. h. t. k d. l. 1. §. qui ex. l d. l. 1. § fi. l. 9. m d. l. 1. §. fin. n l. 6. §. fi. l. 22. 23. 25. h. t. o l. 7. l. 17. §. ex cauſa. p l. 15. §. fin. l. 17. §. in adoptiuis. h. t.

naturalis retinet,atq; ita utroq; loco munera præſtat[a]. Sed adoptionis ori-
go emancipatione tollitur[b], ſicuti naturalis origo per ſenatoriam dignita-
tem,quod ad munera attinet[c]. Etſi autem filius patris originem ſequitur,
6 non tamen domicilium[d],quod ipſe ſibi pro arbitrio conſtituit[e]. Munici-
pes autem coguntur ad munera tam perſonalia quàm realia, eo loci unde
originem ducunt,quãuis alibi habeant domiciliũ[f]:tam filij quàm patresf.[g]
nam patriæ poteſtatis in publicis non habetur ratio[h]. Quòd ſi detrectẽt in-
dicta munera ſubire,damnũ Reipub.pręſtabunt[i]:niſi ſe excuſent,aut digni
tate[k],aut ætate[l],aut alia ex cauſa[m]. Sed ut onera ferunt municipes, ita etiã
cõmodis priuilegijs & honoribus ſui municipij potiuntur[n]: quæ tamẽ pri
7 uilegia minora eſſe iuribus fiſci,dicendum eſt[o]. Et hæc quidem de muni-
cipibus. Alia autẽ eſt incolarum cõditio,qui domicilium tantũ aliquo in lo
co habẽt,aliunde orti[p]:quòd domiciliũ pro lubitu & commodo rei famili-
aris ubiuis poteſt cõſtitui,tam à filio quàm patrefamiliarũ[q],etiam pluribus
locis[r],dummodo non ſit aliquo interdictũ[s]. Neq; tamen conſtituitur do-
micilium nuda conteſtatione[t], neq; ſolius emptione domus[u]: ſed re & fa-
cto[x]:unde qui in certis ſedibus hinc inde uagatur, domicilium nõ habet[y].
Incola & ijs magiſtratibus parére debet apud quos incola eſt, & illis apud
quos ciuis eſt:nec tantũ municipali iuriſdictione in utroq; municipio ſub-
8 iectus eſt,uerùm etiam omnibus publicis muneribus fungi debet[z]. Vlti-
mò ſciendum, ſi de iure municipij aut incolatus controuerſia oriatur, corã
pręſide eam expediri oportere[aa].

## DE DECVRIONIBVS ET EORVM FILIIS, Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Decuriones qui ſint,& eſſe poſſint.*
3 *Qui eſſe non poſſint.*
4 *De officio decurionum.*
5 *De priuilegijs.*

1 INter municipes uel præcipuum locum obtinent decuriones[a], & in his
2 duumuiri ſummum[b]. Decuriones quidã ex eo dictos aiunt, quòd initiò
cum coloniæ deducerentur, decima pars eorũ qui deducebantur, conſilij
publici gratia conſcribi ſolita ſit[c]. Hi autem ex omni ferè hominum gene-
re eligi ſolent[d],atq; etiam cogi[e]. quin & ſpurij in penuria meliorum admit-
tuntur[f]:non enim impedienda eſt dignitas eius, qui nihil admiſit[g]. Sed ubi
aliorum copia eſt,potiores à pręſide ac ditiores eligendi ſunt[h], & gradatim
euehendi[i]:excluſis plebeijs[k], & uilibus[l],ac minoribus ætate[m], ſenioq; con
3 fectis[n]. Sunt etiam qui omnino admittendi non ſunt, ut ignominioſe ordi-
ne moti,relegati[o], criminum capitalium rei[p]: & qui alium magiſtratum ſu
ſtinet[q]. neq; enim fas eſt, pluribus functionibus uno tempore præeſſe. Nã
uerè dixit Xenophon[r]: ἀδύνατον ἐστὶν, πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον, πάντα καλῶς ποι-
εῖν. Item qui eundem geſsit. Neque enim honores ſunt continuandi[s]: ne
in tyrannidem tandem exeat aucta firmataq; diuturnitate temporis pote-
ſtas, & libertas publica imminuatur.

4 Decurionum officiũ pro neceſsitatib. Reip. uariũ eſt & multiplex: ut pe
cuniã publicã habere,recipere,tractare[t], curare annonã[u], tributa exigere[x],
adminiſtrare Remp.[y] & iuriſdictionem, ad certũ tamen modum exercere[z].

Decurionum

a d.l.ordine.15. §.fin. b l.16.h.t. c l.23.h.t. d l.27.h.t. e l.23.h.t. f l.16.§.præſumptio.l. 22.§. municipes.h.t. g l.21.h.t. h l. nam quod. 14. ad S. C. Treb. i l.21.h.t. k l.17.§.præſcript.l.18.h.t. l l.3.§.fin.l.6.§.1.l.11.ȷ.de decur. m l.7.ȷ.de decur.& tot.tit. de uacat. & excuſ.mu. n ȷ. tit. de. decur. o l.10.l.21.§. fin.h.t. p Gl.in l.20. hoc tit. q l.3.4.l. 6.11. fi.l.17.§.patris. hoc tit. r l.6. in princ. & §. pen.l.27. in fin.h.t. s l.31.h.t. t l.20.h.t. u l.17.§.fi.h.t. x l.20. 27.h.t. y d.l.27. circa fin. z l. incola. 29. h.t.l.1. C.de incol. aa 37.h.t.

a l.2.h.t. l.fi.de alb. ſcrib. b d.l.1. ȷ. de alb. ſcrib. c l.pupillus. 239.§. decuriones. de uerb.ſig. d l.9.h.t. e l.fin. ſ. tit.1. l.9.l.17.h.t. f l.3.§.ſpurios. hoc tit.

g l.6.h.t. h l.6.7.11.h.t. i l.3.§.præſes.l.11.l.13.§.pen.h.t. k l.7.§.2.l.9.h.t. l l.12.h.t. m l.11.h.t. n d.l.11. o l. ordine.15.l.libertus.17.§.in quæſtionib.ad municip.l.2.3.13.h.t. p d.§. in quæſtionib. q l. libertus. 17. §. præſcriptio. ſ. tit.1 r lib.ult.Cyropæd. s l.18.h.t. t l.2. §. geſtum.ad municip. u l.non debere.8. ſ. ad municip. x l.libertus. 17. §.exigendi.eod.tit. y l.ad Remp. 8. de muner.ȷ. z l.inter.28.l.ea quæ.26.ad municip. Nouell.de defenſ. ciuita.

Decurionum priuilegia ſunt, quòd non torqueantur, neq; damnentur in metallum [a]: quanquam hoc hodie parum ſeruatur, quia delictum non excuſatur dignitate [b], imò, ut inquit ille, *Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur*. Deinde, quòd alantur pauperes [c], quòd ſua iura ſingularia ac priuilegia in liberos tranſmittant, [d] &c.

*a l.fin.h.t. l.3. §. de priuil. uet.*
*b l.1.C.ubi ſenat.uel cla.l.raptores.C.de epiſ. & cler. l. quoties.de dig. lib.12.*
*c l.8.h.t.*
*d l.2.§.fi.h.t.*

## DE ALBO SCRIBENDO. TIT. III.

DEcurionum nomina in albo & tabula publica ſcribi ſolent. Decuriones autem ita ſcriptos eſſe oportet, ut lege municipali præcipitur. Sed ſi lex ceſſat, dignitates erunt ſpectãdę, ut ſcribãtur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt: ut puta qui duumuiratum geſſerunt, ſi hic honor præcellat, & inter duumuirales antiquiſsimus quiſq; prior. In ſententijs quoq; dicendis idem ordo ſeruandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus [a].

*a l.1.2.h.t.*

## DE MVNERIBVS ET HONORIBVS, Tit. IIII.

1 *Diuiſio munerum.*
2 *De perſonalibus.*
3 *De patrimonialibus.*
4 *De mixtis.*

PRæter decurionatum & alij honores aliaq; munera in municipijs ſunt obeunda. 1 Munera enim ciuilia triplicia ſunt: alia patrimonij, alia perſonarum, alia mixta [a]. Patrimoniale eſt, in quo ſumptus maximè poſtulatur [b], 2 quodq; ſumptibus patrimonij & damno adminiſtrantis expeditur [c]. horũ quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſint, ſiue non ſint [d]: ut uiarum munitiones, collationes prædiorum [e], agminales equi, angariæ, aliæq; contributiones [f]: quędam uerò non niſi municipibus uel incolis, ut exactio tributorum [g], &c. Perſonale eſt, quòd cum corporis labore & ſo- 3 licitudine animi ac uigilantia principaliter exiſtit [h]: uel eſt, quod animi prouiſione & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento pertractatur [i]: ut tutela, cura [k], &c. Horum autem alia publica ſunt, quæ in adminiſtranda Repub. cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubimus. hęc diſtant ab honoribus, qui conſiſtunt in adminiſtratione Reipub. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine ſumptu contingente [l]: alia autẽ ſunt priuata, quæ ad priuatos pertinent, ut tutela [m], &c. Mixta munera ſunt, 4 quæ partim animi corporiſq; intentionem, partim ſumptus exigunt [n].

*a l.1.l.fin.h.t.*
*b d.l.1.§.patrimonialia.*
*c l.fin.§.patrimoniorum.h.t.*
*d l.56.§.fi.h.t.*
*e l.13.§.munus.hoc tit.*
*f d.l.fin.§.patrimoniorum.*
*g l.3.§.exactio. l.fin.§.patrimoniorum.h.t.*
*h d.l.1.§.illud.*
*i d.l.fi.in prin.*
*k d.l.1.d.l.fin.*
*l l.honor.14.hoc tit.*
*m l.honor.14.§.munus.h.t.*
*n d.l.fin.§.miſta.*

## DE VACATIONE ET EXCVSATIONE munerum. Tit. V.

1 *Munera neceſſaria eſſe, niſi excuſentur.*
2 *Quando excuſatio proponenda.*
3 *Qui excuſentur.*
4 *Vacationes quatenus extendantur.*

ET ſi municipes ad munera cogi poſſunt, ſicuti tutores [a], puta captis pi- 1 gnorib. [b] nec excuſentur oblatione pecunię, qua ſe redimere uolunt [c]: tamen ex æquitate quibuſdam perſonis excuſatio & uacatio à muneribus 2 conceditur [d]. Quę excuſatio initiò proponenda eſt, ſimulatq; munus iniungitur: alioqui poſtmodum fruſtra opponetur [e]. Excuſantur autem qui- 3 dam ætate, ut minores 25. maiores 75 annis [f]: quia ſenectus uenerabilis eſt, & quiete digna [g]: quidam beneficio in Rempub, ut numero quinq; libero-

rum

*a l.9.h.t.*
*b §.pen.Inſt.de ſatiſ.tut.Gl.in l.1.in princ.de ad.tuto.*
*c l.17.§.de mun.*
*d l.1.in princ.h.t.*
*e l.pen.§.pen.hoc tit.* *f l.3.§.quamuis ad municip.l.3.de iur.immun.* *g l.5.de iur.immu.*

rum [a], non adoptiuorum [b], neq; mortuorum [c], niſi ob Rempub. [d] Quidam
ob ualetudinem [e], inopiam [f], fortunam plebeiam [g], dignitatem [h], officium
quo inſeruiunt Reipub. ut profeſſores bonarum artium [i], frumentarij [k], na-
uicularij [l], negociatores publico ſeruientes [m], milites [n], collegia [o]: de quibus
4 omnibus alibi [p] plura tradentur. Sed ſciendum eſt, pleroſq; horum à per
ſonalibus duntaxat excuſari, non etiam ab honoribus delatis [q]; aut his quæ
poſſeſsionibus ſiue patrimonio indicuntur [r]. Nam ſciendum eſt, duo gene-
ra eſſe uacationis: alterum plenius, cum & militiæ uacatio datur: alterũ exi-
guius, cum nudam muneris uacationem acceperint [s].

*a l.3.§.cura. ad municip. b l.2.§. adoptiui. ſ. de uac. mu. c l.2.§. qui ad. hoc tit. d l.fin.h.t. e l.2.§. quę ita. l.pen.h.t. f l.4.§.1.& 2. l.10.h.t.*

*g l.13.§.plebeij.h.t. h l.10.l.fin.h.t. i l.fin.§.fin.ad mun.l.8.§.fin.l.9.h.t. k l.4.h.t. l l.3.h.t. m l.5.§. negociatores. h.t. n l.3.§.1.ad muni.l.6.h.t. o l.5.§.quibuſdam.h.t. p l.fin.ſ.tit.1. q l.in honoribus. 8.h.t. r l.10.h.t.l.fin.§.fratres. tit.1. s l.Prætor.13.h.t.l.quiſquis.27.C.de epiſ.& cler.*

## DE IVRE IMMVNITATIS. Tit. VI.

EXcuſare etiam ſe poſſunt, quibus immunitas, hoc eſt uacatio conceſ-
ſa eſt: quæ non modò ſingulis perſonis, ſed totis etiam collegijs conce
ditur: alijs tamen aliter [a]. Illud conſtat, immunitates eſſe perſonales, neque
tranſire ad hęredes [b], niſi id in forma conceſsionis fuerit comprehenſum [c]:
quo caſu tranſit in poſteros mares, non etiam eos qui ex fœminis naſcun-
tur [d]. Sed immunitates collegijs tributę perpetuę ſunt [e], quia collegia haud
facilè extinguntur [f]. Hæc tamen non ad ſingulos pertinent, ſed ad artifices
tantum, qui neceſſariam operam publicis utilitatibus exhibent [g].

*a l.5.h.t. b l.1.h.t.l.3.ſ. de cenſ. c l.4.h.t. d d.l.1.in fin. e d.l.pen.h.t. l.7.§.fi.cum ibi not. quod cuiuſ. uniuerſ. no. f d.l.7.§.fin. ubi Gl. g l.pen.§.pen. hoc tit.*

## DE LEGATIONIBVS. TIT. VII.

1 *Quandiu habeant legati uacationem.*
2 *Qui ſint legati, & unde dicti: quid Legatio.*
3 *De legatione libera, & neceſſaria.*
4 *Qui legari poſſint, uel non.*
5 *Quæ legatus facere debeat, aut poſſit.*
6 *De legatiuo.*
7 *De ueneratione quæ legatis debetur.*

1 VAcationem à muneribus etiam legati Reipub. obtinent, non modò
2 in ipſa legatione, ſed biennio etiam pòſt [a]. Legati ſunt, qui publicè
ad expedienda Reipub. negocia mittuntur: quorum opera conſilioq; pe-
regrè uteretur magiſtratus, quiue nuncij Senatus aut populi eſſent: dicti
ab eo, quòd ut publicè mittantur, legentur [b]. Hinc legatio dicta, munus il-
3 lud quod legati ſuſtinent. Hæc aut Reipub. cauſa ſuſcipitur, aut eſt libera,
quę ſine ulla Reipub. procuratione, ac ſine mãdatis Senatus, priuatę rei gra
tia, puta ob ſyngrapham exigendam, hæreditatem conſequendam, aut uo-
tum ſoluendum dabatur [c]. Hanc qui ſuſtinent, quia Reipub. cauſa non ab-
4 ſunt, ſed ſua, uacationem non habent [d]. Sciendum autem eſt, debitores
Reipub. item infames, & qui ius poſtulandi non habent, legatione fungi
non poſſe [e], & ordine unumquemq; curialium ad functionem legationis
cogendum: plures etiam quàm tres non eſſe mittendos, niſi aliud legatio-
5 nis dignitas exigat [f]. Porrò is qui legatione fungitur, neq; alijs, neq; pro-
prijs negocijs ſe debet interponere [g], quæ quidem eſſe poſſunt impedimẽ-
to procuranti Rempub. ut agere, conueniri [h], &c. Nemo enim prohibetur,
uerbi gratia, emere domum, aut aliud quid facere, quod impedimento nõ
ſit legationi [i]. Sed & quæ moram nõ patiuntur, rectè exequetur: ut quę ad
iniuriam ſuam [k], item pupillos pupillaſq; [l] pertinent. Legati alios dare uica
rios quàm filios non poſſunt [m], niſi gratuitam legationem ſuſceperint [n].
6 nam aliàs ſumptus ex publico habent, quod legatiuum dicitur [o]: cuius pri-

*a l.7 & 8.h.t. b Varro li. 4. de ling. Lat. c Cic. lib. 3. de Leg. d l.14.h.t. e l.4.h.t. f l.4.in fin.h.t. g l. Paulus.8. hoc tit. h l.3.h.t. i l. legatus. 12. h.t. k l. legatus.10. hoc tit. l l. ſi abſenti. 11.h.t. m l.4.§.legati. hoc tit. n d.l.11. o l.2.§. his qui. h.t.l.ult.§.1.de mun.*

uilegium eſt,ut non reſtituatur,ſi quis forte in legatione deceſſerit [a],Lega- 7
ti ſancti habentur:ideoq; ſi quis legatum hoſtium pulſet, contra ius feciſſe
exiſtimatur [b].Cicero: [c] ius,inquit,legatorum cùm hominũ pręſidio muni-
tum,tum iure diuino uallatum eſt.

*a l.legatus.10. in fin.h.t.*
*b l.fin.h.t.*
*c in Oratione de Aruſp.reſ.*

## DE ADMINISTRATIONE RERVM AD ciuitatem pertinentium. Tit. VIII.

1 *Quid præſtent adminiſtratores.*
2 *De officio eorum.*

DE adminiſtratione etiam rerum ad ciuitates pertinentium, ſingulari-
ter ius dicitur. Nam Magiſtratus & adminiſtratores Reip. nõ modò 1
dolum & latam culpam,ſed etiam diligentiam pręſtare debent [a]:nam ex ne
glectu tenentur [b] .non autem ad fortuitos caſus [c], ad inſtar etiam tutorum
pro ſe inuicem conueniuntur [d]: ſed & fideiuſſoribus cauere ſolent [e]. & pa-
ter,cuius uoluntate filius adminiſtrauit, pro fideiuſſore eſt [f]. Ei tamen qui
pro collega ſoluit,ex æquitate datur actio [g]. Officium autem horum in eo 2
uerſatur, ut rationes ſecundum fidem datorum & acceptorum ponant [h],
( excepto tamẽ ſemper caculi errore [i])ius Reipub.ſine cautione ne locẽt [k]:
nec pecuniam in alios uſus conuertant,quàm ad quos deſtinata eſt [l]. Si ta-
men legata ſit municipio pecunia ad certũ uſum, & is Reipub. parum de-
coris aut utilitatis allaturus uideatur, poterit ea in alium uſum maximè ne-
ceſſarium conuerti [m]. De reliquis tenentur adminiſtratores, dũtaxat in ſim
plum [n], exceptis his quæ per fraudem geſta apparet,quorum duplum prę-
ſtare coguntur [o].

*a l. magiſtratus.7.h.t.*
*b l.2.l.fin.h.t.*
*c l.2.§.graui.*
*d l.2.§.ius Reipub.l.3 & 4. hoc tit.*
*e l.2.§.fin.l.4. hoc tit.*
*f l.4.& 8.h.t.*
*g d.l.2.§.actio.*
*h d.l.2.§. quod de.*
*i l. calculi.9.*
*k l.fi.§.1.h.t.*
*l l.2.h.t.*
*m l.1.l.5.h.t.l. fin.ſ. de oper. pub.*
*n l.2.§.frumentatæ. cum l.ſeq. l.fin.h.t.*
*o l.fin.§. item. hoc tit.*

## DE DECRETIS AB ORDINE FACIENdis. Tit. IX.

1 *De quibus fieri decreta debeant.*
2 *Quis ſit legitimus decurionum numerus.*
3 *De ui & effectu decretorum.*

ADminiſtratores ciuitatum pro uſu Reipub.decreta facere ſolent:quę 1
quam uim habeant,uideamus. Decreta de his fieri debent,quę per-
tinent ad ciuium ſalutem: ut de medicis conſtituendis [a], quo modo de illis
quę ſpectent ad ambitionem priuatorum [b]. Quare ſi quis ambitionis gra-
tia ad captandam auram popularem debitori Reipub. debitum remiſerit,
aut largitus ſit, id decretum non ualet [c]: ut nec quod fit contra leges [d], aut
non legitimo decurionum numero uocato [e]. Numerus autem legitimus 2
eſt,cum duę cùm minimùm partes ſunt præſentes [f]. Salaria tamen ex hone
ſtis cauſis decerni poſſunt [g]. Quod autem ordo ſemel rectè riteq; decre- 3
uit,reſcindi non oportet,niſi ex utilitate Reipub. [h] Decreta non ſunt leges
generales,neq; apertè proponuntur,ſed fiunt in curia ab ordine. quare nõ
obligant ad pœnam ignorantes, ſicuti leges quæ publicè promulgantur [i];
ſed tantum ſcientes [k].

*a l.1.h.t.*
*b l.ambitioſa.4.*
*c l.4.h.t.*
*d l.3.de ſep. uio.*
*e l.2.h.t.*
*f l.3.h.t.*
*g d.l.4.*
*h d.l.5.*
*i l.leges.C.de leg.*
*k l.fin.h.t.*

## DE OPERIBVS PVBLICIS. TIT. X.

1 *Quis,quale opus publicum facere poßit.*
2 *De curatoribus publicorum operum.*

VT de perſonis,ita de rebus quoq; publicis iura ſingularia extant: ut in
primis de operibus publicis. Opus publicum nouũ facere quis po- 1
teſt,ſuo ſumptu,ſine authoritate principis,ad Reipub. tamen utilitatẽ: niſi
ad æmulationem fiat,uel materiam præbeat ſeditioni [a]. Sed in ueteribus o-
peribus publicis, quę ſecuritatem publicam continent, ut ſunt mœnia &
portæ,nihil ſine reſcripto principis fieri poteſt [b]. Operibus publicis ullius
quàm

*a l.3.h.t.*
*b l.pen.h.t.*

quàm principis nomen inſcribi nefas eſt [a]: excepto eius, cuius munificen-
2 tia opus factum eſt [b], uel inſtauratum [c]. His autem cõſtruendis ſolent cura-
tores etiam iuncti legi, qui ceſſationis nomine tenentur [d]. Nam curatores
operum cum redemptoribus negocium habent, Reſpub. autem cum ijs
quos efficiendo operi prǽſtituit [e].

## DE NVNDINIS. TIT. XI.

1 *Nundinæ unde dictæ.*
2 *Quomodo conſtituantur.*
3 *De nundinarum priuilegijs.*
4 *Quomodo amittantur.*

1 DE nundinis etiam ſingulare ius extat. Nundinæ quaſi nouendinæ
à nono quoq; die dictę ſunt, quo agricolę uendendę emendęq; mer-
2 cis & audiendarum legum cauſa, in urbem confluebant. Nundinæ autem à
ſolo Imperatore impetrantur [a], conſtituunturq; exercendorũ mercatuum
3 cauſa [b]: qui ne quà impediantur, inductum eſt, ut in nundinis nemo conue
niri ſub prætextu priuati debiti, ac moleſtiam pati pręcludiq;, ſeu, ut nunc
loquuntur, arreſtari poſsit [c]. De contractibus tamen qui in ipſis nundinis
fiunt, nulla cauſa eſt, quare non actio exceptioq; detur [d]: cum contrahendo
4 quiſq; ſortiatur eo loci forum, quo cõtraxit [e]. Nundinis impetratis à prin
cipe, non utendo qui meruit, decennij tempore uſum amittit [f].

## DE POLLICITATIONIBVS. TIT. XII.

1 *Pollicitatio unde dicta, & quid ſit, quomodo à pacto diſtet.*
2 *Quæ pollicitationes ualeant aut non ualeant.*
3 *Ratio obligationis, & qui obligentur.*
4 *De uotis.*
5 *An in hæredem obligatio tranſeat.*
6 *De cognitione pollicitationum.*

1 DE pollicitationibus quoq; extra ordinem ius dicitur. Pollicitatio à
poſſe & liceri uidetur dicta [a]. Quamuis autem promiſcuè pro quali-
cunq; promiſsione accipi ſolet [b]: tamen hic nudum & ſpontaneum offerẽ-
tis promiſſum ſignificat, qui benignè Reipub. ſe facturũ pollicetur [c]. quare
diſtat à pacto, quod duorum eſt conuentio atq; conſenſus [d], non unius, ut
pollicitatio: quæ ſingulari iure obligationem hoc caſu conſtituit, cum aliàs
2 ſine mutua uoluntate unius conſenſu nulla perficiatur conuentio [e]. Neq;
tamen ex omni pollicitatione obligatio oritur. Quid enim ſi quis ſine cauſa
promiſit, puta edere munus, ſeu exhibere ludos? Certè cum ne ſtipulatio
quidem ſine cauſa facta effectu ualeat [f], nec alia ulla pactio [g]: iniquum eſſet
ex eiuſmodi pollicitatione quempiã teneri [h], niſi opus promiſſum iam ſit
inchoatum [i]. Ergo tum efficax eſt pollicitatio, cum ex certa aliqua cauſa fit,
unde intelligi poſsit, deliberatè promiſſum eſſe: ut ſi quis honoris [k] aut de-
creti impetrandi gratia [l] promiſit, aut ob aliam iuſtam cauſam, ut propter
incendium, quod Reſpub. paſſa ſit [m], &c. Itaq; his caſibus liberalitatẽ pro-
3 miſſo perficere cogetur [n]. Aequiſsimum enim eſt, eiuſmodi uoluntates in
ciuitates collatas, pœnitentia non reuocari [o]. Nec tantum maſculos, ſed e-
tiam fœminas, ſi quid ob honorem pollicitę ſint, debere implere ſciendum
4 eſt [p]. Sed etſi quis rem aliquam uouerit, uoto obligatur: quod perſonam uo
uentis, non etiam rem quæ uouetur obligat. Res enim quæ uouetur, ſo-
luta quidem liberat uotum, ſicuti ſolutione tollitur omnis obligatio: ſed
ipſo uoto ſacra non efficitur. Eſt autem uotum, alicuius faciendi uel nõ fa-
ciẽdi uerſus Deum declarata promiſsio, authore Alc [q]. Voto autẽ patresfa.

a l.23.h.t.
b l.2 & 3.h.t.
c l.fin.h.t.
d l.1.h.t.
e l.2.h.t.

a l.unic. C. eo. l.1.h.t. Sax. lib. 3. art. 66. et lib. 2. art. 26.
b l.2.h.t.
c l.unic. C. eo.
d l. hæres. 19. de iudic.
e d.l. hæres. §. 1. §. Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6.
f l.1.h.t.

a Alc. lib. parer. 1. cap. 1. per l. cũ duobus. 52. §. ſi in col. unda. ſ. pro ſoc.
b l. pollicitatione. C. de donat. ante nupt. l. pen. C. de do. pro. l. fin. C. ad Vell.
c l.3.h.t.
d l.1. de pact.
e l.1. §. 1. l. ab emptione. 59. de pact.
f l.2. §. circa. de dol. except. l. qui ſine. de cond. ſine cauſ.
g l. iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla. de pact.
h l.5.h.t.
i l.1. §. cepiſſe. hoc tit.
k d.l.1. §. 1. l.6. l.9.h.t.
l d.l.1. §.1.
m l.4. l. ob cauſum. 7.h.t.
n d.l.1. circ. fi.
o d.l.4.
p l.6. §. non tãtum. h.t.
q in l. ſi calumnietur. 232. de uerb. ſig.

puberes ſui iuris obligantur, non filiusf. aut ſeruus, ſine domini patriſue au-
thoritate[a]. In heredem obligatio pollicitationis tranſit, quamuis interdũ 5
minuatur[b]. Sed ſi quis ob honorem uel ſacerdotium ſibi delatum pecuniã
promiſit, ut ſi fortè ædilis deſignatus, ludos ſe tempore ſui magiſtratus fa-
cturum ſit pollicitus, & antequã magiſtratum iniret, deceſſerit: æquiſsimũ
eſt, heredes eius in pecuniã quam is ob honorem promiſerat, nõ cõueniri[c].
Non enim ex liberalitate profecta eſt hęc pollicitatio, ſed ex iuſta & penè
neceſſaria cauſa: quę cum fuerit finalis pollicitationis, certè ea ceſſante etiã
ipſa pollicitatio ceſſare debet. Secus, ſi tantũ eſſet impulſiua, ut ſi quis deme
rendi populi aut adipiſcendi honoris aucupandæq; gratiæ cauſa promiſiſ-
ſet, & decederet[d]. Nam impulſiuæ quamuis ceſſent, nihil operãtur, aut mu
tant[e]. De pollicitationibus in ciuitate factis iudicum cognitionẽ eſſe di 6
ui fratres reſcripſerunt[f], qui formã pollicitationi datam ſeruari curabunt[g],
niſi aliud Reipub. utilitas poſtulabit[h].

a d.l.2.h.t. b d.l.totus.l.ex pollicitatione.l.pen.h.t. c l.ſi quis.11.hoc tit. d l.6.8.h.t. e Gl.in l.1.§.ſecundo loco.de poſtul.uid.ad tit.de cond.& demonſtr. f l.de pollicitationib.8.h.t. g l.ſepticia.10.hoc tit. h l.Imperatores.13.h.t.

## DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS cognitionibus. Tit. XIII.

1 *Genera cognitionum extraordinariarum.*
2 *Quibus de ſalario ius dicatur aut non.*
3 *De priuilegio ſalarij.*

COgnitionum extra ordinem numerus cum ex uarijs cauſis deſcẽdat,
in genera diuidi facilè non poteſt, niſi ſummatim diuidatur. Nume- 1
rus ergo cognitionum in quatuor ferè genera diſtribui poteſt. Aut enim
de muneribus ſiue honoribus gerendis agitur, aut de pecuniaria re diſce-
ptatur, aut de exiſtimatione alicuius cognoſcitur, aut de capitali crimine
queritur[a]. De alijs quidem ſuprà dictum eſt: de re pecuniaria uarijs etiam 2
perſonis præſes ius dicit, ut de ſalario profeſſoribus ſtudiorum liberalium,
quæ ἐλευθέρια μαθήματα uocãtur[b], & medicis[c], & contra eoſdem[d]. nam qui-
bus ius dicit extra ordinem, aduerſus eos quoq; mutuas petitiones admit-
tit[e]. Item ludi literarij magiſtris[f], & nutricibus[g]. Philoſophis uerò nequa-
quam: non quia non religioſa res eſt, ſed quia hoc primùm profiteri eos o-
portet, mercenariam ſe operam ſpernere[h]. Proinde nec iuris quidem pro-
feſſoribus ius dicit. Eſt enim res quidem ſanctiſsima ciuilis ſapientia, ſed
quæ precio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in iudi
cio honorarium petitur, quod initio ſacramenti & cauſæ ultrò à litigatore
erat offerendum. Quædam enim honeſtè accipiuntur, etſi inhoneſtè petan
tur[i]. Et hæc quidem obtinent in ijs qui gratis ius ciuile profitentur, ut o-
lim I. C.[k] At alijs qui operam ſuam aduocationibus & conſilijs faciendis
uenditant, certè cauſa nulla eſt, quare ius de ſalario dici non debeat, ut ad-
uocatis[l]: dum tamen illud legitimam ſummam, uidelicet centum aureos
pro ſingulis cauſis non excedat, nec improbè ſit promiſſum[m]. Eadem ra-
tione & aſſeſſoribus ac comitibus iudicum ius dicitur[n], & iuris ſtudioſis
qui mercedis cauſa praxim exercent[o]. Salarij autem cauſa tam eſt fauo- 3
rabilis, ut ſi deceſſerit, nondum abſoluto officio qui ea gratia honorarium
accepit, ab hæredibus eius nihil repeti queat[p]. De alijs quoq; rebus uarijs
extra ordinem ius dicitur, quas omnes difficilè eſt percenſere: quaſdam ta
men enumerat Vlp.[q] & Caius[r], qui uult iudicem imperitè iudicantem, in
quantum æquum religioni iudicantis uiſum fuerit, condemnari.

a l.5.h.t. b l.1.in prin.h.t. c l.1.§.medicos. d l.5.h.t. e l.1.§.fi.h.t. f d.l.1.§.ludi. g d.l.1.§.pen. h d.l.1.§.medicos. i l.1.§.proinde.hoc tit. k Cic.lib.1.de Orat.& alijs locis. l d.l.1.§.in honorarijs. m d.l.1.§.in honorarijs.cum ſeq.l.quiſquis.C.de poſtul. n d.l.1.§.item comites. o l.4.h.t. p d.l.1.§.diuus. q in l.2.h.t. r in l.fin.h.t.

## DE PROXENETICIS. TIT. XIIII.

1 *Quare proxenetica licitè exigantur.*
2 *Vnde dicti proxenetæ.*

Eodem

1 EOdem modo etſi ſordidum eſt proxeneticum ſeu ἑρμηνευτικὸν petere, pro leuidenſi uidelicet operula, quę cōtrahentibus in conciliandis cōuentionibus & interpretatione non intellectæ linguæ præſtatur: tamen cum uſus horum hominum in magnis emporijs ſit neceſſarius, proxenetica quoq; licito iure extra ordinem petūtur [a], quòd humanum ſit [b] qualem qualem operā remunerari. Contrà uerò proxeneta re conueniri nō poteſt tanquam mandator, neq; ex locato tenetur, ſed ex dolo tantum & lata culpa [c], inſtar menſorum [d]. An autem proxeneta teſtis eſſe poſsit de contractu
2 quem cōciliauit, alterius eſt loci [e]. Dicti autem ſunt proxenetę ἀπὸ τοῦ προξενεῖν, quod ſignificat conciliare, maximè hoſpites ac ignotos, diuerſęq; linguę homines, quibus potiſsimùm hoc genus hominum inſeruit. Hinc proxenetica, merces, quæ pro opera eiuſmodi debetur: quo nomine & munuſcula γαμήλια, & arrhę quibus ſponſalia conciliantur, ueniunt [f].

*a l.1.2.3.h.t. b d.l.2.in uerbi philantropi. c l.2.h.t. d tot.tit. ſi mēſ. fal.mo.dix. e §. quoniam in Auth.de teſte. in l. omnibus. C. de teſt. f tot.tit. C. de ſponſ. & prox.*

DE CENSIBVS. TIT. XV.

1 *Quid ſit cenſus.*
2 *Quotuplex.*
3 *Quis cenſitor, magiſter cenſus, cenſor.*
4 *De forma cenſuali, & pœnis fraudatorum.*
5 *De iure Italico.*

1 CEnſus etſi ſignificat aliquando facultates & patrimonium [a], ut apud Ouidium: Dat cenſus honores, &c. tamen apud Iureconſultos communiter accipitur pro tributo, penſitatione ſeu præſtatione, quæ fiſco Imperatoris debetur [b], in recognitionem uniuerſalis dominij, & in auxilium
2 ac tuitionem Reipublicę, quæ principi incumbit [c]. Hic autem olim duplex fuit: alius capitis, alius ſoli uel agrorum [d]. Primus uiritim ratione perſonarum per ſingula capita præſtabatur [e], ut nunc apud Turcas. Secundus pro modo iugerum, unde & iugatio dicitur [f], & pro ſeruis cenſitis atque addictis, qui pars fundi tanquam inſtrumentū eſſe intelliguntur [g], erat pēſitandus. nam de mobilibus alioqui cenſus non præſtantur [h]: præſertim hodie, ſublata per Conſtantini cōſtitutionem [i] priore illa cenſus ratione, quæ
3 in capita erat conſtituta. Cenſitor dicitur magiſtratus, qui cenſibus & tributis exigendis pręeſt [k], qui & perequator [l]: alius autem ab hoc eſt magiſter cenſus [m]: & alius item cenſor, qui antiquitùs moribus & diſciplinæ e-
4 rat prefectus [n]. De forma cenſuali, quomodo uidelicet agri ſint in cenſum referendi, extat prolixum Vlp. [o] reſponſum: in quo etiam de pœna eius tractatur qui falſò cenſum profeſſus eſt [p]: de pœna autem eius, qui ſua die
5 non ſoluit, Paulus [q] agit. Sciendum autem eſt, cenſum non præſtare prędia, quæ ſunt Italici iuris. Itali enim cum eſſent po. Rom. ſocij & confœderati, non pendebant tributa [r]: unde ciuitates quæ ius Italicum beneficio principis erant conſecutæ, eadem immunitate fruebantur, quas hic recenſent Vlp. [s] & Celſus [t].

*a l. cogi. 16. in princ. ad S.C. Treb. l. de creationibus. C. de epiſ. audi. b tot. tit. C. ſi prop. pub. penſ. & tit. ſine cenſ uel rel. l. cum pe tit. C. de præſ. 30. etc. § cogi. in Auth. de mā. princ. c Molin. in cōſ. par. tit. 2. de cōſ. in princ. nu. 15. per tit. in nouel. de collat. d l.3. l. fin. h.t. e d.l.3. l. cum antea. C. de agr. & cenſ. l.11. f l. immunitates C. de agr. et cēſ. lib.11. l. unic. C. de colon. trāſ. co. lib. g l.3. l. quemadmodum. l. cum ſatis. C. de agr. & cenſ.*

*h d.l.fin. i l.unic.C.de cap.ciui.cenſ.ex lib.11. k l.4.§.illum.h.t. l t.t.C.de cenſ. & cenſ. & peræq.lib. 11. §. coges. in Auth.de man.princ. m l.25.26.27. C.de donat.l.conſulta.C.de teſta.§.et hic uerò.in Auth.de teſt.§.illud.in Auth.ut frat.fil. n l.2.§.poſt deinde.de orig.iur.l.cenſere.111.de uerb.ſig. o l.4.h.t. p d.l.4.§.pen. q in l.5. r l.de his.3. C. de epiſ. & cler. s in l.1. t in l.6.7.& 8.*

DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICAtione. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Voluntatem potius quàm uerba inſpici.*

3 *Verba quatuor modis accipi.*
4 *De ſignificatione nominum.*
5 *De ſignificatione uerborum.*
6 *De ſignificatione aliarum partium.*
7 *De ſignificationibus rerum.*
8 *De ijs quæ ad perſonas pertinent.*
9 *De ſignificatione rerum.*
10 *De ſignificatione earum quæ ad actiones pertinent.*

ABſolutis omnibus, quæ cùm in ordinariam iudiciorum cognitionem cadunt, tum extra ordinem diſceptantur: iam uno quaſi faſce quæcunque ſparſim ſuprà dicta ſunt, coronidis uice in his duobus titulis concluduntur. Ac cum ius omne conſiſtat, partim in rerum diuinarum atque humanarum, quæ quidem ad iuris ſcientiam pertinent, cognitione: partim in iuſti atque iniuſti noticia: rectè atque ordine hoc in titulo ſignificationes, ex quibus cognitio prima ſumenda eſt, tum uerborum, tum rerũ, expoſitæ ſunt: pòſt in ſequentem de his ipſis rebus definitiones ac regulæ iuris, quæ oſtendũt quid quaque in re iuſtum iniuſtumque ſit, referuntur. Quod ad uerborum ſignificationem attinet, illud in genere ſciendum eſt, quandoquidem uerba inuenta ſunt ut mentem exprimant[a], ſemper uoluntatem potius ſpectandam quàm uerba[b]. Sed quia mutuum iter eſt inter uoluntatem & ſermonẽ, non minus ex uerbis colligimus uoluntatem, quàm cõtrà ex uoluntate ſenſum uerborum. Nemo enim præſumitur aliter loqui, quàm ſentiat[c]. Verba, inquit Alc[d]. quatuor modis accipiũtur: ex proprietate, improprio, uſu & interpretatione. Verborum proprietas non tantum ad nomen, ſed ad uim ſignificandi referenda eſt: quare & appellatio per metaphorã aliamue figuram ſumpta, propria nobis erit, dummodò nihil ſignificantius dici poſſit. Improprium eſt, quod non ſuo nomine dicitur, ut uendere pro locare[e], dare pro tradere[f]: aut per fictionem dicitur. Ex uſu communi loquẽdi uerba ſignificationem accipiunt. nam uſus etiam proprietati præſcribit[g]: ut meritò de illo dixerit Horatius, *Quem penes arbitrium eſt, & uis, & norma loquendi.* Per interpretationem uel extenſionem: cum de ſimilibus ad ſimilia proceditur[h]. Verbi autem appellatio, hic tã nomina quàm uerba, aliaſque orationis partes, atque ipſam adeò orationem comprehendit. de omnibus enim uidemus hic agi. De nominib. aut uim nominis habentibus: ut cum exponitur quid ſit dies[i], iter diei[k], mille paſſus[l], annus, annus biſextilis[m], anniculus[n], menſis[o], quæ anni maior pars[p]: quid ſubſignatum[q], probrum, opprobrium[r], auxilium, conſilium[s], geſtum[t], factum[u], magiſter[x], inteſtatus[y], arbitratus[z], dolus malus[A], impeſæ[B], optimus maximus[C], proximus[D], ſupremus[E], reliqui[F], cæteri[G], meum, tuum[H], ſuum[I], aliquorum[K], ter enixa[L], pellex[M], ille aut ille[N], ſpecioſus[O], ſtuprum[P], adulteriũ[Q], furtũ[R], diuortium[S], repudium[T], morbus[V], morbus ſonticus[X], uitium corporis[Y], hoſtes[Z], uſura[aa], fraus[bb], pœna[cc], multa[dd], portio[ee], portio uirilis[ff], coniunctio[gg], cauillatio[hh], donum, munus[ii], munus publicum[kk], abſens[ll], mangones[mm], mercatores[nn], uenaliciarij[oo], pluris[pp], dolus[qq], lata culpa[rr], negligentia[ss], poteſtas[tt], uincula[uu], carcer[xx], cuſtodia[yy], nomina pluralis numeri[zz], falſum teſtamentum[a], amici[b], fugitiuus[c], erro[d], noxa[e], tranſacta finita[f], locuples[g], ruta cæſa[h], &c.

(Right margin, in order: 1 — beside "Abſolutis omnibus"; 2 — beside "Quod ad uerborum ſignificationem"; 3 — beside "Verba, inquit Alc."; 4 — beside "De nominib.")

a l. Labeo. 7. de ſup. leg.
b l. 219. h. t.
c d. l. Labeo.
d lib. 1. de uer. ſi.
e Bart. in l. cotem. §. qui maximos. de publi.
f l. uerbum. 94. h. t. l. 4. de uſur.
g l. cum de lanionis. §. aſinã. de fund. inſtr.
h l. 1. h. t.
i l. 2. 3. h. t.
k d. l. 3.
l l. 154. h. t.
m l. 48. h. t.
n l. 132. h. t.
o l. 98. h. t.
p l. 156. h. t.
q l. 39.
r l. 42. 224. h. t.
s l. 53. h. t.
t l. 19. 20. 58.
u l. 59. h. t.
x l. 57. h. t.
y l. 64. h. t.
z l. 68. h. t.
A l. 69. h. t.
B l. 79. h. t.
C l. 90. 126. 161. 169. h. t.
D l. 92. l. 155.
E l. 92. h. t.
F l. 95. 160. h. t.
G l. 160. h. t.
H l. 25. 91. 205. h. t.
I l. 239. h. t.
K l. 96. h. t.
L l. 137. h. t.
M l. 144. h. t.
N l. 224. h. t.
O l. 100. h. t.
P l. 101. h. t.
Q l. 101. h. t.
R l. 229. 230. hoc tit.
S l. 101. 191.
T l. 101. 191.
V l. 101. h. t.
X l. 113.
Y l. 101. h. t.
Z l. 118. h. t.
aa l. 121. h. t.
bb l. 131. h. t.

*cc d. l. 131. dd d. l. 131. l. 244. ee l. 164. h. t ff l. 145. h. t. gg l. 142. ht. hh l. 177. 233. h. t. ii l. 18. 194. 214. h. t. kk l. 239. h. t. ll l. 199. h. t. mm l. 207. h. t. nn d. l. 207. oo d. l. 207. pp l. 192. 232. qq l. 226. h. t. rr l. 213. 223. 226. h. t. ss l. 226. h. t. tt l. 215. h. t. uu l. 216. 224. h. t. xx d. l. 216. yy l. 224. h. t. zz l. 217. h. t. a l. 221. h. t. b l. 223. h. t. c l. 225. h. t. d d. l. 225. e l. 237. h. t. f l. 229. 230. h. t. g l. 239. h. t. h l. 241. h. t.*

5 De uerbis, ut quid ſignificet uerbum Oportebit[a], oportere[b], rapuiſſe[c],
reſtituere[d], deteſtari[e], ſolui uinculis[f], perſequi[g], pertinere[h], capere, acci-
cipere[i], præſtare[k], dare[l], cognoſcere, recognoſcere[m], diſpungere[n], ra-
tiones edere, reddere[o], derogare, abrogare[p], aſsignare libertum[q], cenſe-
re[r], debere[s], ſoluere[t], ligare[u], eſt[x], erit[y], peperiſſe[z], perficere[A], capere[B],
habere[C], habere filium[D], pernoctare[E], abeſſe[F], facere,[G] commendare[H],
exigere[I], cauere[K], iudicare reum[L], cedere diem[M], calumniari, fruſtrari,
morari[N], uiuere[O], ferri, portari[P], exhibere[Q].
6 De præpoſitionibus, & conſimilibus orationis partibus, ut quid ſigni-
ficet penes, & apud[R], ante[S], poſt[T], cum[V], coram[X], palàm[Y], rectè[Z], am-
plius[aa], dum[bb], minus[cc], dũtaxat[dd], poſtquam[ee]. De oratione quam uim
habeat coniuncta, diſiuncta, diſiunctiua, ſubdiſiũctiua, ſeparata[ff]. Itẽ hæc:
cum erit commodum[gg], cum potero[hh], intra diem mortis[ii], furem eſſe aut
furto noxáque ſolutum[kk], quanti ea res erit, uel eam eſſe apparet[ll], ſoluto
matrimonio[mm]. Qua in parte etiam obſeruandum eſt, ſingulare ſæpe uſur-
7 pari pro plurali[nn], & duas negatiuas ualere affirmatiuam[oo]. Iam quod ad
res attinet, tenendum eſt, rei nomen eſſe uocabulum, ut Dialectici appel-
lant, tranſcendens, quod omnia quæ in toto uniuerſo exiſtunt, uno ſigni-
ficatu comprehendit[pp], nec ullo prædicamentorum ordine aut gradu co-
ërcetur. Sed res omnes in doctrina Iuris, ad tres ordines redigi ſolent: ad
perſonas uidelicet, res, & actiones: nam hæc ſunt obiecta iuris propria, ut
alibi dictum eſt. Quare ſignificationes earum duntaxat rerum, quæ ad ea
8 obiecta pertinent, hoc in Titulo inueſtigantur. In primis, quia triplex eſt
perſonarum reſpectus: quorum unus ex iure naturę, alter ex iure gentium,
tertius ex iure ciuili deſumitur. Primò circa naturalem hominum reſpectũ
hic quęritur, quis hominis appellatione contineatur[qq], an mõſtra[rr], an is
qui in utero eſt[ss], qui mortuus naſcit̃[tt], ſpado[uu], an nomine uirili ueniat mu
lier[xx], mulieris uirgo[yy], uirgines uiduæ[zz]. Qui comprehãdantur nomine
parentum[a], liberorum[b], filiorum[c], filiarum[d], natorum[e], poſthumorum[f],
puerorum[g], fratrum[h], ſoceri[i], generi[k], nurus[l], neptis[m]. In reſpectu per
ſonarum iuxta ius gentium hæc exponũtur, quinam ſint liberi, qui ſerui[n]:
& inter hos qui urbani, ruſtici, uillici[o], &c. qui patroni[p], liberti[q], quis uere
poſſeſſor[r], locuples[s], emptor[t], debitor[u], creditor[x], hoſtes perduelles[y],
&c. Circa reſpectum iuris ciuilis hæc traduntur: quid ſit ciuis, municeps[z],
incola[A], paterfa.[B] materfam.[C] familia[D], teſtator inteſtatus[E], heres[F], tutor[G],
pupillus[H], ſequeſter[I], plebs[K], collegium[L], collegæ[M], contubernales[N], de-
curiones[O], prouinciales[P].
9 De reb. primùm in genere quærit̃, quid ſit res[Q], opus[R], totũ[S], pars[T]: de-
inde ſpeciatim de reb. corporalib. & incorporalib. Corporalia aut publica
ſunt, aut priuata: in publicis oſtẽditur quid ſit urbs, oppidũ[V], urbs Roma[X],
bona ciuitatis, ſeu Reip.[Y] publica[Z], publica uectigalia[aa], oſtentũ[bb]. De pri-
uatis, qd ſit res mobilis aut ſoli:[cc] deinde in mobilib. quid merx[dd], pecunia[ee],
ęs[ff], ęs alienũ, ſuũ[gg], peculiũ[hh], ſtipula[ii], fruges frumentum[kk], glãs caduca[ll],
pomum

a l.8.b.t. b l.37.b.t. c l.9.b.t. d l.22.35.b.t. e l.39.237.b.t. f l.48.b.t. g l.57.b.t. h l.70.181.b.t. i l.76.b.t. k l.71.b.t. l l.76.b.t. m l.56.b.t. n l.56. o l.89.94.b.t. p l.102.b.t. q l.107.b.t. r l.111.b.t. s l.114.b.t. t l.176.b.t. u l.120.b.t. x l.123.b.t. y l.123.b.t. z l.132.in fi.171 A l.139.b.t. B l.140.b.t. C l.143.164.188. D l.141.b.t. E l.166.b.t. F l.173.199.b.t. G l.175.218.b.t. H l.186. I l.187.b.t. K l.188.b.t. L l.197.b.t. M l.213. N l.133. O l.234. P l.235. Q l.fin.b.t. R l.63. S l.132. T l.132. V l.219. X l.209. Y l.33. Z l.33. aa l.82. bb l.89. cc l.150. dd l.202. ee l.217. ff l.28.29.53.

gg l.125. hh l.125. ii l.134. kk l.174.200. ll l.179.193. mm l.240. nn l.158. oo l.238.b.t. pp l.5.b.t. qq l.152. rr l.135. ss l.153.162.231. tt l.129. uu l.128. xx l.1.101.§.fin.195. yy l.13. zz l.242.§.uidua. a l.51. b l.56.148.149.220. c l.84.116.122.201. d l.164. e l.104. f l.64. g l.161.204. h l.201. i l.146. k l.136. l l.50. m l.136. n l.40.239. o l.203 p l.12. q l.59.105.172.284. r l.39. s l.134. t l.110. u l.108. x l.10.11.12.54.55. y l.234. z l.228. A l.229. B l.195. C l.46. D l.40.166.195.196. E l.64. F l.65.70.170.227.219. G l.221. H l.239. I l.109. K l.237. L l.85. M l.172. N l.184. O l.239. P l.190. Q l.5.6.23.72. R l.5. S l.25.§.1. T l.25.26. V l.239. X l.87.139.147. Y l.15.16. Z l.15.16.17. aa l.17. bb l.38. cc l.93. dd l.66.207. ee l.4.97.178.222. ff l.159. gg l.213. hh l.182. ii l.30. kk l.77. ll l.30.236.

pomum[a], uictus[b], ueſtimenta, ueſtis[c], toga[d], inſtratum ſtragula[e], ornamẽta[f], boues[g], carbones[h], ligna[i], uinaria uaſa[k], dolia, feriæ, amphoræ[l], ruta cæſa[m], telum[n], arma[o], uenenum[p], malum nauis, artemon[q], tabernacula[r]. De rebus ſoli, quid fundus[s], ager[t], ſylua cædua[u], terra noualis, integra[x], continens[y], littus[z], paſcua[aa], pratum[bb], portus[cc], locus[dd], area[ee], prædia urbana, ruſtica[ff], ędificium[gg], ædes, domus[hh], tugurium[ii], taberna[kk], taberna inſtructa[ll], proiectum immiſſum[mm]. De incorporalibus: quid ſit & contineat hæreditas[nn], hæreditas lege obueniens[oo], hæreditas delata[pp], ſponſio[qq], ſolutio perfecta imperfecta[rr], actus[ss], contractus[tt], geſtus[uu], donatio[xx], bona[yy], & ea quotuplicia[zz]: reſtitutio[aaa], exhibitio[bbb], poſſeſſio[ccc], iura prædiorum[ddd], fructus, uſusfructus[eee], uſus[fff], uia[ggg], ſtipendium, tributum[hhh], alienatio[iii], deteſtatio[kkk], liberatio[lll], ſubſtitutio[mmm].

De actionibus, ſeu iudicijs, quid ſit lis[nnn], actio[ooo], perſecutio[ppp], petitio[qqq], cauſa capitalis[rrr], notio[sss], præuaricatio[ttt], ſatiſdatio[uuu], pronunciatum ſtatutum[xxx], tranſactum, finitum[yyy]. 10

a l.205. b l.43.44.234. c l.45.127. d l.180. e l.45. f l.74. g l.89. h l.167. i l.167.168. k l.206. l l.206. m l.243. n l.233. o l.41. p l.236. q l.242. r l.184. s l.60.111.115. t l.27.111.115. u l.30. x l.30. y l.99. z l.96.112. aa l.30. bb l.31. cc l.59. dd l.60. ee l.111. ff l.198. gg l.242.245. hh l.203. ii l.180. kk l.183. ll l.186. mm l.242. nn l.3.24.119.138.165.178. uid. l.63. ȷ. tit.1. oo l.130. pp l.151. qq l.7. rr l.12.32.82.117.176. ss l.19. tt l.19.20. uu l.19.20. xx l.67. yy l.21.39.83.88.182.208. zz l.44. aaa l.22.35.73.75.81.246. bbb l.22. ccc l.7. ddd l.86. eee l.25.26. fff l.230. ggg l.157. hhh l.27. iii l.28.67. kkk l.40. lll l.46.47. mmm l.163. nnn l.36. ooo l.8.78. ppp l.34.178. qqq l.178. rrr l.103. sss l.99. ttt l.112. uuu l.161. xxx l.46. yyy l.229.230.

## DE REGVLIS IVRIS. TIT. XVII.

1 *Quid ſit regula.*
2 *Quid cauſæ coniectio.*
3 *Quomodo concipiantur regulæ.*
4 *Regularum definitiones eſſe periculoſas.*
5 *Quæ regulæ ad perſonas pertineant.*
6 *Quæ ad res.*
7 *Quæ ad actiones.*

QVod ad regulas iuris attinet, quæ iuſti atq; iniuſti ſcientiam breuiter comprehendunt, eas ſic definit Paulus[a]: Regula eſt, quę rem quæ eſt, id eſt ius de rebus conſtitutũ, breuiter enarrat: non ut ex regula ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt regula fiat. Per regulam igitur breuis rerũ quæ iure conſtituta ſunt, narratio traditur: & ut Sabinus ait, quaſi cauſæ coniectio eſt, id eſt in breue coactio[b]. Nam cauſam conijcere, eſt argumentũ rei breuiter & ſummatim iudici exponere[c]. Vt igitur coniectio, cauſæ ſummã continet: ita regulæ, earũ rerũ quę iure conſtitutę ſunt, breuiaria atq; ſummas complectuntur. Quare & circa generalia iuris præcepta uerſantur, & concipi ſolent aut ſub uniuerſali ſigno[d], aut indefinito[e], quod uniuerſali æquipollet[f], aut alijs dictionibus, quę ſi non omnia, tamen multa comprehendunt: ut ferè[g], plerunq;[h], frequenter[i], & conſimilibus. Sed cum in toto iure generi per ſpeciem derogetur[k], fit ut regularum quæ res generatim comprehendunt, definitio exiſtat periculoſa[l], ut nõ temerè eis ſit fidendũ. Nec enim rarò ſubuertuntur oſtenſa lege aut ratione, propter quam in pręſenti ſpecie locum habere non debeant: quod cum fit, amittunt ſuum officium, quaſi excluſæ exceptione[m]. Vt autem omne ius, ita & regulę quæ inde ſumũtur, ad perſonas, res & actiones pertinent. Ad perſonas hę, quib. definitur, qua in parte fœminę ſint marib. deteriori iure[n], quo utantur iure furioſi[o], muti, ſurdi[p], liberi[q], filijsfam[r]. Deinde quę ſint iura libertatis & liberorum[s], ſeruitutis & ſeruorum[t], poſſeſſorum[u] tam bonę fidei[x] quàm malæ

(Right margin, beside the paragraph: 1 at "QVod ad regulas"; 2 at "ctio eſt, id eſt in breue coactio"; 3 at "mas complectuntur"; 4 at "hendunt: ut ferè"; 5 at "cium, quaſi excluſæ".)

a l.1.h.t. b Aſco.3. Ver. c Cic. ad Herẽ. lib.2. Gell. lib.17. cap.5. & lib.5. cap.10. Aſco. præal. lo. Duar. in l. iuriſgentiũ. §. quinimò. de pac. & lib. diſp. 1. cap. 46. d l. omnes. l. in omnibus. l. omnia. l. nullus. cũ ſimilibus. h.t. e l.2.3. cum ſimilibus. f l. ſi ex plurib. de leg.2. g l. ferè. 109. et 196. h.t. h l. plerunq;. hoc tit. i l. ea quæ. 65. cum ſimil. h.t. k l. in toto. l l. omnis. 203. m l.1. in fi. h.t. n l.2.111. o l.5.41.167. p l.167. q l.148. r l.4.94. s l.21.107.137.140.165. t l.33.108.136.161.176.189.212. u l.199. x l.180.

malæ[a],item eorum qui dolo deſierũt poſsidere[b],emptoris & uenditoris[c], fideiuſſoris[d],ſocij[e],debitoris[f], &c. Poſtremò quæ ſint iura teſtantium, & inteſtatorum[g], hæredum[h],bonorum poſſeſſoris[i], ſucceſſoris[k], authoris[l],
6 tutoris[m],pupilli[n]. Ad res pertinent eæ regulæ, quæ oſtendunt quid iuris ſit in toto & parte[o],quãta in rebus cautio[p], quid obtineat in rebus quæ nullius cenſentur in bonis[q],quid in rebus quæ ſunt alicuius,tam corporalibus,ut eſt domus,quę dicitur tutiſsimum cuiuſq; refugium:[r]quàm incorporalibus,cuiuſmodi ſunt iura ſanguinis[s], teſtamentorum[t], legatorum[u], hæreditatum[x],repudiationis[y],poteſtatis[z], nuptiarum[A], actuum legitimorum[B],contractuum[C],obligationum[D],alienationis[E], trãslationis iuriũ[F], iuſſus,mandati[G],ratihabitionis[H],uenditionis[I],donationis[K], dotis[L], ſtipulationis[M],aliorumq; factorũ[N]:quid ſeruetur in ijs quæ contractibus accedunt,ut ſunt res de quibus contrahitur[O], poſsibiles aut impoſsibiles[P]: itẽ ijs quæ contractus aut firmant[Q],ut ius pignoris[R]:aut repræſentant, ut tempus[S]:aut tollunt[T].Item de circumuentione[V] & dolo ac culpa: quis uidelicet intelligatur eſſe in culpa[X],dolo[Y],mora[Z],aut alio delicto[aa]: quid pręſtet bona fides[bb],poſſeſsio[cc],fructus rei[dd],euictio[ee].Sed in primis & pręcipuè regulę traduntur de interpretatione nominum, uerborum & clauſularum,quæ actionibus hominum explicandis adhibentur,ut quam uim habeant,& quomodo interpretanda ſint obſcura[ff],dubia[gg],ambigua[hh],repugnantia[ii],cauillationibus obnoxia[kk], rarò uel frequẽter accidẽtia[ll], ſingularia[mm].Qua in parte in genere præcipitur, iuſtis decretis rem temperandã eſſe[nn]:& in omnibus,maximè tamen in iure,id eſt iudicio,ſpectandam eſſe æquitatem[oo].In contractibus primò inſpiciendũ,quid actum,etiam ſi uerba non conſonent[pp], tum conſuetudinẽ, poſtremò id quod eſt minimũ[qq],
7 & tempus contractus[rr]. Ad actiones & iudicia eæ regulæ ſpectant,quibus definitur, quid ſit ius gladij[ss], quæ poteſtas magiſtratus[tt], iudicis[uu], quid ſit arbitrium[xx],quæ uis cognitionis & iudicij[yy].Item de iure petitionis[zz],actoris[a],procuratoris[b],rei[c],defenſionis[d],an proponi poſsint plures actiones,an plures exceptiones[e],quæ actio alia momentoſior[f]. De petitionibus ante tempus[g], tranſitorijs in hęredem[h],pœnalibus[i], quis actionẽ dare poſsit[k].De effectu exceptionis[l],& litis conteſtatę[m],quis condemnare poſsit[n], & quatenus[o].Item in condemnationibus ſpectandam ἐπιείκειαν, & æquitatem[p],pręſertim in pœnalibus[q]: ad hęc,ætatem & imprudentiã[r]: effectum autem rei iudicatę eſſe, ut pro ueritate habeatur[s], atq; alia id genus:quę omnia perſequi noſtri non eſt conſilij. Atq; ita tãdem γῆν ὁρῶμεν, & primus hic labor, opinione noſtra, quàm initio operis conceperamus, longè maior difficiliorq;,ad metam,adſpirãte Deo,decurrit:Cui ſoli,uero, iuſto,immortali, immenſæ potentiæ & bonitatis Deo, Patri æterno, cum Filio ſuo Domino & redemptore noſtro Ieſu Chriſto, patefacto in Ieruſalem, & Spiritu ſancto effuſo in Apoſtolos, conditori & conſeruatori omnium rerum, & in primis Eccleſiæ ſuæ ac honeſtorum ſtudiorum, quæ Eccleſiæ ancillantur, ſit laus honor & gloria,in omnes æternitates:

Amen.

M

a l.169. b l.174.193.200. c l.199. d l.44.111. e l.48. f l.67.96. g l.7.142. h l.6.39.44.45.60.90.112.153.154.155.163.171.184.192.195.199.200. i l.118.171. k l.138. l l.138. m l.74. n l.2.5.111.112.150. o l.114.111.191. p l.261. q l.143. r l.62.104. s l.8. t l.12.20.90.202.211. u l.18. x l.39.63.74.92.181. y l.35. z l.18.19. A l.31.158. B l.78. C l.18.19.20.28.32.46. D l.131.145.196 E l.162.206. F l.55.121.163.186. G l.61.130.140.200. H l.61.195. I l.61.121.131. K l.54.70.83.124.126.199. L l.86. M l.187. N l.32.90.198. O l.46.145. P l.51.110.178.149. Q l.30.86.211. R l.119. S l.14.17.30.

T l.36.102. V l.50. X l.37.51.130.175.204. Y l.56.64.79.80.100.110.117.128.134.138.160.172. Z l.64.89.
139. aa l.177.195.198. bb l.58.179. cc l.196. dd l.72. ee l.151. ff l.9.42.140.129. gg l.21. 57.153. hh l.6
68.86.97. ii l.149. kk l.201. ll l.65.115. mm l.184. nn l.86. oo l.91. pp l.93.95. qq l.35. rr l.19.30.
ss l.71. tt l.103. uu l.132.137. xx l.23. yy l.28.73.106. zz l.34. a l.42.43.89. b l.166. c l.42. 168. d l.53.199.
127. e l.44. f l.105. g l.147. h l.170. i l.173. k l.103. l l.113. m l.87.88.99.125.182. n l. 38. o l.29.
p l.91. q l.198. r l.119. s l.208.

FINIS.

# INDEX TITVLORVM, IN QVO PRIOR numerus librum, alter titulum oſtendit.

A

ABigeis lib.47.tit.14
Acceptilationibus 46.4
Accuſationibus & inſcriptionibus 48.2
Acquirenda uel amittenda hæreditate. 29.2
Acquirenda uel omittenda poſſeſsione. 41.2
Acquirendo rerum dominio 41.1
Actionibus empti & uenditi 19.1
Actione rerum amotarum 25.2
Actionibus & obligationibus 44.7
Ademptione libertatis 40.6
Ad exhibendum 10.4
Ad legem Aquiliam 9.2
Ad legem Rhodiam de iactu 14.2
Ad legem Falcidiam 35.2
Ad legem Corneliam de falſis 48.10
Ad legem Corneliam de ſicarijs 48.8
Ad legem Flauiam de plagiarijs 48.15
Ad legem Iuliam maieſtatis 48.4
Ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupro 48.5
Ad legem Iuliam de ui publica 48.6
Ad legem Iuliam de ui priuata 48.7
Ad legem Iuliam repetundarum 48.11
Ad legem Iuliam de annona 48.12
Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegijs & reſiduis 48.13
Ad legem Iuliam de ambitu 48.14
Ad legem Pompeiã de parricidijs 48.9
Adminiſtratione & periculo tutorum. 26.7
Adminiſtratione rerum ad ciuitatẽ pertinentium 50.8
Ad municipalem, & de incolis 50.1
Adoptionibus & emancipationibus 1.7
Ad ſenatuſconſultum Macedonianum. 14.6
Ad ſenatuſconſultum Velleianum 16.1
Ad ſenatuſconſultum Syllanianum. 29.5
Ad ſenatuſconſultum Trebellianum. 36.1
Ad ſenatuſconſultum Tertyllianum. 38.7
Ad ſenatuſconſultum Turpilianum. 48.16
Ædilitio edicto & redhibitoria 21.1
Æſtimatoria actione 19.3
Agnoſcendis & alendis liberis uel parentibus 25.3
Aleæ luſu & aleatoribus 11.5
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta. 4.7
Alimentis & cibarijs legatis 34.1
Albo ſcribendo 50.3
Annuis legatis 33.1
An per alium cauſæ appellationis reddi poſsint 49.9
Appellationibus & relationibus 49.1
Appellationibus recipiendis 49.5
Apud eum à quo appelletur aliam cauſam agere compellendum 49.12
Aqua pluuia arcenda: uel aqua & aquæ pluuiæ 39.3
Aqua quotidiana & æſtiua 43.19
A quibus appellare non licet 49.2
A quo appellet quis 49.3
Arboribus cædendis 43.26
Arborum furtim cæſarum 47.7
Aſsignandis libertis 38.4
Authoritate & conſenſu tutorum & curatorum 26.8
Auro & argento legato 34.2

B

Bonis libertorum 38.2
Bonorum poſſeſsionibus 37.1
Bonorũ poſſeſsione furio ſo, infanti, &c. competente 37.3
Bonorũ poſſeſsione contra tabulas 37.4
Bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas 37.11
Bonorum poſſeſsione ex teſtamento militis 37.13
Bonis authoritate iudicis poſsidendis. 42.5
Bonis damnatorum 48.20
Bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt 48.21

C

Cadaueribus punitorum 48.24
Calumniatoribus 3.6
Capitis diminutione, ſeu capite punitis. 4.5
Captiuis & poſtliminio reuerſis 49.15
Carboniano edicto 37.10
Caſtrenſi peculio 49.17
Certi condictione 12.1
Cenſibus 50.15
Ceſsione bonorum 42.3
Cloacis 43.22
Collatione bonorum 37.6

Colla-

Collatione dotis 37.7
Collegijs illicitis 47.22
Colluſione detegenda 40.16
Communia prædiorum, tam urbanorũ quàm ruſticorum 8.4
Commodati, uel contrà 13.6
Communi diuidundo 10.3
Compenſationibus 16.2
Concubinis 25.7
Concuſsionibus 47.13
Condictione cauſa, data cauſa non ſecuta 12.4
Condictione ob turpem cauſam 12.5
Condictione indebiti 12.6
Condictione ſine cauſa 12.7
Condictione furtiua 13.1
Condictione ex lege 13.2
Condictione triticiaria 13.3
Conditionibus & demonſtrationibus. 35.1
Conditionibus inſtitutionum 28.7
Confeſsis 42.2
Confirmando tutore uel curatore 26.3
Coniungendis cum emancipato liberis 47.9
Conſtitutionibus principum 1.4
Conſtituta pecunia 13.5
Contrahenda emptione & uenditione. 18.1
Contraria & utili tutelæ actione 27.4
Crimine expilatæ hæreditatis 47.19
Crimine ſtellionatus 47.20
Curatoribus furioſo uel alijs extra minores dandis 27.10
Curatore bonis dando 42.8
Cuſtodia & exhibitione reorum 48.2

D

Damno infecto, ſuggrũdis & protectionibus 39.3
Decretis ab ordine faciendis 50.9
Decurionibus 50.2
Depoſiti, uel contrà 16.3
Diſtractione pignorum 20.5
Diuerſis temporalibus præſcriptionibus & acceſsionibus poſſeſsionum. 44.3
Diuerſis regulis iuris antiqui 50.17
Diuiſione & qualitate rerum 1.8
Dolo malo 4.5
Doli mali & metus exceptione 44.4
Donationibus inter uirum et uxorem. 24.1
Donationibus 39.5
Donationib. cauſa mortis & capionib. 39.6.
Dote prælegata, ſeu relegata 33.4
Dotis collatione 37.7
Duobus reis conſtituendis 45.2

E

Edendo 2.13
Effractoribus & expilatoribus 47.18
Eo per quem factũ erit quo minus quis iudicio ſiſtat 2.10
Eo quod certo loco dari oportet 13.4
Eo quod metus cauſa geſtum erit 4.2
Eo qui pro tutore uel curatore negocia geſsit 27.5
Euictionibus & duplæ ſtipulatione. 21.1
Eum qui appellauerit in prouincia defendi 49.1
Exceptione rei uenditæ & traditę 21.3
Exceptionibus, pręſcriptionibus & prę-iudicijs 44.1
Exceptione rei iudicatę 44.2
Excuſationibus tutorum, & temporibus earum 37.1
Exercitoria actione 14.2
Expilatæ hæreditatis 47.19
Ex quibus cauſis maiores 25 annis in integrum reſtituantur 4.6
Extraordinarijs criminibus 47.11
Extraordinarijs cognitionibus, & ſi iudex litem ſuam feciſse dicetur 50.13

F

Familiæ erciſcundæ 10.2
Ferijs & dilationibus, & diuerſis temporibus, &c. 2.12
Fide inſtrumentorum, & amiſsione eorum 22.4
Fideicommiſsaria hæreditatis petitione 5.6
Fideicommiſſarijs libertatibus 40.5
Fideiuſſoribus, & nominatoribus, & hę-redibus tutorum 27.7
Fideiuſsoribus & mandatoribus 46.1
Finium regundorum 10.1
Fluminibus, ne quid in flumine ripa'ue eius fiat, &c. 43.11
Fonte 43.21
Fugitiuis 11.4
Fundo dotali 22.55
Fundo inſtructo, uel inſtrumẽto legato. 33.7
Furibus balnearijs 47.17
Furtis 47.2
Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios 47.5

G

Glande legenda 43.28

Gradibus & adfinibus & nominibus eorum 38.10

H

Hæreditate uel actione uendita 18.4
Hæredibus inſtituendis 28.5
His qui deiecerunt uel effuderunt 9.3
His quæ in teſtamento delentur, &c. 28.4
His qui notantur infamia 3.2
His quæ pœnæ nomine relinquuntur. 34.6
His quæ pro non ſcriptis habentur. 34.8
His qui ſunt ſui uel alieni iuris 1.6
His quæ ut indignis auferuntur 34.9

I

Impenſis in rebus dotalibus factis 25.1
Incendio, ruina, naufragio, rate expugnata 47.6
In diem addictione 18.2
In integrum reſtitutione 4.1
In ius uocando 2.4
In ius uocati ut eant aut ſatiſdent 2.5
Iniuſto, rupto, & irrito teſtamento 28.3
Iniurijs & famoſis libellis 48.10
In litem iurando 12.3
Inofficioſo teſtamento 5.2
In quibus cauſis pignus uel hypotheca tacitè contrahatur 20.2
In rem uerſo 15.3
Inſpiciendo uentre, cuſtodiendoq; partu 25.4
Inſtitoria actione 14.3
Inſtructo uel inſtrumento legato 33.7
Interrogatorijs actionibus ſeu interrogationibus faciendis 11.1
Interdictis ſeu extra ordinarijs actionibus 43.1
Interdictis & relegatis 48.22
Itinere actuq; priuato 43.18
Iudicijs ubi quis agere uel conueniri debeat 5.1
Iudicio finium regundorum 10.1
Iudicatum ſolui 46.7
Iure dotium 23.3
Iureiurando, ſiue uoluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali 12.2
Iure deliberandi 28.8
Iure codicillorum 29.7
Iure patronatus 36.14
Iure aureorum annulorum 40.10
Iure fiſci 49.14
Iure immunitatis 50.6
Iuris & facti ignorantia 22.6
Iuriſdictione omnium iudicum 2.1
Iuſticia & iure 1.1

L

Legatis & fideicommiſsis primus liber. 30.1
Legatis & fideicommiſsis ſecundus. 31.1
Legatis & fideicommiſsis tertius 32.1
Legatis præſtandis, &c. 37.5
Legationibus 50.7
Legibus, S.C. & longa conſuetudine 1.3
Lege commiſſoria 27.3
Liberatione legata 34.3
Liberis agnoſcendis 25.3
Liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, &c. 28.2
Libertis uniuerſitatum 38.3
Libellis dimiſsorijs 49.6
Liberali cauſa 40.12
Liberis exhibendis uel deducendis 43.39
Libero homine exhibendo 43.29.
Litigioſis 44.26
Locati & conducti 19.2
Locis & itineribus publicis 43.7
Loco publico fruendo 43.9

M

Magiſtratibus conueniendis, &c. 27.8
Mandati, uel contrà 17.1
Manumiſsionibus 40.9
Manumiſsionibus quæ ſeruis ad uniuerſitatem pertinentibus, &c. 40.3
Manumiſsis teſtamento 40.4
Manumiſsis uindicta 40.2
Migrando 43.32
Militari teſtamento 29.1
Minoribus 25 annis 4.4
Mortuo inferendo & ſepulchro ædificando 11.8
Mortis cauſa donationibus & capionibus 39.9
Muneribus & honoribus 50.4

N

Natalibus reſtituendis 40.11
Nautę, caupones, ſtabularij ut recepta reſtituant 4.9
Nautico fœnore 22.2
Ne de ſtatu defunctorũ poſt quinquennium quęratur 40.15
Negocijs geſtis, ſeu negociorum geſtorum 3.5
Ne quis eũ qui in ius uocatus eſt ui eximat 2.7
Ne quid in flumine publico ripáue eius fiat, &c. 43.12

Ne quid

Ne quid in loco publico uel itinere fiat 43.8
Ne quid in loco ſacro fiat 43.6
Ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt 43.4
Nil nouari pẽdente appellatione, ſeu interpoſita 49.7
Nouationibus & delegationibus 46.2
Noui operis nunciatione 39.1
Noxalibus actionibus 9.4
Nundinis 50.11

O

Obligationibus & actionibus 44.7
Obſequijs à liberis & libertis pręſtandis 37.15
Officio aſſeſſorum 1.22
Officio Conſulis 1.10
Officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. 1.21
Officio iuridici Alexandriæ 1.20
Officio præfecti prætorio 1.11
Officio præfecti urbis 1.12
Officio prætoris 1.14
Officio præfecti uigilum 1.15
Officio proconſulis & legati 1.16
Officio præfecti Auguſtalis 1.17
Officio præſidis 1.18
Officio procuratoris Cæſaris 11.9
Officio quæſtoris 1.13
Operis libertorum 38.1
Operis noui nunciatione 39.1
Operibus publicis 50.10
Operis ſeruorum 7.7
Optione legata uel electione 33.5
Origine iuris & omnium magiſtratuum & ſucceſsione prudentium 1.2

P

Pactis 2.14
Pactis dotalibus 23.4
Peculio 15.1
Peculio legato 33.8
Penu legata 33.9
Periculo & commodo rei uenditæ 18.6
Petitione hæreditatis 5.3
Pignoribus & hypothecis 20.1
Pignoraticia actione 13.7
Pœnis 48.19
Pollicitationibus
Popularibus actionibus 47.23
Portionibus quę liberis damnatorũ conceduntur 48.20
Poſſeſſoria hæreditatis petitione 5.5
Poſtulando 3.1
Precario 43.25
Præſcriptis uerbis 19.5
Prætorijs ſtipulationibus 46.5
Præuaricatoribus 47.15
Priuatis delictis 47.1
Priuilegijs creditorum 42.6
Priuilegijs ueteranorum 49.18
Probationibus & pręſumptionibus 22.3
Procuratoribus & defenſoribus 3.3
Pro derelicto 41.8
Pro donato 41.7
Pro dote 41.10
Pro emptore 41.5
Pro hærede uel poſſeſſore 41.6
pro legato 41.9
Pro ſocio 17.1
Pro ſoluto 41.4
Pro ſuo 41.11
Proxenetis 50.14
Publiciana in rem actione 6.2
Publicanis & uectigalibus & commiſsis 39.3
Publicis iudicijs 48.1

Q

Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora 49.4
Quando dies uſusfructus legati cedit. 7.5
Quando de peculio actio annalis eſt. 15.2
Quando dies legati cedat 36.2
Quando ex facto tutorum uel curatorũ, &c. 26.9
Quarum rerum actio non datur 44.5
Quæ in fraudem creditorum facta ſint, &c. 42.29
Quæ res pignori obligari non poſsint 20.3
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur 49.2
Quæſtionibus 48.28
Quemadmodum ſeruitutes amittantur 8.6
Quemadmodum teſtamenta aperiantur, &c. 29.3
Quibus ad libertatem proclamare non licet 40.13
Quibus ex cauſis maiores 25 annis, &c. 4.6
Quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur. 42.4
Quibus modis pignus uel hypotheca ſoluitur 20.5
Quibus modis uſusfructus uel uſus amittatur 7.4
Quibus non competat bonorum poſſeſſio 38.13
Quibus rebus ad eundem iudicem eatur 11.2.
Qui & à quibus manumiſsi liberi non fiant, &c. 40.9

Qui petant tutores, uel curatores: & ubi petantur 20.6
Qui potiores in pignore habeantur, &c. 20.3
Qui ſatiſdare cogantur, uel iurato promittant, &c. 2.8
Quis à quo appelletur 49.3
Quis ordo in bonorum poſſeſsione. 38.15
Qui ſine manumiſsione ad libertatem perueniunt 40.8
Qui teſtamenta facere poſsint, & quemadmodum teſtamenta fiant 28.1
Quod cum eo qui in aliena poteſtate. 14.5
Quod falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur 27.6
Quod iuſſu 15.4
Quod metus cauſa geſtum erit 4.2
Quod quiſq; iuris in alium ſtatuerit, uti ipſe eodem utatur 2.2
Quod ui aut clàm 43.23
Quorum bonorum 43.2
Quod uel quorum legatorum 43.3

R

Rebus authoritate iudicis poſsidendis uel uendundis 42.5
Rebus creditis 12.1
Rebus dubijs 34.5
Rebus eorũ qui ſub tutela uel cura ſunt, &c. 34.8
Receptatoribus ſeu receptoribus 47.16.
Receptis arbitris, ſeu qui arbitrium receperunt, &c. 4.8
Regulis iuris 50.17
Regula Catoniana 34.5
Rei uendicatione 6.1
Re iudicata, &c. 42.1
Religioſis & ſumptibus funerum, &c. 12.7
Remiſsionibus 43.24
Rem pupilli ſaluam fore 46.6
Rem ratam haberi, & de ratihabitione. 46.8
Re militari 49.16
Requirendis reis, nec abſentibus damnandis 48.17
Rerum amotarum 25.2
Rerum diuiſione & qualitate 1.8
Rerum permutatione 19.4
Reſcindenda uenditione, &c. 18.5
Reſtitutione in integrum 4.1
Ripa munienda 43.24
Ritu nuptiarum 23.2
Ritus 43.20

S.

Saluiano interdicto 43.33
Senatoribus 1.9
Senatuſconſulto Macedoniano 14.6
Senatuſconſulto Syllaniano, &c. 29.5
Sententiam paſsis & reſtitutis 48.23
Separationibus 42.7
Sepulcro uiolato 47.12
Seruitutibus 8.1
Seruitutibus urbanorum prædiorum. 8.2
Seruitutibus ruſticorum prædiorum. 8.3
Seruitute legata 33.3
Seruo corrupto 11.3
Seruis fugitiuis 11.4
Si ager uectigalis uel emphiteuticarius petatur 6.3
Si à parente quis manumiſſus fuerit. 37.12.
Si certum petatur 12.1
Si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit, &c. 35.3
Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodũ caueatur 2.9
Si familia furtum feciſse dicatur 47.6
Si is qui teſtamento liber 47.4
Si libertus ingenuus eſſe dicatur 40.14
Si menſor falſum modum dixerit 11.6
Si mulier uentris nomine in poſſeſsione calumnię cauſa, &c. 25.6
Si pars hæreditatis petatur 5.4
Si pendente appellatione mors interuenerit 49.13
Si quadrupes pauperem feciſſe dicatur. 9.1
Si quid in fraudem patroni factum ſit. 38.5
Si quis aliquẽ teſtari prohibuerit uel coegerit 29 6
Si quis cautionibus, &c. 2.11
Si ſeruitus uendicetur 8.5
Si quis amiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, &c. 29.4
Si quis teſtamento liber, &c. 47.4
Si tabulæ teſtamenti extabunt 37.2
Si tabulæ teſtamenti nullę extabunt, unde liberi. 38.6
Si tutor uel curator uel magiſtratus creatus appellauerit 49.10
Si quis in ius uocatus non ierit, &c. 2.6
Si quis ius dicenti non obtemperauerit. 2.5
Si uentris nomine muliere in poſſeſsionem, &c. 25.5
Solutionibus & liberationibus 46.3
Soluto matrimonio quemadmodũ dos peta-

petatur 24.3
Sponſalibus 23.1
Statu hominum 1.5
Statu liberis 40.7
Stellionatus 47.20
Stipulatione ſeruorum 45.3
Succeſsorio edicto 38.9
Suis & legitimis heræ dibus 38.16
Supellectile legata 33.10
Superficiebus 43.17
Suſpectis tutoribus & curatoribus 26.10
T
Tabulis exhibendis 43.5
Termino moto 47.21
Teſtamento militis 29.1
Teſtamentaria tutela 26.2
Teſtamentis, & qui teſtamenta facere poſsint 28.1
Teſtamenta quemadmodum aperiantur 29.3
Teſtibus 12.5
Tigno iniuncto 47.3
Tranſactionibus 2.15
Tributoria actione 14.4
Tritico, uino, oleo legatis 33.6
Tutelis 26.1
Tutoribus & curatoribus datis ab his, &c. 26.5
Tutelæ & rationibus diſtrahendis, &c. 27.3
V
Vacatione & excuſatione munerum. 50.5
Varijs & extraordinarijs cognitionib. 50.13.
Vbi pupillus educari uel morari debeat, &c. 27.2
Vbi quis agere uel conueniri debeat 5.1
Ventre inſpiciendo 25.4
Ventre in poſſeſsionem mittendo, &c. 37.8
Verborum obligationibus 45.1
Veborum & rerum ſignificatione 50.16
Veteranis 49.18
Veteranorum & militum ſucceſsione 38.12
Via publica & itinere reficiendo, &c. 43.10
Vi bonorum raptorum, & de turba 47.8
Vi, & ui armata 43.15
Vnde liberi 38.6
Vnde legitimi 38.7
Vnde cognati 38.8
Vnde uir & uxor 38.11
Vſufructu, & quemadmodum quis utatur 7.1
Vſufructu accreſcendo 7.2.
Vſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur 7.5
Vſufructuarius quemadmodum caueat. 7.9
Vſu, & uſufructu legatis, &c. 33.2
Vſu & habitatione 7.8
Vſuris & fructibus, cauſis, acceſsionibus, mora 22.1
Vſucapionibus & uſurpationibus 41.3
Vt ex legibus & S.C. bonorum poſſeſsio detur 38.14
Vt in flumine publico nauigare liceat. 43.13
Vti poſsidetis 43.15
Vt in poſſeſsione legatorum, &c. 36.4
Vt legatorum ſeu fidei commiſsorum nomine caueatur. 36.3
Vtrubi 43.31
Vulgari et pupillari ſubſtitutione 28.6

# RERVM ET VERBORVM IN PARATITLIS D. VVESENBECII PRAEcipuè memorabilium INDEX.

## A


ABigei qui 343.344 quomodo puniantur. ibid.
abigeorum receptatoris pœna. ibid.
abolitio quid 376 quot modis fiat. ibidem
abſentes an procuratorem relinquere debeant 62 defendendi 48
abſentibus quibus prætor conſulat 61
contra Abſentes quomodo præſentibus prætor ſuccurrat 62
abſentia ſtudiorum cauſa 63
abſentiam à tutela excuſare 210
abſentiam cuiuſquam iuſtam nemini fraudi eſſe debere 60.61
abſentia diutina matrimoniũ ſolui 197 intra quòd tempus. ibidem
acceptilatio quid 320.327 unde dicta. ibid. an ſit iuris ciuilis. ibidem
acceptilationis cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma 328 finis & effectus. ibidem
acceptilatione ſtipulationes ſolui 327
per Acceptilationes quæ obligationes tollantur 327.328
acceptum ferre quid 327 rogare & facere qui poßint. ibid.
acceßiones quatenus debeantur 187
de Acceßionibus temporum 307.308
accreſcendi ius in uſufructu ubi obtineat 81 quod. ibid.
accuſare quid 349 qui non poßint 350 qui poßint. ibid. 351
accuſari qui poßint. ibid.
accuſatio apud quem inſtituenda 349.350 de diuerſis delictis an rectè uno tempore inſtitui poßit 351 quid 349 quomodo contra abſentes procecedat 352
accuſationis cauſa efficiens 349 materia 351 forma. ibid. finis, effectus 352
ab Accuſatione deſiſtentium, pœna 375.376 pœnam quando & qui incurrant. ibid.
ſine Accuſatione an iudicium publicum procedat 349
accuſationes quomodo extinguãtur 352
actio ad exhibendum unde dicta 108 qualis. ibid. cui, ex qua cauſa, contra quos, de quibus rebus detur 109.110 æſtimatoria quæ 185 ex qua cauſa detur 175 qualis ſit. ibi.
actio annalis 54 perpetua. ibi. arbitraria cur inducta 134 cur arbitraria dicta. ibid. quàm latè iudicis poteſtas in ea pateat 135 & actoris & rei intereſſe peti. ibid. ubi & cur ceſſet. ibid. bonæ fidei 51
actio commodati qualis 138 quotuplex. ibid. 139 communi diuidundo cur introducta 107 quomodo à reliquis differat. ibid. ex qua cauſa, quibus, contra quos detur. ibi. contra deijcientes & effundentes an in hæredes tranſeat, & quando popularis 100 cui directa, cui utilis ex l. Aquilia detur 97 de menſura falſa ex qua cauſa, cui, aduerſus quem, ad quid detur 114 de rationib. diſtrahendis quando, ad quid, &c. detur 212 de uſufructu confeſſoria 83. 84 negatoria. ibid. cui, ad quid detur. ibid. cur in incorporalibus, non in corporalibus detur. ibid. dotis repetendæ nomine cui, aduerſus quos detur 199 quid in eam ueniat. ibid. duplæ quæ 186 ex empto & uendito quando utilis detur 171 exercitoria cui, aduerſus quos, ad quid detur 142
actio ex interdicto de libero hom. exhib. cui, aduerſus quem, ad quid detur 302 de liber. exhib. & ducend. cui, cõtra quẽ, ad quid detur 302.303 de migrando quãdo, cui, ad quid detur. ibid. de precario cui, aduerſus quem, ad quid detur 301 Quod ui aut clàm, cui, aduerſus quem detur 300 ad quid cõpetat. ibid. quãdiu duret. ibi. an in hæredes trãſeat. ibi. ex interd. Saluiano cui, aduerſus quem detur 304 ex primo capite l. Aquil. cui, aduerſus quos detur 97 ex ſocietate cui, aduerſus quem, ad quid, &c. detur 162.163 ex ſtipulatu quando oriatur 317 ex tertio capite l. Aquil. de quibus rebus, cui, aduerſus quem, ad quid detur 98 Fabiana unde dicta 252 quæ. ibid. Caluiſiana unde dicta. ibid. quæ. ibid. familiæ erciſcundæ qualis 105 quid ea petatur. ibid. quibus, de quibus rebus detur, &c. ibid. 106 finium regundorum ad quos fines, quaſq; cauſas pertineat 103 quib. contra quos detur. ibid. cuiuſmodi ſit, & quid in eam ueniat. ibid. quomodo in ea probandum, &c. ibid. 104 funeraria quæ 116 geſtorum tutore falſo autore 213 de ea edictũ. ibid. explicatio. ibi. in factũ de reb. alienis cur dicta 283 in factũ ſubſidiaria 98 in hæreditatem poßidẽtes ab inteſtato in quẽ, ad quid, &c. detur 225 in rem Publiciana unde dicta 78 cur introducta. ibid. de ea edictum, eiusq; explicatio. ib. cui, ad quid, &c. detur. ibid. quibus competat. ibid. Pauliana de rebus alienatis 283 Caluiſiana. ibid. pecuniæ conſtitutæ qualis 136 cur ex contractu detur. ibid. edictum. ibid. eius explicatio. ibid. quæ res in eam ueniãt. ibid. edicti alterius explicatio 137 pignoraticia directa quæ, cui, quando, &c. detur 140 contraria quæ, cui, quando, &c. detur. ibid. 141 præſcriptis uerbis ex quibus


contra-

contractibus detur 175
quando 176 qualis 178
ab actiõe in factum quid differat. ibid. pro tutelæ cur intro ducta 212
cui, aduerſus quos, ad quid detur. ibidem. quæ contra damnum inferentes rebus inanimis detur 98
quæ ex permutatione propriè oriatur 176 quanti minoris quæ 185 quid ab ea quæ exemplo datur, differat. ibid.
actio quid 311 recepticia quæ 136 quando data. ibid.
redhibitoria quæ 184
quando locum habeat 185
reo edenda 38
actio rerum amotarum quibus, contra quos detur 200
quid in eam ueniat. ibid. 201 reſcindens quæ. 63 reſciſsoria. ibid.
reſtitutoria in S. C. Velleiano. 152
actio ſi uentris nomine, &c. cui, in quem, ad quid, &c. detur 203 quomodo prætor edicto parêre cogat. ibid.
actio tributoria unde dicta 145. 146 quid in eam ueniat. ibidem. cui, aduerſus quos, ad quid detur. ibid.
actio tutelæ contraria qualis, unde oriatur 212 quibus, aduerſus quos, ad quid detur. ibid.
actio tutelæ quid 211
quando, cui, aduerſus quem detur 212 quid in eam ueniat. ibid.
actionis arbitrariæ forma. 134 exercitoriæ ratio & cauſa 142
pecuniæ conſtitutæ iudicium cuiuſmodi 137 quomodo cum alijs concurrat. ibidem. nomen quàm latè pateat 311 uerbo quid comprehendatur 10. 15
actioni rerum amotarum quando locus 200 eius ratio & cauſa. ibid.
actionem contra deijcientes in factum dari 99 quid in hanc ueniat. ibid. de uſufructu confeſſoriam non dari domino fundi 84 exercitoriam non dari ex contractu nautarum 142. 143 ex primo capite l. Aquil. eſſe pœnalem 97 in hæredem non tranſire. ibid.
actionem ex re eſſe 50
interrogatoriam non propriam eſſe actionis ſpeciem 112
nullam ex edicto de minorib. proficiſci 59
in Actionem ad exhibendum quid ueniat, & de ſpecificatione explicata difficultas 110. 111
communi diuidundo quid ueniat 107. 108
l. Aquil. primi capitis quid ueniat 97 in neg. geſt. directam quid ueniat 51
quid in contrariam. ibid.
uxoralem quid ueniat 101
inter Actionem confeſſoriam & perſonalem, differentia 84
actione negociorum geſtorũ qui quæue agere conueniriue poſſint 50
ab Actione in factũ actionem præſcriptis uerbis longè abeſſe 178
de Actione directa & utili negociorum geſtorum 51
tributoria edictum 146
in Actione ad exhibendum iudicis officium quod 110
æſtimatoria periculum cuius. 175
actiones ædiliciæ quo temporis ſpacio finiantur 184
de ſeruitutibus quæ competant 94 quibus, aduerſus quos, ad quid dentur. ibid.
actiones empti & uenditi directæ & æquales 171
quid in eas ueniat. ibid.
extraordinariæ quæ 285
actiones inſtitoriæ quæ 144
contra quos, ex quibus contractibus & quando dentur. 145 perpetuæ & directæ. ibidem
actiones negociorum geſtorum eſſe tranſitorias 50 noxales cur dentur 101
ubi locum habeant. ibid.
eſſe tantum adiecticias qualitates. ibidem. diuiſionem non recipere 96
actiones pœnales prætoriæ quando finiantur 54
actiones populares quæ 347
quibus, aduerſus quos dentur. ibid. quamdiu durent. ibid. quouſq; extendantur 100 prætoriæ pleræq; annales 307
quæ in contractib. dentur, regula 141 quomodo rectè proponantur 311. 312 uendi poſſe 167
actionum noxalium diuiſio 101
partes & ſpecies 311. 312
cauſæ & effectus. ibid. perſonalium proprium 74 109 prætoriarum tempus quod 63
actionib. quãto tempore præſcribatur 308
actiones pecuniarias non raro ad hæredes tranſire 372
ad Actiones quæ regulæ ſpectent 405
de Actionibus noxalibus edictum generale 102
actor unde dictus 70 quis. ibid.
actoris contumaris iure Sax. pœna 71
actoris procurationem etiam defendere cogi 48
de Actoris procuratore edictum. ibid.
actorem forum rei ſequi 24. 71 in conſtitutoria actione non oportere eſſe in mora. 137 ſuo iure metiri actionem 76
actores rerum Cæſaris qui 21
actus quid 92
inter Actum & iter differentia quæ 92
inter Actum & uiam differentia quæ. ibid.
actu contrario conceſſo ſeruitutes extingui 94. 95
de Actu priuato & itinere, inter dicta duo 298

addicere

addidicere quid 167
addictio in diem quomodo contrahatur 166.167 unde dicta. ibidem
addictionis in diem uis & effectus. ibi.
aditione quādo opus, quando nō. 256
adminiſtratores ciuitatum quid præſtent 398
adminiſtratorum ciuitatum officium quod. ibidem
adoptantis & adoptati conſenſus neceſſarius 12
adoptare qui nequeant 13
adoptari qui nequeant. ibid.
de Adoptatis ius uetus quod 59
adoptatiuum patris adoptantis originem acquirere 394
adoptio in quibus locum habeat 13 quid 12 quorum loco rectè fiat. 13
adoptionis cauſa finalis 12 efficiens. ibid. iura 14 origo quomodo tollatur 395 ſolennitates 13 ſpecies 12
adoptionem ad tempus non fieri 14 ius agnationis inducere. ibid.
ad Adoptionem quæ neceſſaria. 12.13
aduena quis 394
de Aduerbiorum ſignificatione. 403
in Aduerſationis contractu, periculum cuius 170
adulterium in qua muliere committatur 355.356 unde dictum 355 quid. ibid.
adulterij ab uxore uirum accuſari non poſſe 356.357 ratio. ibid. quam ipſi actionem intentare poßit. ibidem. accuſandi forma mulier ab extraneo accuſari poßit, matrimonio conſtante 356 atrocitas 355 intra quod tempus accuſan- olim quæ. ibid. an dum 357.358 pœna 359 præ reliquis maritum accuſare mulierem poſſe 356 qui accuſari poßint 357 qui extranei mulierem accuſare poßint 356
in Adulterij crimine nihil ex ſuſpicionibus & præſumptionibus temerè ſtatuendum 358
adulterio polluta, in matrimoniū ducenda 194
adulterium ab actu, non uoluntate intelligi 355 non maritum modò, ſed totas familias maculare. ibid. ſine dolo non committi 357
ad Adulteriū opem ferentes pro adulteris haberi. ib.
inter Adulterium & ſtuprum differentia 355
de Adulterio ciuiliter etiam & priuatim cognoſci poſſe 359
de Adulterijs, lex Iulia 355.& inde
in Adulterijs qui teſtes admittantur 358
pro Adulteris qui habeantur. 357
aduocatio quid 370
aduocatum nonnunquam à Prætore dari 45
ædiliciæ actiones quo tēporis ſpacio finiantur 184
ædilicij edicti ſumma & finis 183 uerba. ibid. explicatio 184. 185
ædilium officium 183
Aelia Sentia lex à quibus lata. 263 eius ſumma. ibid.
æqualia non facere bellum 27. 247
ærarium populi, fiſcus principis. 21
æs alienum, legitimæ portiones. 251
per Aes & libram teſtamentum quod 217
æris alieni emplaſtrum, iuſiurandum 122
in Aere qui non habet, luat in corpore 31.278
Aeſchinis dictum 243
æſtimatoria actio quæ 185 ex qua cauſa detur 175 qualis ſit. ibid.
in Aeſtimatoria actione periculum cuius 175
ætas quæ à tutela excuſet 210 quæ ſub curatoribus 57
ætatis cuius conſilium infirmum. ibidem
ager ſi uectigalis petatur, quæ actio cui, aduerſus quos detur. 79
agere qui poßint 70
agere quorum proprium 92
agere ubi quis debeat 71
agnati qui 206
inter Agnatorum & patronorum tutelam differentia. ibid.
inter Agnatos & cognatos differentia 252.253 hodie ſublata. ibi.
agrariæ legis contra terminorum motores pœna 104
agri menſores. ibid.
album quid 26 Prætoris quid. 38
in Albo nomina ſcribendi ordo quis 396
alea cur prohibita 113 teterrimum prodigalitatis inſtrumentum. ibid.
de Aleæ ludo prohibito, Senatuſconſultum. ibid.
de Aleatorum receptatoribus edictum. ibid.
de Aleatoribus edictum 113
Alexandriæ iuridici officia 22
alienata quomodo reuocentur. 251 ex qua cauſa. ibid.
alienatio quando nulla 64. 65
alienationi an mulier conſentire ualidè poßit 196 iudicij mutandi cauſa factæ quid ſubueniat 64
alienatione iudicij mutandi cauſa facta quis teneatur. ibid.
ex Alienatione iudicij mutandi cauſa facta, cur, ad quid, &c. detur. ibid. 69
in Alienatione rerum minorum quæ neceſſaria 215
in Alimentum pecunia legata quid ueniat 234 quid prædio legato. ibid.
alimenta pupillo quomodo decernenda 211
alimentorum legato quid contineatur 234
alimentorum nomine quæ ueniāt. 201
ambitus quid 374 unde dictus. ibid. quid ab ambitione differat. ibid.
de Ambitu lex Iulia. ibidem. legis Iuliæ pœna. ibidem. uſus. ibid. conſtitutiones huc pertinentes. ibid.

de Am-

de Ambitu legem quis tulerit. ibid. lege Iulia quis teneatur. ibid.
amicitiæ officia gratis præſtanda 158
ἀναλογίαν iuris retinere ciuitates, &c. 27
animal ferum, ſolutum ligatumúe ſi damnum dederit, pœna. 185
animi morbum uultu prodere, iudicis inconſtantis 21 uitia multis ſimulationum inuolucris contegi 184
animo malo factum quid præſumatur 383
annalis actio 54
de Annona, lex Iulia 372 qui ea teneantur. ibid. pœna. ibi. reſcripta huc pertinentia. ibi. legis Iuliæ q accuſare poſſint. 372
annulorum aureorum ius quod 263 ex qua cauſa tribui ſolitum. ibid.
annus occiſi hominis unde computetur 97
ἀντίδωρα reddenda 42
ἀντίχρησις in pignoribus quæ. 178
ἀντιπελαργίαν deberi 201
Antonini de donationibus inter coniuges oratio 196
ἄποικος quis 394
apoſtoli quid 388 unde dicti. ibid. quando dandi, qua forma, intra quod tempus. ibid.
apoſtolos petendi tempus quod. 387
appellantium temere pœna 386
appellare à quibus nō liceat 386. 387 quid 384 qui poſſint 385
appellare ante ſententiam non licere 387
appellatio ad quem à quo detur 387 an in criminalibus detur. ibid. à quibus ſententijs & artibus detur 385. 386 quando per procuratorem iuſtificari poſſit, regula 389 quid 384 unde introducta 385
appellationis cauſa peregrinantem, domi in ſua prouincia defendendum 390 effectus præcipuus quis 388 interponendæ tempus quod 387 periculum cui incumbat, ſi tutor, curator uel magiſtratus appellarit 390 præſentandæ tempus quod 387 proſequendæ quod. ibid. uſus antiquiſſimus 385
appellationi qui renunciauit, appellare non poſſe 387
appellatione à iudice facta, num apud eum aliæ cauſæ agendæ 390 interpoſita cur nihil innouandū 388 attentata quomodo reuocentur 389 pendēte ſi mors interuenerit, num hæres ad appellationem cogendus 390
ſine Appellatione quæ ſententiæ reſcindantur 389
appellationes cur introductæ 384 quomodo inſtituendæ 386 quorum non recipiantur 388
appellationum cauſas an litis dominus procuratore abſente reddere poſſit 390 ſpecies 385 cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma 386 finis. ibid. effectus. ibid. tempora quæ conſideranda. 378
appromiſſor quis 321
aqua pluuia quæ 259 quotuplex 299
aquæductus quid 92 ſeruitus quæ. ibid.
aquæhauſtus quid 93
aquæ per agrum ductus, ruſtica ſeruitus 90 pluuiæ arcendæ quando actio detur 259 qualis detur. ibid. quib. aduerſus quos, ad quid. ibid.
aqua & igni interdici 60
ex Aqua publica quomodo aqua ducenda 92. 93 ex priuata, quomodo. ibid.
aquæ unde ducantur 299
de Aquarum ductibus interdicta tria. ibid.
Aquiliæ legis autor quis 96 tria capita. ibid.
Aquiliana ſtipulatio 43 quæ 328
ex Aquil. l. tertio capite actio de quibus reb. cui, aduerſus quē, ad quid detur 98
in Aquil. l. primi capitis actionem quid ueniat 97
arbiter quando cogi non poſſit. 67
arbitri ſententia quādo ſtandum. ibid.
ex Arbitri ſententia hodie oriri actionem. ibid.
ab Arbitris an appellari poſſit. 387
de Arbitris edictum 66
arbitrium olim quomodo nullius efficaciæ 67 quid 134 quo modo finiatur 67 ſuſceptum exequendum 66
arbitrij ſuſcipiendi & deprecandi facultas libera. ibid.
arbitraria actio cur inducta 134 eius forma. ibid. cur dicatur. ibid. quàm latè in ea iudicis poteſtas pateat 135 & actoris & rei intereſſe peti. ibid. ubi & cur ceſſet. ibidem
arbores furtim cædere, cingere, deglabrare qui dicantur 337 furtim cædentes iure Saxonum qua pœna mulctentur. ibidem
arborum furtim cæſarum actio an cum l. Aquiliæ actione concurrat 336 qualis, cui, aduerſus quos detur. ibid.
cum Arborum furtim cæſarum actione quæ concurrant 337
arborum nomine quid ueniat. ibi.
de Arboribus cædendis, interdicta duo 301
arcæ quid 91
arceræ quid. ibid.
argentarij qui 38
argentum olim in quotidiano uſu non fuiſſe 233
ἀργυρογνώμονες unde dicti 38
Ariſtotelis dictum 207
armorum appellatione quid ueniat 360
armorum noſtri temporis uſus, origo unde 263
de Arreſtatione, iuris Saxonici ordo 282
arrharum uis & effectus 165
de Arrogatis ius uetus quod. 59
arrogatio quorum 12. 13
arrogationis iura 14 ſolennitates 13
in Artibus quis ordo ſeruandus. 1

inter

inter Artifices ingens eſſe ingenij & doctrinæ diſcrimen 318
aſcendẽtium in cognatione ratio quæ 254.255
aſſeſſores quando pedaneorum iudicum uice fungantur 23
aſſeſſorum officium. ibid. nomen unde. ibid.
aſſeſſoribus de publico ſalarium à quo conſtitutum. ibid.
aſſeſſores non doli, ſed imperitiæ nomine teneri. ibidem
de Aßignatione libertorum Senatuſconſult. 251
aßis nomina explicata 220
per Auerſionem conducere quid. 142
Auguſtalis præfectus quis 20
Auguſtum primum legibus ſolutum 9
Auli Ofilij de edictis Prætorum liber 18
auro legato quid ueniat 234
aurum olim in quotidiano uſu nõ fuiſſe 233
authoritatẽ præſtare tutor quando dicatur 208
auum parricidium committere. 368
αὐτόφωρον quid 358

B

Banno Imperij proſcribi quid. 352
beneficio legis qui indigni 58
βίᾳ θεῶ quæ 138
bona mortem ſibi conſciſcentium ante ſententiam an publicãda. 382.383 qui, quorum, quando, ex qua cauſa confiſcẽt 382
bonorum appellatio quid ſignificet 244 ceßionis cauſa efficiens 278 materia. ibidem. forma. ibid. finis & effectus 279 ceßiões cur inductæ. ibid. an hodie admittantur. ibid. collatio quomodo fiat 247 collationi tantum inter deſcendentes eſſe locum. ibid.
in Bonorum collationem quæ ueniant 247
bonorum collationes unde ortæ. ibid. collationum uaria iura. ibid. curator aut magiſter quis 283 quomodo & à quibus conſtituatur. ibid.
bonorum curatores aut magiſtri qui conſtitui poßint. ibid. quòd eorum officium. ibid.
bonorum poſſeßio contra tabulas quibus detur 246 ex teſtamento militis quomodo detur 249 extraordinaria quibus detur 256 cur ſic dicta. ibid. edicti uerba. ibid.
bonorũ poſſeßio intra quòd tempus petenda 246 quomodo detur. ibid. quid 76.243. 244 quomodo petatur 245 quid ab alijs differat. ibid. quibus non competat 255 ſecundum tabulas quando locum habeat 248 cur introducta. ibid. 249 quibus detur. ibid.
bonorũ poſſeßionis petendæ tempus cur infantibus & furioſis non currat 246
bonorum poſſeßionis tabulis non extantibus non decerni 245
ad Bonorum poſſeß. contra tabulas cur pater admittatur 249 cur pacto excludatur. ibid.
bonorum poſſeßione contra tabulas petita, totum teſtam. reſcindi 246
bonorum poſſeßiones cur introductæ 244
bonorũ poſſeßionum diuiſio 245 cauſa efficiens & materialis. ibid. forma. ibid. finis & effectus. ibid.
in Bonorum poſſeß. petenda ordo quis detur 256. tempus. ibidem
bonorum publicationis forma. 382
bonis cedere quid 278 qui poſſint. ibidem
de Bonis libertorum edictum cur propoſitum 250 eius ſumma. ibid.
Bulentarium ius 22

C

Cadauera punitorũ cognatis non denegari 384
cædere arbores furtim qui dicantur 337
cædes quo teli genere fiat, non eſſe diſcrimen 362
cædem Vuerigeldio uno ciuiliter iure Sax. multari 364
cæſa & ruta an uæneant 164
Caluiſiana actio unde dicta 252
calumnia quomodo cognoſcatur 375 ſpecies furti & rapinæ 51
per Calumniã in poſſeßione quæ fuiſſe dicatur 203 cui, aduerſus quem, &c. actio detur. ibidem
calumniari quid 375 quis dicatur 51
calumniatorum pœna 375
in Calumniatores actio cui, aduerſus quem, & ad quid detur 51 pœnæ & actiones 52
de Calumniatoribus edictum 51 eius interpretatio. ibid. edicto qui teneantur 51
candidati principis qui 18
Canones quomodo gradus cognationis computent 254 ubi matrimonium admittant 194
Canonum regula in linea cognationis æquali 254 in linea inæquali. ibidem
inter Canones & Ius ciuile differentiæ in cognatione ratio 254
capio mortis cauſa quæ 261
capſarij qui 19
caput pro ſtatu ubi accipiatur. 60
capitis diminutio quid 59 minutio maxima quæ 60 media. ibid. minima. ibid. minutionis genera. ibid. diminutione extingui uſumfructum 82 periculum multis inferre, uix eſſe hominis. 352
de Capitis diminutione edicto quando locus 60
capite diminutum pro mortuo haberi 82
à Capite ratio edenda 39 quoties. ibid. ubi. ibidem
de Capite minutis edictum 59
captiui qui, à quibus hoſtibus ſerui fiant, uel non 391
captiuitate matrimonium ſolui 197 intra quod tempus. ibidem
captiuo fugiente, cuſtodum pœna 353
captiuorum fugientium pœna. 353
Carbonianum edictum quale 248
Caßiodori de præfect. prætor. poteſtate, ſententia 16
caſtrantem ſeipſum uel alium, lege Cornelia de ſicarijs teneri 363
caſum prudentißimos fallere 58

Catonianæ

Catonianæ regulæ ſumma & ratio 237
Catonianam regulam non pertinere ad legata conditionalia. ibid. in inſtitutionibus non habere locum. ibid.
per Catonianam regulam legata amitti. ibid.
Catulli dictum 222
caudex quid 226
caupones quando ſimpli actione teneantur 68 quando dupli. 69 qui 68
aduerſus Caupones furti actio quæ 336
de Cauponibus edictum, &c. 69
cauſa capitalis quæ 389 propria 387
cauſa quid 189
cauſæ coniectio quid 404
cauſam publicè dicere, uirorū 45
ob Cauſam dare, quid 128
inter Cauſam & modum legati, differentia 239
ex Cauſa noxali ſi agatur, quomodo caueatur 35
in Cauſa propria neminem idoneum eſſe teſtem 125
cauſæ liberales quæ 264
cauſas capitales per procuratorē non iuſtificari 389
in Cauſis criminalibus an fideiuſſio locum habeat 323
cautio Mutiana quæ 239 uſufructuarij cur introducta 86 quid in ea inſit. ibid. quando caueri oporteat. ibid. 87
cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis ſi quis non obtemperarit, actio 36
cedere diem, quid 242
cedere bonis quid 278 qui poſſint. ibid.
cenſitor quis 401
cenſor quis. ibid.
cenſualis forma quæ 401 pœna fraudatorum. ibid.
cenſus quid. ibid. quotuplex. ibidem
cenſus magiſter quis. ibid.
cēſum an prædia iuris Italici præſtent. ibid.
centeſimæ uſuræ quæ 188 ubi permiſſæ. ibid. 189
de Cereuiſia, epigramma Græcum 232
certum quid 118
certi condictio quando detur 316. 317 condictiones quæ uocentur 121
ceßionis bonorum cauſa efficiens. 278 materia. ibi. forma. ibid. finis & effectus 279
ceßione uſumfructum non extingui 82
ceßiones bonorū cur inductæ 278 an hodie admittantur. ibid.
Cicero quomodo legem definiat. 7.8
Ciceronis locus 37 de parricidarum pœna 368 ſententia. 348.352.398.
cingere arbores furtim qui dicantur 337
ciues omnes ad militiam cogi 393
de Ciuium capite ac uita iudicare, planè regium 24
ciuitas an priuilegium perſonale in debitore habeat 281 quibus rebus retineatur 348
ciuitatis amißio 60
ciuitates non habere ius fiſci 179
ciuitatum neruus, pecunia 17
in Ciuitatibus ſepulchra prohibita 155
ſub Claudio procuratorum ac ration. poteſtatem creuiſſe 21 officium præcipuum quod. ibid. 22
clepſydrarum uetus mos quis 37
κλέπτης Græcis unde dictus. 332
cloaca unde dicta 91
cloacæ ſeruitus quæ. ib. an urbani uel ruſtici prædij. ibidem
cloacæ quid 300
de Cloacis, interdicta duo. ibid.
codex quid 226
codicillus quid. ibid. unde dictus. ibid. quibus à teſtamento ſecernatur. ibid.
codicilli cur ab inteſtato relinqui poßint 227
codicilli quomodo reuocentur. ibidem
codicillorum cauſæ. ibid. conficiendorum modi. ibid. effectus. ibid.
codicillorum forma 226
in Codicillis hæredem aut hæreditatem relinqui non poſſe. 227
cognati qui 252 receptatores an puniantur 345 unde ſuccedant, ſi tabulæ teſtamēti nullæ 252
cognatis etiam hodie tutelam legitimam deferri 206
inter Cognatos & agnatos differentia 252.253. hodie ſublata. ibid.
inter Cognatos ſpirituales an matrimonium contrahi poßit. 194
cognationis gradu ſecundo quæ perſonæ contineantur 254 tertio, quarto, quinto, ſexto, quæ. ibid. quomodo numerentur. ibid. linea ſuperior & inferior unde incipiat 253 tranſuerſalis unde. ibid. quæ perſonæ contineantur. ibid.
in Cognationis linea æquali, Canonum regula 254 in linea inæquali. ibid.
in Cognatione deſcendentium ratio quæ 254. aſcendentium. ibid. 255 collateralium. ibid. differentiæ inter Ius ciuile & Canones, ratio. ibid. ſucceßionum ordo quis. ibid.
cognitionum extraordinariarum genera 400
collateralium in cognatione ratio quæ 255 regula. ibid.
collatio bonorum quomodo fiat. 247
in Collationem bonorum quæ ueniant. ibid.
collationes bonorum unde ortæ. ibidem
collegæ unde dicti 347 qui. ibidem
collegia prohibita 49
collegia unde dicta 347 quæ. ibid.
collegiorum illicitorū pœna 347
collegijs tributæ immunitates perpetuæ 397
colluſionis detectæ pœna 264
de Colluſione detegēda, Senatuſconſultum. ibid.
colonus partiarius quis 173
comites Palatini 21 ſacri palatij. ibid. ſacri patrimonij. ibid.
comitia olim in anno quoties indici ſolita 217
comitijs calatis teſtamentum fieri ſolitum quod. ibid.

*commentarienſes qui* 382
*commodare quid* 137.138
*commodari quæ res poßint* 138
*commodatarius ad quam culpam & cuſtodiam teneatur.* ib.
*commodatum unde dictum* 137. *quid.* ibid.
*cõmodati actio directa quæ, cui, ad quid, &c. detur* 138.139 *cõtraria quæ, cui, ad quid, etc. detur. ibid. qualis* 138 *quotuplex. ibid.* 139 *efficiens cauſa quæ* 138 *materia circa quam. ib. forma. ib. finis. ib.*
*inter* Commodatum *& mutuum differentiæ.* ibid.
*à* Commodato *quomodo precarium diſtet* 301
*commune multorum, curæ nemini* 207
*communi diuidundo actio cur introducta* 107 *quomodo à reliquis differat. ibid. ex qua cauſa, quibus, contra quos detur. ibid. quomodo diuiſio facięda, & quale iudicium.* 108
*in* Cõmuni *diuidundo actionem quid ueniat* 107.108
*communia iure naturali quæ* 15
*communionis & ſocietatis differentia* 160
*compenſatio an ipſo iure fiat* 153 *quid* 152 *unde oriatur. ib. in quibus locum habeat, & contrà* 153
*cõpenſationis ineundæ forma* 153
*in* Compẽſatione *cuius habeatur ratio.* ibid.
*compenſationum finis* 154
*ad* Compromißi *pœnã quæ actio detur* 67
*compromiſſa* 66
*compromiſſorum cauſa.* ibid.
*concubinas habere plures, illicitum* 204
*cõcubinatus quibus iuribus damnatus* 204 *quis. ibid. cur permiſſus. ibid.*
*in* Concubinatu *quam habere liceat, uel non.* ibid.
*concubitu ſubſecuto, ſponſalia in nuptias tranſire* 193
*concußionis crimen quod* 343 *eius pœna.* ibid.
*concutere quis dicatur* 343
*condictio an ſcienti, erranti & dubitanti detur* 130 *certi quãdo detur* 316.317 *cur ignorãti, nõ rei uendicatio detur* 130 *ex lege quando detur* 133 *ex qua cauſa* 127 *furtiua quomodo cum actionibus rei perſecutorijs, item pœnalibus concurrat* 131 *cur non tranſlato dominio detur. ib.* 132 *quid ſit. ib. cui, aduerſus quos, ad quid, &c. detur. ibid. indebiti ex qua cauſa detur* 129 *quando ceſſet. ibid.* 130 *in turpi cauſa quando ceſſet* 128 *quando ualeat. ibid. quando ex permutatione detur* 176 *ſine cauſa quomodo cum condict. indeb. & cum condict. cauſa dati, etc. cõcurrat* 131 *triticiaria unde nomen habeat.* 133 *ad quid detur.* ibid.
*condictionis ex lege uſus & exẽpla* 133 *furtiuæ ratio* 131 *indebiti ratio* 129 *nomine quæ ueniant* 121 *unde dicta. ibid.*
*condictioni quando perſona locũ faciat* 130
*condictionem debiti naturalis eſſe nullam* 129 *ſine cauſa latißimè patere* 131 *eſſe generalem, &c.* ibid.
*de* Cõdictione *indebiti, regula generalis* 129
*condictiones certi quæ uocentur.* 121
*conditio impoßibilis quæ* 222 *poßibilis, eiusq́; genera. ibid. cretionum* 223 *melior quando afferri uideatur* 167
*inter* Conditionem *& demonſtrationem legati differentia* 239 *& modum legati.* ibid.
*conducere rem propriam an quis poßit* 173
*in* Conducti *actionem quid ueniat* 174
*ex* Conducto *& locato actiones quæ dentur.* ibid.
*conductor quando dolum, culpã, cuſtodiam præſtet* 174 *quis* 173
*confeßio duplex* 277 *quibus de rebus facta ualeat. ibid.*
*confeßionis extraiudicalis effectus* 278
*poſt* Confeßionẽ *an ferenda ſententia* 277.278
*confeßionum cauſa efficiens* 277 *materia. ibid. forma. ibid. finis & effectus.* ibid.
*confeßiones quorũ ualeant* 277 *quomodo faciendæ.* ibid.
*de* Confeßionibus *ualidis, uerſiculi.* ibid.
*pro* Confeßis *qui habeantur* 382
*confeſſum pro iudicato haberi.* 46.277
*confinium ubi intelligatur* 103
*confiteri tacentem uideri* 277
*conijcere quid* 369
*coniuges quomodo iure Saxon. ſuccedant* 255
*inter* Coniuges *cur donationes prohibitæ* 196
*in* Coniugibus *parricidium committi* 368
*coniugij fructus, libe ri* 201
*coniugia an pœna dirimantur* 197
*coniunctio in uſufructu accreſcẽdo quotuplex* 81
*coniuncti qui.* ibid.
*conſcripti qui* 15
*conſenſu mutuo uenditionem diſſolui, quomodo accipiendum.* 169
*conſolidatione uſumfructum perire* 82
*conſponſores qui* 317
*conſtituere pecuniam quid* 136
*conſtituere quid.* ibid.
*conſtitutiones principum quid.* 9.10 *quæ potiores.* ibid.
*conſtitutoria actio quæ* 136 *cur ex nudo contractu detur. ibid. edictum. ibid. eius explicatio. ibid. quæ res in eam ueniant, &c. ibid. edicti alterius explicatio* 137
*conſtitutum cur purè, non rectè fiat.* ibid.
*conſuetudo quando optima legis intepres* 9 *à quibus et quomodo introducatur* 8 *rei non bonæ peßima.* ibid.
*conſuetudinis effectus* 9
*conſuetudinis uis* 7
*conſularis uir* 17
*Conſulum Rom. dignitas & officium* 16

conſultatio & relatio, ſynonyma 385
contentionis malæ effectus 27
contractus initium ſemper inſpiciendum 114
in Contractu aduerſationis, periculum cuius 170 quatenus decipere liceat 169 contractus qui conſenſu conſtare dicantur 157 quidam cur re contrahi dicantur 118 conſenſu conſtare. ibid.
contractuum fides neceſſaria 41 nominatorum & innominatorum ratio 127 nominatorum genera quatuor 177
de Contractibus, lege Iulia repetund. cautum 372
in Contractibus innominatis cur pœnitere liceat 127.128 quæ actiones dentur, regula 141
contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcere 219
contrariorum eadem natura 161
contributio in l. Rhodia quando ceſſet 144
contributionis in lege Rhodia exemplum, et quæ in eam ueniant 143 ratio eius iucundæ. ibid. 144
ad Contributum in l. Rhodia qua actione agatur 143
contumelia unde dicta 140
cõtumeliæ cauſa efficiens. ib. materia. ibid. forma. ibid. finis. 341 effectus & pœna. ibid.
contumeliam facere qui poßint. 340
conueniri ubi quis debeat 71
conuentio legitima quæ 41 priuata unde metienda 40 publica quæ. ibid.
conuentionis uerbũ generale 40
conuentiones iuriſgentium quæ actiones pariant, & cur 41 quæ actionem non pariant. ib.
conuentionum ſpecies 40.41
ex Conuerſatione æquali dignitatis contemptum naſci 21
conuicium unde dictum 340 quid. ibid.
Cornelia lex de falſis 369 unde. ibid. de ſicarijs & ueneficijs 362 & inde eius ſumma. ibid.
Corneliæ legis de ſicar. ordinaria pœna quæ 364.365 quomodo mitigetur. ibid.
Cornelia lege de falſis qui teneãtur 369.370. & inde. de ſicarijs qui teneantur 362. & inde. quod uenenum notetur 366 ueneficos teneri. ibid.
in Corpore luat qui in ære non habet 31 corpora ſepulta non eſſe inquietãda 115.287
correus inuito ſocio, an nouare delegareue poßit 320.321
correi pactũ an alteri noceat 320
correorum ratio 319
Coruncanus primus iuris publicus profeſſor 6
credere quid 117
creditor quis. ibid. 118
creditoris uoluntate pignus ſolui 182
contra Creditorem cõſcium fraudulenti debitoris conſilij, &c. edictum 282
à Creditore qui ſibi uigilauit, nihil repeti. ibid.
creditores chirographarij q 281 qui cui præferantur. ibidem. qui priuilegium habeant. ibid. priuilegiati qui. ibid. an ſibi inuicem præferãtur. ibid. 282 quomodo diuidere bona debitoris debeant. ibid. creditores quomodo in poſſeßionẽ mittantur 275
creditorum hypothecariorũ quis cui præferatur 281 potior quàm legatorum cauſa 289
in Creditorum fraudem facta ut reſtituantur, edicti impulſiua cauſa 283 duo edicta. ibi. 284 inter ea differentia. ibid. qualis, ex qua cauſa, contra quẽ, quib. ad quid, &c. actio detur. ibidem.
creditores hypothecarios perſonalibus præferri 281
creditum quid 117
in Creditũ quot modis eatur 118
cretionum conditio quæ 223 ius abolitum. ibid.
crimen læſæ maieſtatis quod 354 eius pœna. ibid. qui quos accuſare poßint. ibid.
crimina extraordinaria 342 eorum pœnæ. ibid. 343
de Criminum abolitionibus S. C. Turpilianum 375.376
in Criminalibus an appellatio detur 388
in Crucis locũ quid noſtro tempore ſucceſſerit 380 lata quæ 157
culpam quamuis latã pro dolo nõ haberi 365
cura unde dicta 204
ſub Cura exiſtentium res ſine decreto, &c. non diſtrahendas 214.215
à Curatione excuſationem quæ cauſæ iuſtam pariant 210. 211
curator bonorum quis 283 quomodo & à quib. conſtituatur. ibid. quibus ex cauſis ſuſpectus reddi & amoueri poßit. 210 quibus extra minores detur 215 ſi appellauerit, cui periculum incumbat 390 ſuſpectus quis 209
curatoris ſuſpecti accuſatio cur & qua lege inducta. ib. accuſationis effectus 210
curatorem ſuſpectum quando ſine accuſatione index remouere poßit. ibid.
de Curatore ſuſpecto quis cognoſcat 290
curatores nõ neceſſariò peti 207 publicorum operũ legendi 399 quando & quibus à magiſtratu dentur 206 quando hi dentur. ibid. rerum Cæſaris qui 21 ſuſpecti qui à quibus accuſari poßint 209.210
curatorum excuſatio quid. ibi. intra quod tempus proponenda. ibid. extra minores cura quæ 215 officium. ibid. quando finiatur 216
de Curatorũ adminiſtratione & periculo, &c. 207.208
contra Curatores minori quæ actiones dentur 212
Curiatæ leges quæ 5
cuſtodiæ mulieres non tradi 353. quando quis mancipandus. ibidem.
cuſtodum fugiente captiuo pœna ibid.


D


Damnum infectum quid 258
damno alieno nemo locupletandus 41.127

de Damno infecto, &c. ex qua cauſa & quando prætor caueri iubeat 258 ad cautionem quomodo cogat. ibid. in contumacē quæ actio detur. ibid. edictum. ibid. in turba dato, edictum & actio 338 qui eo teneantur. ibid.
circa Damnatorum bona publicanda quid hodie ſeructur. 382
damnatorum cadauera cognatis non denegari 384 liberis quid debeatur 382
debitoris bonorū poſſeßionē quādo creditorib. decernat prætor 280 ſeparatio ex quib. cauſis petatur 282 quando ceſſet. ibid. an hæredi detur. ibid.
debitoris bonorum ſeparationem qui petere poßint 282
de Debitoris bonorum ſeparatione cuius ſit notio 283
ex Debitoris confeßione creditorem in poſſeßionem mitti 277
debitoris perſonæ mutatione pignus ſolui 182
debitori cur res ſua rectè legetur. 235
debitore bonis cedente creditores in bon. poſſeß. mitti 278
debitum tam in perſonis quàm rebus conſtitui poſſe 136
debiti naturalis cōdictionem eſſe nullam 129
decoctores alibi aliter puniri 278
decreta de quibus fieri debeant. 398
decretorum uis & effectus. ibid.
decuriones unde dicti 395 qui ſint & eſſe poßint. ibid. qui eſſe non poßint. ibid.
decurionum legitimus numerus quis 398 officiū quod 395 priuilegia quæ 396
defendere quid 47
defendi quis dicatur 62
defenſio neceſſaria 48
defenſor quis 47
de Defenſoris procuratore edictum 48
de Defunctorum ſtatu poſt quinquennium non quærendum. 264
deieciſſe quis uideatur 296
deiectū quid intelligat prætor 99
contra Deijcientes edictum 98 eius ratio. ibid.
delegare quid 325
delegatio quid. ibid. quomodo contrahatur. ibid.
inter Delegationem & nouationem differentia. ibid.
deliberandi ius in adeunda hæreditate quale olim fuerit 223 nouum quod. ibid.
deliberationis præcipitatæ comes pœnitentia. ibid.
delictum cum delicto compenſari 153
in Delictis an reſtitutio 58 conatum mitius quàm delictum perfectum puniendum 364
de Delictis diuerſis an rectè uno tempore accuſatio inſtitui poſſit 351
inter Demonſtrationem & conditionē legati differentia 239
denunciatores qui 349 eorum conditio quæ. ibid.
deponi quæ poßint 154
depoſitario quæ actio competat. 157
depoſitarium de dolo & lata culpa teneri. ibid.
in Depoſitariū, iudiciū quale. ib.
deportari 60
deportatio pœna qualis 371
deportationis forma 383
depoſitum quid 154 unde dictum. ibid. quando contrahatur. ibid. quas pactiones recipiat. ibid. 155
depoſiti actio cui detur. ibid. quatenus in hæredes 156 actionem ciuilem eſſe. ibid.
de Depoſiti actione in duplum. ibid. 157 in ſimplum, & quid in eam ueniat. ibid.
depoſiti cauſa efficiens 154 materia. ibid. forma. ibid.
depoſito conſimile quid. ibid.
inter Depoſitū & ſequeſtrationem differentia 155
de Depoſito edictum 156
derelictū & donatio, idem 274
pro Derelicto quis uſucapiat. ibid. an error ſufficiat. ibid. res quæ habeatur. ibid.
deſcendentium in cognatione ratio quæ 254
deſidiæ pœna 62
deſiſtere quid 375
Deus iuſtus 29
ſecundū Deum proximus parentibus honos debitus 368
diarijs legatis quæ cōtinētur 234
Δίκη δίκην ἔτικτε, &c. uetus dictum 70
dicis gratia comodare quid 138
Dictatorum olim poteſtas 16
dies incerta quæ 129 legatorum quando cedat 242
in Diem addictio unde dicta 167 quomodo contrahatur 166. 167 addictionis uis & effectus. ibid.
diem cedere quid 242
in Diem debitū, an repeti poßit. 130
dignitatis contemptum ex conuerſationeæ quali naſci 21
dilationum uariæ ſpecies 37
dilationes excuſare 36
dilationes quot concedantur 37
diminutio capitis quid 59 maxima quæ 60 media. ibid. minima. ibid.
Diomedea neceßitas 32
directarij qui 345 eorum pœna. ibid.
diſciplina in ciuili ſocietate conſeruanda 24
diſpenſatores rerum Cæſaris 21
diuertentis iniuſtè, pœna 198
diuortiū unde dictū 197 quid. ibid. quomodo fiat. ibid. 198 hodie ob quas cauſas concedatur. ibid.
diuortio coniugia diſtrahi 197
do ut des, obligatio quæ 177 ut facias, quæ. ibid.
dolus bonus ueteribus quid 56
dolus malus quid. ibid.
doli mali actio quando competat. 55 quo tempore finiatur 57 quatenus ad hæredes tranſeat. ibid. actionem cui, aduerſus quos, & ad quid prætor det. 56 eſſe arbitrariam 57
dolum malum puniendum 55
de Dolo malo actio quando & quib. detur, & cōtrà 56 coercendo formulas quis primus propoſuerit 55 edictū 56 eius ratio. ibid. edicto quando locus, & contrà ibid.
dolo malo feciſſe quis dicatur 55 hominem occidens qua actione teneatur 97

dolus olim quibus caſibus uindicatus 55
doli cum furto affinitas quæ 57 exceptio quàm latè pateat. 308 cur detur. ibid. quibus obijci poßit,uel non. ibid. quamdiu detur. ibid. exceptioni quando locus. ibid.
dolum cum dolo compenſari 153 in ſupplicijs ſolum cõſiderari. 366
pro Dolo culpam quamuis latam non haberi 365
dolo deceptũ de ui agere non poſſe 55
dolo poßidere deſinens, quomodo conueniatur 102
de Dolo qui cauſam dat contractui 309
dolo quomodo quid factum dicatur 308
dominus quando procuratorem mutare poßit,quando non 48
domino cur non rectè ſua res legetur 229
dominum ſerui nomine conueniri 101
in Dominum ſententiæ executionem fieri 48
dominorũ in ſeruos poteſtas quæ. 12
dominium quando traditione trãſferatur 166 quomodo iure gentium acquiratur 265.266 commixtione non mutari. ibi. iure ciuili quomodo quæratur. ibid. quomodo amittatur. ibid.
dominium unde dictum 265 quid ſit. ibid.
dominij diuiſio 265 partes & ſpecies. ibid. cauſa efficiens & formalis. ibid. materia, forma, finis, effectus, cognata & contraria. ibid. mutatione uſumfructũ non extingui 82
in Dominio certificationem requiri 266 confuſio quid efficiat. ibid.
dominiorum incertitudinem diſcordias parere. ibid.
domus cuiq; tutißimum receptaculum 31
de Domo ſua quando quis in ius rapi poßit. ibid.
donare mortis cauſa qui quibus poßint 261
donari quomodo res aliena poßit 273
donatio cauſa mortis quæ 261
donatio & derelictum,idem 274 mortis cauſa an reſoluatur & reuocetur 261 an in ea pœnitentia locum habeat. ibid. unde dicta 260 quid. ibid. ſimplex quid. ibid.
donationis cauſa mortis ſpecies 261 cauſa efficiens ibid. forma. ibid. finis & effectus. ibid.
à Donatione quomodo precariũ diſtet 301
donatiões inter cõiuges cur prohibitæ 169 quæ non prohibitæ. ibid. quatenus reuocentur 197 quæ tacitè uel expreſſè confirmentur. ibid. quo rectè referantur 260 quomodo firmentur & cõtrahantur. ibid. cur quædam inſinuatione indulgeant. ibid. ſimplices non conferri 247
donationum diuiſio 260 cauſa efficiens. ibid. materia. ibi. forma. ibid. finis,natura & effectus. ibid.261
de Donationibus inter coniuges, Antonini oratio 196
pro Donato quãdo uſucapio procedat 273 uſucapere quis rectè poßit. ibid.
donator an de euictione teneatur 261
dos quid 194 unde dicta. ibid. à quibus detur. ibid. quomodo conſtituatur. ibid. an ſine certa quantitate conſtitui poßit 195 cur conferatur 247 matrimonio ſoluto,quomodo repetatur 198.199 perfecticia quæ 194 quo caſu, matrimonio conſtante repeti poßit 195 quomodo legetur 231
dotis eſſe dominum maritum,matrimonio conſtante 195 exactionem quid impediat 199 repetendæ nomine actio cui, aduerſus quos detur. ibid. quid in eam ueniat. ibid.
dotem quales impenſæ minuant. ibid.
pro Dote quomodo uſucapi poſſit 274 cur æſtimatæ res ante nuptias non uſucapiantur. ibidem
dotes nuptias ſequi 194 prædiorum inſtrumento legato non comprehendi 233
ſine Dotibus an nuptiæ eſſe poſſint 194
dotales res quando reſtituendæ. 199
Draconis inſtituta cur ſanguine ſcripta dicantur 334
ducere,pro in uxorem accipere, formula unde 193
à Ducibus Saxoniæ nõ appellari 387 ratio. ibidem
duplæ actio quæ 186

E

Ebrietas an excuſet 340
per Ebrietatem ſi quis homicidiũ admiſerit,quid iudicij 365.366
ebrius duplici pœna multandus. 365
edenda reo actio 38
edenda quæ. ibid.
edere quid. ibid.
edicere quid 286
edictum quid ab interdicto differat 116.286.287
edictum Carbonianum quale 248 de arbitris 66 de capite minutis 59 eius explicatio. ibi.
edictum de incendio,ruina, naufragio, rati, naue expugnata. 338.339 eius ratio & explicatio. ibid. de iniurijs 341 cui, aduerſus quos hinc actio detur. ibid. an in hæredes tranſeat,&c. ibid. de minoribus uigintiquinque annis 57 eius ratio. ibid.
edictum de reſtitutione in integrũ uigintiquinq; annis maiorum 71 eius explicatio. ibid.
edicti reſtitut. iudic. mut. cauſa facta,uerba 65
edictum de ſepulchro uiolato 348 de ui bonorum raptorum 337 cui,aduerſus quem hinc actio detur,&c. ibid. in rem ſcriptum cui & aduerſus quos detur 53 unde dictum. ibid. perpetuum Iuliani 10 prouinciale 66 ſucceſſorium unde dictum 251
edicti ſumma & finis 183 uerba. ibid. explicatio 184.185
edicti ſucceſſorij ratio & ſumma. ibidem
edicti Ne uis fiat ei qui in poſſeſſ. &c. ſumma 290 uerba. ibi.

ex Edicto, Ne uis fiat ei,&c. duo interdicta dari 290 ad quid. ibid. an pœnale ſit hoc iudicium. ibid.
edicta olim quæ 10. prætoris cur ſæpe proconſuli adſcribantur 66 unde appellata 286
editio duplex 39 rationũ 38.39
ex Editionis primo genere actionem non dari 39 ſecundo, actio quæ detur. ibid.
editiones quomodo fiant 38
effractorum pœna 345
contra Effundentes edictum 98. eius ratio. ibid.
effuſum qd intelligat prætor 99
elugendi uirum tempus 46
elugere quid. ibid.
emancipato quid 14. quomodo fiat. ibid. unde dicta. ibid.
emancipationis iura ſublata 248
emancipati cur ſuis cõferre debeant 247
cum Emancipato liberi cõiungendi 248. hodie ius quod. ibid.
de Emancipatis ius uetus quod 59
emphyteuticus contractus locationi conſimilis 174
emptio quando perfecta 169.170 quid 163 quomodo perficiatur 165
emptionis origo. ibid. partes 164 cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma 165. finis. ibid. 166. effectus. ibid.
emptionis & locationis cognatio 172
inter Emptionem & locationem differentia 166.173
emptionem mutuo conſenſu, re integra, diſſolui 169 transferre dominium 272
cum Emptione pugnantia 166
in Emptione conditionali, periculum cuius 170 de guſtu ac menſura, explicata difficultas. 165 in diem, periculum cuius. 170 l. quid tamen, & l. cum ab eo, conciliatio 164 uera, quæ cõſideranda ueniant 272
emptiones uſurariæ quæ damnatæ 189
emptionum & uenditionum frequentia 163 pacta 165
emptor ad quid uenditori teneatur 172 quando agere poſſit. ibid. ſi in mora ſit accipiendi, an dãnũ præſtare debeat 170
emptori ad quid ex natura cõtractus uenditor teneatur 171 quatenus de uitijs, & ex commendatione. ibid. 172
pro Emptore haberi litis æſtimationem offerentem 273 uſucapio in quibus emptionibus locum habeat 272 quando iuſtus error excuſet. ibid. quis uſucapiat. ibid. errorem non ſufficere. ibid.
empti & uenditi actiones directæ & æquales 171 quid in eas ueniat. ibid.
ex Empto & uendito actio quãdo utilis detur. ibid.
ἐπακτὸν iuſiurandum 123
equus uenditus quando redhibeatur 184
erciſcere quid 105
erciſcundæ familiæ effectus 106. 107 iudicium quale 105 quid eo petatur. ibid. quib. de quib. reb. detur. ibid. 106 quid in id ueniat. ibid. quando & quamdiu detur. ibid. iudicij ratio & origo. ibid.
in Eriſcunda familia quæ ratio diuiſionis ineunda 106
erro quis 184
errores celantium pœna 112
error iuris ubi non noceat 130
euentũ prudentiſſimos fallere 58
euictio quid 185
euictionis in actione ſimpla, capita quæ 186
de Euictione quomodo caueatur 185 actio triplex 186 qui tenetur, agentem repelli exceptione. ibid.
exceptio actionis excluſio 42 cui competat 63 quid 304.305
exceptio quarum rerũ non detur 309 rei iudicatæ cur detur 307 quando obſtet. ibid. rei litigioſæ quæ 309 rei uenditæ quibus contra quos detur 186
exceptioni replicatio contraria 305
de Exceptione iuriſiurandi 309
exceptione agentem repelli, qui de euictione tenetur 186
in Exceptione metus quæ obtineant 308.309
exceptiones intẽtionis uulgò quæ. 304 omnes eſſe Prætorias. ibid. quando proponi debeant 306
exceptionum diuiſiones & ſpecies 305.306 cauſa efficiens & materialis. ibid. forma. ibid. finis & effectus. ibid. 307 nomine quæ ueniãt 304
per Exceptionũ an obiectionẽ lis uideatur conteſtata 307
excipere quid 304
excuſatio tutorum quid 210 intra quod tempus proponẽda. ibid.
non Exemplis, ſed legibus iudicandum 21
exercere quid 68
exercitor quis 142
exercitoria actio cui, aduerſus quos, ad quid detur 142
ab Exercitu honeſtè mitti qui poſſint 46
exhæredare nominatim quid 218
exhæredati qui 72
ad Exhibẽdũ actio unde dicta 108 qualis. ib. cui, ex qua cauſa, cõtra quos, de quib. reb. detur 109.110
exhibere quid 108
exhibitio quomodo facienda 110. ubi 111
exiliorum diuiſio 383
eximere quis dicatur 32
expilatores qui 345 eorum pœna 345.346
expromiſſor quis 321
extranei qui adulterij accuſare mulierem poſſint 356

F

Fabiæ legis de plagiarijs ſumma 374 pœna. ibid. 375
Fabiana actio unde dicta 252
facio ut facias, obligatio quæ 177. ut des, quæ. ibid.
factores qui 144
facti alieni ignorantiam præſumi, & excuſare 191.192 proprij ignorantiam non præſumi, nec excuſare. ibid.
Falcidia lex à quo lata 239 cur. ibid.
de Falſis, lex Cornelia 369
falſarij qui. ib.
falſum an in inſtrumentis cõmitatur 370 quid 369


falſi

falſi pœna quæ 371. an in hæredes tranſeat. ibid. pœnam incurrere, nomen mutantē, uel nobilem ſe aſſerentem 370.371
de Falſo criminaliter & ciuiliter agi. ibid.
familia ſi furtum feciſſe dicatur, actio quæ 336 urbana & ruſtica quibus diſtinguantur 89
familiæ amiſsio 60 erciſcundæ effectus 160.107 iudicium quale 105
familiæ ſignificatio. ibi. ſuo nomine habitatorem teneri 69
familiaritatem immodicam parere contemptum 21.
feriæ ex quib. cauſis indicentur 37
feriarum tempore de quibus cognoſci poſsit. ibid.
ferias excuſare 36
per Fideicommiſſum libertas quomodo detur 262
• fideicommiſſa quid à legatis diſcrepent 228
fideicommiſſaria hæreditatis petitio cui, aduerſus quem, ad quid detur 76
fideicommiſſarius quando in poſſeſsionem omnium bonorum mittatur 243
fideiubere qui nequeant 34
fideiuſſor cui obligationi accedere poſsit 322 qualiſcunque à quibus accipiendus 34 qualis dandus. ibid. quis 321 unde dictus. ibid.
in Fideiuſſorem edictum 28
fideiuſſores quando & quomodo conueniantur 213 quo ordine in tutela cōueniātur 207.208. 324 nouo iure quomodo. ib.
fideiuſſorum reorum pœna 353
pro Fideiuſſoribus qui habeātur. 213
fideiuſsio an in criminalibus cauſis locum habeat 323 quomodo contrahatur. ibid an in duriorē cauſam accipi poſsit. ibid. ſpondenti duntaxat damnoſa 322
fideiuſsionis cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma 323 finis & effectus 324
fides contractuum neceſſaria 45 fundamentum iuſticiæ 31. unde dicta. ibid.
fidei officia gratis præſtanda 158
fidem fallere à periurio parū abeſſe 40
ad Fidem faciendam quid requiratur 190
filia quando à patre in matrimonio cōtrahendo diſſentire poſſit 192
filij quomodo patria poteſtate liberentur 12
filios nomen & familiam à patre ſumere 11
filiusfam. an teſtamentum facere poſsit 261.148
fines hortorum aut pratorū olim quibus diſcerni ſoliti 102.103 munientia iura 104 quomodo dirigendi 105 quomodo probentur 104
finium regundorum ius antiquiſſimum 103 actio ad quos fines, quaſq; cauſas pertineat. ibid. quibus, contra quos detur. ibid. cuiuſmodi ſit, & quid in eam ueniat. ibid. quomodo in ea probandum, &c. ibid. 104
de Finibus regendis iuris origo. 102 lege Manilia cautum 103
finitor quis 113
fiſcus principis, populi ærarium. 21 quid 390.391
fiſci ius ciuitates & principes inferiores non habere 179 priuilegia 391
fiſco quando & quare in hæreditate locus fiat 226
ad Fiſcum iudicia & nūciationes quæ pertineant 391
contra Fiſcum quomodo præſcribatur 377
flumen quid 90
fluminis ſeruitus quæ. ibid.
in Flumine publico ut nauigare liceat, interdicta duo 205
de Fluminibus interdictū 294.295
fœminæ uiris deteriore conditione ubi 11
fœmineus ſexus reſtrictus & tenax 196
fœnerationum certus modus legibus definitus 188
fœnus quid 187 nauticum quod 189
in Fœtu necdum edito an homicidium fiat 362
de Fonte, interdicta duo 299
foraminis ſeruitus quæ 91
forma mutata, rei ſubſtantiā propè interimi 111
fructus, pars fundi 78 quando ſine uſu eſſe nequeat 86.87 quando uſus nomine contineatur 85 quid ab uſu differat. 80 unde dictus 189 quid. ibi.
fructui an uſus inſit 80
fructuum diuiſio 189
frui & uti quid differant 80
functionem recipere quæ res dicantur 119.120
fundus dotalis quis 196
fundum ſequi ſeruitutes 93
de Fundo dotali l. Iuliæ ſententia. 195 de quib. rebus loquatur. ibid. 196
funeraria actio quæ 116
funus ducere prohibito quæ actio detur 115
funeris cauſa ſumptus factus quis dicatur. ibid. 116 ante omne creditum ſoluendus. ibid.
de Funerum ſumptibus edictū 115 quæ, cui, aduerſus quē, ad quid actio inde detur. ibid.
fur improbior raptore 338 manifeſtus quis 333
fures apud Romanos & Græcos ueteres capitis pœna plexi 335 nocturni quomodo puniendi. 345 balnearij quomodo. ib. cur grauius puniti. ibi.
furum odio quæ actio introducta. 131.132
fures humanam ſocietatem uiolare 335
in Fures cur plures conſtitutæ actiones 333 quomodo animaduertatur 380
furioſus ſi homicidium admiſerit, quid iudicij 366
furioſo cur curator, non tutor detur 215 quis. ibid.
furorem in parricidio excuſari. 369
furtum à rapina quomodo diſtinguatur 332 an rerum ciuitatis fieri dicatur 333 hodie frequentiſsimumum 332 unde dictū. ibi. quid. ibi. an uoluntate ſola & conatu fiat. ibid. quarū rerū fiat. ibi. lege naturæ prohiberi 333 quantæ ſummæ laqueo plectatur 334
furti actio cur in re hæreditaria ceſſet 346

furti aduerſus nautas, caupones ſtabularios actio quæ 336 hodie actiones ciuiles duæ 334 pœna cur grauis cõſtituta. ib. quando criminaliter agi poſſit 333 rectè etiã criminaliter agi 334 hodie pœna quæ. ibid.
de Furti actionib. ciuilibus. ibid. dupli & quadrupli. ibid. criminali & capitali. ibid. 335
furtum cõſilio adiuuans an actione furti teneatur. 132. 333. qui quomodo faciant. ibi. ſi familia feciſſe dicatur, actio quæ 336
à Furto quid uis differat 337
in Furto cuiuſmodi uoluntas doloſa attendatur 332
cum Furto doli affinitas quæ 57
furtorum ſpecies 333 cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma. ibid. finis. ibid. effectus. ibid.
de Furtis, Gellij locus 334
in Furtis manifeſtis cur grauior quàm in occultis uindicta ſtatuta. ibid.
fuga lata quid 383
fugientes rei qui 29
fugitiuus quis 184
fugitiuos celantium pœna 112.

G

Gellij locus 334
generi per ſpeciem derogari 404
gladij ius unde dictum 25 poteſtas ſeu ius quid 24 magiſtratui lege ſpeciali datum. ib.
glandis nomine quid ueniat 302
de Glande legenda interdictum 302 Saxonum ius quod. ibid.
gradus unde dicti 253
gradu cognationis ſecundo quæ perſonæ contineantur 254 tertio, quarto, quinto, ſexto, quæ. ibid. quomodo numerentur. ibid. quoto quiſq; ſit ad dignoſcendum regulæ 253
graduum definitio. ib. diuiſio. ib.
gradus cognationis quomodo Canones computent 254
guaranda quid 34
de Guſtatione & menſuratione in periculo rei uenditæ, explicata difficultas 170

H

Habitantis cauſa non facienda deterior 86
habitatio quid ab uſu ædium differat. ibid. quibus extinguatur. ibid.
habitationis legatum quando debeatur 230
habitationi quid inſit 86
habitationem, ſeruitutem eſſe perſonalem 85
habitatorem ſuæ familiæ nomine teneri 69
hæres eiuſdem quo defunctus, cõditionis 186 quando ex ſua quarta legata nõ præſtet 242 ſuus ſub quibus conditionibus inſtitui poßit 222
hæredis inſtitutio quomodo fiat 220 quare conditionem, nõ diem recipiat. ibid. inſtitutionum conditio impoßibilis quæ 222 poßibilis, eiusq; genera. ib. ſubſtitutio quid 221 eius ſpecies. ibid. 222
hæredi neq; in hæredem actionẽ in calumniatores dari 52
hæredem ad adeũdum cogi 242 inſtituere quid 220
pro Hærede poſſidere quid 74 uſucapere qui nequeant 273 errorem probabilem hic ſufficere. ibid. uſucapio, defunctine aut hæredis fidem inſpiciat. ibid.
hæredes etiam inſtitui 52 inſtitui qui poſſint, qui non 220 ſui qui. ibi. 221 tutorum quomodo conueniantur 213
hæredum differentia 220. 221
hæredib. quod iudicium detur 33
præter Hæredes qui ſatiſdent 243
hæreditas cur uniuerſitatis nomẽ obtineat 72 quomodo adeatur 224 uiuentis nulla 167
hæreditatis aditionis cauſa efficiens 224 forma & ſolennitates. ibid. finis & effectus. ibid. diuiſio 220 expilatæ actio quibus aduerſus quos detur 346 pars ſi petatur, quid iuris 76 petitio quid 74 cui aduerſus quẽ, ad qd, etc. detur 76 poſſeſſoria quid. ib. cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid. petitionem querelæ inoff. teſtam. adiungi 72 petitionum diuiſio 74
de Hæreditatis petitione. ibid. 75 & inde. S.C. eorumq; explicatio. ibid.
in Hæreditatis petitionem que ueniant. ibid.
hæreditati ſe immiſcere quid 224
hæreditatem adire quid. ibi. iure ad aliquẽ pertinere quid 74
in Hæreditatem poſſidentes ab inteſtato actio in quẽ, ad quid, &c. detur 225
in Hæreditate adeunda deliberandi ius quale olim fuerit 223 nouum quod. ibid. deliberatione pendente quæ res alienari poßint. ibid.
in Hæreditate uel actione uendita, ſingularia tria 167. 168 quando & quare fiſco locus fiat 226
hæreditates uendi poſſe 167
hæreditatum dies cur non cedat. 242
hermaphroditæ cuius ſexus exiſtimandi 11
homo quomodo Iuriſconſultis cõſideretur 3 ſi damnum iniuria dedit, quæ actio 95
hominis cauſa ius omne cõditum. 3 occiſi annus unde computetur 97 operæ an legari poßint 230
hominem dolo malo occidẽs qua actione teneatur 97 etiam uolentem qui occidit, lege Cornelia de ſicar. teneri 364 liberum ſuorum membrorũ nõ eſſe dominum 97
in Homine libero nullam eſſe corporis æſtimationem 99. 100
homines ſui iuris qui 11 alieni, qui. ibidem
homicidium an in fœtu necdum edito fiat 362 caſuale quomodo fiat 365 quo teli genere fiat, non eſſe diſcrimen. 362 quotuplex. ibi.
homicidij caſualis reus qua pœna teneatur 366 iure Sax. quali. ibid. pœnis qui eximantur 365
homicidium ſi furioſus, infans, aut impubes admiſerit, quid iudicij 366 ſi in rixa commiſſum 365 ſi minor commiſerit 366 ſi quis per ebrietatem admiſerit 365. 366
in Homicidio an ex ſolo teli genere ani-

re animus dolo uacans debeat præſumi 363 animum occidendi præſumi. ibid. doloſo diſcrimen perſonarum non fieri 362 ex ira, dolore, metu &c. facto, quid iudicij 365 probandum eſſe animum defenſionis. ibid. probatione deficiente quid ſeruandum. ib. non exitum ſed uolūtatem ſpectari 364 ut mandatariū, mādantem puniri 363
honorarium ius quod 18
hoſtes qui 391
ab Hoſtibus redempti quomodo poſtliminium habeant 392
hoſticolum quid 249
hoſticum quid. ibid.
hoſtimentum quid 161
hypotheca Græcis quid 139 quādo diſtrahatur, quando non. 181 quibus modis ſoluatur 182 quid 178
hypothecæ tacitæ & expreſſæ differentia 179
inter Hypothecā & pignus quid interſit 178
ab Hypotheca quid pignus diſtet. 139

I

de Iactu legis Rhodiæ origo & diſpoſitio 143 exemplum contributionis. ibid.
inducere quid 219
infans quis 366
infantem exponens an lege Cornelia de ſicar. teneatur 363
igni & aqua interdici 60
igne in quos animaduertatur 389
ignominiæ effectus quis 47 macula quibus inuratur 46.47
ignorantia quæ non ferenda 192 quando præſumatur 191
ignorātiam facti alieni præſumi, & excuſare 191. 192 facti proprij uel iuris nō præſumi, nec excuſare. ibid.
immunitas quid 397 quib. detur. ibid. an ad hæredes tranſeat. ibid.
immunitatum iura. ibid.
impenſæ neceſſariæ quæ 199 an dotem minuant. ibid. ſtudiorum an conferantur 248 quales dotem minuant 199 uoluptuariæ quæ. ibid. an dotē minuant. ibid. utiles quæ. ib. an dotem minuant. ibid.
impenſarum diuiſio. ibid.
imperfectum quod 5
imperium iuriſdictione dignius 25 merum quid 24 unde dictum. ibid. magiſtratui lege ſpeciali datum. ibid. cur iuriſdictione mandata nō tranſeat 22
imperij meri obiectum quod 25 forma. ibid. finis. ibid. effectus. ibid.
imperium mixtum quod 25 unde dictum. ibid.
imperij mixti officia quæ. ibid. efficiēs cauſa, materia, forma, finis, effectus. ibidem
de Imperio mixto, Prætoris uerba 26
imperij banno proſcribi quid 352
impoſsibiliū obligatio nulla 316. 389
improprium quid 402
impubē in ſupplicijs nūquam pro doli capace haberi. ibid.
incantatorum pœna 367. excuius conſtitutione concrementur. ibid.
incendij pœna 339
de Incendio expugnato edictum 338. 339 eius ratio. ibid. explicatio. ibid.
incendijs arcēdis qui præfuerint. 19
incendiarij qui 367
incendiariorum pœna. ibid.
incola quis 394
incolarum iura quæ 395
incorporalia an poſsideātur 267. 268
indebitum quid 129
indebiti cōdictio ex qua cauſa detur. ibid. quando ceſſet. ib. 130
de Indebiti cōdictione, regula generalis. ibid.
pro Indiuiduo ſpeciem ponere, Iureconſultis ſolenne 26
indulgentiæ principis quid inſit. 383
ineptiarum labor ſtultus 222
infamiæ effectus quis 42
infamia notari quis dicatur 46. 47
ingenui qui 11 iuſti qui. ibid. iniuſti. ibid.
ingenuorum diuiſio. ibid.
ingenuitatem quando manumiſſus conſequatur 264
ad Ingenuitatem repetēdam quomodo agere libertus poſsit. ib.
in Ingratos ubi iudicia celebrata. 42 cur ius Romanorum agi non permiſerit. ibid.
ingratitudinis conuictus libertus, in ſeruitutem retractus 250
inhibitio quid 389
iniuria quomodo in lege Aquilia accipienda 97 quot modis fiat 340. 341 unde dicta 339 quid. ibid.
iniuriā facere qui poſsint 340 ſine animo non fieri. ibid.
iniuriæ tot, quot perſonæ. ib. 341
iniuriarum actio annalis 342 ciuiliter & criminaliter agi poſſe 341 diuiſio 340 cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. finis 341 effectus & pœna. ib. forma. ibid.
in Iniuriarū iudicio criminali an procurator admittatur 342
de Iniurijs ciuiliter uel criminaliter actum quomodo intelligatur. ibid.
de Iniurijs edictū 341 cui, aduerſus quos hinc actio detur. ibid. an in hæredes tranſeat. ibid. l. Corneliæ ſententia. ib. 342
ex Iniurijs quibus pœnale iudicium conſtituatur 339
ſuper Iniurijs ius Saxonum quod. 342
innocentiæ defenſioni nullo tempore præſcribi 377
inſcriptionis faciendæ forma qualis 351
inſignium noſtri temporis uſus & origo unde 263
inſtitor unde dictus 144 quis. ibidem
cum Inſtitore an agi poſsit 145
ex Inſtitorum cōtractu quæ actio contra quos detur 144 ex quibus contractib. & quādo 145
quaſi Inſtitoria actio. ibid.
inſtitoriæ actiones quæ 144 contra quos, ex quibus contractibus, & quando dentur 145 perpetuæ & directæ. ibid.
inſtitutio & ſubſtitutio hæredis quid differant 221 hæredis quomodo fiat 220 quare conditionē, non diem recipiat. ib.

inſtitutionum hæredis cõditio impoßibilis quæ 222 poßibilis, eiusq; genera. ibid.

inſtrumentum quid 232 quomodo legetur. ibid. 233

inſtrumento legato quid comprehendatur 232. 233

inſtrumenta unde dicta 190 quid ſint. ibid.

inſtrumẽtorum amißio an noceat 191 coram magiſtratu factorum fides quæ 190 à notario confectorum. ibid. priuatorum 191

de Inſtrumẽtorum legatorum interpretatione regula 233

inſtrumentorum uaria genera. ib.

in Inſtrumentis an falſum committatur 370

in Integrum reſtitui qui dicantur 52 reſtitutionis cauſæ 53 & inde reſtitutioni quid inſit. 383

interdicere quid 285

in Interdicti Quorum bonorum actionem quid ueniat 288

interdictum de fluminibus prohibitorium et reſtitutorium 294. 295 de glande legenda 302 Saxonum ius quod. ibid. de libero hom. exhib. 302 eius explicatio. ibid. cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid. de liberis exhibendis 302. de ducendis. ibid. quomodo inter ſe diſtent. ibid.

ex Interdictis de liberis exhibendis & ducendis actio cui, contra quẽ, ad quid detur 302. 303

interdictum de migrando. ibid.

ex Interdicto de migrando actio quando, cui, ad quid detur. ib.

interdictum de precario 301

ex Interdicto de precario actio cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid.

interdictum de ripa muniẽda 295 de riuis 299 de tabulis exhib. ad quas tabulas pertineat 290. 291 antinomiæ cõciliatio. ibi.

interdicti de tabulis exhibendis, uerba 290

ex Interdicto de tabu. exhib. actio cui, aduerſus quem, quando, ad quid detur 291 quamdiu duret. ibi. an in hæredes tranſeat. ibid.

interdictum de ui priuata 296 de ui publica. ibid. de uia & itinere publico reficiendo 293. 294

ex Interdicto de uia & itinere publico reficiendo actio cui, contra quem detur. ibid.

interdictum de uijs publicis 293 de uiæ uſu non impediẽdo. ib. de loco publico fruendo. ibid. Ne quid in loc. publ. &c. cur in factis ceſſet 292

interdicti Ne quid in loc. publ. &c. uerba. ibid. 293

ex Interdicto Ne quid in loc. pub. &c. actio cui, aduerſus quem, ad quid detur 292 Ne quid in loc. ſacr. &c. actio quæ detur 291

interdicta Ne quid in loc. ſac. &c. duo. ib. uerba. ib. appellatione ſacrorum quid ueniat. ibid.

interdictum quid ab edicto differat 116 Quod ui aut clàm. 300 cui, aduerſus quem detur. ibid. ad quid competat. ib. quamdiu duret. ibid. an in hæredes tranſeat. ibid.

interdictũ Quod legatorum quale 289 quid contineat. ibid.

interdicti Quod legatorũ, ratio. ibid. capita duo. ibid.

in Interdicto Quod legatorum, regula quæ locũ nõ habeat 289

interdictum Quorum bonorum, cur reſtitutorium dictum 288

interdicti Quorum bonorum uerba. ibid. ratio. ibid.

inter Interdictum Quorum bon. & petit. hæred. differentia. ib.

ex Interdicto Quorum bonorum actio cui, aduerſus quem, qualis detur. ibid.

ex Interdicto Quorum bonorũ actio cui, aduerſus quẽ, ad quid detur 289

interdictum Saluianum quod 304 quid ab actione Seruiana diſtet. ibid. unde dictum. ibid.

ex Interdicto Saluiano actio cui, aduerſus quem detur. ibid.

interdicti Vti poßidetis, uerba. 397 eorum explicatio. ibid.

ex Interdicto uti poßdetis actio cui, aduerſus quem, ad quid detur 298

interdictum utrubi 303

in Interdicto utrubi, quæ ſeruãda. ibid.

interdicti de remißionibus uerba 300. 301 de ſuperficiebus ſumma 298 uerba. ibid.

interdicti & edicti differentia. 286. 287

interdicta de aquarum ductibus tria 299

interdicta de arboribus cædendis, duo 301 de cloacis, duo 300 de fonte, duo 299 de itinere actuq; priuato, duo 298

interdicta unde appellata 285 quid ſint. ibid. ut in flumine publico nauigare liceat, duo. 295

interdictorum antiqua ratio 287 diuiſio & ſpecies 285. 286. cauſa efficiẽs, materia, forma. ibid. finis 287

intereſſe quid 188

intereſſe ceſſante, ceſſare reſtitutionem 64

inter Intereſſe & uſuram differentia 188. 189

interitu rei ſeruitutes extingui 95 rei uſumfructum extingui 82

interrogandi mos 111

interrogationes cur introductæ. ibid. quomodo ſublatæ 112 reliquis actionib. ancillari 111

ab Inteſtato bonorum ſucceßionibus quando locus 252 cur codicilli relinqui poßint 227 etiam Falcid. locũ habere 240 cur legatarijs non detur. ibid. quibus. caſib. hæredi non. ibid. quomodo Ius ciuile hæredes faciat 256 ſucceßionum gradus 252 cur liberorum primus. ibid.

iracundia an excuſet 340

ἶσα πόλεμον οὐ ποιεῖ 27

iter unde dictum 91 quid. ibid.

itineris ſeruitutem eſſe determinandam 92

inter Iter et actũ differẽtia quæ 92

de Itinere actuq; priuato, interdicta duo 298

itinera publica quo ſint tutiora, quo edicto prætor cauerit 98 99.

iudex unde dictus 70

iudicis conſtãtis & recti quid 21 indebitè torquentis pœna 378 ex iure Sax. quæ. ibid.

iudicis officio qui prohibeantur. 70
iudici obtemperare quis non uideatur 29
ad Iudicem eundem de quibus rebus eatur 112
apud Iudicem à quo appellatum, an aliæ cauſæ agendæ 390
iudices prouinciarum à quibus dati 22 qui & à quibus dari poſsint 70
iudicatum ſolui, ſtipulatio prætoria 330 tres eius clauſulæ. ibid.
pro iudicato confeſſum haberi. 46.277
iudicium quid 70 publicum an ſine accuſatione procedat. 349
iudicij diuini ſpeculum quod 25 mutandi cauſa fieri quid dicatur 65 partes 70
iudicio ſiſtendi cauſa cautionibus factis ſi quis nõ obtemperarit, actio 36 ſiſti quem qui impedierit, actio quæ 35
iudicium conſtituentes perſonæ quæ 70
iudicio pendente nihil innouandum 65
iudicia criminalia contra detinentes hominem liberum quæ 302 priuata quæ 331 publica. ib.
iudiciorum criminalium diuiſio. 70.331
de Iudicijs criminalibus priuatis ἀξιώματα 331
iudicia liberalia quæ 264 non ſemper eſſe perpetua. ibid. omnia unde deſcendant 216 pedanea 44 perſonalia quæ 69. realia.ib. publica quæ 348 cur publica dicta.ib. ad ciuitatis ſalutem comparata. ibid.
iudiciorũ publicorũ ſpecies 348 cauſa efficiẽs, materia, forma, finis, effectus. ibid.
in Iudicijs publicis quæ primùm quærenda 349 remiſsionũ hodie exiguus uſus 350
ad Iudicia quæ regulæ ſpectent. 405
iudicia triplicia 70
iudiciorum ciuilium diuiſio 69 forma uetus & noua 70. 71 ſpecies 70 materia. ibid.
de Iudicijs 69. 70 & inde. municipalibus coram quo expediendæ controuerſiæ 395
in Iudicijs pœnitentiæ non eſſe locum 48
iugatio quid 401
Iulia lex de ambitu 374
Iuliæ legis de ambitu pœna. ibid. uſus. ibid. conſtitutiones huc pertinentes. ibid.
Iulia lege de ambitu quis teneatur. ibid.
Iulia lex de annona 372 qui ea teneantur. ibid. pœna. ibid. reſcripta huc pertinentia. ib.
Iuliæ legis de annona qui accuſare poſsint. ibid.
Iulia lex de ui priuata 361 maieſtatis 354 de adulterijs 355 & inde. de ui publica 360 peculatus 373 eius ſumma. ibid.
ex Iulia lege peculatus accuſatio, & pœna quæ. ibid.
Iulia lege peculatus qui teneantur. ibid.
Iulia lex repetundarum 371. 372 à quo lata, & de quibus pecunijs loquatur. ibid.
Iuliæ legis repetund. actio ciuilis in quid, aduerſus quos detur. ib. criminalis, cuiuſmodi. ibid.
Iulia lege de reſiduis qui teneantur 373 pœna. ibid.
Iuliani edictum perpetuum 10 prætorum perpetuum 18
iumenta uendita quanto tempore redhibenda 184
iuramenta temeraria damnata. 123
iurandi formulæ. ibid.
iurato qui promittant 34.35
iurgia conſopiri, magni intereſſe. 66
iuridici Alexandriæ officia 22
Iuriſconſulti cur ante omnia de iuſticia et iure tractẽt 1 quomodo de iuſticia tractent 4 ibid. ſummi quando floruerint 6
Iuriſconſultorum ars in quibus conſumatur 1 præcipuorũ ordo 6.7 prudentiam quæ maximè flagitent 23
iuriſdictio quid 26 quomodo paretur. ibid. quando finiatur 27 minorum quorundam magiſtratuum olim quæ 26
iuriſdictionis materia circa quam 26 forma conſtituendæ & exercendæ. ibid. finis 27 effectus. ibid. nomen unde 26 ſecundum Vlpianum diuiſio. ibid.
iuriſdictionem mandare, propriè quid 22 mandatam habens, cur eã alteri mãdare nequeat. 23
ſupra Iuriſdictionem nemini cognoſcendum 27
iuriſdictionem trifariam in iure accipi 26
de Iuriſdictione cur tractetur 24
iuriſdictione mandata quæ non transferantur 22 quæ tranſeant 23
penes Iuriſperitos poteſtatem interpretandi iuris ſemper fuiſſe 5
iuriſprudentia à quo ad ſummum euecta faſtigium 6
Iuriſprudentia quomodo ab Vlpiano definita 3
ius quid 3 eius explicatio. ibid. an à iuſticia, aut iuſticia à iure dicta 2 altius tollendi quod 90 Buleutarium 22 ciuile quid 4 cur conditum. ibid. 5 quatenus à iure gentium diſcrepet. ibid. unde natum 6 quomodo ab inteſtato hæredes faciat 256
iuris ciuilis cuſtos & interpres quis 42.64 Romani dignitas 5 diuiſio. ibid. ſpecies 7
inter Ius ciuile & Canones differentiæ in cognatione ratio. 254
iure ciuili publica quæ 15
ius deliberandi in hæreditate adeunda quale olim fuerit 223 nouum quod. ibid. gentium quod 4 unde dictum. ibid. duplex. ibid.
ad Ius gentium quæ pertinent. ibid.
iure gentium publica quæ 15
ius gladij quid 24 magiſtratui lege ſpeciali datum. ibid. unde dictum 25
ius honorarium quod 18 mariti quod 357 naturæ immutabile 4 naturale quod 3 quid eo comprehenſum. ibid.

iure naturali communia 15
de Iure naturali, Nazianzeni dictum 3
ius non ſcriptum quod 8
iuris non ſcripti uſus magnus 9
ius omne cur conditum 3
pecoris ad aquam appellendi, &c. quod 93 perſonarum cauſa conſtitutum 10 poſitiuum an poßit antiquari 9 quando iuſticia prius 3 quare publicum & commune populi appellatum 3 quare priuatum. ibid. quomodo accipiatur 2 quotuplex 3 Romanum cur in ingratos agi nõ permiſerit 42 ſanguinis 14 ſcriptum quod 8 non ſcriptum. ibid. honorarium. ibi.
iuris ſcripti partes 7 ἀναλογίαν retinere ciuitates, &c. 27 de finibus regendis origo 102 diuini, res quæ 14 doctrina quid primùm tradat 1 duo genera 3 efficiens cauſa quæ 7 materia circa quam. ibid. forma 8 finis. ibid. effectus. ibid. gradus tres 3 humani, res quæ 15 earum diuiſio. ibid. ignorantiam nõ inducere bonam fidem. 170 non præſumi, nec excuſare 192 obiecta 10 præſumptio quid 190 quod quis in alterũ ſtatuerit, eodem ipſum teneri 27 ſtudij obiectum duplex 3 ſui, homines qui 11 alieni qui. ibi.
ius dicenti obtemperandum, cur in ueſtibulo iudiciorum poſitum 28 edictum ad quos ſpectet. ibid. quibus competat. ibid. ad quid detur. ibid. quando in actorem 79
in Ius ducentis perſonas ſine prætoris uenia, pœna 30.31 ducere, rapere, trahere, &c. formulæ unde 30 inuitum rapiẽdi popularis olim mos 32 raptum ui eximere illicitum. 80 uocandi forma olim quæ 29 uocandi hodie uſus quis 31 uocare in omni lite primùm 29 quid ſit. ibid. quos maiorum more non liceat 63 uocari quis dicatur 33 uocari uel minus, quæ perſonæ poßint, Prætoris edictum 30 uocatus quis non comparêre poßit 31.32 quis ui eximi poßit 33 uocatum quib. caſibus dimittendum 31 ui non eximendum 32 actio, & contra quos. ibid. 33 uocati ſi non ierit pœna 31.32 cui parcatur. ibid. uocati ut eant, uel ſatis uel cautum dent 32
iure imponentis ſoluto ſeruitutes extingui 95
iure ipſo quid ſignificet 153
iure potior qui tẽpore prior 180 in quibus fallat. ibid.
in Iure reali quàm perſonali plus eſſe cautionis 281 res omnes ad tres ordines redigi 403
de Iure, Vlpiani ſententia 2
iura fines munientia 104 omnes ſcire oportere 270 quæ uiciſſitudini obnoxia 4 ſuitatis et emancipationis ſublata 248
iuſiurandum quid 122.123 ad quæ adhiberi ſolitum. ibid. æris alieni emplaſtrũ 122 ἐπακτὸν 123 in litem quid 125 à iudice tantum deferendum 126 ex qua cauſa. ibid. cur deferri poßit. ibid. quibus in rebus. ibid. quomodo fiat. ibid. rei licitæ ſeruandum 122 uicem rei iudicatæ obtinere 309 uoluntarium quatenus præſtandum 123 iudiciale 124 neceſſarium. ibid.
iuriſiurandi effectus 125
de Iuriſiurandi exceptione 309
iuriſiurandi in litem effectus 126 partes 122 cauſa efficiens. ib. religio quomodo introducta. ibid. materia. ibid. forma et finis. ibid. ſpecies. ibid.
de Iureiurando edictum 125 l. admonendi explicatio 124.125
iureiurando pignus ſolui 182
iuſſui ratihabitio comparata 150
iuſticia commutatiua quid 2 cur neceſſaria. ibid. diſtributiua quid. ibid.
iuſticia'ne à iure, an ius à iuſticia dictum. ibid. particularis quid 1 uniuerſalis quid. ib.
iuſticiæ munus proprium quod 2 nomen quomodo accipiatur 1
iuſticiam quam probet Iuriſconſ. 155
de Iuſticia diſtributiua, conueniens dictum 2 & iure cur ante omnia in Iuriſp. tractetur 1 quomodo Iuriſcõſulti tractẽt. ibid.
Iuſtinianus Imperator 7
iuſticium cur principes indicere ſoliti 37
iuuenes ſolutos cum coniugatis rem habentes, lege Iulia teneri 356

L

Lamentationes prohibitæ 46
Latinæ feriæ 17
legare quid 227.228
legari quibus poßit 229
legatarius quãdo in poſſeßionem omniũ bonorum mittatur 243 ſi ſe legato indignum reddat, legata amitti 238
legatio quid 397
legationis diuiſio. ibid.
legatione fungi qui poßint, qui non. ibid.
legatiuum quid. ibid. eius priuilegium. ibid. 398
legatum quid 228 cur cauſa falſa uel modus non uitiet 239
in Legato cur optionis electionẽ habeat legatarius 231 quando optio facienda 232 cur non ſit pœnitentiæ locus. ibid. quid amplius ſit, quàm actione dotis 231
pro Legato uſucapere quis poßit 274
legata cur in Trebell. in quartã imputẽtur, in Falcid. nõ item, explicata difficultas 240 ex ſua quarta quando hæres non præſtet 242 præter uſumfructum cur à morte teſtatoris cedant 81 quomodo amittantur 236
legatorum ademptio quomodo fiat. ibid. expreſſa, quomodo. ibid. tacita, quomodo. ib. dies quando cedat 242 genera 225 cauſa efficiens ib. materia. ibid. forma. ibid. finis.

finis. ibid. effectus. ib. tranſlatio quot modis fiat 236
à Legatis quid fideicommiſſa diſcrepent 228
in Legatis teſtamenti tempus inſpiciendum 237
legatum annuũ cur ad hæredem nõ tranſeat 230 quando præſtandum. ib. quatenus uſufructui ſimile, quatenus diſsimile. ibid.
legati annui natura 229
legatum conditionale cur non cedat à morte teſtatoris 242 in diem cur ante diem ſolui poſsit 238
legati in diem incertum, natura. ib. ſub tacita conditione. ib. ſub expreſſa 239
legatum libertatis cur non cedat à morte teſtatoris 242 peculij quale 235 reditus quale 230 habitationis quãdo debeatur. ibid. ſi cui plus quàm per l. Falcid. licuerit, eſſe dicatur, actio 241 ſupellectilis quale 233. 234 tritici & olei quale 232
legato alimentorum quid contineatur 234 uini quid contineatur 232
legata per l. Falcidiam aut S. C. Trebellianum minui 239. 240
ad Legata conditionalia regulam Catonianam nõ pertinere 237
legata pura quæ 238
in Legatis puris an ſatisdatione opus 243
legatus quæ facere debeat aut poſsit 397
legati quamdiu uacationem habeant. ibid.
legatum non poſſe conſilium exercere 23
legati qui 397 unde dicti. ibid. cæſarum qui 191 ſancti 398
legatis quæ ueneratio debeatur. 398
legitimi qui 252 unde ſuccedant, ſi tabulæ teſtamenti nullæ. ib.
lex quid 7 eius ſignificatio. ibid.
legis anima, ratio 8 beneficio qui indigni 58 executor, magiſtratus 380
legem aut ad obedientiam aut ad pœnam obligare 29 quomodo Cicero definiat 7. 8
leges quando nullæ ſcriptæ 5 curiatæ quæ. ibid.
legum efficiens cauſa quæ 7 materia circa quam. ibid. forma 8 finis. ibid. effectus. ibid. nomen quæ mereantur. ibid.
de Legum interpretatione. ibid.
legibus derogare qui poſsint 9 iudicandũ 21 quando parẽdum 8 ſolutus quis. ibid.
leges bonas ex malis oriri moribus 147
contra Leges nõ reſtituere prætorem 63. 64
leges omnes quorſum Plato referat 4 quomodo abrogentur 9
in Leges iam latas non ſubtiliter inquirendum 8
lex Aelia Sentia à quibus lata. 263 eius ſumma. ibid.
legis agrariæ contra terminorũ motores pœna 104 Aquiliæ autor quis 96 tria capita. ib.
in Legis Aquiliæ primi capitis actionem quid ueniat 97
ex Legis Aquil. tertio capite actio de quibus rebus cui, aduerſus quem, ad quid detur 98
lex commiſſoria quæ 167
ex Lege condictio quando detur. 133 contra quem, ex quibus obligationibus detur. ibidem. cõdictionis uſus & exẽpla 133
lex Cornelia de falſis 369 unde. ibid.
lex Cornelia de ſicarijs & ueneficijs 362 & inde. eius ſumma. ibid. pœna ordinaria quæ. 364. 365 quomodo mitigetur. ibid.
lege Cornelia de ſicarijs qui teneantur 362. & inde. 366 quod uenenum notetur. ibid.
legis Fabiæ de plagiarijs ſumma. 374 pœna. ibid. 375
ex Lege Fabia de plagiarijs accuſatio quæ 374
lex Falcidia à quo lata 239 cur. ibid.
legis Falcidiæ capita duo 240 ratio quomodo ineunda. ibid.
lex Iulia de adulterijs 355. et inde. de ambitu 374
legis Iuliæ de ambitu pœna. ibid. uſus. ibid. conſtitutiones huc pertinentes. ibid.
lege Iulia de ambitu quis teneatur. ibid.
lex Iulia de annona 372 qui ea teneantur. ib. pœna. ibid. reſcripta huc pertinentia. ib.
legis Iuliæ de annona qui accuſare poſsint. ibid.
lex Iulia maieſtatis unde dicta. 354 quæ. ibid. peculatus 373 eius ſumma. ib.
lege Iulia peculatus qui teneantur. ibid.
ex Lege Iulia peculatus accuſatio & pœna quæ. ibid.
lex Iulia repetundarum 371. 372 à quo lata, & de quibus pecunijs loquatur. ibid.
legis Iuliæ repetund. actio ciuilis in quid, aduerſus quos detur. ibid. criminalis, cuiuſmodi. ib.
lege Iulia de reſiduis qui teneantur 373 pœna. ibid.
lex Iulia de ui priuata 361 de ui publica 360
lege Manilia de finibus regendis cautum 103 naturæ furtum prohiberi 333
lex Pompeia de parricidijs 367
legis Rhodiæ de iactu, origo & diſpoſitio 143 exemplum tributionis. ibid.
lex ſuprema quæ 4 populi ſalus. 334. 370
leges 12 Tabularum qua occaſione & quando latæ 5
lex talionis 27
lenocinij an hodie maritus teneatur 356 pœna olim quæ 357
leonina ſocietas quæ 161
libelli appellatorij quomodo cõcipiendi 386 dimiſſorij quid 388 unde dicti. ibid. quando dandi, qua forma, intra quod tempus. ibid.
libellorum formandorum forma qualis 351. 352
de Libellis famoſis lex 342 qui ea teneantur. ibid. hodie quæ ſeruentur. ibid.
liberationis legandæ uarij modi. 235
liberationi legatæ ut ſatisfiat, quibus remedijs uti cõceſſum. ibid. quid inſit 383
de Libero homine exhibẽdo interdictũ 302 eius explicatio. ib. cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid.
liberi qui 11 fructus coniugij 201

quorum in poteſtate 204 rerum paternarum domini 221 unde ſuccedant, ſi tabulæ teſtamenti nullæ 252
liberorum appellatione qui ueniant 218
de Liberorum & matrum ſucceſſione ius prætoriũ & S.C. 256
circa Liberorum inſtitutionem in hæredes quid hodie obſeruetur 219
liberorum numerus quis à tutela excuſet 210 uaria conditio 11
liberos omnes natura eſſe 4
de Liberis exhibendis interdictũ. 302 de ducendis. ibid. quomodo inter ſe diſtent. ibid.
in Liberos parentũ poteſtas quæ. 11
de Liberis agnoſcendis, Senatuſconſulta 201
libertas quid 11 per fideicommiſſum quomodo detur 262 quomodo adimatur. ibid. 263
liberatis amiſsio 60 datio fraudulenta irrita 263
de Liberatis onerãdæ cauſa promiſsis 309
ad Libertatem proclamare quibus non liceat 264 qui ſine manumiſsione perueniant 263
libertatem teſtamento dupliciter dari 262
libertini qui 11 eorum olim tripartitus ſtatus. ibid.
libertus ingratus in ſeruitutem retractus 250 quomodo ad ingenuitatem repetendam agere poſsit 264
liberti municipiũ & aliarum uniuerſitatũ bona an patronus petere poſsit 251
aduerſus Libertum quæ actio patrono data 250.251
de Libertorum aſsignatione, Senatuſconſ. 251 bonis edictũ cur propoſitum 250 eius ſumma. ibid.
libertos aſsignare quid 251
libidinum illicitarum pœnæ 360
Libonianũ Senatuſconſ. 369.370
per Libram & æs teſtamentum quod 217
licentia quomodo Iureconſultis & Ciceroni accipiatur 26
limen unde dictum 391
linea cognationis ſuperior et inferior unde incipiat 253 trãſuerſalis unde. ibid. quæ perſonæ contineantur. ibid.
in Linea cognationis æquali, Canonũ regula 254 in linea inæquali. ibid.
litis æſtimationẽ offerentẽ haberi pro emptore 273 cõteſtatio quomodo fiat 70 unde nomẽ ſortita. ib. dominus an procuratore abſente appellationũ cauſas reddere poſsit 390 dominũ procuratorẽ cõſtitui 48
ſine Litis cõteſtatione non facilè ad ſententiã perueniendũ 71
litem à tutela excuſare 211
litiũ plerarũq; natura quæ 36
lites cõſopiri, magni intereſſe 66
litigioſa quando res fiat 64.65
locare quid 172 nũmos quid. ib.
locatio quid 173
locationis cauſa efficiens. ibid. materia. ib. forma. ib. finis. ib. adiuncta & adfinia. ib. pugnantia 174
locationis & emptionis cognatio 172 merces in quibus conſtitui poſsit 137 tẽpus quod. ib.
inter Locationem & emptionem differentia 166 & uenditionem differentia 173
in Locatione renouata pignus tacitum contrahere 179
locator quis 172.173
in Locati actionẽ quid ueniat 174
ex Locato & conducto actiones quæ dentur. ibid.
locupletari alterius damno, iniquum 41
locus purus quis 115 religioſus quis. ibid.
de Loco publico fruendo interdictum 293
loca publica quæ 292 ſarta tectaq; ſeruanda 291
λωποδύται qui 345
lucrũ ex ſuo dolo ſperare, iniquiſſimũ 42 unde nõ ſperandũ 266
lucra turpia ſucceſſoribus extorquenda 371
lucratoriæ uſuræ quæ 187 cur illicitæ & turpes. ibid.
de Ludo aleæ prohibito, Senatuſconſultum 113
luminum ſeruitus quæ 90 quid à ſeruitute altius non tollendi differat. ibid.
lupanaria quatenus iure ciuili permiſſa 204
luſus qui conceſsi 113

M

Macedonianũ S.C. quib. caſib. ceſſet. 148 unde dictũ 147 in mutuo duntaxat locũ habere 148
Macedoniani S. C. beneficium ad quos porrigatur 148 quãdo actio denegetur. ibid. origo 147 uerba. ibid. ratio. ibid.
Macedoniano S.C. quis filiusfam. intelligatur 148
magiſter bonorũ quis 283 quomodo et à quib. cõſtituatur. ib.
magiſtri bonorũ qui cõſtitui poſſint. ib. quod eorũ officiũ. ib.
magiſter nauis quis 142
magiſtri equitum 16
magiſtratus creatus ſi appellauerit, cui appellationis periculũ incumbat 390 legis executor. 380 quando & quibus det tutores 206 quibus curatores. ibid. quo ordine in tutela coueniatur 214 ex quibus cauſis ibid. quatenus ſinguli teneantur. ib. quatenus hæredes & fideiuſſores eorum. ibid.
de Magiſtratus corruptione, lege Iulia repetũd. cautum 371.372
magiſtratus poteſtas 29
magiſtratui à quibus in infinitum capere liceat 372
magiſtratum à Deo eſſe 25
magiſtratus an pœnam reuocare poſſint 380 νομοφύλακες 5 quid præſtent 398 quo ordine in tutela conueniantur 207.208 Romani præcipui qui 6
magiſtratuum Rom. genera 19
maieſtas quid 354
maieſtatis læſæ crimen quod. ibid. criminis pœna. ibid.
de Maieſtatis læſæ crimine qui quos accuſare poſsint. ibid.
in Maieſtatis læſæ crimine quæ obſeruanda. ibid.
maieſtatis lex Iulia. ibid.
maiores uigintiquinq; annis ex quibus cauſis in integrum reſtituantur 60
in Maleficijs non exitum, ſed uoluntatem ſpectari 364
malis præueniendum 100
mancipare quid 14.167.217

mancipi res 14
mandare iuriſdictionem, propriè quid 22 unde dictum 158
ut Mandatarium, mandantẽ puniri 363
mandator quis 221.322
mandatum quid 158 quomodo diſſoluatur 158
mãdati iudicium æquè ac furti turpe 159 ratio. ibid. actio ad quid detur 159 directa cui, aduerſus quem, ad quid detur. ib. contraria cui, ad quid, &c. detur. ibid. 160 partes quæ 158 ſpecies. ibid. cauſa efficiens. ibid. materia. ibid forma. ibid. finis. ibid. effectus. ib.
in Mandato ſalarium an & quando exigi poßit 160
Manilia lege de finibus regendis cautum 103
manumißio quid 262
ſine Manumißione qui ad libertatem perueniant 263
manumißiones ſeruis ad uniuerſitatem pertinentib. quæ imponantur 262
manumiſſus quando ingenuitatẽ conſequatur 264
manumißi qui & à quibus liberi non fiant 263 quomodo dignitatem conſequantur. ibid.
manumittere in creditorum fraudem quis uideatur 263
manumittendi forma 262 modus præcipuus quis 262
maritus an hodie lenocinij teneatur 356 an res dotales alienare poßit 195
mariti ius quod 357
maritum dominum eſſe dotis, conſtante matrimonio 195 præ reliquis adulterij accuſare mulierem poſſe 356 quando adulterum occidere poßit. 359
mathematici an pœna ueneficij teneantur 367
matrem cur lex XII Tabul. ad hæreditatem non uocet 256 parricidium committere 368
à Matre datus tutor quomodo cõfirmetur 205 de matrum & liberorum ſucceßione Ius prætorium & S. C. 256
matrimoniũ an inter cognatos ſpirituales cõtrahi poßit 194 cõſenſu cõtrahi 198 quib. modis ſoluatur 197.198
matrimonio ſoluto dotem repeti poſſe 195 conſtante, quo caſu dos repeti poßit. ibid. quomodo dos repetatur 198. 199
ante Matrimoniũ datum quomodo uſucapiatur 274
in Matrimonium ducõda, adulterio polluta 194
matrimonium ubi Canones admittant. ibid.
matrimonio conſtante an mulier ab extraneo adulterij accuſari poßit 356
matrimonia debere eſſe libera. 192
membrorum ſuorum hominẽ liberum non eſſe dominum 97 nemo dominus 363
menſor quis 113
in Menſorem falſum quæ actio detur 114
menſores agri 104
de Menſura falſa actio ex qua cauſa, cui, aduerſus quẽ, ad quid detur 114
menſuras corrumpens, uel falſis utens quomodo plectatur 371
menſuris falſis in uendendo utentium pœna 343
de Menſuratione & guſtatione in in peric. rei uend. explicata difficultas 170
mercatoribus quæ uſuræ permiſſæ 188
merces an in pecunia conſiſtere debeat 183
in Meretricem an adulterium cõmittatur 355
meretricum conſuetudo quatenus iure ciuili permiſſa 204
merx quid 176
metus quis in uirum cõſtantem cadat 53 quis reſtitutionis cauſa 35
in Metus exceptione quæ obtineant 308.309
inter Metũ & uim differentia 53
de Metu & ui actio cui & aduerſus quem non detur 54 arbitraria. ibid. in actionem quid ueniat. ibid. edictum 53
de Migrando interdictum 303
ex Militis teſtamẽto quomodo bonorum poſſeß. detur 249
milites qui 393
militum genera. ibid. delicta. ib. pœnæ. ibid.
in Militum ſucceßione duo ſingularia obſeruanda 255
militari qui non poßint aut excuſentur 393
ad Militiam omnes ciues cogi ib.
minor ex quo geſtu reſtituatur 58
minor natu quis accipiatur. ib.
minor ſi homicidium commiſerit, quid iudicij 366
ex Minoris perſona quib. reſtitutio detur 58
minori contra curatores quæ actiones dentur 212 quæ actiones ex alienatione rerum ſuarum competant 215
minores quando teſtimonium dicere poſsint 191
minorum res non alienandas 214
in Minorum reb. alienandis quæ neceſſaria 215
in Minorum reſtitutione quid in cauſæ cognitionem ueniat 58
extra Minores quib. curator detur 215
ex de Minorib. edicto nullam proficiſci actionem 59
cũ Minorib. mitè agendum 366
de Minoribus uigintiquinq; annis edictum 57 eius ratio. ibid.
minutio capitis maxima quæ 60 media. ibid. minima. ibid.
minutionis capitis genera. ibid.
miſsio in poſſeßionẽ bon. quib. ex cauſis decernatur 279 quomodo iure nouo fiat. ibid.
miſsionis in poſſeſs. bon. cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma. ibid. 280. finis & effectus. ibidem
de Mißione in bon. poſſeß. edictũ 279. aliud 280
mißiones militum quæ 393
mitti honeſtè ab exercitu qui poſſint 46
Modeſtini de legum efficiente cauſa, ſententia 7
inter modũ & cauſam legati differentia 239 inter Modum & conditionem legata differentia. ibid.
mõſtra quo loco in iure habeãtur 11
monumentum quid 115. à ſepulchro quid differat. ibid.

mora quomodo ſiat 187
mors ciuilis quæ 348
mortis cauſam præbere & occidere,paria 363
mortẽ ſibi cõſciſcentiũ ante ſententiã,bona an publicãda 382.383
morte matrimoniũ ſolui 197
de Mortuo inferendo interdictũ. 116 eius explicatio. ibid. quatenus ab actione de rebus religioſis differat. ibid.
morum peruerſitas 9
de Morum peruerſitate, Plauti dictum. ibid.
ex Moribus malis bonas oriri leges 147
muliebre genus reſtrictum & tenax 196
mulier an conſentire alienationi ualidè poſſit 196 an & quando renunciare S.C. Velleiano poſſit 152 quomodo S.C. Velleano adiuuetur 151
mulieris conſenſu an res dotalis oppignoretur 196
mulierem in ius rapere, apud Romanos improbatum 31
in Muliere ſoluta an adulterium committatur 356
mulieres etiam de cõſtituto teneri 136 naturâ pecuniæ tenaces 151 quando teſtimonium dicere poſſint 191
mulierum ſolutarũ cum maritatis rem habentium pœna 359
mulieres in aliena eſſe poteſtate. 150 quando obligentur. ibid. non tradi cuſtodiæ 353
in Mulieres quomodo animaduertatur 350
mulierib. quibus S.C. Velleiano ſubueniatur 151 in ſuo contractu non ſuccurri. ibid.
mundus muliebris quid 235
mundo legato quid ueniat. ibid.
inter Mundum muliebrem & ornamenta,differentia. ibid.
munera ni excuſentur,neceſſaria. 396 patrimonialia quæ.ibid.
munerũ ciuiliũ diuiſio.ibid. excuſatio quando proponenda. ibid. uacationes quatenus extendantur 397
à Munerib.ciuilib.qui excuſentur 396.397
de Munerib. lege Iulia repetund. cautum 372
municipes qui 394. unde dicti.ib.
municipij cauſa efficiens.ibid. effectus & uis 395
de Municipij iudicijs controuerſia corã quo expedienda. ibid.
municipiorũ duumuiri qui 28
muri ciuitatum,res ſanctæ 15
mutatione rei uſumfructum extingui 82
Mutiana cautio quæ 239
mutuũ, uocabulum reciprocum. 139 unde dictũ.ibid. quid. ibid. à permutatione & cõmodato quid differat. ibid. quale eſſe debeat 187
mutui efficiens cauſa 119 materialis. ibid. formalis. 120. finalis 121 natura quæ 120 actio qualis. ibid.
de Mutui ſubſtantialibus & naturalibus. ibid. 121
inter Mutuum & commodatum, differentiæ 138
in Mutuum quæ res cadant 119
ex Mutuo quæ actio detur 120.121
in Mutuo refectionis pignus tacitum contrahere 179

N

Natalia quomodo reſtituãtur 264
nati nondum quo loco in iure habeantur 11
natu minor quis accipiatur 58
naturam omnes pârere liberos 4
naufragium ſupprimentem, lege Cornelia de ſicar.teneri 363
de Naufragio expugnato edictum 338. 339 eius ratio. ibid.explicatio. ibid.
nauis magiſter quis 142
de Naue expugnata,edictum 338. 339 eius ratio. ibid. explicatio. ibid.
in Naui nauigandi cauſa qui eſſe intelligantur 336
nautæ quando ſimpli actione teneantur 68 quando dupli 69 qui 68
aduerſus Nautas furti actio quæ 336
in Naut.caup.& ſtabular. actionẽ non trãſire ad hæredes 69
de Nautis, caup. & ſtabular. edictũ.ibid. eius utilitas.ib. qui, quali actione teneãtur,&c.ib.
nauticum fœnus quod 189
Nazianzeni de iure naturali dictum 3
Ne proſpectui officiatur, ſeruitus quæ 90
Ne quid in loc.publ.&c. interdictũ cur in factis ceſſet 292 interdicti uerba. ibid. 293 ex interdicto actio cui, aduerſus quem,ad quid detur 292
Ne quid in loc.ſac.&c.interdicta duo 291 uerba.ib.appellatione ſacrorũ quid ueniat. ibid.
Ne uis fiat ei qui in poſſeſſ.&c. edicti ſumma 290 uerba.ib. ex interdicto, duo interdicta dari. ib. ad quid.ib.an pœnale ſit hoc iudicium. ibid.
nec ui, nec clàm, nec precariò poſſidere quid 297
neceſſitas Diomedea 32
neceſſitatẽ habere excuſationẽ 95
neganti incumbere probationem 190 ubi non. ibid.
negligentia non utentis ſeruitutes extingui 95 quãto tẽpore.ib.
negocium ad aliquem pertinere, quot modis dicatur 50
in Negocio proprio nemo teſtis idoneus 218
negociorũ geſtorum actio 50 unde detur.ib. quib.cõpetat. ib.
in Negociorum geſt.actionem directam quid ueniat 51 quid in contrariam. ibid.
de Negociorũ geſtorum actione directa & utili 51
negociorũ geſtorum actione qui quæ'ue agere cõueniri'ue poſſint 50
negocia cuius qs gerere poſſit 50
plura quàm rerũ uocabula 175
de Negocijs geſtis edictum prætoris. 50
neruus publicæ tranquillitatis 79
nobilib. quæ uſuræ permiſſæ 188
noluntas coacta, uoluntas 53
nomen mutantem falſi pœnam incurrere 370.371
de Nominũ ſignificatione 402
notari infamia qs dicatur 46.47
notarios edere oportere 39
nouatio unde dicta 324 quid.ib. quomodo contrahatur 325
inter Nouationẽ & delegationẽ differentia. ibid.
nouatione ſtipulationes ſolui 324
nouationum ſpecies. ibid. 325 cauſa efficiẽs,materia,forma, finis & effectus. ibid.

noxam

noxam caput ſequi 35. 96. 331
ex Noxali cauſa ſi agatur, quomodo caueatur 35
noxales actiones cur dentur 101 ubi locum habeant. ibid. eſſe tantum adiecticias qualitates 101
noxalium actionum diuiſio. ibid.
noxales actiones diuiſionem non recipere 96
de Noxalibus actionibus edictum generale 102
nugas habere difficiles, turpe 222
numerus liberorum & tutelarum quis à tutela excuſet 210
nummularij qui 38
nunciare qui quib. remiſsiuè poſſint 258 quid 257
nunciatio noui operis quid 257 quando remiſſa dicatur 300
nunciationis noui operis cauſa efficiens 257 materia circa quam. ibid. forma triplex. ibid. finis. ibid. effectus. ibid. 258
nunciatores qui 376 calumnioſè deferentes quomodo puniantur. ibid.
nuncupatiuum teſtamentum 217 unde dictum. ibid. quomodo fiat. ibid.
nundinæ unde dictæ 399. quomodo conſtituantur. ibid. quomodo amittantur. ibid.
nundinarum priuilegia. ibid.
nuptiæ an ſine dotib. eſſe poſsint 194 inceſtæ quæ 193 inter certas perſonas cur prohibitæ. 193.194 olim quæ improbatæ 13 unde dictæ 193 quid. ibid.
nuptiarum contrahendarum for- olim uaria. ibid. ſolennitas hodie quæ. ibid.
nuptias illicitas contrahentium pœna 194 nudo conſenſu hodie contrahi 193
in Nuptijs cõtrahendis ætas quæ. 192
à Nuptijs quid ſponſalia differãt. ibid.

O

Obligatio an in promittentem impersonaliter competat 314 impoſsibilium nulla 316.389
obligatio nulla, ubi nulla promiſſio 316 rerum turpium nulla 311 quid 41 quomodo extinguatur 311 unde dicta 310 quid. ibid. quotuplex. ibid. propriè quæ. ibid.
obligationis cauſa efficiens. ibid. 311 materia, forma, finis & effectus. ibid. de duob. reis cõſtituendis cauſa efficiens 317 materia, forma, finis, effect. 318
obligationes inter uiuos præcipuæ quæ 192 quæ per acceptilationem tollantur 327. 328
obſequia parentibus & patronis præſtanda 249.250
inter Obſequia & operas differentia 250
occidere & cauſam mortis præbebere, paria 363
occidi impunè qui poſsint 365
occiſus quomodo accipiatur 97
officia amicitiæ & fidei gratis præſtanda 158
olei legatum quale 232
oneris ferendi ſeruitus quæ 91
operæ cur à libertis, non à liberis exigantur 250 fabriles ſeu artificiales quæ 250 hominis an legari poſsint 230 officiales quæ 250 ſeruorũ an amittantur 84.85
operarum diuiſio 250 legatum quod 84 obligatio quomodo finiatur 250
inter operas & obſequia differentia 250
operas libertus quãdo debeat. ib. quãdam habere cum dominio cognationem 85
oppignorari quæ nequeant 179. 180
oppignorationem quæ ſua natura reſpuant 179
optio in legato quando facienda. 231.232
optionis electionem cur in legato habeat legatarius 231 legatum tranſitorium 232
opus nouum quid 257 publicum quis quale facere poſsit 398
operis noui nunciatio quid 257
de Oper. noui nunc. edicti ſumma. ibid. edicta duo. ibid. 258
operis noui nũciationis cauſa efficiens. ibid. materia circa quã. ibid. forma triplex. ibid. finis. ibid. effectus. ib. 258
operum publicorum curatores legendi 399
de Orationũ ſignificatione 403
Orficianum Senatuſc. 256
ornamenta muliebria quæ 235
inter Ornamenta & mundũ mulibrem differentia 235
ornamẽtis legatis quid ueniat 235

P

Pactio unde dicta 40 quid. ibid.
pactionis uerbum generale. ibid.
pactum unde dictũ. ib. quid. ib.
pacta dotalia ſeruanda 195 quæ non ualeant. ibid. quæ actiones non pariant, & quare 41 quando exceptionem pariant, & quatenus 42 uẽditionibus ſeruorum quæ opponi ſolita 171. eorum uis. ibid. quæ non ualuerint. ibid.
de Pactis, Prætoris edictum 40
pago, gis, &c. quid 40
pagus unde 40
Pandectarum obiectum 10 pars tertia cur de rebus creditis inſcripta 117
Pandectas ad uſum forenſem eſſe compoſitas 122
panniculariorum ius quod 392
pannoſi appellatio unde 392
pãnicularia unde dicta, & quæ. ib.
parẽtũ in liberos poteſtas quæ 12
parentib. obſequia præſtãda 249. 250 ſecundum Deum proximus honos debitus 368
paris in parem nullũ imperiũ 10
παροινος quis 394
parricidarum pœna 368
de Parricidarũ pœnæ ratione. ib. Ciceronis locus. ibidem
parricidium in coniugibus committi. ibid. in quib. perſonis lege Pompeia cõmittatur 367 368 qui committant. ibid. ueteribus quid 18
parricidij accuſationem eſſe perpetuam 369 atrocitas 367 conſcios criminis necdum iudicantes teneri 369 lex ad quem uſque gradum extendatur. ibid. quæſtores qui 350 parricidio omnia ſcelera complexa uideri 367
in Parricidio furorem excuſari 269 quando pœna maiorum, quando legis Cornelij locum habeat 368

in Parricidijs conatum pro effectu puniri. ibid.
de Parricidijs lex Pompeia 367
pars potiſſima cuiuſque rei quæ 5
partus ſuppoſiti accuſatio cuiuſmodi 371
partum data opera abigentis pœna 343 ſubijcientem de falſo teneri 201
de Partu cuſtodiendo edictũ 202 de eodem, reſcriptum. ibid.
partus uẽtrem ſequi 11 antiquiſſ. lex. ibid. cur. ibid.
pater cur ad poſſeſſ. bonor. contra tabulas admittatur 249 cur pacto excludatur. ibid. filium occidens an lege Pompeia de parric. teneatur 368 quis intelligatur 201 quis necare uideatur. ibid.
patris perſonã ſanctam filio eſſe debere 249.250
inter Patrem et filium in poteſtate conſtitutum an lis eſſe poſſit 303
patrem cum adultero deprehenſam filiam poſſe occidere 359
à Patre datus tutor quomodo confirmetur 205 quando filia in matrimonio cõtrahendo diſſentire poſſit 192
Patres cur Rom. Senatus appellatus 15
patricij qui. ibid.
patronatus ius quod 249
patronus quomodo liberto ſuccedat. ibid.
in Patroni fraudem ſi quid factũ, actio quæ, cui, aduerſus quẽ, ad quid detur 251.252
patroni perſonam liberto ſanctam eſſe debere 249.250
patrono aduerſus libertum quæ actio data 240.251
inter Patronorum & agnatorũ tutelam differentia 206
patronorum tutela legitima. ib.
patronis obſequia præſtãda 249.250
pecoris ad aquã appellendi, &c. ius quod 93
pecudum numero quæ habeantur 96
peculatus quid 373 unde dictus. ibid.
peculatus iudicium an in hæredes tranſeat. ibid. lex Iulia. ibid. eius ſumma. ibid.
ex peculatus lege Iulia accuſatio & pœna quæ. ibid.
peculatus lege Iulia qui teneantur 373
peculium caſtrenſe quid 393.394
peculij caſtrenſis priuilegia. ib.
peculium & pecunia quid differant 149 unde dictum. ib. quid. ibid.
peculij legatum quale 233
de Peculio actio quando annalis. 149 edictum. ibidem. triplex. ibid. actio in quos, ad quid competat. ibid.
pecunia & peculium quid differant 149
pecunia, irritamentum malorum. 148 neruus ciuitatum 17 ſacra quæ 373 religioſa. ibid. publica. ibid. traiecticia quæ 189 in ea centeſimas peti poſſe. ibid. cur ex pacto in ea uſuræ debeantur. ibid. unde dicta 149
pecuniæ creditæ periculũ ad quẽ pertineat 187 conſtituendæ forma 137 conſtitutæ actio qualis 136 cur ex nudo contractu detur. ibid. edictũ. ib. eius explicatio. ibid. quæ res in eam ueniant. ibid. edicti alterius explicatio. ibid. conſtitutæ actionis iudiciũ cuiuſmodi 137 quomodo cum alijs concurrat. ibid. pecuniæ nomine quæ ueniant 136.373 uſusfructus non proprius 83
pecuniam conſtituere quid 136 trifariam in iure accipi 26
in Pecunia an merces cõſiſtere debeat 173
de Pecunia cõſtituta actio aduerſus quos detur 136
pecunia in alimẽtum legata quid ueniat 234
pedanea iudicia 44
pedarij qui 15
de Pedum quinq; in finib. regendis præſcriptione 102
Pegaſiani S. C. ſumma & ratio. 242
penus quid 233 unde dicta. ibid.
in Penoris legatum quid ueniat. ibid.
permutatio cur contractus innominatus 175 quomodo contrahatur 176 an in alienæ rei datione fiat. ibid.
permutationis cum uenditione affinitas 175
inter Permutationem & uenditionem differentiæ 175.176
ex Permutatione propriè quæ actio oriatur 176 quando condictio detur. ibid.
in Periuros dicterium 123
perpetua actio 54
perſona quando condictioni locum faciat 130
perſonæ incertitudine legatum infirmari 236 iudicium conſtituentes quæ 70 quæ in ius duci uel minus poſſint 30 quæ poſtliminium habeant 392
perſonarum cauſa ius conſtitutũ 10 diuiſio 11 ratio habenda 2 reſpectus triplex 403 ſtatus cur cognoſcendi 10
ad Perſonas quæ regulæ pertineant 404.405
petitio hæreditatis fideicommiſſaria cui, aduerſus quem, ad quid detur 76 hæreditatis quid. ibid. cui, aduerſus quẽ, ad quid, &c. detur. ib. 75 hæreditatis poſſeſſoria quid 76 cui, aduerſus quẽ, ad quid detur. ibid.
in Petitionẽ hæreditatis quæ ueniant 75
inter Petitionẽ hæred. & interd. hæred. differentia 388
de Petitione hæreditatis S. C. eorumq; explicatio 75
petitionum hæreditatis diuiſio. 74
φὼϱ Græcis unde dictus 332
φθέϱα quid 355
picturis legatis quid ueniat 235
pietatem ſæpe uultu lædi 367
pignorari quæ res poſſint 140
pignoraticia actio cur appelletur 139 directa quæ, cui, quãdo, &c. detur 140 contraria quæ, cui, quando, &c. detur. ibid. 141
pignus quando diſtrahatur 181 quando non. ibid. quibus modis ſoluatur 182 quid 139.178 quid ab hypotheca diſtet 139 quomodo conſtituatur. ibid.

quomodo contrahatur 178
tacitum in quibus contrahat. 179 unde dictum 139.178
pignoris effectus quis 180.181 efficiens cauſa quæ 139 materia 140 forma & finis. ibid. taciti & expreßi differentia. 179
pignus debitore tenente, quomodo creditori ſuccurratur 182 diſtrahendo quid iuris creditor transferat 181
ad Pignus cōſtituendum quæ requirantur 141
inter Pignus & hypothecā quid interſit 178
pignore legato an ius crediti remiſſum 235
in Pignore qui potiores habeantur 180 quid creditor præſtare debeat 140 quomodo ius dominij impetretur 182
pignora etiam pactiones recipere 178
pignorum ſpecies quomodo diſtinguantur 139
de Pignoribus materiæ diuiſio. 178
in Pignoribus quod pactum improbatum. ibid. ἀντίχρησις quæ. ibid.
Pindari dictum 7
placita ſeruanda 40
de Plagiarijs legis Fabiæ ſumma 374 pœna. ibid. 375 ex Fabia lege accuſatio quæ 374
Plato quomodo iuſticiam uniuerſalem definiat 1 quorſum omnes leges referat 4 ubi homines dictis uinciri uoluerit 42
Plauti dictum 9
plebiſcita quæ 6
per Plura non agendum, quod per pauciora cōfici poteſt 154
pœna an coniugia dirimat 197
pœna deſidiæ 62 legis Corneliæ de ſicarijs ordinaria, quæ 364. 365 quomodo mitigetur. ibid.
pœnæ nomine relicta legata deficere 236.237 cur non ualuerint. ibid.
ad Pœnā cōpromiſſam quæ actio detur 67
pœnam qui irrogare poßint 380
pœna & præmio ciuitatem retineri 348
pœnæ capitales quæ 379 non capitales 380 cur aut intendendæ aut mitigandæ 2 res litigioſas alienantium 309 uariæ 379
pœnarum capitaliū gradus. ib. 380 cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma. ibid. 381 finis. ibid.
in Pœnis ſeptem circumſtantiæ conſiderandæ. ibid.
pœnales actiones prætoriæ quando finiantur 54
pœnitentiæ in iudicijs non eſſe locum 48
pollicitatio unde dicta 399 quid. ibid. quomodo à pacto diſtet. ibid.
pollicitationis obligatio an in hæredem tranſeat 400
pollicitationes cur obligent, & qui obligentur 399 quæ ualeant, quæ non. ibid.
pollicitationum cognitio penes quos 400
Pompeia lex de parricidijs 367
populi ſalus, ſuprema lex 270
πορνεία Hebræis latæ ſignificationis uox 198
portæ ciuitatum, res ſanctæ 15
poſitiones quomodo introductæ. 112
poſitū nō habēdi, ſeruitus quæ 91
poſſeßio quid ſignificet 245 unde dicta 267 quid ſit. ibid.
poſſeßionis diuiſio. ib. cauſa efficiens, materia, forma, finis, affinia 268 ſignificatio 267
poſſeßionem iuſtam probans, ex qua regula obtineat 103.104
in Poſſeßionem quomodo creditores mittantur 275. & inde
in Poſſeßione acquirenda uel amittenda quādo animus, quando corpus requiratur 268
poſſeßionum uſus. ibid.
poſſeßio bonorum contra tabulas quibus detur 246 ex teſtamento militis quomodo detur 249 extraordinaria quib. detur 256 cur ſic dicta. ibid. edicti uerba. ibid. intra quod tēpus petenda 246 quomodo detur. ibid. quib. non competat 255 quid 243. 244 quomodo petatur 245 quid ab alijs differat. ibid. ſecundum tabulas quando locum habeat 248 cur intro ducta. ibid. 249 quibus detur. ib.
poſſeßionis bonorum debitoris decretæ effectus 280
ad Poſſeßionis bonorum debitoris diſtractionem quando perueniatur. ibid.
poſſeßionis bonorū petendæ tempus cur infantibus & furioſis non currat 246
ad Poſſeß. bon. cōtra tabulas cur pater admittatur 249 cur pacto excludatur. ibid.
in Poſſeßionem omnium bonorū quādo legatarius mittatur 243
poſſeßionem bonorū tabulis non extantibus non decerni 245
in Poſſeßionem bon. mißio quibus ex cauſis decernatur 279 quomodo iure nouo fiat. ibid. mißionis cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. forma. ibid. 280 finis & effectus. ibid. quomodo quis mittatur. ibid.
poſſeßione bonor. contra tabulas petita, totum teſtam. reſcindi. 246
in Poſſeßione per calūniā quis fuiſſe dicatur 203 cui, aduerſus quem, &c. actio detur. ibid.
in Poſſeßione bonorum petenda ordo quis detur 257 tempus. ib.
poſſeßiones bonorum cur introductæ 244
pro Poſſeſſore poßidere quid 74
poſſeſſoria hæreditatis petitio qd 76 cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid.
poßidere dolo deſinens quomodo cōueniatur 102 naturaliter qd. 267 ciuiliter. ibid. pro hærede, poſſeſſore quid 74
poſthumi quid 218
poſtliminiū unde dictū 391 quid. ib. quæ perſonæ aut res habeant 393 quomodo redempti ab hoſtibus habeant. ibid.
poſtliminij ſpecies 391.392 cauſa efficiēs, materia, forma, finis, effectus. ibid.
poſtulare in totū q prohibeatur. 45 quomodo in iudicio cōtendāt. ib. pro ſe & alijs cōiūctis qui poßint 45 pro ſe qui tantū poßint. ib. quādo pro alijs poſtulare, ipſis cōcedatur. ib. qui prohibeatur 44.45 quid 44

de Poſtulando edictum eſſe prohibitorium 47
poſtulationis interdictæ pœna 45
poteſtas patria in quo conſiſtere debeat 368
poteſtatis uocabulum cui magiſtratui competat 27
in Poteſtate aliena qui 145 conſtituti quatenus contrahant & obligentur, edictum 146 eius explicatio. ibid. 147
prædiũ dominans quod 87 urbanum non locum, ſed materiam conſtituere 89
prædio in alimentum legato quid ueniat 234
prædia iuris Italici an cenſum præſtent 401 ruſtica quæ 91 unde dicta 89 urbana quæ. ibid. urbana & ruſtica quibus diſtinguantur 89
prædiorum diuiſio 89 ruſticorum ſeruitutes quæ 91 urbanorum iura quæ 89
præfectus Auguſtalis quis 20 prætorio quis 16 uigilum quis 19 eius officium. ibid.
præfectorum prætorio olim dignitas & poteſtas 16 urbis officium 17 poteſtas ac dignitas quanta. ibid. origo uetuſtiſſima. ibid. unde dicti. ibid. quando ceſſarint creari. ibid.
præiudicium quid 305
præmio & pœna ciuitatem retineri 348
de Præpoſitionum ſignificatione. 403
præſcriptio quid 305
præſcriptiones in uſucapionibus quæ 269 quomodo ab interpretib. iuris uocentur 305 temporales cuiuſmodi 307
præſcriptis uerbis actio quando detur 176 qualis 178 ab actione in factum quid differat. ibid.
præſentibus contra abſentes quomodo prætor ſuccurat 62
præſens unde dictus 20
præſidis officium ac dignitas. ibid. 21
præſides qui 20
præſidum poteſtas quando diminuta 21
præſumptio quid 190 iuris. ib. modica. ibid. ſolus cum ſola, &c. quando probationem faciat 358
præſumptionum ſpecies 190
præteritio cur teſtamentũ uitiet. 218
prætor, cuſtos iuris ciuilis, & interpres 42. 64 olim quis 16 quomodo reſtituat 54 quomodo ſe pacta ſeruaturum edicat 42 uillæ quis 89 unde dictus 18 urbanus quid. ibid.
prætoris de imperio mixto uerba. 26 edictum de pactis 40 edicta cur ſæpe proconſuli Caius aſſcribatur 66 officiũ 18
prætores peregrini 19 qui 17
prætorum edicta perpetua 18 numerus 19 poteſtas quando paulatim eneruata 18
prætoriarum actionum tempus quod 63
prætorium olim quid 16
prætorium teſtamentum 217
præuaricator quis 375
præuaricatores unde dicti 344 qui ibid.
in Præuaricatores iudicium publicum & priuatum 344
precariũ quid 301 à donatione & commodato quomodo diſtet. ibid.
de Precario interdictum. ibid.
de Precario ex interdicto actio cui, aduerſus quem, ad quid detur 301
precium quid 176
princeps legibus ſolutus 8
à Principe nõ appellari 386. 387
principes inferiores non habere ius fiſci 179
principum conſtitutiones quid 9. 10 quæ potiores. ibid.
principium in omnibus potiſſimum 40
priuata quæ 15
priuationem præſupponere habitum 85. 230
priuilegiati creditores qui 281 an ſibi inuicem præferantur. ibid. 282
priuilegium à tutela excuſare 211 militare quatenus Iuſtin. reſtrinxerit 224 perſonale an ciuitas in debitore habeat 281
probare quid 190 quis debeat ibid.
probatio quibus modis propriè fiat. ibid.
probationis ſpecies. ibid.
probationis uim quæ habeant. ibid.
procinctum teſtamentum quod. 217
proconſul primus quis 19 unde dictus. ibid.
proconſules qui. ibid.
proconſulum officium ac dignitas. ibid. ubi 20
procurator datus quando iudiciũ ſuſcipere cogatur, quando non 48 & rationalis quid differant 21 quis 47 quomodo conſtituatur. ibid. quando ſatiſdare cogatur 48
de Procuratoris ſatiſdatione. ibid. 49
procuratorem actoris etiam defendere cogi 48 an abſentes relinquere debeant 62 litis dominium conſtitui 48
per Procuratorẽ quando appellatio iuſtificari poſſit 389 cauſas capitales non iuſtificari. ibid.
procuratorem quando dominus mutare poſſit, quando non. 48
de Procuratore actoris, edictum. 48 defenſoris edictum 47
procuratores Cæſaris qui 21
procuratorum poteſtatem ſub Claudio creuiſſe 21 officium præcipuũ quod. ibid. 22 utilitas 47
prodigus quis 215
prodigo curatorem dari. ibid.
in Proditores quando animaduertatur 380
profeſſionem à tutela excuſare 210
proiectiones quid 258
promiſſio ubi nulla, nulla obligatio 316
promiſſioni ſuæ qui committantur 33. 35
promittens imperſonaliter an obligetur 314
protectum habendi ſeruitus quæ 91 quid. ibid.
protegendi ſeruitus quæ. ibid.
protutelæ actio cur introducta 212

212. cui, aduerſus quos, ad quid detur. ibid.
protutor quis. ibid.
prouinciale edictum 66
prouinciarum diuiſio 19
prouocationem cauſæ quæ reſpuant 388
proxenetica cur licitè exigantur. 401
proxenetæ unde dicti. ibid.
proxeneticorũ nomine quæ ueniant. ibid.
prudentiſsimos caſum fallere 58
ψηφολόγοι uel ψηφοπαῖκται qui. 345
ante Pubertatem teſtamenti & nuptiarum conficiendarũ poteſtas interdicta 221
publicani qui 259 unde dicti. ib.
de Publicanis edictum. ib. eius ratio. ibid. 260
cum Publicanis iniuſtis, eorumq; hæredib. quomodo agatur. ib.
publica iure gentium quæ 15 iure ciuili. ibid.
publicationis bonorũ forma 382
circa Publicationem bonorum dãnatorũ quid hodie ſeruetur. ib.
Publiciana in rem actio unde dicta 78 cur introducta. ibid. de ea edictũ, eiusq; explicatio. ib. cui, ad qd, &c. detur. ib. 79
puellas impuberes in ius uocari, non permiſſum 31
pueritiam in totum poſtulare nõ poſſe 45
punitoria uſura quæ 187. cur licita 188
punitorum cadauera cognatis nõ denegari 384
pupillus an ſine tutoris autoritate obligetur 208 quomodo actione negociorum geſtorum teneatur 50 ubi & apud quem educandus 211
pupillo alimenta quomodo decernenda. ib. in tutorem quæ actio detur 211 quando ex facto tutoris detur actio 209
pupillum meliorẽ, non deteriorẽ conditionẽ ſuã facere poſſe 208
contra Pupillum quando actio detur 209

Q

de Quadrupede ſi pauperiẽ feciſſe dicatur, actio 95. edictum. ibid. eius explicatio. ib. 96
quadrupedes ſeruis exæquatæ. ib.
de Quadrupedib. actio cui, aduerſus quem, ad quid detur. ibid.
in Quadrupedibus noxam caput ſequi. ibid.
quadrupli condemnatio ubi detur 54
quæſtioni ut ſit locus, quæ concurrere debeant 378
quæſtiones cur inductæ. ibid.
quæſtionum cauſa efficiens. ibid. materia. ibid. 379 forma, finis, effectus. ibid.
Quæſtura ad maiores dignitates gradus primus 18
Quæſtores parricidij. ibid. qui 350 rerum capitalium qui 18 unde appellati 17 urbani qui. ibid.
quæſtorum officium 21 origo antiquiſsima 17
quanti minoris actio quæ 185 quid ab ea quæ ex empto datur differat. ibid.
querela inoff. teſtam. qua ratione & cauſa introducta 72 quæ. ibid. quib. detur. ib. an & quãdo in hæredes tranſeat 73 aduerſus quos detur. ibid. quatenus teſtamenta reſcindat. ib.
querelæ teſtam. inoff. effectus. ib. petitionem hæræditatis adiungi 72 an & quando hodie locus ſit. ibid.
querelam inoff. teſtam. non eſſe perpetuam 73
ex Querela inoff. teſtã. agẽdi modus. ibid.
quincunces uſuræ quæ 188
Quod iuſſu, actio quæ 150
Quod legatorum, interdictum quale 189 quid contineat. ib. interdicti ratio. ibid. capita duo. ibid. in interdicto, regula quæ locum non habeat 289
Quod ui aut clàm, interdictũ 300 cui, aduerſus quem detur. ibid. ad quid competat. ibid. quãdiu duret. ibid. interdicto ubi locus 55
Quorum bonorum, interdictum cur reſtitutoriũ dictum 288 in interdicti actionẽ quid ueniat. ibid. ex interdicto actio cui, aduerſus quem, qualis detur 288. 289 interdicti uerba 288 ratio. ibid.

R

à Rapina quomodo furtum diſtinguatur 332
in Raptorem cur ſingulare iudicium detur 338
raptores quibus actionibus conueniri poſsint. ibid.
raptus & ſtupri differentia 360
de Rate expugnata edictũ 338. 339 eius ratio. ibid. explicatio. ib.
ratio, legis anima 8 quid 38. cur edenda. ibid. à quibus. ibid. 39 quibus. ibid.
rationis nomen cui potiſsimùm competat 21 editio 38 quibus facienda 39
de Rationibus diſtrahendis actio quãdo, ad quid, &c. detur 212
rationalis & procurator quid differant 21
rationales Cæſaris qui. ibid.
rationaliũ poteſtatẽ ſub Claudio creuiſſe. ibid. officium præcipuum quod. ibid. 22
realia iudicia quæ 69
receptatores qui 344. 345 quomodo puniantur. ibid. cognati an puniantur. ibid. quando pœna ceſſet. ibid.
de Receptatoribus aleatorum, edictum 113
recepticia actio quæ 136 quando data. ibid.
recepta quæ 68
de Receptis 66. 67 & inde
redhibere quid 184
redhibitio quid. ibid.
redhibitoria actio quæ. ib. quando locum habeat 185
reditus legatum quale 230 uenditio quid 189 an licita. ib.
inter Reditus et uſurã differentia 189
referre quid 384
regium, de ciuium capite ac uita iudicare 24
regula quid 404
regulæ nomine quæ ueniant. ibid.
regulæ Catonianæ ſumma & ratio 237
per Regulam Catonianam legata amitti. ibid.
regulam Catonianã non pertinere ad legata conditionalia. ib. in inſtitut. nõ habere locũ. ib.
regulæ ad actiones & iudicia quæ ſpectent 405 quæ ad

perſonas

personas. ibid. 405 quæ ad res. ibid. quomodo concipiantur 404 quoto quiſq; ad dignoſcendum gradu 253
regularum definitiones periculoſæ 404
relatio & conſultatio, ſynonyma 385 quid 384.385
relegationis forma 383
relegati an teſtamentũ condere poſſint 218
relegatos ciuitatem retinere 383
religionis intereſſe non prohiber cadauerum ſepulturam 116
relicta quibus auferantur 238 cur tutori ſe excuſanti adimantur, nec tamen quærantur fiſco. ibid.
remedia extraordinaria, ſufficientibus ordinarijs non dari. 114
remiſſionum in iudicijs publicis hodie exiguus uſus 350
de Remiſſionibus, interdicti uerba 300.301
replicatio exceptioni contraria. 305
repudium unde dictũ 197 quid. ibid.
inter Repudium & diuortium differentia. ibid.
repetundarum iudicium an in hæredes tranſeat 373 lex Iulia 371.372 à quo lata, & de quib. pecunijs loquatur. ibid. legis Iuliæ actio ciuilis in quid, aduerſus quos detur. ib. criminalis, cuiuſmodi. ibid.
res aliena quomodo donari poſſit 273 dotalis an mulieris conſenſu oppignoretur 196 integra quando 48 iudicata quid 275 litigioſa quæ 309 quæ pro derelicto habeatur. 274 quando fiat litigioſa. 64.65 quando non idoneè oppignoretur 180 ſua cur non rectè domino legetur 229 ubi exhibenda 111
rei cuiuſq; potiſſima pars quæ 5 interitu pignus ſolui 182 ſeruitutes extingui 95 interitu uel mutatione uſumfructum extingui 82 nomine quæ ueniant 403 turpis mandatum nullum 158 uenditæ exceptio quibus, contra quos detur 186 uindicatio an ex tigno iuncto detur 335 quid. 77 unde dicta. ibid. cui, aduerſus quos, &c. detur. ibid. unde deſcendat 78 uindicationis efficiens cauſa 77 materia. ibid. forma. ibid. finis 78 effectus. ibid. in uindicationem quid ueniat. 77.78
in Rem actio Publiciana unde dicta 78 cur introducta. ibid. de ea edictũ, eiuſq; explicatio. ibid. cui, ad quid, &c. detur. ibid. 79
ob Rem dare, quid 128 datum quando repeti poſſit. ibid.
in Rem iudicatam quando ſententiæ tranſire dicantur 275
rem propriam conducere an quis poſſit 173 pupilli ſaluã fore, ſtipulatio Prætoria 329 qui ſatiſdare debeant. ibid. cui promiſſio fiat. ibid. actio cui, quando, aduerſus quem, ad quid detur. ibid. ratam haberi, ſtipulatio Prætoria 330 qui ſatiſdare debeant. ibid. quando committatur, & quæ actio inde detur 331 apud Saxon. exiguus uſus. ibid.
in Rem ſcriptum edictum cui & aduerſus quos detur 53 unde dictum. ibid.
rem ſuam nemini ſeruire 87
in Rem uerſum quid 150
de in Rem uerſo actionis utilitas 149.150 perpetua. ibid.
ex Re actionem eſſe 50
re contrahi cur quidam contractus dicantur 118 integra, mutuo conſenſu diſſolui emptionem 169 quot modis contrahatur 118 ſua non abuti, reipub. intereſſe 113
res amotæ quæ 200 commiſſæ quæ 259 corporales quæ 15 creditæ 117 diuini iuris quæ. 14 dotales an à marito alienari poſſint 195 quando reſtituendæ 199 hæreditatis rectè geri 50 humani iuris quæ 15 earum diuiſio. ibid. incorporales in rei uindicationem cadentes quæ. ib. 79 mancipi 14 omnes in Iure ad tres ordines redigi 403 publicæ quæ 15 priuatæ. ibid. quæ diſtrahi uel non poſſint 164 quæ legari poſſint 228 quæ locari poſſint 173 quæ poſtliminium habeant 392 quomodo æſtimentur 143.144 ſacræ quæ 14 religioſæ. ibid. ſanctæ. ibid. 15
rerum amotarum actio quibus contra quos detur 200 quid in eam ueniat. ibid. 201 actioni quãdo locus 200 eius ratio & cauſa. ibid.
de Rerum ad actiones pertinentium ſignificatione 404 ad perſonas pertinentium ſignificatione 403
rerum æſtimatarum & non æſtimatarum differentia 195 diuiſio 14.15
de Rerum ſignificationibus 403. 404
rerum turpium nulla ſocietas 161 obligatio nulla 311 uocabula negociorum pluralitati cedere 175
rebus inanimis damnum inferentes qua actione teneantur 98
res iactas domini manere 144 litigioſas alienantium pœnæ. 309
ad Res quæ regulæ pertineant 405
de Reb. alienatis actio Pauliana. 283 Caluiſiana. ibid. in factum actio cur dicta. ibid. quando ceſſet. ibid. creditis cur tertia Pandectarum pars inſcripta 117
de Rebus creditis, &c. tituli explicatio 118
in Rebus quæ uſu conſumuntur, cur uſusfructus conſtitui nequeat 83
de Rebus religioſis actio qualis, cui, contra quem, ad quid detur 115 edictum. ibid.
de Reſiduis iudicium an in hæredes tranſeat 373 lege Iulia qui teneantur. ibid. pœna. ibid.
reſpub. quomodo quieta reddenda 25
rerump. anchora firmiſſ. quæ 8
reſcindens actio quæ 63
reſciſſoria actio quæ. ibid.

reſtituere

reſtituere quid 293 prætor quomodo dicatur 54
reſtitui etiam hæredes 52 in integrum qui dicantur. ibid.
reſtitutio an in delictis 58 cur detur 59 ex alienat.iudic.mutandi cauſa facta cur, ad quid, &c. detur 64.65 ex minoris perſona quibus detur 58 ex quibus cauſis petatur 52 in capite diminutis quomodo fiat 60 in integrum ex quibus cauſis uigintiquinq; annis maioribus detur .ib. ob quē metum aut uiolentiam fiat 53 in integrum, quamdiu duret 63 quando ceſſet 64
reſtitutionis in integrum beneficium generale 52 cauſæ. ib. 53 & inde.effectus & uis 59 uigintiquinq; annis maiorū uis & effectus 63
reſtitutioni in integrū quid inſit. 383
reſtitutionem contra leges à prætore non dari 63.64 non ſine cauſæ cognitione fieri 58 quæ pariant. ibidem.
de Reſtitutione in integrum 25. annis maiorū, edictum 61 eius explicatio. ibid.
in Reſtitutione minorum quid in cauſæ cognitionem ueniat 58
reſtitutionum ſpecies ultima quæ. 64
reſtitutoria actio in S.C. Velleiano. 152
reus ad locum ubi deliquit remittendus 377 an hæc hodie obtineant. ibid.
reus & fugiens, ſynonyma 70 quib. ex cauſis iuriſdictioni obnoxius fiat 71 unde dictus 70
rei abſentis bona annotari 377 contumacis iure Sax. pœna 71 forum ſequi actorem 24 unius pactum uel factum an alteri noceat 319.320
reo actio edenda 38
rei unde dicti 317 qui ſint. ibid. duo quomodo conſtituantur 318 fugientes qui 29 qui fieri poſſint 70
reorum fideiuſſorū pœna 352
contra Reos abſentes iuris Sax. proceſſus quis 377
de Reis duob. conſtituendis obligationis cauſa efficiēs 317 materia, forma, finis, effectus 318
ex Reis plurib. cui ſtipulandi ſolutio facienda ſit 319
Rhodiæ l. de iactu origo & diſpoſitio 143 exemplum contributionis. ibid.
de Ripa munienda interdictū 295
de Riuis interdictum 299
rixa quid 338
in Rixa ſi homo cæſus, quid iudicij 365
rixarum priuatarū ni ſopiantur, effectus 27
robur unde dictum 313
Romæ magiſtratꝰ præcipui qui 6
Romanum ius cur in ingratos agi non permiſerit. 42
Romanus populus quomodo à Romulo diuiſus 5
Romanorū magiſtratuū genera 15
Romanos ueteres capitis pœna fures puniuiſſe 335
rota in quos animaduertatur 380
de Ruina expugnata edictum 338. 339 eius ratio ib. explicatio. ibid.
ruta & cæſa an ueneāt 164

S

Saccularij qui 345 eorum pœna. ibidem
ſacrilegij pœna 373
ſalarium in mandato an & quando exigi poſſit 160
ſalarij priuilegium 400
de Salario quib. ius dicatur, quib. non. ibid.
Saluianum interdictū quod 304 quid ab actione Seruiana diſtet. ib. unde dictum. ibid.
ex Saluiano interdicto actio cui, aduerſus quem detur. ibid.
ſalus populi, ſuprema lex 334
ſanguinis ius 14
ſatiſdare præter hæredes qui cogantur 243 qui cogantur 33 qui debeant rem ratam haberi 330.331 qui nō cogantur 243 quid 33
ſatiſdandum quibus 243
ſatiſdatio quando & in quibus caſibus ceſſet 243
ſatiſdationis cauſa efficiens 33 materia 34 fo ma ib. finis. ib. effectus.ibid. 35 hodie uſus quis 34
ſatiſdationem qui præſtare debeant 33 qui non 34
ſatiſdatione an in puris legatis opus 243
de Satiſdatione procuratoris 48. 49
ſatiſdationes cur inductæ 243 quid contineant. ibid.
ſatisfacere quid 33
apud Saxones hodie ſatiſdationis uis quæ 34
à Saxoniæ Ducib. non appellari. 387 ratio. ibidem
pro non Scriptis quæ habeantur 237 ijs legata amitti. ibidem.
ſcripturæ dubium annihilare legatum 236 priuatæ an inſtrumēta 190 an per ſe fidem faciant. ibidem.
ſeditionis autorem lege Cornelia de ſicar. teneri 363
Senatores cur Romanus ſenatus appellatus 15
Senatorū Romæ ordo quotuplex. ibidem.
Senatus Romæ à quo inſtitutus. ibid. cur Patres & Senatores appellati. ibid.
Senatus olim dignitas & autoritas 16
à Senatu appellari non poſſe 387
Senatuſconſulti iura qua ratione inducta 6
Senatuſcōſultū de aleæ ludo prohibito 113 de liberis agnoſcendis 201 de libertorū aſſignatione 251 Libonianum 369. 370 Macedonianum quib. caſibus ceſſet 148 unde dictū 147. in mutuo dūtaxat locum habere. 148
Senatuſc. Macedoniani benefic. ad quos porrigatur. ib. quando actio denegetur. ib. origo 147. uerba. ibid. ratio. ibid.
Senatuſc. Macedoniano quis filius fam. intelligatur 148
Senatuſc. Sillaniani & Claudiani de teſtamēt. non aperiēdis ratio & ſumma 225. q ijs cōprehenſi. ib. Tertullianū 256. Orficianū. ib. Trebellianū quādo factū 241
S.C. Trebelliani uerba. ibid. ſumma & ratio. ib. 242 Pegaſiani. ibid.
Senatuſc. Turpilianū de abolitionibus criminum 373. 376
Sen. Velleiani ratio 159 uerba 151

Senatuſc.

Senatuſc. Velleiano an & quando renūciare mulier poßit 152
Senatuſc. Velleiano quibus mulieribus ſubueniatur 151 quæ obligationes comprehendantur. ibid.
Senecæ dictum 134.135
ſenectus uenerabilis 396
ſententia quid 275 quomodo retractetur 276
ſententiæ executionem in dominum fieri 48
ſententiam exequendi tempus & modus 276
ante Sententiam appellari non licere 387
ſententiam quis ferre poßit 275
ſententia pignus ſolui 182
ſententiæ quæ ſine appellatione reſcindantur 389 quando in rem iudicatam tranſire dicantur 275
ſententiarum ſpecies. ib. cauſa efficiens. ib. 276 materia. ib. forma. ibid. finis & effectus. ibid.
ſepulchrum quid 115 à monumēto quid differat. ibid.
ſepulchro tradita corpora nō eſſe inquietanda. ibid.
de Sepulchro ædificando interdictum 116 de uiolato edictum. 343
ſepulchra in ciuitatibus prohibita 115 uiolantium pœna multiplex 343
ſepulturam non prohiberi, religionis intereſſe 116
inter Sequeſtrationē & depoſitū differentia 155
inter Sermonem & uoluntatem, mutuum iter 402
Seruij Sulpitij de edictis Prætorū libri 18
ſeruire quid dicatur 87
ſeruitus quid 11 altius non tollendi, quæ 89.90 aquæductus quæ 92 cloacæ quæ 91 an urbani uel ruſtici prædij. ibid. foraminis quæ. ibid. luminum quæ 90 quid à ſeruitute altius non tollendi differat. ib. ne proſpectui officiatur quæ. ibid. oneris ferendi quæ 91 poſitum non habendi quæ. ib. protectum habendi quæ. ibid. protegendi. ibid. realis quādo non conſtituatur 87 quid. ib. ſtillicidij uel fluminis quæ. 90 tigna immittendi quæ. ib.
ſeruitutis conſtitutio cur nec tempus nec conditionem recipiat. 88 conſtituendæ forma. ibid. definitio Dd. improbata. ibid. uſum non rectè legari 231
ſeruitutem cur ſocius imponere nequeat 93 debere eſſe utilē. 87.88 diuiſionem non recipere. ibid. nullam ſine prædijs conſtitui 93 qui quibus legare poßint 231 uendicare quis poßit 94
ſeruitute cōceſſa, omnia ad uſum eius neceſſaria concedi 93 matrimonium ſolui 197
ſeruitutes non eſſe perſonales 94 perſonales quæ 80 rerum ſeu prædiales. ibid. prædiales 87 prædiorum ruſticorum quæ 91 quæ inter ſe habeant communia 93 quomodo amittantur 94 quomodo conſtituantur 88 quibus in rebus conſiſtant. ibid. quomodo conſtitui poßint 93 quomodo imponi nequeāt. ib. confuſæ quomodo reſtituantur. ibid.
ſeruitutum diuiſio 80.87
de Seruitutū fine, natura & proprietate regulæ 88.89
ſeruitutum perſonalium ſpecies. 80
ſeruitutes dupliciter legari 231 fundum ſequi 93
in Seruitutibus prædialibus quid requiratur 87.88
de Seruitutibus quæ actiones cōpetant 94 quibus, aduerſus quos, ad quid dentur. ibid.
ſeruus emptus ob quæ uitia redhibeatur 184 quibus ſtipulando acquirat 321
ſerui nomine dominum cōueniri. 101
de Seruo corrupto edictum 112
ſerui minores an reſtituantur 58 quomodo dominica poteſtate liberentur 12 unde dicti 11 qui. ibid.
ſeruorum omnium par conditio. ibid.
de Seruorum ſtipulatione, dubitandi & decidendi ratio 321
ſeruorum operæ an amittantur. 85 uenditiones olim frequentes 171
ſeruis exæquatæ quadrupedes. 96
in Seruos dominorū poteſtas quæ 12
ſica quid 362 unde dicta. ibid.
ſicarij unde dicti. ibid. qui. ibid.
de Sicarijs lex Cornelia. ibid. & inde. eius ſumma 362 legis Corneliæ ordinaria pœna quæ 364.365 quomodo mitigetur. ibid.
ſimile nullum eſſe idem 120
συνάλλαγμα requiri in tranſactiōne 43
ſiſti quis non uideatur 36
ſocietas quid 160 quæ pacta recipiat 161 leonina quæ. ibid. quomodo ſoluatur 162
ſocietatis & communionis differentia 160 ineundæ forma. 161 ſpecies 160 cauſa efficiens 161 materia. ibid. forma. ibid. partes. ibid. finis & effectus. ib. uinculum quod. ibid. proprium. ibid.
ſocietati contraria 162
ex Societate actio cui, aduerſus quem, ad quid, &c. detur. ibid. 163
in Societate quæ diuidenda, quæ non 161.162
ſocius cur ſeruitutem imponere nequeat 93
ſocij qui 160
Socratis de iureiurando dictum. 123
ſolennia teſtamenta 217 minus ſolennia. ibid.
ſoluere quis rectè dicatur 326
ſolui cui rectè dicatur. ibid.
ſolus cum ſola, &c. præſumptio quando probationem faciat. 358
ſolutio quid 325 quomodo rectè fiat 326
ſolutionis dies, pars ſtipulationis. 38 forma 326 finis et effectus. ib. loco quæ cedant 319 uim quæ habeant 327
ſolutione debiti pignus ſolui 182 ſtipulationes ſolui 325
ſolutum aliquibus tantum debitis ſufficiens, quomodo accipiatur, ex-

tur, explicata difficultas 326. 327
pro Soluto uſucapere quis dicatur 271 quàm latè titulus pateat. ibid. an titulus erroneus ſufficiat. ibid.
ſpadones qui 13 an adoptare poſſint. ibid.
per Speciē generi derogari 404
ſpeciem pro indiuiduo ponere, Iureconſultis ſolenne 26
Spectabilis uir, quorum titulus. 19
ſpitzbuben qui 345
ſpondere initiò leue 150
ſponſæ in domum deducendæ ſolennitas 193
in Sponſam an adulterium committatur 355
ſponſalia à nuptijs quid differāt. 192 quibus modis fiant irrita. 193 quomodo diſſoluantur. 192 quomodo rectè contrahantur, & qua ætate. ibid. à quibus. ibid. unde dicta. ibid. quid ſint. ibid.
ſponſaliorum uis & effectus 193
in Sponſalibus quorum conſenſus requiratur 192 ueterum mos. ibid.
ſponſio quid. ibid.
ſponſor quis 321
ſponſi & ſponſæ nomina unde. 192
ſtabula meritoria quæ 89 prætoria. ibid.
ſtabularij quando ſimpli actione teneantur 68 quando dupli. 69
ſtabularij qui 68
aduerſus Stabularios furti actio quæ 336
de Stabularijs, &c. edictum 69
ſtatuis legatis quid ueniat 235
ſtatuliberi qui 263 unde dicti. ibidem.
de Statu defunctorum poſt quinquennium non quærendum. 264
ſtellio animal quod 346
ſtellionatus unde dictus. ib. quid. ibid. quibus obijciatur. ibid.
ex Stellionatus crimine quæ actio & pœna deſcendat. ibid.
ſtilla quid 90
ſtillicidium quid. ibid.
ſtillicidij ſeruitus quæ. ibid.
ſtipulari, nullum periculum 208 quæ poſſimus, quæ non 316
ſtipulatio Aquiliana 43. 328
ſtipulatio quando committatur. 185 ſimplæ quæ. ib. duplæ. ib.
de Stipulatione ſimplæ quomodo caueatur. ib. duplæ, quomodo. ibid.
ſtipulatio unde dicta 313 quid 314 definitionis explicatio. ibid.
ſtipulationis pars, dies ſolutionis. 38 partes 314
ſtipulationi contraria 317
de Stipulatione ſeruorum, dubitandi & decidendi ratio 321
ſtipulationes iudiciales quæ 328 unde dictæ. ibid. cautionales. ibid. 329 communes. ibid. quomodo ab alijs diſtent. ibid. quomodo contrahantur 316 quomodo dicantur Prætoriæ 310 cur ad iudicia Prætoria referantur. ibid. quomodo diſſoluantur 324
ſtipulationum cauſa efficiens 315 materia. ibid. 316 forma. ib. finis. ibid. effectus. ibid. 317 diuiſio multiplex 314. 315 Prætoriarum ſpecies 328 cauſa efficiens, materia, forma, finis & effectus 329
de Stipulationibus cur in tertia Pandectarum parte non agatur 118
ex Stipulatu actio quando detur 317
ſtipulum ueteribus quid 313
ſtiria quid 90
ſtudiorum cauſa, abſentia 63 impenſæ an conferantur 248
ſtuprum in meretricibus & uilib. perſonis an iure puniatur. 355 quid 359
ſtupri & raptus differentia 360 pœna 359 in puero, capitalis. ibid. uiolenti pœna 360
inter Stuprum & adulteriū differentia 355
de Stupro, puellū puellamue interpellantis pœna 343
ſubditorum genera 394
ſubſtitutio & inſtitutio hæredis quid differant 221 hæredis quid 221 uulgaris. ib. pupillaris. ib. obliqua. ib. cōpendioſa ſeu militaris. ibid. exemplaris. ibid. 222
ſubſtitutionis hæredis ſpecies 221
de Subſtitutionibus hæredis, Duareni diuiſio 222
ſucceſſio quomodo contingat 216
ſucceſſionum ab inteſtato gradus. 252 cur liberorum primus. ibid. ordo in cognatione quis. 254 ordo Iuris ciuilis 256
ſucceſſorium edictum unde dictū. 253
ſucceſſorij edicti ratio & ſumma. ibid.
ſuggrunda quid 258
ſuggrundæ & ſuggrundia quid. 91
ſuitatis iura ſublata 248
ſumptus funeris cauſa factus quis dicatur 115. 116 ante omne creditum ſoluendus. ibid.
de Sumptib. funerum edictum 115
pro Suo uſucapere quis dicatur. 275
ſupellex quid 233 quas res contineat. ibid. unde dicta. ib. 234 Tuberonis definitio. ib.
ſupellectilis legatum quale 233. 234
ſuperficies quid 298
de Superficiebus interdicti ſumma. ib. uerba. ibid.
ſupplicium apud ueteres ſummū quod 380
ſupplicia quid 379
in Supplicijs dolum ſolum conſiderari 366
ſyndicus quomodo detur 49
de Syndici poteſtate. ibid.

T.

Tabelliones rationem edere oportere 39
tabulæ teſtamenti quibus exhibendæ 225
Tabularum 12 leges qua occaſione & quando latæ 5
ſecūdum Tabulas bonorum poſſeſſio quando locum habeat. 248 cur introducta. ib. 249 quibus detur. ibid.
contra Tabulas bonorum poſſeſſ. quibus detur 246
de Tabulis exhib. interdictū ad quas tabulas pertineat 290. 291 antinomiæ conciliatio. ib. interdicti uerba 290
de Tabulis exhib. ex interdicto actio cui, aduerſus quem, quādo, ad quid detur 291 quādiu duret.

duret. ibid. an in hæredes trã-
ſeat. ibid.
tabulis teſtam. nõ extãtibus, bon. poſſeſ. non decerni 245
talionis lex 27 pœna in calumniatores 52
tangere aut tangi, ſolius eſſe corporis 15
tempus ad gignendum ineptum. 13
tempore pignus ſolui 182 quanto. ibid.
tempore qui prior, potior iure. 180 in quibus fallat. ibid.
de Temporum acceſſionibus 307. 308
tergiuerſari quid 375
termini moti pœna 347
contra Terminorum motores legis agrariæ et D. Adriani pœna 104
terram omnẽ non omnia ferre 4
extra Territorium nemini cognoſcendum 27
terror quid 343
Tertullianũ Senatuſc. 256
teſtamentũ iniuſtũ quid 219. nullius momenti. ibid. ruptũ. ib. irritum. ibid. quando pro parte tantũ reſcindatur 74 unde dictũ 216 quid. ibid. 217. calatis comitijs, in procinctu, per æs & librã. ibid. prætorium. ibid. nuncupatiuum. ibid. ſolenne. ibid.
teſtamenti apertionis ſolennitas. 225 efficiens cauſa 217 materia. ibid. forma. ib. finis & effectus 218 factio apud omnes gentes uſitata 217 fundamentum quod 220 inoff. querela qua ratione & cauſa introducta 72 quæ. ibid. quibus detur. ibid. querela qua ratione & cauſa introducta. ib quæ. ibid. quib. detur, &c. ib. an & quando in hæredes tranſeat 73 aduerſus quos detur. ibid. quatenus teſtamenta reſcindat. ibid. querelæ effectus. ib. querelam non eſſe perpetuam. ibid. militaris ratio & forma 223. 224 tabulæ quibus exhibendæ 225 tempus in legatis inſpiciendũ 237
teſtamentum an filiusfam. facere poſsit 261 cur præteritio uitiet 218 facere qui nõ poſsint 218 inofficioſum dicere quid 73
aduerſus Teſtamentum militare querelã non dari 73
in Teſtamento deleta quando ſeruentur, quãdo ſecus 219 quatenus. ibid.
teſtamento dupliciter libertatem dari 262
de Teſtamento inofficioſo 71. 72 & inde.
teſtamẽto liber eſſe iuſſus poſt domini mortem, &c. ſi quid corruperit aut ſurripuerit, edictũ 335. 336 eius, ratio. ibid. cui aduerſus quos hinc detur actio. ibid. manumitti poſſe 262
ex Teſtamento militis quomodo bonorum poſſeſsio detur 249
in Teſtamento omni quot teſtes neceſſarij 217. qui teſtes eſſe nequeant 218
teſtamento qui tutores dari poſſint 205
à Teſtamento quibus codicillus ſecernatur 226
ſuper Teſtamento relictis quando tranſigi nequeat 43
teſtamento rupto omnia corruere 219
teſtamentorum antiquorum genera 217 hodie in uſu. ibid.
de Teſtamentis aperiẽdis edictũ. 224. 225 eius ratio. ibid. de non aperiendis, S. C Sillanianũ & Claudianũ 225 qui ijs comprehendantur. ibid.
teſtari aliquem qui prohibuerit uel coegerit, &c. edictum 226 quæ eo teneantur. ibid. quare ex eo locus fiſco fiat. ibid.
teſtimonij dictio quibus interdicta 191
ad Teſtimonium qui admittantur, ib. qui inuiti non cogantur. ibid.
teſtimoniorum fides unde æſtimãda. ibid.
teſtis in negocio proprio nemo idoneus 218
teſtium fides quorum in totum reprobetur 191 uacillet. ibid.
θεῦ βία quæ 138
de Thori ſeparatione diſputatio. 198
de Tigno furtiuo iniuncto ſententia l. 12, & ratio 335
ex Tigno iuncto an rei uindicatio detur. ibid.
tigna immittendi ſeruitus quæ 90 quid 335 unde dicta 90 quæ. ibid.
tormenta cur inducta 378
tormentorum cauſa efficiens. ib. materia. ibid. 379 forma, finis, effectus. ibid.
à Tormẽtis non incipiendum 378
tortura, res fragilis & periculoſa 379
torturæ ut ſit locus, quæ concurrere debeant. ibid. indebitè quem ſubijcientis iudicis pœna. ibid. ex iure Sax. quæ. ibi. ſubijci qui poſsint, qui nõ. ibid. 379 ut quis ſubijciatur, quibus iudicijs opus 378
in Tortura quomodo procedendum 379
traditione quando transferatur dominium 166
pro Traditione ubi patientia habeatur 88
traiecticia pecunia quæ 189 in ea centeſimas peti poſſe. ibid. cur ex pacto in ea uſuræ debeãtur. ibid.
tranquillitatis publicæ neruus 78
tranſacta quæ 43
tranſactio, contractus innominatus 44 quando actionem, quando exceptionem producat 43 quid. ibid. quomodo à ſententia & pacto diſcrepet. ibid. quid requirat. ib. ſuper quibus fieri nequeat. ib. unde dicta 42
tranſactionis effectus 43
tranſactionem nullo dato uel retento non procedere. ibid.
in Tranſactione pœnitere licere. 44 quando pœnitere non liceat. ibid.
tranſactionum finis 43
transfugæ an poſtliminium habeant 392
transfugis nullum beneficium tribui 61
tranſigere propriè quid 42
Trebellianum S. C. quando factum 241
Trebelliani S. C. uerba. ib. ſumma & ratio. ibid. 242
Trebelliano S. C. omnẽ uim S. C. Pegaſiani attributam. ibid.

in Trebell. cur in quartã imputentur legata, in Falcid. non item, explicata difficultas 240
tributoria actio unde dicta 145. 146 quid in eam ueniat. ibid. cui, aduerſus quos, ad quid detur. ibid.
de Tributoria actione edictũ 146
tributum quid 259 cur pendatur. ibid.
à Tributo quid uectigal diſtet. ib.
tritici legatum quale 232 nomine quæ comprehenſa 133
triticiaria condictio unde nomen 133 ad quid detur. ibid.
Triumuiri nocturni 19
turba unde dicta 338 quid. ibid. de damno in ea dato edictũ & & actio. ibid.
Turpilianum S. C. de abolitionibus criminum 375.376
tutela fiduciaria quæ 206 unde dicta. ibid. legitima unde deſcendat 205 cur introducta. ibid. quib. detur. ibid. patronorũ legitima 206 quibus modis finiatur 211 quomodo finiatur 209 teſtamentaria quæ 205 unde originem habeat. ibid. unde dicta 204 quid. ibid. explicatio. ibid. 205
tutelæ actio contraria qualis, unde oriatur 212 quibus, aduerſus quos, ad quid detur. ibid. actio quid 211 quando, cui, aduerſus quem detur. 212. quid in eam ueniat. ibid. diuiſio 205 munus neceſſarium 210
inter Tutelam agnatorum & patronorum differentia 206
tutelam legitimam etiam hodie cognatis deferri. ibid. teſtamentariam præcipuam eſſe 205
in Tutela adminiſtranda ordo. 207.208
à Tutela excuſationem quæ cauſæ iuſtam pariant 210.211
ſub Tutela exiſtentiũ res ſine decreto, &c. non diſtrahendas. 214.215
tutela finita, onera tutelæ finiri. 209
in Tutela legitima ſucceſſio quæ. 206 quo ordine tutores, fideiuſſores & magiſtratus conueniantur 207.208 quomodo fideiuſſores conueniantur 123 quo ordine magiſtratus. 214
tutelarum numerus quis à tutela excuſet 210
tutor quando autoritatem præſtare dicatur 208 quibus ex cauſis confirmandus 205 à patre datus quomodo confirmetur. ibid. à matre, quomodo. ibid. quibus ex cauſis ſuſpectus reddi & amoueri poßit 210 quomodo adminiſtrare debeat, & ad quid teneatur 207 ſi appellauerit, cui periculum incumbat 390 ſuſpectus quis 209
tutoris adminiſtratio cui inter plures credenda 207 autoritas quando interuenire debeat 209
ex Tutoris facto quando pupillo detur actio. ibid.
tutoris proprium 205 ſuſpecti accuſatio cur & qua lege inducta 209 accuſationis effectus 210
in Tutorem pupillo quæ actio detur 211
tutorem ſtatim neceſſariò eſſe gerendum 207 ſuſpectũ quando ſine accuſatione iudex remouere poßit 210
tutore falſo autore geſtorum actio 213 edictũ. ibid. explicatio. ibid.
pro Tutore negocia gerere quis dicatur 212
de Tutore ſuſpecto quis cognoſcat 209
tutores quando & quibus à magiſtratu dentur 206 quomodo hi dentur. ibid. quando & quo loco petendi 207 qui 205 unde dicti. ibid. qui eſſe nequeant. ibid. qui nam neceſſariò petere debeant 206 qui pro arbitrio petant 207 qui, quibus in cauſis autores fieri debeant 208.209 ſuſpecti qui à quibus accuſari poſſint 209.210 teſtamento qui dari poßint 205
de Tutorum adminiſtratione & periculo, &c. 207.208
tutorum excuſatio quid 210 intra quod tempus proponenda. ibid. hæredes quomodo conueniantur 213 officium in quibus conſiſtat 207
tutoribus quibus remedijs ſubueniatur 208
Tyberius Coruncanus primus iuris profeſſor publicus 6
tyrones militiæ qui 393

V

Vacationem quandiu legati habeant 397
uacationes munerum quatenus extendantur. ibid.
uacationum genera ibid.
uadimonium deſertum quomodo uindicetur 36 in quibus non. ibid.
Valerij Publicolæ de imperio mero lex 24
ualetudinem à tutela excuſare. 210.211
uaricari quid 344
uectigal à tributo quid diſtet 259 cur ſoluatur. ibid. unde dictum. ibid. quid. ibid. quantum. ibid.
uectigalis non ſoluti pœna. ibid.
Velleiano S.C. an & quando renunciare mulier poßit 152 quibus mulierib. ſubueniatur 151 quæ obligationes comprehendantur. ibid.
uendicationes quæ 70
uenditio imaginaria nulla 166 quãdo perfecta 169.170 quomodo perficiatur 165 quomodo reſcindatur 169
uenditionis partes 164 cauſa efficiẽs. ib. materia. ib. forma 165. finis. ibid. 166 effectus. ibid. uerbo quid ueniat 374
uenditonẽ hæreditatis uel actionis non mutare cauſam debitorum 168
inter Venditionem & locationem differentia 173 & permutationẽ differẽtiæ 175.176
uenditionem mutuo conſenſu diſſolui, quomodo accipiendum. 169
in Venditione de guſtu ac menſura, explicata difficultas 169 l. quid tamen. & l. cum ab eo. conciliatio 164
uenditione perfecta, emptoris eſſe periculum 169
cum Venditione permutationis affinitas

*affinitas.175 pugnantia 166*
*uenditiones ſeruorum olim frequentes 171*
*uenditionum & emptionum frequentia 163*
*uenditionibus ſeruorum quæ pacta apponi ſolita 171 quæ non ualuerint. ibid.*
*uenditor ad quid ex natura contractus emptori teneatur. ibid. quatenus de uitijs, & ex commendatione. ibid. 172 an dominiũ transferre cogatur 166 quando agere poßit 177*
*uenditori ad qd emptor teneatur. ibid.*
*uenditorem quid præſtare oporteat 170*
*uenditum quid intelligatur 164*
*uenditi & empti actiones directæ & æquales 171 quid in eas ueniat. ibid.*
*ex Vendito & empto actio quando utilis detur. ibid.*
*ueneficium quid 362*
*ueneficij pœna an mathematici teneantur 367 quæſtio ad quos extenſa 366*
*ueneficiorum pœna 367*
*de Veneficijs, lex Cornelia 362 & inde eius ſumma. ibid.*
*uenefici qui. ibid.*
*ueneficos lege Cornel. teneri 366*
*uenenũ quod lege Cornelia notatum. ibid.*
*ueneni appellatione quid ueniat 362*
*uentralis quid. ibid.*
*uentris in poſſeß. mittẽdi poſſeßio quibus & quando detur 248 ius nouum. ibid.*
*ſi Vẽtris nomine, &c. actio cui in quem, ad quid, &c. detur 203 quomodo prætor edicto parẽre cogat. ibid.*
*uentrẽ exhæredari non poſſe 248*
*ad Ventrem inſpicenidum quales & quot mulieres deligendæ 202*
*de Ventre inſpiciendo edictũ. ib. de eodem, reſcriptum. ibidem.*
*uerbi appellatione quæ ueniant. 402*
*uerba iniurioſa quæ 340 quot modis accipiantur 402*
*quàm Verba uoluntatem potius ſpectandam. ibid.*
*de Verborum ſignificatione 403*
*ueſtimentorum diuerſitas 235*
*ueſtimẽtis legatis quid ueniat. ib.*
*ueterani qui 394*
*ueteranorum priuilegia. ibid.*
*in Veteranorum ſucceßione duo ſingularia obſeruanda 255*
*uetralis quid 382*
*uia non utendo an amittatur 294 publica amiſſa quando per uicinum proximũ præſtanda 95 quid 92 unde dicta. ibidem.*
*de Viæ uſu nõ impediendo interdictum 293*
*de Via & itinere publico reficiendo interdictum 293.294*
*uiæ publicæ quomodo appellatæ 292 ut purgẽtur & reficiantur, quomodo prouiſum 293*
*de Vijs publicis cur ſpecialiter interdicatur 292 interdicti uerba 293*
*uicini conditionem meliorem, nõ deteriorem faciendam 90*
*uigor uirilis quando compleatur. 57*
*uincti qui habeantur 61*
*uincula duo quàm unum fortius ligare 281*
*uinculis quando quis mancipandus 353*
*Vnde ui, interdicto ubi locus 55*
*uindicatio rei quid 77 unde dicta. ibid. cui, aduerſus quos, &c. detur. ibid. unde deſcendat 78*
*uindicationis rei efficiens cauſa. 77 materia. ibid. forma. ib. finis 78 effectus. ibid.*
*in Vindicationẽ rei quid ueniat. 77.78*
*uindicta manumittẽdi forma qualis 262*
*per Vindictam manumittendi modus præcipuus. ibid.*
*uini legato quid contineatur 232*
*uiolentia quæ reſtitutionis cauſa. 53*
*uiolentia extortum quid. ibid.*
*uiolentiarum grauißima quæ 362*
*uir conſularis 17*
*uir & uxor quando uocentur 255 unde ſuccedant, ſi tabulæ teſtamenti nullæ. ibid.*
*uir ſpectabilis, quorum titulus 19 unus non uidet omnia 24*
*uirum elugendi tempus 46*
*uirorum eſt, cauſam publicè dicere 45*
*Virgilij locus 380*
*uirginem uiolatam aut ducendam aut dotandam 359.360*
*uiridaria ædificij nomine non uenire 90*
*uis quid 53*
*de Vi cur primò interdicatur 296*
*uis duplex. ibid. priuata quomodo fiat. ibid. atrox, pub. ſeu armata, quomodo. ibid.*
*inter Vim & metum differẽtia 53*
*uim paßis remedia quæ dentur 55*
*ui repellere licere 365*
*uis priuata quid 361*
*de Vi priuata damnatorũ pœna. ibid. interdictum 296 de ui publica. ibid. lex Iulia 361 qui teneantur. ib.*
*uis publica quomodo committatur 360 unde dicta 296*
*de Vi publica damnati pœna 360 lex Iulia. ibid. qui teneantur. ibid.*
*uis quid à furto differat 337*
*de Vi & metu edictum 53 actio cui & aduerſus quem non detur 54 arbitraria. ib. in actionem quid ueniat. ibid.*
*uim ſine dolo malo non adhiberi. 55*
*de Vi bonorum raptorum edictum 337 cui, aduerſus quem hinc actio detur. ibid. 338. cuiuſmodi, ad quid. ibid. quæ furti actio cum hac concurrat. ibid.*
*de Vi & ui armata actio quàm diu duret 296 cui et aduerſus quem detur. ibid. 297 an in ſingularem ſucceſſorem. ibid. ad quid detur. ibid. cur unũ tantũ interdictũ in Pandect. relatum 296 uerba. ib. explicatio. ibid.*
*Vlpianus quis 6.7*
*Vlpiani diuiſio iuriſdictionis 26 ſententia de iure 2*
*ab Vlpiano quomodo definita Iuriſprudentia 3*
*unguentis legatis quid ueniat 235*
*uolentem etiam qui occîdit, lege Cornelia de ſicar. teneri 364*
*uoluntas quando cõſtans & perpetua 2 ſine cæde an tanquã homicidium puniatur 364*
*inter*

inter Voluntatem & ſermonem, mutuum iter 402
uoluntatem potius quàm uerba inſpici. ibid.
uoluntate creditoris, pignus ſolui 182
uotum quid 399
circa Vota quæ obſeruanda. ibid.
uſuarius an locare, uſum uendere, &c. poßit 85
uſuarij cauſa non facienda deterior 86
uſucapere pro derelicto quis poſſit 274 an error ſufficiat. ibid. pro donato quis rectè poßit 273 pro hærede qui nequeant. ibid. errorem probabilē hic ſufficere. ib. pro legato quis poßit 274 pro ſoluto quis dicatur 271 quàm late titulus pateat. ib. an titulus erroneus ſufficiat. ib. pro ſuo quis dicatur 275
uſucapi quæ res poßint 270
uſucapio pro emptore in quib. emptionib. locū habeat 272 quādo iuſtus error excuſet. ib. quæ. ib. an error ſufficiat. ibid.
ad Vſucapionem pro Emptore quæ requirantur. ibid.
uſucapio pro hærede, defuncti ne an hæredis fidem inſpiciat 273 quando pro donato procedat. ib. unde dicta 268 quid ſit. ib.
uſucapioni an dominiū directū ex uolūtate domini adijciatur 269
ad Vſucapionem cuiuſmodi poſſeßio requiratur. ibid.
uſucapiones cur uetuſtas breui tempore concluſerit, ratio 270
uſucapionū cauſa finalis 271 effectus. ib. ſpecies 269 cauſa efficiēs. ib. materia, forma. ib.
uſucapiones ſine titulo non procedere 271
de Vſucapionibus apud Saxones ius quod 269
in Vſucapionibus præſcriptiones quæ 269 temporum fieri acceßiones 271
uſufructuarius quomodo uti debeat 80
uſufructuarij cautio cur introducta 86 quid in ea inſit. ibid. quādo caueri oporteat. ib. 87
uſura largè ſumpta q̄d ſignificet. 187 licet grauiß. cur ex pacto in traiecticia debeatur 189 ſtrictè accepta quid ſit 187
uſuræ ſignificatio 186.187 ſpecies. ibid.
inter Vſuram & intereſſe differentia 188.189 & reditus, differentia. ibid.
uſuræ cur ex nudo pacto non debeantur. ib. cur quadantenus tolerētur 187 lucratoriæ cur illicitæ & turpes. ibid. compenſatoria cur permiſſa. ibid. punitoriæ cur licitæ 188 odioſæ 189 Saxonicæ 188 quincunces. ibid. centeſimæ. ibid.
uſurarū certus modus legib. definitus 188 taxatio. ibid.
uſurariæ emptiones quæ damnatæ 189
uſurpatio quid 269
uſus eſſe, formula unde 80 quid à fructu differat. ibid. quomodo conſtituatur 85 quid contineat. ibid. rerum omnium in quibus cōſiſtat 265 quando fructus nomine contineatur 85
uſui an fructus inſit 80
uſum proprietati præſcribere 402 ſeruitutē eſſe perſonalē 85 ſine fructu eſſe. ibid.
uſusfructus, accreſcendi ius quod 81 ubi obtineat. ibid. cur aliquando extinguatur 82 quibus cauſis finiatur. ibid. cur in rebus quæ uſu conſumuntur conſtitui nequeat 83 cur non cedat à morte teſtatoris 242 pecuniæ non proprius 83 quibus in rebus conſtitui poßit. ibid. quid 80. quarum rerū habeatur. ibid. quomodo acquiratur. ibid.
quaſi Vſusfructus quomodo in rebus quæ uſu conſumūtur cōſtituatur 83 quib. finiatur. ibid.
uſusfructus ſi petatur, uel ad aliū pertinere negetur, actiones. ibidem. 84
uſufructui quatenus legatum annuum ſimile, quatenus diſſimile 230
uſumfructum ius eſſe in re 82 legandi forma multiplex 230 perſonæ cohærere 81.82
de Vſufructu confeſſoria actio 83 negatoria. ibid.
uſufructu legato diem eius cedere 81. ratio. ibid.
in Vſufructu quid inſit 80
de Vſufructu rerum quæ uſu conſumuntur 83
in Vtero materno, quo loco in iure habeantur 11
uti & frui quid differant 80
uti pro parte cur nō, frui autē poſſimus 86
non Vti quis dicatur 95
non Vtendi tempus olim quod 82 hodie. ibid.
non Vtendo uſumfructum extingui. ibid.
non Vtentis negligentia ſeruitutes extingui 95 quanto tempore. ibid.
Vti poßidetis interdicti uerba 297 eorum explicatio. ibid.
ex Vti poßidetis interdicto, actio cui, aduerſus quem ad quid detur 298
Vtrobi interdictum 303 cur de rebus mobilib. propoſitū 207
in interdicto quæ ſeruanda 303
Vuerigeldū pro quo homicidio iure Sax. & quibus detur 366
Vuerigeldio qui multētur 353
Vuerigeldio uno cædem ciuiliter iure Sax. puniri 364
uulneratio ſine cæde an ut homicidium puniatur. ibid.
in Vulneribus illatis cur armorū genus inſpiciatur 362.373
uultu morbi animū prodere, iudicis inconſtantis 21 ſæpè pietatem lædi 367
uxor & uir quādo uocentur 255 uſuraria 187
ab Vxore uirū adulterij accuſari nō poſſe 356.357 ratio. ib. quā ipſi actionē intētare poßit. ib.

X

Xenia quomodo accipienda 20
Xenophontis dictum 395

Z

Zona quid 392
Zonā perdidit, prouerbiū unde. ibidem.
Zythum quid 222



FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ANNO SALV-
tis humanæ M. D. LXIII.
Menſe Martio.

Ob. 6. III. 843

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA